i16894480

Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala R
Estante 20
Tabla 1
Número 8

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA
Sala: B
Estante: 5
Número: 5

28 a 1-1

4

34-1-3

3 4 5 4

Universidad
DA
Sala C
Estante 20
Número 2

R. 10062

BIBLIORVM SACRORVM

CVM

GLOSSA ORDINARIA:

PRIMVM QVIDEM

A STRABO FVLDENSI,

COLLECTA:

Nunc verò nouis Patrum, cum Græcorum, tum Latinorum explicationibus locupletata: annotatis etiam iis quæ confusè anteà citabantur locis.

ET

Postilla NICOLAI LYRANI, Additionibus PAVLI BVRGENSIS, ac MATTHIAE THORYNGI Replicis, ab infinitis mendis purgatis: in commodiorémque ordinem digestis.

Per F. FRANCISCVM FEV-ARDENTIVM Ordinis Minorum, IOANNEM DADRAEVM & IACOBVM DE CVILLY Theologos Doctores Parisienses.

TOMVS QVINTVS.

LVGDVNI,

M. D. X'C.

Del conuento delos Martires de Carmelitas descalços de Granada

Por mandado de los señores inquisidores del Santo Oficio de la Inquisición de Cartagena y hicieron el pregón de este libro conforme a la pragmática y edicto de su santidad y mandaron se pregonase en esta ciudad de Cartagena en 17 de mayo de 1663 años

Juan de la Anunciación

LIBRORVM QVI QVINTO TOMO CONTINENTVR AVTHORVMQVE QVI IN SINGVLOS CITANTVR SERIES.

TOMO QVINTO

Habentur Quatuor Euangelia & in hæc adferuntur

A

Albinus.
Ambroſius.
Arnobius.
Athanaſius.
Auguſtinus.

B

Baſilius.
Beda.
Bernardus.

C

Chromatius.
Chryſoſtomus.
Clemens Romanus.
Clemens Alexandrinus.
Cyprianus.
Cyrillus Hieroſolimitanus.
Cyrillus Alexandrinus.

D

Damaſcenus.
Dionyſius Areopagita.

E

Epiphanius.
Euagrius.
Euſebius Emiſſenus.
Euſebius Cæſarienſis.
Fulgentius.

G

Gregorius Magnus.
Gregorius Theologus.
Gregorius Nazianzenus.
Gregorius Niſſenus.

H

Hieronymus.
Hilarius.
Hugo Victorinus.

I

Ignatius.
Innocentius Papa.
Irenæus.
Iſichius.
Iſidorus.
Iuſtinus martyr.

L

Lactantius Firmianus.
Leo magnus.

O

Oecumenius.
Origenes.

P

Paſchaſius.
Petrus Chryſologus.
Philo Iudæus.

R

Rabanus.
Remigius.
Ruffinus Aquilienſis.
Rupertus.

T

Tertullianus.
Theodoretus.

V

Victor Antiochenus.
Vincentius Lirinenſis.

*****

A

Incipit præfatio Nicolai de Lyra ordinis minorum in quatuor euangeliſtas.

Quatuor facies vni, Ezech. 1. *Secundum quod ſcribit beatus Gregorius ſuper Ezech. prima par. Hom. 3. Quia per faciem vnuſquiſque cognoſcitur, recte per faciem noticia diſignatur: Lex autem ſeu doctrina euangelica licet ſit vna, quia ab vnigenito filio Dei data & ad vnum finem ordinata, vt videbitur inferius: tamen quadruplici noticia excellit omnẽ aliam legem datam humanam & diuinam. & ideo bene de ipſa dicitur:* Quatuor facies vni,

Conditiones legis cuiucunſq; quatuor.

Ad cuius euidentiam aduertendum, quod cuiuſlibet legis cõuenienter datæ, ſunt quatuor conditiones. Legis enim proprium eſt vitia extirpare: Mores ſeu actus hominum ordinare, Inducere ad fœlicitatem, ac planè & lucide tradere veritatem. In his qutem quatuor conditionibus lex ſeu doctrina euangelica excellit omnem aliam legem diuinam & humanam, vt patebit diſcurrendo per ſingula.

Euangelica lex omnes alias leges excellit

Prima conditio.

Prima igitur conditio legis eſt, q̃ debet vitia extirpare. Ad hoc enim leges ſunt datæ, vt quos priuata caſtigatio cohibere non potuit, metu pœnarum quæ legib. infliguntur, à maleficiis retrahantur. Propter quod dicit Apoſt. 1. ad Timoth. 1. b. Lex iuſto non eſt poſita, ſed iniuſtis, & non ſubditis, & impiis, & peccatoribus. ſceleratis & cõtaminatis, patricidis & matricidis, homicidis & fornicariis, maſculorum concubitoribus, plagiariis, mendacibus & periuris: *& ſi quid aliud ſanæ doctrinæ aduerſatur. In hac autem extirpatione vitiorum lex humana inuenitur defectiua, quia non poteſt prohibere omnia mala. Cuius ratio eſt, quia lex cõmunitati proponitur obſeruanda. In communitate autem pauci inueniuntur virtuoſi & perfecti & plures imperfecti & defectuoſi. & ideo ſicut pueris aliquando permittuntur quæ non permitterentur viris perfectis, ita in legibus quæ cõmunitati ſeruandæ imponuntur aliqua mala minora permittuntur vt maiora euitentur. Sicut lex ciuilis meretrices in ciuitatib. permittit, ne reſpublica propter imperfectionem multitudinis quæ caſtitatẽ obſeruare non poteſt, diſſenſionib. quæ propter libidinem inſurgerent, conturbetur. vnde dicit Aug. in libro de ordine: Aufer meretrices à ciuitatibus & omnia conturbabis libidinib. Veruntamen iſta mala quæ bono modo auferre non poteſt, relinquit diuino iudicio punienda. Vnde dicit Aug. 1. de libero arbitrio: Lex iſta quæ regendis ciuitatibus fertur, multa concedit atq; impunita relinquit quæ per diuinam prouidentiã vindicantur. Similer lex Moſaica diuinitus data aliqua mala permittit, ſicut permiſit dare libellum repudij. vt habetur Deut. 24. ne viri vxores interficerent: Et tradere ad vſurã extraneis, ne fratres proprios grauarent, vt habetur Deut. 24. Cuius ratio fuit, quia lex illa fuit data populo rudi duræ ceruicis & imperfecto. ideo ſunt eis permiſſa aliqua mala minora, vt euitentur maiora. Propter quod Saluator Mat. 19. a. dicit Iudæis de permiſſione libelli repudij:* Ad duriciam cordis veſtri permiſit vobis Moyſes dimittere vxores veſtras, *Sic igitur patet, q̃ tam lex humana quàm Moſaica permittit aliqua mala: & ſic quantũ ad hoc eſt imperfecta. Sed lex euangelica nullum malum permittit tanquã perfectiſſima, ſed omnia excludit & punienda prædicit. propter quod legiſlator euãgelicus Ieſus Chriſtus dicit Mat. 12. c.* Dico autem vobis q̃ de omni verbo ocioſo quod locuti fuerint homines ſuper terram reddent rationem in die iudicij. *ſi de omni verbo ocioſo, multo magis de nociuo. Et ſi de verbo, multo magis de facto. & ſic patet primum videlicet q̃ lex euangelica præcedit omnem aliam legem in extirpatione malorum.*

Lex Moſaica defectiua eſt

Secunda conditio

Secundo ad legem pertinet mores ſeu actus humanos ad bonum ordinare. vnde dicit philoſophus 2. Ethi. Intentio cuiuſlibet legiſlatoris eſt ciues facere bonos. In hoc quoque inuenitur lex humana defectiua, quia homo non poteſt de ſecretis cordium iudicare: & ideo non poteſt lex humana niſi de actib. exteriorib. ordinare. vnde dicitur 1. Reg. 16. b. Homo videt ea quæ patent, Deus autem intuetur cor. *& ideo ad legem diuinam ſolam pertinet actus interiores ordinare. Sed & lex Moſaica inuenitur in hoc defectiua. propter quod dicitur à doctorib. antiquis q̃ lex vetus prohibebat manum, non animum: vt habetur in gl. ſuper epiſt. ad Phil. 3. c. Quod dupliciter intelligi poteſt. Vno modo erroneè, & ſic intelligebant doctores Iudæorum, dicentes voluntatem malam nõ eſſe peccatũ niſi aliquo modo exeat in actum, vt patet per Ioſephum. 13. li. antiquitatum. Et quando arguebatur contra eos, quia ſcriptum eſt Exo. 20. c. Non concupiſces vxorem proximi tui. Reſpondebant, ſic, q̃ hoc præcepto non prohibetur concupiſcentia interior, ſed manifeſtatio exterior q. d.* Non concupiſces. *i, ſigna cõcupiſcentiæ non facies, vt amplexus & oſcula vel conſimilia. Sed hoc manifeſte patet falſum, quia actus exterior non habet maliciam vel bonitatem moralem, niſi inquantum procedit ab actu interiori: quia peccatum intantum eſt voluntarium q̃ ſi non voluntarium, non eſt peccatum. Alio modo intelligitur prædictum*

Lex vetus prohibebat manum non animũ dupliciter intelligitur.

B

C

D

dictum verbum. ſ. quod lex vetus prohibebat manum non animum, ſane & bene videlicet q̃ lex vetus in paucis prohibebat animum ſeu cõcupiſcentiam interiorem, videlicet in vitio mœchiæ & auaritiæ tantum: Et adhuc licet prohiberet in illis concupiſcentia, non tamẽ tranſgreſſorib. infligebat aliquam pœnam. & ideo in talib. inuenitur imperfecta. Lex autem euangelica tanquam perfectiſſima generaliter prohibet concupiſcentiam malam: & concupiſcentib. indicit pœnam infligendam. propter quod Saluator Matth. 5. c. dicit: Audiſtis quia dictum eſt antiquis: Non occides, qui autem occiderit reus erit iudicio Ego autem dico vobis, quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo reus erit iudicio. *& eodem modo dicit in aliis præceptis. Ex quo patet q̃ lex euangelica non ſolum ordinat actus exteriores ſed generaliter actus interiores: & ſic patet ſecundum.*

Tertia conditio

Tertio dico q̃ ad legem pertinet ad fœlicitatem homines inducere. Veruntamen lex humana non inducit niſi ad fœlicitatem politicam quæ eſt tranquillus & pacificus ſtatus ciuitatis in vita iſta mortali. Homo autem ſecundum intel. qui eſt pars principalior hominis, immortalis eſt, vt dicitur. x. Ethi. & ideo oportet aliam fœlicitatem extra vitam iſtam aſſignare. Ad hanc autem lex diuina ordinat quod non poteſt facere lex humana. Per hoc enim neceſſitas ſacræ doctrinæ ab omnib. doctoribus aſſignatur, quia homo ad quandam beatitudinem ſuper naturalem ordinatur: ad quam per legem ſibi diuinitus reuelatam dirigitur. Veruntamẽ & in hoc lex Moſaica inuenitur defectiua, quia beatitudo ſuper naturalis non habetur niſi per gratiam, ſecundum quod dicitur Rom. 6. d. Gratia Dei vita æterna. *Hanc autem gratiam lex Moſaica non dabat, ſed tantum ad ipſam diſponebat. propter hoc dicitur ad Heb. 7 c.* Nihil enim ad perfectum adduxit lex: *Sed hanc perfectionem a Chriſto dandam expectabat, ſecundum quod ſcribitur Ioh. 1. b.* Lex per Moyſen data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. *propter quod Saluator in principio euangelicæ legis dicit Mat. 3 a.* Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum; & ſic patet tertium.

Quarta cõditio

E

Quarto ad legem pertinet veritatem planè ac lucide tradere. Cuius ratio eſt: quia lex proponitur multitudini intelligenda & ſeruanda. In multitudine autem plures ſunt deficientes ingenio, & pauci ſubtiles & ingenioſi. propter quod lex quæ multitudini proponitur, debet veritatem lucide ac plane tradere. in hoc autem inuenitur lex humana defectiua: quia ibi inueniuntur multæ obſcuritates & perplexitates: Quod patet propter legum multitudinem ac varietatem & mutationem & aliquarum abrogationem, vt patet intuenti iura ciuilia ac canonica. Similiter & in hoc deficit lex Moſaica, quia in velaminib. & figuris tradit veritatem de agibilib. & credendis. In cuius figura Moyſes velata facie loquebatur ad populum, vt habetur Exo. 34 propter quod dicit Apoſtolus 1. Cor. x. c. Omnia in figura contingebant illis. *Sed lex euangelica in hoc inuenitur perfecta, quia veritas quæ in veteri Teſtamento in figuris latebat occulta, per euidentiam facti facta eſt manifeſta. In cuius ſignum in paſſione domini quando myſteria nouæ legis fuerunt impleta, velum templiſciſſum eſt in duo media, Luc. 23. propter quod dicit Saluator Ioh. 16. ſc.* Venit hora cum iam non in prouerbiis loquar vobis, ſed palam de patre annũciabo vobis. *Et ſequitur:* Dicunt ei diſcipuli: Ecce nunc palam loqueris: & prouerbium nullũ dicis: *Et ſic patet quartũ, videlicet q̃ lex euangelica excedit omnem aliam legem in tradendo planè ac lucide veritatem.*

F

De his quatuor prædictis dicitur Pſal. 18. b Lex domini. *i. lex euãgelica, quæ eſt domini noſtri Ieſu Chriſti.* Immaculata, *quia nullum vitium permittit.* Conuertens animas, *quia actus interiores animæ perfecte ordinat & diſponit.* Teſtimonium domini fidele, *quia fœlicitatem promiſſam efficaciter inducit.* Sapientiam præſtãs paruulis, *quia veritatem capabilem omnib. lucide tradit. Igitur ſicut patet ex prædictis lex euangelica omnem aliam legem excellit in noticia quadruplici. ideo conuenienter dicitur de ipſa verbum aſſumptũ: Quatuor facies vni, quia per faciem noticia deſignatur. Ad cuius verbi vlteriorem intellectum ſciendum, q̃ in verbo propoſito notãtur quatuor cauſæ huius euãgelicæ doctrinæ. videlicet cauſa effectiua principalis, ſubiectiua ſeu materialis: finalis & formalis. Tres autem primæ cauſæ coincidunt in idem numero, vt patebit. ideo not. in hoc nomine, vni Cauſa autem formalis ſub facie quadruplici, cum dicitur: Quatuor facies.*

Quatuor cauſæ, euãgelicæ doctrinæ

Cauſa effectiua.

Ad euidentiam autem primi aduertendum, q̃ Chriſtus ſiue Deus incarnatus quod idem eſt: quia Chriſtus eſt nomen ſuppoſiti in duplici natura, diuina videlicet & humana, ipſe eſt cauſa efficiens huius euangelicæ doctrinæ. Huius ratio eſt, quia in omnib. artib. videmus, q̃ architector per miniſtros diſponit materiam, ſed per ſeipſum introducit formam, ſicut carpentator per miniſtros facit lignorum dolationem, ſed per ſeipſum ipſius domus vel nauis cõpagationẽ, vt habetur 1. Metaph. Lex autem vetus fuit diſpoſitio ad nouam, propter quod dicitur ad Gal. 3. d. Lex pedagogus noſter fuit in Chriſto: *& ideo licet vtrunque teſtamentum ſit à Deo datum, tamen vetus teſtamẽtum fuit datum ab ipſo mediantib. angelis, vt habetur expreſſe Act. 7. e. vbi dicitur. de Moyſe:* Hic eſt qui fuit in eccleſia in ſolitudine cum angelo q̃ loquebatur ei in mõte Sinai & patrib. noſtris qui accepit verba vitæ dare nobis: *quia tamẽ ille angelus in perſona Dei loquebatur Moyſi. Ideo aliquando nominatur angelus, aliquando dominus, ſecun-*

A dum quod dicit B.Grego.1.moral. Ex quo patet, q̃ vetus testamẽtum dedit dominus per ministerium angelorum. vnde Act.7.g. post verba præmissa dicitur Iudæis: Recepistis legem in dispositione angelorum,& non custodistis: sed nouum Testamentum dedit dominus per seipsum incarnatum. Propter quod Aug.in li.de sermone domini, exponens illud Mat.5.a. Et aperiens os suum,&c. dicit: Tunc aperuit os suum qui in lege veteri aperiebat ora prophetarũ. & hoc est quod dicit Apost.ad Heb.1. Multifarie multisq; modis olim Deus loquens patrib.in prophetis, nouissime dieb.istis locutus est nobis in filio, &c. Patet igitur q̃ Christus est causa effectiua huius euangelicæ doct.

Causa materialis siue subiectiua euangelicę doctrinæ.

Similiter ipse est causa subiectiua seu materialis. Ad cuius euidentiam sciendum, q̃ idem est subiectum totius scientiæ & partis, sub alia tamen ratione. quia sub ratione vniuersali est subiectum totius scientiæ, sub ratione autem determinata & particulari est subiectũ in parte: sicut patet in philosophia naturali, vbi, Corpus mobile vniuersaliter, est subiectum: Corpus autem mobile animatum in libro de anima est subiectum, & in libris seq.ad ipsum: Ita similiter illud est quod subiectum, in tota sacra scriptura sub ratione generali debet assignari pro subiecto, in parte ipsius sub ratione determinata & speciali.

Theologię subiectum nõ vniformi erã doctorib.assignatur

De subiecto autem theologiæ duplex est opinio. Vna, q̃ Christus est ibi subiectum sub ratione generali. & secundum hoc dicendum esset q̃ Christus vt promissus, est subiectum in veteri Testamento. Et hoc manifeste patet ex processu legis & prophetarum, vt omnes doctores dixerunt, q̃ vetus Testamẽtum non est nisi dispositio ad Christum Christus autem vt præsentialiter exhibitus, est subiectum in nouo, vt patet ex processu euangelistarum & apostolorũ. Alia est opinio de subiecto sacræ scripturæ, s.q̃ Deus sub ratione deitatis in communi, est subiectũ sacræ scripturæ, & per consequens sub ratione speciali, est subiectum legis euangelicæ, videlicet Deus inquantum incarnatus, quod est idem q̃ Christus: Et sic redit ad idem cum prima opi.s.q̃ Christus est nomẽ suppositi in natura duplici.s.humana & diuina. Et propter hoc Matthæus qui est primus in ordine euangelistarum intitulat euangelium suum de Christo tãquam de subiecto dicens: Liber generationis Iesu Christi,&c. Similiter & alij euangelistæ non faciunt aliud nisi facta & doctrinam domini Iesu Christi tradere. Ex quo patet q̃ Christus est

Causa finalis

subiectum. Tertio dico, quòd Christus est causa finalis huius doctrinæ. Ad cuius euidentiam considerandum, quòd cuiuslibet scientiæ duplex est finis. Vnus intrinsecus: & hic est cognitio proprij subiecti. Alius est finis extrinsecus: & hic est fœlicitas ad quam omnis perfectio humana aliqualiter ordinatur: Sic in proposito euangelicæ doctrinæ duplex est finis: Vnus intrinsecus, qui est cognitio ipsius Christi enigmatica, quæ est per fidem, & habetur in via. Alius est finis extrinsecus, quæ est cognitio eius clara per apertam visionẽ, quæ habetur in patria: & hoc est quod dicitur Ioh.20.g. Hęc autem scripta sunt, vt credatis quoniam Iesus est Christus filius Dei: Hic est primus finis sequitur: Et vt credẽtes vitã habeatis in nomine eius: Hic est secundus. Igitur patet ex prædictis, q̃ Christus est causa efficiens materialis & finalis

C huius doctrinæ euangelicæ. Et ideo iste tres causæ concurrunt in vnum numero: & ideo bene designantur simul in hoc nomine: vni. Et de hoc potest accipi quod scribitur 1.Ioh.5.b. Hi tres vnũ sunt. s. efficiens, subiectum & finis. Secundo in verbo proposito tangitur cã formalis sub facie quadruplici, cum dicitur: Quatuor facies vni. Ad cuius euidentiam considerandum, q̃ duplex est forma scientiæ. s. forma tractandi & forma tractatus. Forma tractandi est modus agendi: Et iste habet quatuor facies: quia quilibet euangelista quadruplicẽ noticiam tradit de Christo: videlicet, Noticiam humanitatis, quæ figuratur in facie hominis. Noticiam diuinitatis quæ figuratur in facie aquilæ desuper ipsorũ quatuor: Noticiã ẽt sui sacerdotij quæ figuratur in facie bouis, q̃ erat animal immolaticium in lege: Noticiã ẽt sui regni. quæ no. in leone, qui est rex animalium. Vel in facie hominis, noticiã suæ conuersationis & natiuitatis: in facie bouis, noticiã passionis: in facie leonis, noticiã resurrectionis: in facie aquilæ noticiã suæ ascẽsionis: & ideo bene dicitur q̃ quatuor facies vni. De hoc autem bene potest exponi q̃ dicitur Eze.

Ezechielis visio quatuor euangelistis aptatur

1.c. Cumq; aspicerẽ animalia, apparuit rota vna habẽs quatuor facies. Ista animalia sunt quatuor euangelia seu quatuor euãgelistæ quæ aliquando dicuntur quatuor aliquando vnum. Licet enim Matthæus principaliter versetur circa humanitatem, Iohannes circa diuinitatẽ, Lucas circa sacerdotium: Marcus circa regnum: quilibet tamen ipsorũ ista quatuor considerat. Vnde dicit B.Greg.super Ezec.Hom.1. Si quæras, quid Matthæus circa incarnationem domini senserit: Hoc nimirũ quod Marcus Lucas & Iohannes, & sic de aliis. Et sequitur Quicquid

Rotæ cõparatur doctrina euãgelica.

in vno inueneris, hoc simul in quatuor recognosces. Dicit ergo: Cumq; aspicerẽ animalia. i. quatuor euangelia: quia doctrina euãgelica præ aliis doctrinis est intente ac diligenter consideranda, quia ibi consistit vita secundum quod scribitur Ioh 6.g. Verba quæ ego loquor vobis spiritus sunt & vita. Propter quod dicitur Io.5.f. Scrutamini scripturas, in quib.putatis vos vitam habere: quia ille sunt quæ testimoniũ perhibent de me. Apparuit vna rota: Ista rota quæ est circularis figuræ, est doctrina euangelica, in qua coniungitur finis principio. s. natura humana quæ scribitur vltimo facta Gen.1. & tamẽ in Christo qui est subiectum huius doctrinæ est cõiuncta ipsi Deo. Item circulus est figura perfectissima: propter quod significat legem euangelicam, in qua D imperfectio cuiuslibet alterius ẽ suppleta. Sed dicitur habere quatuor facies propter quadruplicem noticiam Christi, quam describit quilibet euangelista: Et sic apparet forma tractandi. Forma autem tractatus est diuisio scięti̇æ per libros partiales. ista notificatur per quatuor prædictas facies. Ad cuius euidentiam considerandum, q̃ partes alicuius totius heterogenei debent adinuicem habere distinctionem, cõnexionem & ordinem: aliter non essent partes actu. Distinctio autem euangelistarum quatuor, connexio, & ordo, conuenienter designatur in quatuor facieb.prædictis. Ad cuius intellectum attendenda est breuiter visio imaginaria Ezechielis prophetæ. Videbat enim quatuor facies in vno corpore, ita q̃ corpus erat quasi rectum, sicut corpus hominis habens secundum longitudinem quatuor latera vel superficies: & ideo in summitate illius corporis erant quatuor capita, in quolibet latere erat vnum caput s. caput hominis in latere vel superficie anteriori, caput aquilæ in opposita. s. in posteriori parte, caput leonis in dextera parte, caput bouis in sinistra. Quod autẽ dicitur Ezec.1. Facies aquilæ desuper ipsorum quatuor, hoc est, quia collum aquilæ est longius: & ideo caput aquilæ supereminebat aliis, & per consequens habebat illud corpus aspectum ad quatuor partes oppositas, quia posteriora capitum erant coniuncta interius, & anteriora seu facies capitum erant prominentia exterius. Similiter in illo corpore erant quatuor tibiæ, & non habebant flexionem magis ad vnam partem quã ad aliam, sicut si genu hominis esset flexibile æqualiter ad omnem partem indifferenter: & propter hoc dicũtur pedes eorum pedes recti. Et accipitur ibi pes pro tota longitudine à crure vsq; ad plantã pedis. Ex prædictis E patet, q̃ illud animal poterat ire ad quatuor partes oppositas sine sui conuersione, quia habebat aspectum ad quatuor partes oppositas per quatuor facies, & pedes similiter flexibiles æqualiter ad quatuor partes. Et hoc est quod dicitur in textu: quod per quatuor partes illorum ibant, nec reuertebantur cum ambularẽt: quia per quatuor partes poterant ambulare sine illius corporis conuersione. Ex istis apparet distinctio euangeliorum, connexio & ordo eorum. Per hoc enim quod erant capita distincta apparet euãgeliorum distinctio. In capite enim hominis vel facie designatur euangelium Matthæi, quod principaliter versatur circa humanitatem. In facie aquilæ euangelium Iohannis quod describit præcipuæ ipsius diuinitatem. In facie bouis euangelium Lucæ, quod describit Christi sacerdotium: in facie leonis euangelium Marci, quod describit ipsius regnum, sicut supra dictum est: Vel aliter in facie hominis generatio, in facie bouis passio, in facie leonis resurrectio, in facie aquilæ ascensio. Quia licet prædicta ab omnib.euangelistis considerentur, quilibet tamen illorum circa vnum principaliter versatur. vt supra declaratum est. Similiter ex prædictis faciebus denotatur connexio euangeliorum: & ideo illa quatuor capita erant in vno corpore coniuncta, & per consequens procedente vna facie aliæ sequebantur, quia quod in vno euangelio narratur, per alia tria euangelia probatur: quia ibi idem factum vel consimile narratur: sicut Iohannes euangelista solus narrat illuminationem cœci nati, alij autẽ narrant de multis aliis cæcis illuminatis, quod est eiusdem potestatis.

Euangelistarum siue euangeliorum, distinctio connexio & ordo.

Similiter in prædictis faciebus apparet ordo euangeliorum: Sic enim stabat illud corpus habens quatuor facies in aspectu prophetæ, F quod facies hominis erat sibi directe opposita, facies leonis ad dexteram partem illius animalis. facies autem bouis ad sinistram, caput aquilæ in parte posteriori, quia tamen collum aquilæ est longius, ideo supereminebat cæteris: ideo dicitur facies aquilæ desuper ipsorum quatuor. Isto ergo modo ordinantur euangelia: quia primo ponitur euangelium Matthæi, sicut facies hominis primo opponebatur aspectui prophetæ, & secundo loco euangelium Marci, quia dxtera pars prior est quam sinistra, & tertio euangelium Lucæ, & quarto euangelium Iohannis, quia facies aquilæ erat in posteriori parte: & hoc est quod dicitur Ezech.1. Similitudo vultus eorũ facies hominis & facies leonis à dextris ipsorum quatuor, & facies bouis à sinistris ipsorum quatuor, & facies aquilæ desuper ipsorum quatuor. Secundum enim ordinem euangeliorum ponitur hic ordo istarum facierum. Igitur quia euangelium Matthæi quod primo loco ponitur, in facie hominis figuratur ideo de ipso potest dici ante faciem hominis similitudo alterius hominis. Homo est enim animal rationale mansuetum & ciuile: & Homo ideo significat Matthæum euangelistam, qui vixit rationabiliter, mansuete & ciuiliter, non ciuilitate politica, sed illa ciuilitate qua efficimur ciues sanctorum & domestici Dei, superædificati super fundamentum apostolorum & prophetarum, secundum quod dicit Apostolus ad Eph.2. Dicit igitur: Ante faciem hominis, quia ante considerationem euangelistæ Matthæi, sicut obiectum proprium est posita similitudo alterius hominis. i. Christi, cuius præcipue considerat humanitatem. Et bene dicitur Christus alter homo quia fuit alter ab omnibus aliis hominibus: quia omnes alij processerunt de radice peccati, iste autem solus innocens, per quem ad iustitiam sunt alij reducti, secundum quod scribitur ad Ro.5.d. Sicut per vnius hominis inobedientiam peccatores constituti sunt multi, ita per vnius hominis obedientiam iusti cõstituentur multi, hic in præsenti inchoatiue per gratiam, & in futuro per gloriam quæ est gratia consummata.

EPISTOLA B. HIERONYMI AD DAMASUM Papam in quatuor Euangeliſtas incipit.

BEATISSIMO PAPÆ Damaſo, Hieronymus, Nouũ opus me facere cogis ex veteri, vt poſt exẽplaria ſcripturarum toto orbe diſperſa quaſi quidam arbiter ſedeam: & quia inter ſe variãt, quæ ſint illa, quæ cum Græca conſentiant veritate, decernam. Pius labor, ſed periculoſa præſumptio, iudicare de cæteris ipſum ab omnib. iudicãdum: ſenis mutare linguã, & caneſcentẽ iam mũdum ad initia retrahere paruulorum. Quis enim doctus pariter vel indoctus, cùm in manus volumen aſſumpſerit, & à ſaliua quam ſemel imbibit, viderit diſcrepare quod lectitat; nõ ſtatim erumpat in vocem, me falſarium, me clamans eſſe ſacrilegum: qui audeam aliquid in veteribus libris addere, mutare, corrigere. Aduerſus quã inuidiã duplex cauſa me cõſolatur: quod & tu q̃ ſummus ſacerdos es, fieri iubes: & verum nõ eſſe quod variat, etiam maledicorum teſtimonio comprobatur. Si enim latinis exemplarib. fides eſt adhibenda, reſpondeant quib. tot enim ſunt exemplaria penè quot codices. Sin autem veritas eſt quęrenda de plurib. cur non ad Gręcam originem reuertentes, ea quæ vel à vicioſis interpretib. malè edita, vel à præſumptorib. imperitis emendata peruerſius, vel è librariis dormitãtib. aut addita ſunt aut mutata, corrigimus. Neq; verò ego de veteri diſputo Teſtamento, quod à ſeptuaginta ſeniorib. in Græcam linguam verſum tertio gradu ad nos vſque peruenit. Nõ quæro quid Aquila, quid Symmachus ſapiant, quare Theodotion inter nouos & veteres medius incedat: ſit illa vera interpretatio, quam apoſtoli probauerũt. De nouo nunc loquor teſtamento, quod Gręcum eſſe non dubium eſt, excepto apoſtolo Matthæo, qui primus in Iudęa Euangelium Chriſti Hebraicis literis edidit: hoc certò cũ in noſtro ſermone diſcordat, & in diuerſos riuulorum tramites ducit, vno de fonte quærẽdum eſt. Prętermitto eos codices, quos à Luciano & Eſychio nũcupatos paucorum hominum aſſerit peruerſa cõtentio: quib. vtique ne cin toto veteri Inſtrumento poſt ſeptuaginta interpretes emẽdare quid licuit, nec in nouo profuit emẽdaſſe, cùm multarũ gentium linguis ſcriptura antè tranſlata doceat falſa eſſe quæ addita ſunt. Igitur hæc præſens pręfatiuncula pollicetur quatuor tãtum Euangelia, quorum ordo eſt iſte, Matthæus, Marcus, Lucas, Iohannes: codicum Græcorũ emendata collatione, ſed & veterũ quę nec multùm à lectionis latinæ conſuetudine diſcreparent, ita calamo imperauimus, vt his tantũ, quæ ſenſum videbãtur mutare, correctis, reliqua manere pateremur, vt fuerant. Canones quoque quos Euſebius Cæſarienſis epiſcopus Alexandrinum ſequutus Ammonium in decem numeros ordinauit, ſicut in Græco habentur expreſſimus. Quòd ſi qs de curioſis voluerit noſſe quæ in Euãgeliis vel eadẽ vel vicina vel ſola ſint, eorũ diſtinctione cognoſcet. Magnus ſi quidẽ hic in noſtris codicibus error inoleuit, dum quod in eadem re alius Euãgeliſta plus dixit, in alio quia minus putauerint, addiderunt: vel eundem dum ſenſum alius aliter expreſſit, ille qui vnum è quatuor primum legerat, ad eius exemplum cęteros quoque æſtimauerit emendandos. Vnde accidit, vt apud nos mixta ſint omnia, & in Marco plura Lucæ atq; Matthæi. Rurſum in Matthæo plura Iohannis & Marci: & in cæteris reliquorum quæ in aliis propria ſunt inueniantur. Cùm itaque canones legeris qui ſubiecti ſunt, cõfuſionis errore ſublato, & ſimilia omnium ſcies, & ſingulis ſua quæq; reſtitues. In canone primo concordant quatuor, Matthæus, Marcus, Lucas, Iohannes. In ſecundo tres, Matthæus, Marcus, Lucas. In tertio tres, Matthæus, Lucas, Iohannes. In quarto tres, Matthęus, Marcus, Iohãnes. In quinto duo, Matthęus, Lucas, In ſexto duo, Matthæus, Marcus. In ſeptimo duo, Matthęus, Iohannes. In octauo duo, Lucas, Marcus. In nono duo, Lucas, Iohãnes. In decimo propria vnuſquiſque quæ non habentur in aliis ediderunt. Singulis verò Euangeliis ab vno incipiens vſque ad finem librorum diſpar numerus accreſcit, Hic nigro colore perſcriptus ſub ſe habet alium ex minio diſcolorem numerum qui ad decem vſque procedens indicat prior numerus in quo ſit canone requirendus. Cùm ergo aperto codice (verbi gratia) illud ſiue illud capitulum ſcire volueris cuius canonis ſit, ſtatim ex ſubiecto numero doceberis, & recurrens ad principia, in quibus canonum eſt diſtincta congeries, eodemq; ſtatim canone ex titulo frontis inuento, illum quem quærebas numerum eiuſdem Euangeliſtæ, qui & ipſe ex inſcriptione ſignatur inuenies, atque è vicino cæterorum tramitib. inſpectis quos numeros è regione habeant annotabis: & cùm ſcieris, recurres ad volumina ſingulorum, & ſine mora repertis numeris quos ante ſignaueras, reperies & loca in quibus vel eadem vel vicina dixerunt. Opto vt in Chriſto valeas & memineris mei Papa beatiſſime.

CANON I.

Canon primus, in quo quatuor, Matthæus	Marcus	Lucas	Ioannes.	Canon primus in quo quatuor, Matthæus	Marcus	Lucas	Ioannes.
8	2	7	10	384	165	266	67
11	4	10	6	289	170	275	126
11	4	10	12	291	172	279	156
11	4	10	14	294	175	281	161
11	4	10	28	295	176	282	57
14	5	13	5	295	176	282	42
23	27	17	46	300	181	285	158
23	27	34	46	300	181	285	79
23	27	45	46	302	183	287	160
70	20	37	38	304	184	289	170
87	139	250	141	306	187	290	162
98	96	116	120	306	187	290	174
98	96	116	111	310	191	297	69
98	96	116	40	313	194	294	172
98	86	116	144	314	195	291	166
98	96	116	129	314	195	291	168
98	96	116	131	315	196	292	175
133	37	77	109	318	199	300	176
141	50	19	59	320	200	302	178
142	51	21	35	325	204	310	184
147	64	93	49	326	205	311	188
166	82	94	74	376	205	313	94
209	119	234	100	328	206	214	196
211	121	238	21	331	209	315	197
220	122	39	85	332	210	318	197
220	129	242	88	334	212	321	201
220	122	261	77	335	214	324	199
244	139	250	141	336	215	317	198
244	139	250	146	336	215	319	198
274	156	260	20	343	223	329	204
274	156	206	48	348	227	332	206
274	156	260	96	349	228	333	208
276	158	74	98	352	231	336	209
280	162	269	122	352	231	336	211
284	165	266	55				
274	165	266	63				
284	165	266	65		Finis	canonis	primi.

Canon ſecundus, in quo tres, Matthæus	Marcus	Lucas	Canon ſecundus in quo tres, Matthæus	Marcus	Lucas
15	6	15	179	99	197
21	10	32	190	105	195
31	102	185	192	106	216
32	39	133	192	107	121
32	39	79	193	107	218
50	41	56	194	108	152
62	13	4	194	108	219
62	13	24	195	109	220
63	18	33	198	110	221
67	15	26	199	111	273
69	47	83	201	112	222
71	21	38	203	114	270
72	22	39	205	116	224
72	22	186	206	117	232
73	23	40	208	118	233
74	49	85	217	127	240
76	52	169	219	128	241
79	29	86	223	130	243
80	30	44	225	134	245
82	53	87	226	133	244
82	53	110	229	135	137
83	54	88	229	135	246
83	54	112	242	137	237
85	55	114	242	137	248
85	55	88	243	138	249
88	41	148	248	143	209
88	141	251	248	143	253
92	40	80	249	144	254
94	86	97	251	146	255
94	86	146	253	148	204
103	1	70	258	150	257
114	24	41	259	151	258
116	25	42	264	155	256
116	25	165	269	154	228
116	25	177	271	42	230
121	32	127	278	160	263
122	33	129	281	163	268
123	34	147	285	166	265
130	35	82	285	166	267
131	36	76	296	177	280
135	38	78	296	177	284
137	44	167	301	182	286
143	57	90	308	189	305
144	59	12	312	193	299
149	66	43	316	197	293
149	66	53	317	198	295
153	69	63	322	202	309
164	79	144	338	218	322
168	83	95	339	219	325
168	83	206	340	220	327
170	85	96	342	222	323
172	87	98	344	224	328
174	91	99	346	225	330
176	93	101	353	232	337
178	95	102	354	233	337
178	95	217	Finis	canonis	ſecundi.

CANON III. IIII.

Canon tertius, in quo tres, Matthæus Luças Ioannes.			Canon quartus in quo tres, Matthæus Marcus Ioannes.		
1	14	1	18	8	26
1	14	3	117	26	93
1	14	5	117	26	65
7	6	2	150	67	51
7	6	25	161	77	23
59	63	116	161	77	53
64	65	37	204	115	91
90	58	118	204	115	235
90	58	139	216	125	128
97	211	105	216	125	133
111	119	30	216	125	137
111	119	148	216	125	150
111	119	114	277	159	98
112	119	44	279	161	72
112	119	8	279	161	121
112	119	61	287	168	152
112	119	76	293	174	107
112	119	87	297	178	70
112	119	90	299	180	103
112	119	154	307	188	164
112	119	142	321	201	180
146	92	47	321	201	192
			323	203	183
			329	207	185
			329	207	187
			333	211	203
Finis	canonis	tertij.	Finis	canonis	quarti.

CANON V.

Canon V. in quo duo Matthæus Lucas.	
3	2
10	8
12	11
16	16
25	46
26	47
28	48
30	49
34	194
36	162
38	53
40	52
41	55
43	123
46	153
47	134
48	191
49	150
51	59
53	125
54	54
55	170
57	61
58	60
60	171
61	64
65	172
66	66
68	105
78	108
84	111
86	109
93	145
95	160
96	182
96	184
102	69
104	71
105	193
107	73
108	115
110	118
119	126
125	62

VI.

Canon V. in quo duo, Matthæus Lucas.	
127	128
128	132
129	130
132	81
134	120
138	168
156	57
158	226
162	161
175	200
182	187
182	189
183	198
187	199
197	272
213	235
221	181
228	139
231	179
231	215
232	142
234	136
236	135
237	138
338	140
240	141
241	175
255	202
256	205
257	213
261	207
262	212
265	257
260	155
267	158
270	229
272	231

Finis.

Canon V I. in quo duo, Matthæus Marcus.	
9	3
17	7
20	9
22	11
44	126
77	63
100	98
139	45
145	60
148	65
152	68
154	71
157	72
159	73
160	76
163	78
165	80
169	84
173	89
180	100
189	103
202	113
214	120
215	124
224	131
246	140
247	142
250	145
252	147
254	149
260	152
263	153
275	157
282	164
276	167
288	169
290	171
292	173
298	179
305	185
309	190
311	192
330	208
337	217
341	221
347	226
350	229

Finis.

CANON VII. VIII. IX.

Canon VII. in quo duo Matthæus Ioannes		Canon VIII. in quo duo, Lucas Marcus.		Canon IX. in quo duo, Lucas Ioannes.	
5	83	23	12	30	219
19	19	25	14	30	222
19	32	27	16	262	113
19	34	27	28	262	124
120	82	28	17	274	227
185	215	84	48	274	229
207	101	89	56	274	231
		91	61	303	182
		100	75	303	186
		103	97	303	190
		247	136	307	182
	Finis.	277	215	307	186
		335	230	307	190
		340	234	312	186
				312	190
				312	182
			Finis.	340	213
				341	217
				341	221
				342	223
				342	225
					Finis.

CANON X.

Canon decimus, in quo ſinguli proprie ſcripſerunt.

Matthæus	Matth.	Marcus	Lucas	Lucas	Ioannes	Ioannes	Ioannes.
2	196	19	1	214	4	81	157
4	200	31	3	223	7	84	159
6	210	43	5	225	9	86	163
13	212	46	9	227	11	89	165
24	218	58	18	236	13	92	167
27	222	62	20	252	16	94	169
29	227	70	22	256	18	97	171
33	230	74	29	259	22	99	173
35	233	81	31	264	24	102	177
37	235	88	50	271	27	104	179
39	229	90	51	273	29	106	181
42	245	92	67	276	31	108	189
45	268	94	68	278	33	110	191
52	273	101	72	283	36	112	193
56	283	104	75	288	39	115	195
75	303	123	104	296	41	117	200
81	319	132	106	298	43	119	202
89	324	186	107	301	45	123	205
91	327	213	113	304	50	125	207
99	345	235	117	306	52	127	210
101	351		122	308	54	130	212
106	355	Finis.	124	316	56	132	214
109			131	320	58	134	216
113	Finis.		143	326	60	136	218
115			149	331	62	138	220
118			151	334	64	140	224
124			154	339	66	143	226
126			159	343	68	145	228
136			163		71	147	230
140			164	Finis.	73	149	232
151			166		75	151	
155			174		78	153	Finis.
167			176		80	155	
171			178				
177			180				
181			183				
184			188				
186			190				
188			192				
191			196				
			201				
			203				
			208				
			210				

INCIPIT PROLOGVS SANCTI HIERONYMI AD EVSEBIVM.

PLures fuiſſe qui Euangelia ſcripſerunt,& Lucas Euangeliſta teſtatur dicẽs. Quoniam quidem multi conati ſunt ordinare narrationẽ rerum quæ in nobis completæ ſunt, ſicut tradiderũt nobis qui ab initio ipſi viderunt ſermonem, & miniſtrauerũt ei: & perſeuerenria vſque ad præſens tẽpus monimenta declarant, quæ à diuerſis autoribus edita diuerſarũ hæreſum fuere principia,vt eſt illud iuxta Ægyptios & Thomam & Matthiam & Bartholomeum:duodecim quoq; apoſtolorum, & Baſilidis atque Apellis ac reliquorum quos enumerare longiſsimum eſt: cùm hoc tantùm in præſentiarum neceſſe ſit dicere, extitiſſe quoſdam qui ſine ſpiritu & gratia Dei conati ſunt magis ordinare narrationem, quam hiſtoriæ texere veritatẽ.Quibus iure poteſt illud propheticũ coaptari:Væ qui prophetãt de corde ſuo,qui ambulant poſt ſpiritũ ſuum, qui dicunt: Hęc dicit dominus,& dominus nõ miſit eos.De quibus & Saluator in Euãgelio Iohãnis loquitur: Omnes qui ante me venerunt, fures fuerũt & latrones.Qui venerũt,nõ qui miſsi ſunt.Ipſe enim ait:Veniebãt & ego nõ mittebam eos.Inuenientibus præſumptio temeritatis,in miſsis obſequiũ ſeruitutis eſt. Eccleſia autem quæ domini voce ſupra petrã fundata eſt,quã introduxit rex in cubiculum ſuum,& ad quã per foramen deſcenſionis occultæ miſit manum ſuam, ſimilis damulæ hinnuloq; ceruorũ, quatuor flumina paradiſi inſtar eructãs quatuor & angulos & anulos habet: per quos quaſi arcam teſtamenti & cuſtos legis domini lignis immobilibus vehitur.Primus omnium Matthæus eſt publicanus, cognomẽto Leui, qui Euangelium in Iudæa Hebræo ſermone edidit,ob eorũ vel maximè cauſam,qui in Ieſum crediderãt ex Iudæis:& nequaquã legis vmbram ſuccedente Euãgelij veritatẽ ſeruabant.Secũdus, Marcus interpres apoſtoli Petri,& Alexandrinæ eccleſiæ primus epiſcopus, qui dominũ quidem Saluatorem ipſe non vidit, ſed ea quæ audierat magiſtrum prędicantẽ,iuxta fidem magis geſtorum narrauit quã ordinem. Tertius Lucas medicus, natione Syrus Antiochenſis, cuius laus in Euãgelio, qui & ipſe diſcipulus apoſtoli Pauli in Achiæ Bœotiæq; partibus volumen condidit, quædam altius repetens, & vt ipſe in proœmio confitetur, audita magis quã viſa deſcribens. Vltimus,Iohannes apoſtolus & Euangeliſta, quem Ieſus plurimũ amauit, qui ſuper pectus domini recumbens puriſsima doctrinarũ fluenta potauit,& qui ſolus de cruce meruit audire:Ecce mater tua.Is cùm eſſet in Aſia, & iam tũc hæreticorum ſemina pullularent,Cherinthi & Hebionis, & cæterorũ qui negãtChriſtum in carne veniſſe, quos & ipſe in epiſtola ſua Antichriſtosvocat,& apoſtolus Paulus frequenter percutit,coactus ab omnibus penè tunc Aſiæ epiſcopis, & multarũ eccleſiarũ legationibus de diuinitate Saluatoris altius ſcribere:& ad ipſum(vt ita dicam)Dei verbum nõ tam audaci quàm fœlici temeritate prorumpere: vt eccleſiaſtica narrat hiſtoria, cùm à fratribus cogeretur vt ſcriberet, ita facturũ ſe reſpondiſſe, ſi indicto ieiunio in cõmune omnes Deum deprecarentur. Quo expleto reuelatione ſaturatus, in illud proœmiũ è cælo veniens eructauit:In principio erat verbũ & verbũ erat apud Deum,& Deus erat verbũ, hoc erat in principio apud Deum.Hæc igitur quatuor Euãgelia multò antè prædicta,Ezechielis quoq; volumẽ probat, in quo prima viſio ita cõtexitur. Et in medio ſimilitudo quatuor animalium & vultus eorum: Facies hominis,& facies leonis,& facies vituli,& facies aquilæ. Prima hominis facies, Matthæum ſignificat, qui quaſi de homine exorſus eſt ſcribere:Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid, filij Abraham.Secunda Marcũ,in quo vox leonis in eremo rugientis auditur: Vox clamãtis in deſerto: parate viam domini, rectas facite ſemitas eius.Tertia vituli, quæ Euangeliſtam Lucã à Zacharia ſacerdote ſumpſiſſe initium præfigurat. Quarta Iohannem Euangeliſtam, qui aſſumptis pennis aquilæ, & ad altiora feſtinans, de verbo Dei diſputat. Cætera quæ ſequũtur in eun dẽ ſenſum proficiũt.Crura eorũ recta & pennati pedes,& quocũq; ſpiritus ibat:ibãt, & nõ reuertebantur:Et dorſa eorũ plena oculis, & ſcintillæ ac lampades in medio diſcurrẽtes.& rota in rotã,& in ſingulis quatuor facies.Vnde & Apoc. Iohan. poſt expoſitionẽ 24. ſeniorũ qui tenentes citharas & phialas adorant Agnũ Dei, introducit fulgura atq; tonitrua,& 7. ſpiritus decurrẽtes,& mare vitreũ,& 4.animalia plena oculis,dicens:Animal primũ ſimile leoni,& ſecundũ ſimilevitulo, & tertiũ ſimile homini, & quartũ ſimile aquilæ volãti.Et poſt Paululũ.Plena (inquit) erãt oculis, & requiẽ nõ habebãt die ac nocte dicẽtia:Sãctus ſanctus,ſanctus,dñs Deus omnipotẽs,qui erat & qui eſt & quivẽturus eſt.Quibus cũctis perſpicuè oſtenditur,4.debere tantùm Euãgelia ſuſcipi: & omnes apocryphorũ nenias, mortuis magis hæreticis quàm eccleſiaſticis viuis canendas.

INCIPIT

INCIPIT ARGVMENTVM SANCTI HIERONYMI in Euangelium ſecundum Matthæum.

MOdus tractandi talis eſt. Prius genealogiã Chriſti deſcribit, diſtinguens eam per tres teſſeradecades, pòſt ait de nutritura Saluatoris, & de aduentu Magorũ in Bethleem, & de occiſione paruulorum: deinde de baptiſmo Chriſti, & ieiunio quadraginta dierum, & de tentatione triplici. Poſtea de doctrina eius, ſcilicet de ſermone habito ĩ mõte: deinde geſta & miracula chriſti exponit. Tandem de paſſione reſurrectione & aſcenſione agit. Huic autẽ libro Hieron. prologũ præmittit in quo oſten-

B

MAtthęus ex Iudęa ſicut in ordine primus ponitur, ita Euãgelium in Iudæa primus ſcripſit: cuius vocatio ad dominum ex publicanis actibus fuit, dũo in generatione Chriſti principia præſumẽs: vnius, cui prima circũciſio ĩ carne: altẽrius cuius ſecundũ cõr electio fuit. Ex vtriſq; enim patribus Chriſtus. Sicq; quaterdenario nũero triformiter poſito principiũ à crẽdẽdi fidẽ in elẽctionis tẽpus porrigẽs, & ex electione vſq; in trãſmigrationis diem dirigẽs: atq; à trãſmigrationis die vſque in Chriſtum definiens, decurſam aduentus domini oſtendit generationem, vt numero ſatisfaciens & tempori, & ſe quid eſſet oſtenderet: & Dei in ſe opus monſtrans: etiam in his quorũ genus poſuit, Chriſti operantis à principio teſtimonium non negaret. Quarum rerum

a ¶ Id eſt Dauid & Abraham. ¶ Abrahæ. ſ. ¶ Fuit. a ¶ Scilicet Dauid. b ¶ Domini, ſcilicet. c ¶ Saule reprobato. ¶ Vel patribus. ¶ Supple, natus eſt. ¶ Generationis, ſ. a ¶. i. ab. Abraham. a ¶ Alias via. b ¶ Dauid. ¶ Terminans. ¶ Miſericorditer actum.

dit, vbi Euangelium ſcripſerit, & de quam imo ſtatu ad quam dignũ ſit aſſumptus: de quibus & quo ordine in hoc Euangelio tractet.

a *Duo in generatione Chriſti principia* ideſt, præmittens Abraham & Dauid in generatione Chriſti, quibus facta eſt vel factæ ſunt promiſſiones.

E

F

EXPOSITIO NICOLAI DE LYRA in primum Prologum ſuper Matthæi Euangelium.

1 MAtthæus. *Hic eſt primus prologus beati Hieronymi qui præponitur Euangelio Matthæi. Qui quidem prologus diuiditur in quatuor partes. In prima parte deſcribitur Euangeliſtæ ſtatus, ſecundò ſcribendi modus, ibi:* Duo-

Diuiſio

rum in generatione Chriſti. *tertiò huius Euangelij materia principalis, ibi:* Quarum omnium rerum. *Et quartò vtilitas huius operis, ibi:* In quo Euangelio vtile eſt. *In prima parte deſcribitur Euangeliſta ex nomine, cùm dicitur.*

1 Matthæus. *qui interpretatur, datus: quia inter alios Euãgeliſtas primò datus eſt à Deo ad ſcribendũ Euãgeliũ ad inſtructionẽ omnium fidelium. Secundò, deſcribitur ex natione & patria, cùm dicitur:*

à quo dicta Iudæa

2 Ex Iudæa. *qui natione fuit Iudæus: & de Iudæa natus. Quæ quidem Iudæa primo dicta eſt terra Chanaan, quia poſt diluuiũ inibi habitauerunt filij Cham, quibus expulſis per filios Iſrael tempore Ioſue nominata eſt Iudæa à tribu Iudæ, quæ erat principalis & regia.*

C *Tertiò, deſcribitur quantũ ad ordinem inter Euãgeliſtas, cùm dicitur:*

3 Sicut in ordine primus ponitur. *In ordine ſcilicet Euangeliſtarum, ita in Iudæa primus ſcripſit Euangelium. Quartò, deſcribitur quantum ad ſtatum præcedentem eius conuerſionem ad Chriſtum.*

Publicanus

Quia autem erat Publicanus, id eſt, curam habens de publicis actibus. Erant enim tunc Iudæi tributarij Romanorum, & illi qui colligebant tributum Romanis mittendum, dicebantur publicani: huiuſmodi communiter ſunt campſores, & pecuniarum numeratores. Et quia talia negocia vix aut nunquam ſine peccato exerceri poſſunt, vt dicit beatus Gregorius: ideo in hoc patet gratia diuina quæ ex talibus reuocauit Matthæum ad ſtatum apoſtolicum. & hoc eſt quod dicit: Cuius vocatio, &c. Sequitur:

4 Duo in generatione. *Hic tangitur modus ſcribendi quem tenuit Euangeliſta Matthæus in deſcriptione genealogiæ Chriſti, à qua incipit ſuum Euangelium. Et primò tangitur modus ſcribendi quãtum ad radicem genealogiæ Chriſti, qui ponit duos patres, videlicet Dauid & Abraham quaſi radicem genealogiæ huius, ſicut patet in principio Euangelij, cum dicit: Liber generationis, &c. Ratio autem huius aſſignatur: quia Abraham fuit primus qui fidem vnius Dei publicè confeſſus eſt & in ſignum huius primò circunciſionem accepit, quæ fuit ſignum diſtinguens fideles ab infidelibus. Dauid autem fuit primus rex electus à domino ſecundum voluntatem domini ad fidelem populum regendum, ſecundum quòd dicitur 1. Reg. 13. c* Quæſiuit dominus virum iuxta cor ſuum, &c. *Saul autem licet primò fuerit electus à domino, hoc tamen non fuit ſecundum cor domini, ſed ſecundum exactionem populi. propter quod dixit dominus Samueli 1. Reg. 8. b. Audiui vocem populi petentis regem, ſcilicet ſuper ſe. Sequitur: Non enim abiecerunt te, ſed me, ne regnẽ ſuper eos & hoc eſt quod dicit Hieron.* Duo in generatione Chriſti principia præſumens. *Id eſt ante ſumens duos homines, videlicet Abraham & Dauid, quaſi principia & radices genealogiæ Chriſti. Sequitur:*

5 Vnius cuius circunciſio. *id eſt, ipſius Abrahæ qui primò accepit circunciſionem: vt dictum eſt.*

6 Alterius cuius ſecundum cor electio. *id eſt, ipſius Dauid, qui electus primo fuit rex à domino vt dictum eſt.*

7 Ex vtriſque enim patribus Chriſtus. *in hoc redditur cauſa præ-*

dicti. q. d. propter hoc Abraham & Dauid ponuntur principaliter radix genealogiæ Chriſti, quia Chriſtus naſci debebat ex patriarchis & regibus tanquam eis promiſſus.

8 Sicque quaterdenario. *Hic tangit modum ſcribendi genealogiam Chriſti quantum ad deductionem ex prædictis duobus patribus ſeu principijs, quia Euangeliſta ponit tres quaterdenas. Vna fuit in tẽpore in quo populus eſt gubernatus per iudices. Secũda in tẽpore quo gubernatus eſt per reges. Et tertia in tempore quo gubernatus eſt per Sacerdotes: & hoc eſt quod dicit.* Sicque quaterdenario &c. *id eſt, in temporibus quibus triformiter gubernatus eſt populus. Sequitur:*

9 Principium à credendi in fide in electionis tempus porrigẽs. *quia prima quaterdena incipit ab Abraham, qui primus fidem vnius Dei publicè confeſſus eſt: & terminatur in Dauid, qui primus electus eſt in regem à domino, vt dictum eſt.*

10 Et ex electione vſque in tranſmigrationis. *quia ſecunda quaterdena incipit à Dauid excluſiuè, & terminatur in Iechonia filio Ioſiæ in tranſmigratione Babylonis. Sequitur.*

11 A tranſmigrationis die. *quia tertia quaterdena incipit à tranſmigratione Babylonis & terminatur in Chriſtum.*

12 Decurſam. *Decurſam dicit, quia deſcribit genealogiam Chriſti deſcendendo. Lucas autem e contrario aſcendendo. Sequitur:*

13 Et numero ſatisfaciens & tempori. *q. d. in hoc quòd ſic deſcripſit genealogiam per tres quaterdenas, ſatisfecit numero: quia poſuit numeros conuenientes myſterio Chriſti: quia per quaterdenam quæ componitur ex quatuor & decem, ſignificatur lex Chriſti quæ decurrit per quatuor Euangelia, & lex Moyſi quæ decurrit per decem legis præcepta. Per ternarium verò ſignificatur myſterium Trinitatis quod fuit traditum in vtraque lege, ſed in noua lege magis explicite: & ſic patet qualiter Euangeliſta ſatisfecit numero. Satisfecit etiam tempori: quia per tres quaterdenas deſcripſit tres generationes illius populi in diuerſis temporibus. Sequitur:*

14 Et ſe quid eſſet. *q. d. in ſcribendo Euangelium Chriſti Matthæus oſtendit ſtatum ſuum, quia ibidem deſcripſit vocationem ſuam ex publicis actibus ad ſtatum apoſtolicum.*

15 Et Dei in ſe opus. *quia in hoc oſtendit operationem Dei vocantis ipſum per ſuam miſericordiam.*

16 Etiam in his. *Hoc eſt dictũ quòd ſimiliter in Abraham & Dauid qui electi ſunt à Deo ab antiquo: vnus ad fidem, alter ad regnum, Dei operationem oſtendit. Conſtrue ergo ſic literam: Etiam nõ negaret. Minus dicit & plus ſignificat, id eſt, concederet ſeu declararet. Teſtimonium Chriſti operantis, ſcilicet per gratiam. A principio, id eſt, ab antiquo. In his quorum genus poſuit Chriſti, id eſt, deſcribendo genealogiam Chriſti: & hoc fuit in Dauid & Abraham, quos poſuit radices genealogiæ Chriſti.*

17 Quarum rerum. *In hac parte Hier. oſtendit intẽtionem principalem Euangeliſtæ Matth. ſeu ſubiectum ſui Euangelij, quia genealogiam ordinatè ab Abraham vſque ad Chriſtum deſcripſit, vt oſtenderet quòd ipſe Chriſtus eſt verus homo & verus Deus, qui ſecundum humanitatem natus eſt de muliere, paſſus in cruce, vbi omnia peccata noſtra deleuit, & reſurgens à mortuis nos per adoptionem in filios regenerauit. & hoc eſt quod dicit: Quarum rerum omnium, &c. in genealogia ſcilicet Chriſti deſcriptarum.*

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

a ¶ Historialia. b ¶ Allegorica. c ¶ Moralia.

☞ omnium tempus, ordo, numerus, disposítio, 1
A vel ratio, quod fidei necessarium est: Deus 2
Galat.4.a. Christus est † qui factus est ex muliere, factus 3 4
sub lege, natus ex virgine, passus in carne, o- 5
mnia in cruce fixit, vt triumphans ea in se- 6 7
metipso resurgens in corpore, & patris no- 8
men in patribus filio, & filij nomen patri re- 9 10
stituēs in filiis, sine principio, sine fine, ostē- 11
† vnum. dens se vnum cum patre esse, quia † vnus est. 12
In quo Euangelio vtile est desiderantibus 13 14
Deum 15

16 b
17 Deum sic primâ vel média vel pérfecta co- D
18 gnoscere, vt vocationem apostoli, & opus
19 Euangelij, & dilectionem Dei in carne na-
20 scentis per vniuersa legentes intelligant, at-
21 22 que id in eo in quo apprehensi sunt & appre-
23 hendere expetunt, recognoscāt. Nobis enim
24 hoc in studio argumenti fuit, & fidē factæ rei
25 26 tradere, & operātis Dei intelligendā diligen-
27 ter † esse dispositionē quærētibus non tacere. † esse
28 29
30 EXPOSI

---

1 Tempus. *quia ibi tria tempora describuntur, vt visum est.*

2 Ordo. *quia ordinatè tempora & persona in diuersis temporibus describuntur.*

3 Numerus. *quia sub certo numero, id est in tribus quaterdenis comprehenduntur.*

4 Dispositio vel ratio. *quia rationabiliter disponuntur.*

B 5 Quod fidei necessarium est. *Hoc est dictum. ad hoc omnia prædicta sic sunt ordinatè descripta, vt ostendatur quòd Christus est verus homo. vnde subditur:*

6 Quia factus est. *quia onera legis voluit obseruare. Hoc autem accipitur de epistola ad Gal.4.*

7 Passus in carne, omnia in cruce fixit. *i. omnia peccata nostra in cruce destruxit. Et accipitur hoc de epistola ad Col.2. vbi dicitur sic: Delens quod aduersum nos erat chirographum decreti, id est obligationem ad pœnam inferni: sed illud tulit de medio affigens illud cruci. Et est loquutio metaphorica ad similitudinem illius qui destruit aliquam chartam vel obligationem, quia perforat eam vel corrumpit. sic Christus per passionem suam illud decretum quo eramus obligati gehennæ destruxit. Sequitur:*

8 Vt triumphans in semetipso. *id est deuincens in corpore proprio.*

9 Resurgens in corpore. *Ad euidentiam huius literæ considerandum, quòd pater & filius correlatiuè dicuntur: relatiua autem posita se ponunt, & perempta se perimunt. igitur quia Iudæi noluerunt recipere Christum, Abrahæ & cæteris patribus promissum, ideo desierunt esse filij Abrahæ id est imitatores ipsius per fidem: & per consequens Abraham & cæteri patres desierunt esse patres eorum. Gentiles autem econuerso ad prædicationem Apostolorum receperunt fidem Christi: & ideo in loco Iudæorum à fide Abrahæ recedentium*
C *facti sunt filij Abrahæ: & sic paternitas quæ desierat esse in Abrahā & cæteris patribus, restituta est per filiationem gentium, qui facti sunt imitatores eorum per fidem. Et econtrario sibi filiatio restituta est ipsis credentibus, restituta prædicta paternitate: quia hæc est natura correlatiuorum, vt dictum est. Et hoc est quod dicit Hieron. Resurgens in corpore, scilicet Christus, & præcipiens prædicare baptismum pœnitentiæ in omnes gentes factus est restituens.*

10 Et patris nomen in patribus.. *scilicet antiquis.*

11 Filio. *hoc est ad honorem filij, quia hoc cedit ad honorē Christi.*

12 Et filij nomen patri restituens in filiis. *id est, in gentibus fidem recipientibus.*

13 Patri. *hoc est ad honorem patris æterni.*

14 Sine principio, sine fine. *quia Christus secundum diuinitatem manet in æternum.*

15 Ostendens vnum Deum se esse cum patre. *per opera, scilicet diuinitatis quæ egit. quia propria operatio vniuscuiusque rei, ostendit naturam eius.*

16 Quia vnus est. *id est, Deus qui est pater & filius, quia non sunt duo dij, sed vnus Deus.*

17 In quo euangelio. *Hæc est quarta pars huius prologi: in qua ostenditur vtilitas huius Euangelij Matthæi. & primò ostenditur ista vtilitas in generali respectu omnium fidelium secundò, verò ostenditur in speciali, quantum ad beatum Hieronym. ibi: Nobis enim in hoc, &c. In prima ergo parte ostenditur vtilitas quantum ad quatuor: quia illi qui legunt hoc Euangelium perfectè possunt perpen-* E *dere misericordiam Dei in vocatione Matthæi ad statum apostolicum, & diligentiam apostoli in scribendo Euangelium, & dilectionem Dei ex qua voluit incarnari, & perfectionem humanam quæ est in coniunctione ad Deum per fruitionem, qui voluit sibi naturam humanā coniungere per ipsius assumptionem. & hoc est quod dicit,* In quo Euāgelio vtile est desiderantibus Deum. *id est, noticiam Dei.*

18 Sic prima vel media. *id est, principium, medium & finem huius Euangelij, in quo consistit perfectio.*

19 Vt & intelligant vocationem apostoli. *in quo consistit perfectio: quia de hoc fit ibi mentio.*

20 Et opus Euangelij. *quod ipse descripsit fideliter.*

21 Et dilectionem Dei in carne nascentis. *quia ex dilectione voluit incarnari. Sequitur:*

22 In quo apprehensi sunt. *id est, ad hoc vtile est Euangelium hoc, vt legentes ipsum.*

23 Recognoscant in eo. *id est. in Christo esse, supple id: In quo reprehensi sunt & apprehendere appetunt ipsam diuinitatem, cui natura nostra coniuncta est in Christo in vnitate suppositi per incarnationem, & quam apprehendere quærimus per fruitionem. Et accipitur* F *ibi iste modus loquendi de epistola ad Philip.3.c. vbi dicit sic Apostolus: Sequor autem si quo modo apprehendam, in quo & comprehensus sum.*

24 Nobis enim. *Hic tangitur motiuum Hieronymi ad transferendum seu exponendum Matthæi Euangelium, scilicet vt traderet certitudinem rei gestæ in Euangelio Matthæi, vbi ostenditur vera diuinitas & vera humanitas Iesu Christi. & hoc est quod dicit:* Nobis enim. *id est, rationis motiuæ, quia argumentum quædam ratio est.*

25 In hoc studio. *id est ad studendum in hoc Euangelio transferendo & exponendo.*

26 Et fidem. *& pro id est certitudinem.*

27 Factæ rei tradere. *id est gestorum Christi, & nō tacere, sed magis supple declarare.*

28 Quærentibus. *id est, circ volentibus.*

29 Dispositionem Dei operantis in carne. *scilicet assumpta.*

30 Intelligendum esse diligenter. *hoc est cum magna diligentia & studio, quia talibus reuelatur Euangelij intelligentia, secundum quod dicitur infrà. 7. e. Quærite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis.*

PROLOGVS IN MATTHAEVM.

MAtthæus cùm primo prædicaſſet euãgelium in Iudęa, volẽs trãſire ad Gentes, primus euangelium ſcripſit Hebraicè: quod fratribus à quibus ibat, ad memoriã reliquit. Sicut enim neceſſe fuit ad confirmationem fidei euangelium prædicare, ſic & contra hæreticos ſcribi. Cùm autem plures euãgelium ſcripſerint, quatuor tantum habent autoritatis teſtimonium: quia per quatuor mundi partes fidem nunciãt trinitatis, & ſunt quaſi quatuor rotæ in quadriga domini, quæ vehit eum per prædicationem euangelij, & genus humanum quadrifida morte peremptum eorum erat prædicatione viuificandum: vnde & aliorum euangelia decideruntnec recepta ſunt: quia nolebant præfinitum numerum ceſſari propter virtutem ſacramenti. Deſignantur etiam euangeliſtæ quatuor figuris, quæ non ſunt deceptoriæ, ſed iucundi myſterij ſibi conſciæ. Matthæus in homine intelligitur, quia circa humanitatem Chriſti principaliter immoratur. Marcus in leone, quia agit de reſurrectione. Lucas in vitulo agens de ſacerdotio. Iohannes in aquila ſcribens ſacramenta diuinitatis. Chriſtus verò quem deſcribunt homo fuit de virgine natus: vitulus in immolatione, leo in reſurrectione, aquila in aſcenſione. Vel in homine humanitas, in vitulo ſacerdotium, in leone regnum, in aquila exprimitur diuinitatis ſacramentum.

Expoſitio Nicolai de Lyra in Prologum euangelij ſecundum Matthæum.

MAtthæus cum primò prædicaſſet euãgelium. *Prologus iſte diuiditur in duas partes: quia primo ſcriptor huius euãgelij manifeſtatur, ſecundò ſui euangelij autoritas declaratur ibi: Cum autem plures. In prima parte oſtenditur quando ſcripſit, quia primus inter alios euangeliſtas. Vbi ſcripſit? Quia in Iudæa. Qualiter ſcripſit? quia Hebraicè. Quare ſcripſit? vt veritas euangelij certa maneret apud credentes in Iudæa à quibus recedebat, volens prædicare gentilibus Iudæis pro maiori parte in infidelitate obſtinatis: hoc enim fuerat eis præceptum à domino ſecundum quod dicitur Actu. xiij. g. Vobis autem oportebat primum loqui verbum Dei: ſed quoniã repuliſtis illud, & vos indignos iudicaſtis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gẽtes: ſic enim præcepit nobis Deus. Hac igitur de cauſa Matthæus volens tranſire ad conuerſionem gentilium ſcripſit fidelibus in Iudæa remanentibus euangelium, vt illuc concurrerent pro certa regula ad euitandum errores hæreticorum inſurgentium. & hoc eſt quod ſubditur.*

1 Sicut enim *prædicatione, ſcilicet, confirmata euidentibus ſignis, vt dicitur Marci vltim.*

2 Sic & contra hæreticos ſcri. *vt ceſſantibus miraculis poſſemus recurrere ad doctrinam euangelicam doctrinis & miraculis cõfirmatã, ſicut ad regulam certam hæreſeos inſurgentes confutantem.*

3 Cum autem plures euangelium ſcripſe. *Hic oſtenditur euangelium Matthæi autenticum. Et primò oſtenditur quod dictum eſt. Secundò declaratur quoddam ibi poſitum, ibi: Deſignantur. In prima parte dicitur ſic, quòd plures ſcripſerunt ſub nomine apoſtolorum & diſcipulorum Chriſti, immiſcentes eidem falſitates, vt facilius ſub nomine apoſtolorum fideles deciperentur. Et ad euitandum, quatuor euãgelia quorum ſcriptores ſunt certi & noti, ſunt ab eccleſia recepta & approbata. Et hoc rationabiliter, quia numerus quaternarius euangeliorum fuit præfiguratus Ezechielis. j. vt prædictum eſt. Sunt enim euangeliſtæ quaſi quatuor rotæ in quadriga domini, quibus portatur fides Chriſti per totũ mũdum: Similiter genus humanum quadruplici morte fuit peremptum in tranſgreſſione Adæ. Primò morte culpæ, ſecundò morte naturæ, quia per hoc incurrimus neceſſitatem moriẽdi. tertiò morte gehennæ, quia ex hoc omnes deſcendebant ad limbum vſque ad liberationem per Chriſtum factam. Quartò morte ciuilis pœnæ. Eſt enim mors ciuilis ſeruitus vel exilium per quæ ſcinditur aliquis à communitate. Per peccatum autem genus humanum erat eiectum à ciuitate cæleſti & ſubditum ſeruituti diaboli. igitur conueniens fuit numerus quaternarius euangeliorum, quia per ipſorum prædicationem genus humanum quadrifida morte peremptum & viuificandum deſignatur.*

4 Deſignantur etiam euangeliſtæ quatuor figuris quæ non ſunt deceptoriæ, ſed iucundi myſterij ſibi conſciæ. Matthæus in homine intelli. &c. *Hic declaratur quoddam dictum, videlicet, qualiter euangelia prædicta fuerunt præfigurata Ezechielis. j. Et patet ex prædictis qualiter in quatuor faciebus ſignificantur quatuor euangeliſtæ. Et ſic patet textus.*

Incipit Euangelium secundum Matthæum.

CAPVT PRIMVM.

In commen ta. in Matt.

a *Liber Gene.* HIER. Hebræi voluminibus suis à principijs nomen imponunt, vt liber Geneſis ex ſuo principio nominatur, vbi dicitur: Liber generationis Adæ: & hæc ſunt generationes cœli & terræ. Qui liber principium eſt veteris Teſtamenti, ſecundum quod in principio noui dicitur generationis Ieſu Chriſti: quamuis in hoc ſit parua pars libri: ſed ſic nouum Teſtamentum conſonat veteri. Et ſicut vetus carnali proponitur Iſraeli, ita nouum ſpirituali, & vtriuſque vnus & idē autor oſtenditur. Plenior ſenſus eſſet: Hic eſt liber generationis: ſed hic mos

B eſt in multis, maximè in prophetis vt viſio Iſaiæ, ſubaudis hæc eſt.

Lib. 2. Mat. cap. 1. ✠ RVP. Liber iſte liber cœleſtis eſt, econtra liber generationis Adę, terrenus, de quo ſcriptū eſt. Hic eſt liber generationis Adę. In illo libro terreno omnes reprobi ſcripti ſunt,

Hiere. 7. iuxta illud, *Domine omnes qui te derelinquunt confundētur, recedentes à te in terra ſcribentur.* In iſto ſcripti ſunt omnes electi quibus ipſe dominus,

Luc. 10. *Gaudete quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis.* Cum igitur audis, liber generationis filij Dauid, &c. ne parvum facias librum hunc, nō ſolum attendas quod Abraham ſecūdum carnem genuit Iſaac, ſimilitérq; de cæteris: ſed hoc potius quod Abraham ſecundum promiſſionem genuit Iſaac, Iſaac ſecundum promiſ-

C ſionem genuit Iacob. Hoc namque

† Lucæ. 4. c. Iohan 1. a. animaduerſo prolixus liber & grādis pagina per ſingulas ferè genituras apparet, dum promiſſionis verbum in memoria repoſitū recogitare facit quid & qualiter ad illos ſanctos patres Deus locutus eſt.

RABBANVS. In principio ſatis declarat ſe agere de humanitate Chriſti, cum incipiat à carnali generatione.

HIE. Generationis ſingulariter dicit quamuis multi per ordinem replicentur, quia vnius tantum generatio quæritur propter quam cæteræ hic inducuntur. Non diuinam proponit narrare generationem, quod impoſſibile eſt, vt Iſaias ait: *Generationem eius quis enarrabit?* ſed humanā, quamuis & hæc ex magna parte ſit inenarrabilis. Sed illa tota inenarrabilis eſt: quia etſi dicitur filiusà patre genitus, tamen qualiter, nec apoſtolus, nec propheta nouit, nec angelus. Iſa. 53. c.

b *Ie. Chri.* Id eſt, Saluatoris non perditoris, quod fuit Adam. Chriſtus ipſe eſt qui & Meſſias: Ideo hoc nomine retunditur Iudæorum infidelitas, qui Meſſiam, ideſt, regem ſuum nondum veniſſe ariolantur. Hunc verò eſſe Chriſtum conſequenter ſic probat euangeliſta, quoniam hic eſt qui de patriarcharū & regum ſtirpe progenitus, de virgine mirabiliter eſt editus, ſicut eiſdem fuerat ante promiſſus, Ie. *Chri.* vt per regiam & ſacerdotalem perſonam natura Dei & hominis mōſtretur. Olim Ieſus rector typicè, nunc eſſentialiter, ſecundum ꝙ Deus potens ſaluare. Chriſtus nomen officij eſt, non naturæ, quia vnctus eſt in ſacerdotē ad interpellandum pro nobis, qui bene in terram promiſſionis inducit. E Ieſus Chriſtus

c *Fi. Da.* Ordo præpoſterus ne premiſſo Abraham, generationis contextio interrumperetur. Horum duorum ſpecialiter dicitur filius, quia vnus primus inter patriarchas, alter inter reges ad quos facta eſt de F Chriſto promiſſio, vt Iudęis Chriſtum ex lege venturum aperiret, in quo viderent vaticinia impleri.

☞ CHRYS.

Incipit Euangelium ſecundum Matthæum.

CAPVT PRIMVM.

¶ Liber apothecę gratiæ in qua omnis anima quod neceſſe habet inueniat.

a ¶ Saluatoris non perditoris.

1 2 3 4 † LIBER generationis Ieſu Chriſti filij Dauid, filij

a b c Chriſto promiſſio, vt Iudęis Chriſtum ex lege venturum aperiret, in quo viderent vaticinia impleri.

☞ CHRYS.

Incipit poſtilla Nicolai de Lyra ſuper Matthæum.

CAPVT PRIMVM.

✠ Liber gener. Ieſ. Chri. *Euangelium ſecundum Matthæum diuiditur in duas partes: quia primò ſtabilit ſubiectum ſuum ſeu declarat, ſcilicet, Chriſtum verum eſſe hominem & verum Deum. Secundò determinat de redēptione noſtra facta per ipſum quæ incipit in medio quarti capituli. ibi: Cum audiſſet Ieſus quòd Iohannes traditus eſſet. Iterum prima diuiditur in quatuor ſecundum ꝙ quadrupliciter declarat Chriſtum verum Deum & verum hominem. Primò enim declarat hoc teſtimonio angelico & prophetico. Secundò, ex illuſtratione cæleſti & veneratione regali. Tertiò ex prædicatione Iohannis & teſtificatione Dei patris. Quartò ex dæmonis tentatione, & ſanctorum angelorum obſequio & veneratione, Secunda incipit capitulo ſequenti, tertia tertio, & quarta quarto. Prima adhuc in duas: quia primò oſtendit veritatem humanæ naturæ & modū ſuæ conceptionis mirabilē oſtendendo, ibi: Chriſti autēgeneratio. Prima adhuc diuiditur in tres, quia in deſcribendo genealogiam Chriſti præmittit quendam prologum ſeu præfationem. Secundò ponit eiuſdem genealogiæ deſcriptionem, ibi: Abraham. Tertiò genealogiæ deſcriptæ recapitulationem, ibi: Omnes ergo generationes. In prima ergo parte intitulat librum ſuum à Chriſti generatione dicens: Liber generationis: quia ſcripſit Hebraicè, vt viſum eſt. Modus autem Hebræorum eſt denominare libros ab eo de quo tractatur in principio, ſicut dicitur liber Gen. quia in principio tractatur de creatione mundi. Similiter Matthæus, qui incipit euangelium à genealogia Chriſti, ideo ab ipſo denominat ſeu intitulat ipſum. Ratio autem quare incipit à genealogia Chriſti hæc fuit, quia Iudæi negabant Ieſum Nazarenum eſſe verum Chriſtum, & deſcendiſſe à Dauid, quia Galilæus erat, ſecundum quod dicitur Ioh. vij.* Nunquid à Galilæa venit Chriſtus? *q.d. non. Ideo ſubditur:* Nonne ſcriptura dicit: *Quia ex ſemine Dauid & Bethleem caſtello, vbi erat Dauid venit Chriſtus, quaſi dicant. Sic. & ideo ex hoc volebant falſè concludere, ꝙ non eſſet verè Chriſtus nec ex ſemine Dauid. Hunc ergo errorem volens Matthæus excludere in principio euangelij ſui oſtendit ipſum à Dauid deſcendentem per ipſius genealogiam: Oſtendit etiam eum in Bethleem natum, vt patet in principio ſequentis capit. Cum natus eſſet Ieſus in Bethleem Iudæ: licet fuerit in Galilæa conceptus & nutritus. In deſcribendo autem genealogiam ponit duas partes tāquàm radices, videlicet, Dauid & Abraham: quia ad iſtos eſt facta ſpecialiter promiſſio de Chriſto. Item quia Dauid fuit principalis inter reges, Abraham inter patriarchas. Chriſtus autem debebat deſcendere ex patriarchis & regibus. Præponitur autem Dauid ipſi Abraham: licet ſit poſterior ſecundum tempus, propter eminētiam regiæ dignitatis, & iterum vt conuenientius generationis ordo texatur: quia ſic à radice vltimo nominata inchoatur. Dicit ergo.*

1 Liber gener. *ſupplendum eſt. Hic eſt liber ſecundum modum Hebræorum, vbi communiter fit talis ſuppletio, vt patet Iſa. j. Viſio Iſaiæ filij Amos, ſubintelligitur, hæc eſt. Et eodem modo in pluribus alijs locis.*

2 Generationis, &c. *ſcilicet, temporalis, quia generationem Chriſti æternam deſcribit Iohannes in principio euangelij ſui.*

3 Ieſu Chriſt. *Ieſus nomen eſt perſonæ, Chriſtus, nomen naturæ. Significat enim duplicem naturam in vno ſuppoſito, ſcilicet, diuinam & humanam.*

4 Filij Dauid, filij Abra. *Hoc eſt intelligendum ſecundum naturam humanam tantum. Vnde dicit Apoſtolus ad Roma. j. a. Qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem.*

✠ Abraham

MORALITER.

✠ 1 *Liber generat. Ieſ. Chri.* Chriſti genealogia deſcribitur hic per tres quaterdenas generationū: Quarum aliquæ fuerunt ante legem datam Moyſi, & aliquæ tēpore legis datæ. & vltima. ſ. generatio Chriſti tēpore gratię, quod incœpit ab eius cōceptione. Et per hoc ſignatur ꝙ aliqui tēporibus iſtis tribus ſaluati ſunt per fidem Chriſti. Vnde dicit Saluator Ioh. 8. g. Abraham pater veſter exultauit, vt videret diem meum: vidit, & gauiſus eſt: Itē in quaterdena ſunt duo numeri. ſ. denarius & quaternarius. Per denarium verò, ſignatur impletio decalogi. Per quaternarium, im-

† pletio

☞ ✠ Chrisostomvs. Altera autem ratio est cur Dauid prior nominetur, quia regni dignitas maior est quam naturæ. A Nam etsi Abraham præcedebat in tempore, Dauid præcedebat in dignitate.

Hom. 1. in opere imperfect.

Filij Dauid filij Abraham. Hos duos de omnibus elegit quorũ filius dicitur Christus, vt Iudæis quibus scribit, scientibus ex lege Christũ venturũ, appareret hic esse qui diu erat promissus, in quo viderentur impleri omnia vaticinia. his enim solis in veteri Testamento legitur facta promissio. Abrahæ, *In semine tuo benedicentur omnes gentes.* Cui consonat Dauid: *Benedicentur in ipso omnes tribus terræ.* vnde Zacharias hoc est, subaudi. *Iusiurandũ quod iurauit ad Abrahã patrem nostrũ daturum se nobis* Dauid autẽ: *Iurauit dominus Dauid veritatẽ & non frustrabitur eũ de fructu ventris tui ponam super sedẽ tuam. Itẽ, Semel iuraui in sancto meo,* scilicet Christo *semen eius in æternum manebit, & thronus eius sicut sol in conspectu meo. &c.* Quæ nullatenus de Salomone accipi possunt, sed de Christo ex Dauid orto. Item in libro verborum dierum: *Cum dormieris cum patribus tuis dabo semen tuum post te.* quod nullatenus de Salomone dicitur, qui viuo patre cœpit regnare, sed de Christo vnde Hieremiæ: *Suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit rex, & sapiens erit.*

†Gen.12.a. † Gen. 29. & 30. †Gen.38.d. Gen.22.d. Psal.71.d. Lucæ.1.g. Psal.131.b. Ibid.88.e. 1.Pa.17.b. B Hier.63.a.

Abraham & Dauid sunt duæ columnæ versantes in lege quasi in vestibulo ante ostium quod est Christus: quas ambit funiculis duodecim cubitorum. id est fides apostolorum. Amplectitur hos in genealogia patres, de quorum medio ostium Christus aperitur credentibus.

a *Abraham genuit Isaac: Isaac autem genuit Iacob.* Ab eo cõgruè fit generationis exordium, cui promissus est primum, in quo est benedictio omnium.

Matthæus generationem incipit ab exordio promissionis. Et etiam vsque in finem libri hæc agitur, vt qui ex hac generatione natus est. Deus & homo intelligatur.

Ab initio ab eo cui primum facta est promissio fidei incipit, vt in hoc patre discant cui primum facta est promissio, qui est quales esse debeant, qui volunt in eius semine benedici. Matthæus generationem descendendo incipit vel computat: quia humanitatem Christi ostendit, per quam Deus ad homines descendit. Lucas ascendendo referens formam sacramenti aperit. A baptismo enim incipiens vsque ad Deum ascendit, ostendens baptizatos ascendere ad hoc, vt sint filij Dei. C

Hom.1. ex opere imp. ✠ Chrysostomvs. Isaac interpretatur risus: risus autem sanctorum est non stulta cachinnatio labiorum, sed rationabile gaudium cordis, quod fuit mysterium Christi. Sicut enim ille parentibus rentibus in vltima senectute donatus est lætitia suis, vt cognoscatur quia non erat filius naturæ sed gratiæ: Sic & Christus in nouissimo fine productus est, à matre Iudæa qui gaudium cunctis, sed iste per virginem, ille de anu contra spem naturæ. D

b *Genuit.* Matthæus ponit, genuit: qui naturæ filios tantum numerat. Lucas: Qui fuit: qui aliquos secundum legem vel per adoptionem filios interponit. Matthæus ponit genuit, & non generauit, forsitan vt ille cognosceretur in fine ostensus de quo dicitur: *Ego hodie genui te.* Psal.2.b.

c *Iudam & fratres.* Ideo solus Iudas nominatim exprimitur, vt eum cognosceres qui ex eius stirpe fuerat promissus.

Fratres Iudæ memorat prætermissis fratribus Isaac & Iacob, quia illi à populo Dei quasi alieni sunt repulsi: hi velut heredes in libro vitæ scripti, & quasi patriarchæ duodecim, in quibus & numerus apostolorum signatur. Sed nominatim non exprimuntur, E ne vltra numerum sacramenti generatio extendatur.

In semine prædictorum patrum Christus intrauit in Ægyptum quod præsagiens inimicus populum premebat, & non fœminas sed mares interimebat, vt eum extingueret.

De Iuda Christus quem omnes gentes susceperunt: quo venie te iam Herodes alienigena principabatur.

✠ Chrysostomvs. Et noster Iacob duodecim apostolos in spiritu non in carne verbo & sanguine genuit. Nam sicut ille cum suis descendit in Aegyptum vt multiplicaretur: sic & Christus cum suis descendit Apostolis in mũdum, & multiplicatus est per totum mundum. Vbi suprà.

✠ Rvpertvs. In generatione Iudæ & fratrum eius cessauit mos ille antiquus quo primogeniti, sacerdotio fungebantur. Ruben quippe qui erat primogenitus ipse peccauit, & propterea benedictionem sacerdotalem non promeruit, imo diminutionem acquisiuit *Effusus es* (inquit pater) *sicut aqua, non crescas, quia ascendisti cubile patris tui.* Gen.49.

d *Iudas autem* Iudas genuit Phares & Zaram antequam intraret Aegyptum, in quam ambo postea cum patre transierunt. Zara cum de vtero præmisit manũ, obstetrix coccino ligauit dicẽs: hic prior egredietur. illo manum retrahente alter exiuit. Cui obstetrix: Quare propter te diuisa est maceria? Vnde & Phares. i. diuisio dictus est, significans illum qui segregabit oues ab hædis: & statuet oues quidem à dextris: hædos autem à sinistris. Gen 38.d. Infrà.25.c. F

Hom.1. in Matth. ✠ Chrysostomvs, Per Zaram significatur populus Iudaicus, qui primus apparuit in luce fidei, quasi de vulua tenebrosa mundi procedens: & ideo significatus est cocco circuncisionis, putãtibus omnibus, quia ipse populus Dei erat futurus: sed posita

☞ est antè

a ¶Cui promissum est: in semine tuo be. om. gen. & Christus est semen illud in hoc gentes quærunt benedici. b ¶Fides. c ¶Spes. ¶Charitas.

a Abrahã. † Abrahã genuit Isaãc. Isaac autẽ 1 2
b
c genuit Iacob. † Iacob autem genuit Iudam & 3

a ¶Confessio. ¶Iudas confitens: & de Christo dicitur: Confiteor tibi pater cæli & terræ. b ¶Diuisio.

d fratres eius. † Iudãs autem genuit Phãres & 4

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Abraham genuit. *Hic incipit Christi genealogiam narrare & diuiditur in tres partes secundum tres quaterdenas quas ponit in ista genealogia. Prima incipit ab Abraham, & terminatur in Dauid inclusiuè. Secunda à Dauid exclusiuè, & terminatur in Iechoniam filiũ Iosiæ inclusiuè. Et tertia incipit à Iechonia filio prædicti Iechoniæ inclusiuè, vt videbitur. & terminatur in Christũ inclusiuè. Secunda pars incipit ibi* Dauid autem. *Tertia ibi:* Et post transmigrationem Babylonis. *In prima ergo procedit sic.* Abraham genuit Isaac *Non facit mentionem de Ismaele qui fuit filius Abraham: quia per ipsum non descendit Christus: sed per Isaac erat promissus eius aduentus secundum quod scribitur Genes. 21.a.* In Isaac vocabitur tibi semen. *Et eadem ratione non fit mentio de Esau, cum subditur.*

2 Isaac autem genuit Iacob. *Quia antequã essent nati, Iacob fuit à Deo dilectus, vt per ipsum descenderet Christus, vt habetur Malachiæ primò, a.* Iacob dilexi, Esau, autem odio habui. *Considerãdum igitur, q̃ hic describitur genealogia Christi descendendo: quia Matthæus voluit ostendere assumptionem infirmitatis nostræ à Deo vt dicit Augustinus de concordia euangelistarum. Econtrario autem Lucas describit eam ascendendo, quia volebat ostendere reductionem humanæ naturæ in Deum, & ideo incipit genealogiam Christi post baptismum quia post baptismum reducimur in Deum. Sequitur.*

3 Iacob autem genuit. *Licet autem Christus de Iuda descenderit, tamen fratres eius cum eo nominãtur, quia fuerunt patres populi Israelitici, & ab eis duodecim tribus Israel nominatur. Sequitur.*

4 Iudas autem genuit, *Hieronymus autem reddens rationem quare ista Thamar exprimitur, sic dicit: Notandum in genealogia Saluatoris nullam sanctarum mulierum assumi, sed eas tantum quas scriptura reprehẽdit; vt qui propter peccatores venerat, de peccatricibus nascens omnium peccata deleret. vnde & in consequentibus Raab meretrix & Ruth Moabitis ponitur Bethsabeæ vxor Uriæ. Hæc Hieronymus. Sed istud non videtur probabiliter dictum, quia ipse ibidem dicit q̃ propter hoc reges tres de genealogia Christi tolluntur. sc. Ochozias, Ioas, Amasias: quia Ioram miscuerat se filiæ impiissimæ Iezabelis, ideo filij eius vsque ad quartam generationẽ de genealogia Christi tolluntur: ergo non est probabile q̃ propter peccatum in Christi genealogia nomina mulierum exprimuntur. Item q̃ dicit ibi nullã sanctam mulierem positam in genealogia Christi, patet falsum de Maria matre Christi, quæ sanctissima est & fuit. Item q̃ dicit Raab & Ruth ibi expressas propter peccatum, non videtur verum, immo propter virtutis actum. De Raab enim scribitur quod propter virtutem suscepit exploratores Israel & eos saluauit, vt patet Iosue.2. propter q̃ ponitur in Catalogo illorum qui ex fide fecerunt nobilem actum, vt habetur ad Heb.11. Quod autem dicit ua meretrix non obstat: quia hoc erat*

MORALITER.

pletio euangelij quadrupliciter descripti. Per ternarium verò sanctæ trinitatis mysterium. Per istos igitur numeros in genealogia Christi contentos mysticè signatur q̃ per obseruationem decalogi in fide trinitatis Christus qui sol est iusticiæ per spiritualem illuminationem oritur in nobis. 2.Pet.1.d. *Habemus firmiorem propheticum sermonem cui benefacitis attendentes quasi lucenti caliginoso loco, donec dies illucescat, & Lucifer oriatur in cordibus vestris.*

Item tres quaterdenæ faciunt quadraginta duas generationes per quas peruenimus ad Christum qui promissus est nobis in prẽmiũ, sicut filij Israel per quadraginta duas mansiones venerunt ad terram sibi promissam. Christi autem generatio sic erat, &c. Per hoc autem quòd Christus conceptus & formatus fuit in vtero virginali per operationem spiritussancti signatur quòd spiritualiter concipitur & formatur in mẽte pura opere spiritussancti, Gal.3.c. Filioli mei quos ego iterũ parturio, donec formetur Christus in vobis,

A est antè faciem eius lex quasi sepes vel maceria. Sic ergo impeditus est populus Iudaicus per legem, sed temporibus Christi, rupta est sepes legis quæ erat inter Iudæos & gentes.

a *Phares autem genuit Esrom.* In Ægypto genuit Phares Esrom, & Esrom Aram, & Aram Aminadab, & Aminadab Naason: & tũc Moyses eduxit eos de Aegypto. Naason fuit dux sub Moyse in tribu Iuda per desertum, in quo genuit Salmon. Iste Salmon fuit princeps in tribu Iuda, qui cum Iosue in terrã promissionis intrauit Iste Salmon in terra promissionis genuit Booz de Raab.

B Christus est Phares, id est diuisio, quia separabit oues ab hędis. Ipse est Esrom, id est sagitta vel atriũ, quia penetrat corda auditorum. Habet etiam latitudinem charitatis, qua & inimicos dilexit.

†Ruth.4.d.

b *Aram autem.* Aram Christus electus vel excelsus interpretatur: Electus de quo propheta: *Ecce puer meus quem elegi.* Et alibi: *Excelsus super omnes gẽtes dominus.* Ipse est aminadab id est voluntarius, qui dicit: *Volũtariè sacrificabo tibi.* Idem est Naason, id est augurium, qui nouit præterita præsentia & futura. Vel Naason serpentinus, quia Christus more serpentis omnes cauit insidias.

Oseæ 11.a. Psal.112.a. Ibid.33.b.

C c *Salmon autem genuit Booz.* Christus est Salmon ideſt, sensibilis, quia omnia sentit. ipse accipit Raab. i. ecclesiam de Gentib. Raab fames vel beatitudo vel impetus: quia ecclesia gentium esurit & sitit iusticiam, & dilatata per orbem terrarum impetu doctrinæ Philosophos & reges conuertit. Raab ostendit coccinum in fenestra. i. in ore per confessionem Christi passionem declarat. Raab meretrix quæ nuncios Iosue susceptit, quã salmon princeps tribus Iudæ sibi copulauit, significat ecclesiam de Gentibus, quę principi ex Iuda. i. Christo copulatur. Et sola cum suis saluatur, dũ Iericho. i. præsens seculum septem muris viciorum vallatum, septem dierum tempore tubis prædicationũ circumuallatur, donec in nouissima tuba oẽs muri corruant, & nouissima mors destruatur.

Ioſ.2.a.

1.Cor.15.g.

¶Oriens. ¶Amari tudo. ¶Diuisio.

a Zaram de Thamar. Phares autem genuit 1

¶Sagitta vel arcus. ¶Christus electus vel excelsus.

b Esrom. Esrom autem genuit Aram. A-

¶Spontaneus vel voluntarius. ¶Augurium vel serpentinus.

ram autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naason. Naason au- 2

¶Iste fuit princeps tribus Iuda. ¶Sensibilis.

c tem genuit Salmon. Salmon autem ge-

¶Fortis. ¶Latitudo. ¶Raab Hebraice, Rachab Græce.

d nuit Booz de Raab † Booz autem genuit O- 3

a ¶Festinans. b ¶Christus, seruiens vel seruitus: quia non venit ministrari, sed ministrare. c ¶Incendium vel incensum. ¶Christus est sacrificium vel incensum qui pro nobis hostia factus est.

e f beth ex Ruth. Obeth autem genuit Iesse: Iesse 4

a ¶Manu fortis vel aspectu desiderabilis.

g h autem genuit Dauid regem: Dauid autẽ rex 5 6

d *Booz autem.* Booz Christus de quo dicitur: *Dominus in fortitudine veniet.* Booz de. Nota nullã de sanctis fęminis in genealogia Christi assumi, sed quas scriptura reprehendit. Debuit em̃ de peccatorib. nasci, qui p̃ peccatoribus venerat, vt discerent sui peccata patrũ sibi non obesse. Vnde agnus in Pasca immolandus iussus est assumi ex capris & ouib. i. ex iustis & peccatorib. generãd⁹.

D

Isa.40.c. Infames p sonæ in genealogia Christi annumerãtur & quare Exod.12.a.

Historia. Elimelech fuit de tribu Booz, & vxor ei⁹ Noemi qui cum vxore sua iuit ad Moabitas, vbi filij sui duxerunt vxores: sed mortuo patre & filiis sine semine, Ruth cũ Noemi socru sua venit in Iudæam & genuit ex ea Booz, Obeth.

e *Ex Ruth.* Moabitide, vt ostẽdat impletum vaticiniũ Isaiæ: *Emitte agnum domine dominatorẽ terræ.* Per hanc semen Abraæ ad Christũ deducitur. Ecclesia de Gẽtibus per Ruth significata, priusquã ad Booz. i. ad Christum veniret ex patre diabolo erat.

Isa.16.a.

E

Mystice: Ruth significat ecclesiã, q̃ est de Moab (. i. de Gẽtib. q̃ ex patre diabolo) & petra deserti, propter idololatriã de qua De⁹ suscitauit filios Abrahæ: Oblita prioris Gentis venit ad Booz qui fortis dicitur. i ad Christum q̃ suscitat semen fratris sui. i. Moysi q̃ obiit sine liberis, qa neminem ad perfectũ duxit lex. Ruth, vidẽs vel festinãs: qa ecclesia puro corde Deum videt q̃ festinat ad brauiũ supernę visionis, & diffinit pseuerare in fide & dilectiõe Dei.

Mysticè.

Heb.7.c.

f *Iesse autem* Pater Dauid sæpius nominatur Isai, sed binomius fuit. Hic autẽ ideo dicitur Iesse: vt sciret eum yenisse. de quo Isa. *Egredietur virga de radice Iesse, &c.* Hic est flos quẽ odorat Isaac, dicẽs: *Ecce odor Filij mei sicut odor agri pleni,* quia spiritus eum abundantissimè repleuit.

Isa.11.a. Gen.27.d.

g *Regem.* Non quod solus in hac genealogia rex, sed quia primus rex de Iuda & regum principium, propter quem & cæteri in solio regni seruantur: & per istum ordo generationis decurrit ad Christum qui habet regnum Dauid.

F

h *Dauid autem rex.* Historia. Dauid in solario sedens, vidit Beth sabee

Historia. 2.Reg.11.a.

d *Booz*

NICOLAVS DE LYRA.

tantum ipsius cognomen & ideo non oportuit q̃ esset talis secundum rem: Sicut aliquando e contrario aliquis pauper rusticus cognominatur nomine regis, vt Petrus rex vel huiusmodi. Hebræi etiam dicunt hospitatricem, vbi nos habemus meretricem, vt dixi plenius Ios. 2. ca. Similiter quod dicitur de Ruth Moabitide, q̃ eam scriptura reprehendit non videtur verum immo magis eam commẽdat. Tum quia socrui suæ fideliter adhæserat: tũ qa electa gentilitate fidem vnius Dei suscepit, vt habetur Ruth. 1. c. Tum quia in viduitate castè vixit, vt dicitur Ruth. 3. ex verbis Booz ad ipsam: Benedicta es filia à domino & priorẽ misericordiam posteriore superasti, quia non es sequuta iuuenes pauperes seu diuites. Tum qa fuit optimæ famæ. Vnde ibidem subditur: Scit omnis populus qui habitat inter vrbis meæ portas, mulierem te esse virtutis. Salua igitur beati Hier. & meliori sententia, videtur q̃ melius potest dici, q̃ mulieres istæ hîc sunt expressæ, quia fuerũt viris suis ex quib. conceperunt accidentaliter coniunctæ. Istæ autẽ quæ fuerunt primæ & principales, siue bonæ siue malæ non exprimuntur, sed sufficit expressio viri, quia vir & vxor pro vna persona cõputãtur Quòd autẽ prædictæ mulieres fuerunt accidentaliter coniunctæ, patet ex textu Bibliæ, quod omitto causa prolixitatis vitãdæ. Nec debet aliquis moueri, si ego recedo in hoc à dictis Hier quia dicta sanctorum nõ sunt tantæ auctoritatis, quin liceat sentire cõtrarium in his q̃ non sunt per sacrã scripturã determinata. vnde dicit Augustinus in epist. ad Vicentium de scripturis sanctorum doctorũ. Hoc genus scripturarũ à canonicis scripturis distinguendũ est: Non enim ex eis sic testimonia proferuntur, vt contrarium sentire non liceat. Sequitur.

Doctorum scripta quã auctoritatẽ habeant.

1 Phares autem genuit Esrom. *Iste Phares cum Iuda patre suo & Iacob auo suo descendit in Aegyptum, & ibi genuit Esrom, & Esrom Aram, & Aram Aminadab, & Aminadab Naason. Iste autem Naason cum patre suo exiit de Ægypto, & ideo fuit princeps in tribu Iuda in deserto post patrem suum. Quòd enim Iste Aminadab fuit princeps tribus Iudæ in exitu de Aegypto, habetur Cant. 6. d. vbi dicitur: Anima mea turbauit me propter quadrigas Aminadab. Ad cuius euidentiam considerandum q̃ liber Cant. secundum doctores Hebræos est de Deo & ecclesia Israel educta per ipsum de Aegypto. In exitu Israel de Aegypto dominus siccauit viam per medium maris rubri, & aquæ ex vtraq; parte erant altæ ad modum muri. sicut habetur Exo. 14. & ideo filij Israel timebãt intrare. Iste Aminadab princeps tribus Iudæ cum tribu sua primus intrauit post Moysen, & ex hoc tribus Iuda dignitatẽ regni meruit. Et ideo dicitur:* Anima mea turbauit me *&c. qa filij Israel videntes Aminadab præcedẽtẽ cũ currib. suis, admirati sunt ppter eius audaciã, & sequuti sunt eũ: igitur post ipsum Aminadab filiũ⁹ Naasõ fuit princeps trib. Iudæ in deserto, vt dicitur Nu. 1. c.*

2 Naason autem genuit Salmon. *Hic est vnum dubium, quomodo ista Raab quæ erat de genere Chananæorũ, fuit coniuncta ipsi Salmon in matrimonium, quia erat prohibitum filiis Israel ne vllo modo cõtraherent cũ Chananæis matrimonia, vt habetur Deu. 7. Dicẽdũ ad hoc q̃ istud fuit præceptum eis ne per Chananæas à cultu veri Dei auerterẽtur, & ad idola cõuerterentur, vt ibidẽ habetur: & ideo quando aliqua persona inueniebatur fidelis, & ex fide veri Dei aliqd magnum egisse, sicut fecit ista Raab, vt prædictum est, tunc dispẽsabatur, vt posset coniungi in matrimonium cum filiis Israel: & propter hoc ista Raab coniuncta est principi nobilioris trib. s. Iudæ, quia pro filiis Israel fecerat magnum actum virtutis in exploratorũ saluatione.* 3 Booz autem genuit. *Eodẽ modo ista Ruth cõiuncta est Booz qui erat nobilior de ciuitate Bethleem: licet enim esset prohibitum in lege, q̃ non acciperent in matrimoniũ mulieres Moabitidas. Propter q̃ Esdras fecit illas eiici cũ filiis suis à filiis Israel, vt habetur. 1. Esd. 10. c. Ruth tamẽ Moabitidis propter actum virtutis ex dispẽsatione coniuncta est ipsi Booz: quia sicut dictũ est, pro fide vnius Dei suscipienda reliquit terrã suam & venit in Iudæã cum socru sua. Sed oritur dubiũ, quomodo iste Booz genuit Obeth ex Ruth: quia à principio ducatus Iosuæ, quãdo s. Salmon accepit Raab, & inde genuit Booz vsque ad tẽpus in quo cœpit Heli iudicare populũ, in quo tẽpore ista Ruth venit cum Noemi in Iudæã fluxerunt 325. anni & plus, vt potest patere cõputãti tempora iudicũ intermediorũ: & ideo dicendũ q̃ tres fuerunt Booz sibi succedẽtes, auus, filius & nepos: primus genitus est à Salmon de ipsa Raab, & tertius genuit Obeth ex Ruth. Et quia euangelista volebat vsque ad Dauid vnam quaterdenam tantum ponere, ideo istos tres similiter nominatos, & sibi inuicem immediatè succedẽtes voluit vno nomine cõprehendere.* 4 Obeth autem. *Iste autẽ alio nomine vocatus est Isai, vt habetur 1. Reg. Sed nomẽ Iesse hic ponitur, qa de ipso hic agitur, put Christus descẽdit ab eo, vt scriptũ erat Isa. 11* Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius, &c. *Et ideo ex nomine Iesse hic posito ostenditur ista prophetia cõpleta fuisse.* 5 Ies. au. *Iste autem nominatur solus rex, licet ante eũ & post fuerũt plures alij reges: qa iste fuit primus electũ⁹ in regẽ secũdũ beneplacitũ diuinũ, vt ostẽsum est suprà & propter excellentiã sanctitatis suæ.* 6 Dauid au. *Tacetur no*

Obeth quo modo genitus sit ex Booz & Ruth.

☞ sabee se lauantem:placuit ei,& vocauit, iacuitque cũ ea:qua gra
A uida reuocauit Vriam de expeditione, vt sic intraret in domum, & sic partus ascriberetur ei, qui nolens intrare iacuit in vestibulo, dicens,quod dum arca esset in tabernaculis, nõ intraret in domũ suam,Acceptis igitur literis mortis suæ, ad expeditionem reuersus est:& sicut Dauid præceperat occisus est à Ioab.Dauid in solario Christus est, qui in sole posuit tabernaculum suũ.Beth sabee,puteus sacietatis septimꝰ scilicet,lex per cuius cognitionem spiritualis gratia ministratur.Vrias,Iudaicus populus, q̃ per legem de luce Dei gloriatur: Sed huic Christus legem abstulit,quam de se loqui docuit. Ille verò dũ mãdata legis implere nititur, quasi epistolas fert vnde damnetur.Vrias etiã Iudaicus populus qui noluit intrare in domũ.i.spiritualẽ legis intellectum.dicens, quia arca domini, i.ecclesia est in tabernaculis.i. in figuris. Ideo non intrauit in domum, id est non
B accipit alium intellectum,sed accipit literas suæ mortis.idest intellectum literalem qui ducit eum ad mortem.

Mysticè Dauid,i.Christus qui Goliam.i. diabolum superauit. Ipse est manu fortis,vel visu desiderabilis.De eodem dicitur:*Dominus fortis & potens,&c.* Et iterum:*Speciosus forma præ filiis hominũ.* Bethsabee,puteus sacietatis.i.abundãtia gratiæ spiritualis q̃ munere septiformi est puteus sacietatis,in quo est fons aquæ saliẽtis in vitam æternã.Tres prędictæ sine pudore nominis ponuntur,quia non solum culpari, sed etiam laudari meruerunt. Iustus autem nomine dignus est.Sed in hac quia loquendo nequit, salutem silentio nominis quod turpè est tegi. Nomen viri quasi iusti ponitur,vt in hoc immanitas sceleris verecundius memoretur,dũ eius causa est occisus. Vxor tamen propter sacramentum ecclesiæ dicitur quæ occiso diabolo in coniugium veri regis asciscitur.

Mysticè. Psal.23.b. Ibi.44.a. Ioh.4.b.

a genuit Salomonem ex ea quæ fuit Vriæ.Salo- 1
b ¶Latitudo populi.
c mon autem genuit Roboam : Roboam autẽ
¶Pater dominus. ¶Attollens.
d genuit Abiam : Abias autem genuit Asa: Asa
e autem genuit Iosaphat : Iosaphat autem ge-
¶Excelsus.
f nuit Ioram: Ioram autem genuit Oziam. O- 2
g a ¶Robustus domini.De quo dicitur:Fortitudo mea dominus. b ¶Profectus id est Christus:de quo Ecclesia quotidie in melius proficit.
zias autem genuit Ioathan:Ioathan autem ge
a ¶Comprehendens.id est Christus,quia nemo nouit patrem nisi filius.
genuit Achaz,Achaz autem genuit Ezechiã.
¶Obliuio.
h Ezechias autem genuit Manassen : Manasses 3
i autem genuit Amon. Amon autẽ genuit Io- 4
k siam:Iosias autem genuit *Iechoniã & fratres 5

a *Vriæ.* Vria,lux mea Dei scilicet,idest,diabolus qui dixit:*Similis ero altissimo*:cui ecclesiam coniugatam Christus de solario paternæ maiestatis adamauit,& pulchram factam sibi matrimonio copulauit.Vrias qui est figura diaboli, lux mea Deus interpretatur, qui adhuc transformat se in angelum lucis, & lucem Dei se facit. Isa.14.c. 2.Corint.1.

b *Salomon autem.* Christus est Salomon.i. pacificus, quia ipse est pax nostra qui fecit vtraque vnum. Ipse est Roboam.i.impetus,populi qui velociter populos conuertit ad fidem. Eph.2.c.

c *Roboam.* De isto dicitur:*Dabo ipsi Roboam tribum Iudam,vt remaneat lucerna Dauid cunctis diebus in Israel.* Quod ad literam nõ potest accipi,quia nec Israel cunctis diebus extitit,nec de Dauid post Christum dux aliquis in Israel fuit. Sed Christus lucerna est æterna in cælesti Israel,& ideo seruatur semper.Super solium autem Dauid dicitur sedere Christus,quia regnum Dauid temporale figurauit æternum Christi regnum. 3.Reg.11.f.

d *Abias.* Pater dominus:Id est Christus,qui dicit:*Ego ero illi in patrem,quia tamquam dominus omnia quęcumque voluit fecit.* Qui etiam est Asa,id est,attollens,quia ipse abstulit peccata mundi. 2.Reg.7.b. Psal.113.c.

e *Iosaphat,&c.* Iudicans vel iudicium Dei,scilicet Christus qui iudicat, Ioh.1.d.
C iudicat orbem terræ in æquitate.

f *Ioram autem genuit.* Christus est Iotam,id est excelsus,qui ait: *Nemo ascendit in cœlum,nisi qui de cœlo descendit,* Psal.95.c.

Nota quod Ioram non genuit Oziam.sed potius genuit Ochoziam.Ochozias genuit Ioas,& Ioas Amasiam & Amasias Oziã, qui & Axarias. Ibid.24.c.

Ioram duxit filiam Iezabel & fornicatus est,& fratres suos occidit.Vnde infirmatus est dolore vteri. vt viscera egereret, quẽ sequutus Ochozias ingressus est,pervias domus Achab. Ioas autem adorauit sculptilia & Zachariam filium Ioiadæ qui eum nutrierat & regem fecerat,occidi præcepit:quia eũ de idololatria increpauit.Amasias quoque coluit Deos Seir. Ideo & isti tres de generatione Christi sunt excluſi.secundum illud: *Visitabo peccata patrum, vsque in tertiam & quartam generationem.* Sed hoc dictum est de illis qui peccata patrum sequuntur.nam & bonus de malo genitus misericordia est dignus:& malus de bono natus punitur.Alij qui ponuntur quamuis mali fuerint, vel bonos generant, vel à bonis generantur, vt Ioram filius Iosaphat viri iusti. Ozias pene in omnibus rectum fecit, nisi quòd incensum adolere voluit,vnde & in fronte lepra percussus est.Hic tres reges sunt intermissi: vel ideo quia propositum fuit Euangelistæ tesseradecades ponere.vel quia Ioram miscuerat se generi Iezabel:& dictum est per prophetam in throno regni quemquam non esse sessurum de domo Achab,nisi in quarta generatione:ideo memoria eius à sancta generatione tollitur vsque ad tertiam generationem: purgata verò labe gẽtilis familiæ,in quarta origo Christi numeratur. Ioh.3.b. 2.Par.21.* Ibidem. Exo.20.a. 4.Reg.5.g. *Ioachim. Ioachim autẽ genuit. 3.Reg.21.f.

g *Ozias autem.* Sub Ozia, Ioathan,Achaz & Ezechia,prophetauit Isaias de Christo.Propter peccata principum claudebantur ora prophetarum.

h *Ezechias* Fortis dominus, ipse est qui dicit apostolis : Nolite timere.Ezechiæ cum esset sine liberis dictum est : *Dispone do.tuæ quia mo.* Ideo fleuit non propter longiorem vitam,cum sciret inde placuisse Deo Salomonem, quia non petiisset ampliores annos.Sed quia dubitabat ne promissio Dei impleretur cùm se sciret esse de genere Dauid per quem oportebat venire Christum:& ipse erat sine liberis. vnde & dicebat: *Non videbo Deum, non aspiciam hominem?* Ecõtra credebat,quia fidelis est qui promiserat. Deus autem sententiam quam dederat,ad probationem fidei immutat,& spacium generandi dat. Infrà 10. c. Isa.38.a. 3.Reg.3.b. Isaiæ.38.b.

i *Manasses.* Obliuiosus.Iste est qui quasi conuerso peccatori dixit Omnium iniquitatum eius non recordabor.

k *Amon* id est fidelis vel nutricius,significãs Christum de quo dicitur:Fidelis dominus in omnibus viis suis,qui conuocat filios, vt gallina pullos suos. Ezech.18.c.
F

l *Iosias.* id est salus domini vel incensum.Ille est qui dicit:Dirigatur oratio mea sicut incensum,&c. Psal.144.c. Ibid.140.a.

Iosias,rex iustus,quod non filij eius quos genuit, non in transmigratione: quia nunquam transmigrauit: sed secundum prædestinationem Dei ad transmigrandum, Iechoniam & fratres eius simul ponit,vt quorum est communis iniquitas, similis sit & mi-
☞ seria.

NICOLAVS DE LYRA.

☞ *men Bethsabee,& exprimitur vir eius qui fuit iustus & bonus,vt patet.2.Reg* 11.*Et vt ostendatur, quod Bethsabee de qua fit aliqualiter mentio, accidentaliter coniuncta est ipsi Dauid,sc. per mortem Vriæ.*

1 Salomõ autem genuit Roboam, &c.*Sub isto Roboam diuisum est regnum Iudæorum in duo regna,vt patet* 3 *Reg.*12.*quia decem tribus recesserunt ab eo,& adhæserunt Ieroboam,& tunc dictum est regnum Israel. Duæ autem tribus quæ remanserunt ipsi Roboam, dictæ sunt regnum Iuda.*

2 Ioram autem genuit Oziam. *Sicut patet ex* 4 *Reg.Hic omittuntur tres reges sibi succedẽtes:quia Ioram genuit Ochoziam:Ochozias autem genuit Ioam:Ioas autem genuit Amasiam:Amasias autem genuit Oziam.Ratio autem huius est secundum Hier. quia Ioram accepit vxorem filiam impiissimæ Iezabelis:ideo filij eius vsque ad quartam generationem de genealogia domini excluduntur, & maxime quia Euangelista volebat vnam quaterdenam tantum ponere ratione iam prædicta:ideo oportebat tres reges excludere Et isti tres ratione prædicta conuenientius aliis remouentur.Sequitur.*

3 Ezechias autem genuit Manassen. *Iste Ezechias non habebat hæredem quando dictum est ei per Isaiam prophetam,Esa.*38.*a.* Dispone domui tuæ,quia morieris tu & non viues:*& tunc fleuit non timore mortis,sed propter defectum seminis,timens ne Christus de eo non nasceretur & ideo ipso orante cum lachrymis additi sunt vitæ ipsius anni quindecim:& tunc genuit Manassen. Qui quidem Manasses licet primò fuerit pessimus,quia de eo scriptum est.*4.*Regum.*21.*ca. quòd ipse* impleuit Ierusalem sanguine prophetarum vsque ad os. *inter quos Isaiam auunculum suum secari fecit:propter quod in captiuitatem ductus est:tamen finaliter pœnituit,& ad regnum suum reductus fuit vt habetur.*2.*Paralip.*33.*ca.Sequitur.*

4 Amon autem genuit Iosiam.*Iosias iste fuit optimus qui iuuentute sua cœpit quærere dominum destruxit templa idolorum per totum regnum suum.*

5 Iosias autem genuit Iechoniam & fratres eius in transmigratione Babylonis.*Non quia adhuc esset transmigratio quando geniti sunt sed quia imminebat. Nominantur autem fratres Iechoniæ cum eo,quia similes ei fuerunt in captiuatione.Ioachaz autem qui primus regnauit post Iosiam captiuatus est per regem Aegypti vt habetur.*3.*Reg.*24.*Rex autem Aegypti constituit regem loco ipsius fratrem eius*

A seria. Iechonias præparatio domini, quia tam patrem quam filiũ dominus ad transmigrandum præparauit.

4.Reg.23.f. & 24.a. Legitur in libro Regum quòd Iosias genuit Ioachaz : & Ioachim: qui & Heliachim & Sedechiã. Ioachaz successit patri in regnũ, quo capto à rege Aegypti substitutus est loco eius Ioachim frater eius. Quo mortuo regnauit Ioachim (qui & Iechonias dictus est (filius eius prò eo: quo capto à rege Babylonis: loco eius Sedechias positus est.

Isidorus. Veritas historiæ habet, quòd duo fuerunt Iechonię, vt vnus scilicet pater sit in fine præcedentis tesseradecadis, alter in principio sequentis. Sed
B mystică secundum Augustinum & idem est in fide præcedentis & in principio sequentis. Sed quare prætermissus est Ioachim pater Iechoniæ, forsitan vt typũ Christi faceret Iechoniam bis numerauit: & Ioachim ne nnmerus augeretur prætermisit.

Iechonias secundum alios & alios hic p eodem & altero accipitur.

Rabanus. Quæritur quare Iechonias dicitur filius Iosiæ, cũ Iosias Ioachim, & Ioachim genuit Iechoniã? Si autem eũdem Iechoniam bis numeremus in fine. scilicet præcedentis tesseradecadis & in principio sequentis ad hoc vt tres plene tesseradecades inueniãtur: iam non erunt. 42. patres. Diuersis modis soluitur hoc Hier. dicit quòd vterque. pater & filius Ioachim & Iechonias vocabatur: & ita vnum habemus in fine præcedentis tesseradecadis & alterum in principio sequentis, vt cum dicit Iosias genuit Iechoniam, Ioachim intelligamus. Cum verò dicit: *Iechonias genuit Salathiel.* Ioachim accipiamus. Aug. verò dicit quòd vnus bis numeratur. scilicet. Iechonias, qui & Ioachim dictus est: à quo facta est quædam in exteras gentes deflexio, quando in Babyloniam transmigratum est. Vbi ergo ordo à rectitudine deflectitur & in diuersum tendit, augulum facit: & id quod in angulo est bis numeratur. Transmigratio in Babyloniam, significat transitum apostolorum ad Gentes. In qua transmigratione Christus factus lapis angularis, vtrunque populum complectitur quod ostendit per Iechoniam bis positum.

August.

Omnes qui à Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis numerantur. reges fuerunt.

Hom. 4. in Matth. a *In transmigratione.* ✠ Chrysostomvs. Captiuitatis Babylonicæ recordatur, vt doceat populum Iudæorum, ne aliqua quidem castigatione correptum, modisque omnibus necessariam fuisse Christi præsentiam. Cur vero non etiam de Ægypto
C mentionem facit? Quia Israelitæ captiuitatem Ægypti non timebant, Babylonis verò audire sine timore non poterant: quippe cũ illud esset antiquum hoc recens.

b *Iechonias.* Prior Iechonias, resurrectio domini, sequens Iechonias præparatio domini dicitu: Vtrumque congruit Christo, qui

Iohan.17.b est resurrectio & vita.

c *Salathiel.* Petitio mea Deus, Christo conuenit qui dicit: Pater sanctæ, seruа eos quos dedisti mihi, vt sint vnum sicut & nos. D

d *Salathiel autem genuit Zorobabel.* Hoc in multis scripturis legitur: sed in Paralipomenon filij Iechoniæ: Assir, Salathiel, Melchiram & Phadaia: & de Phadaia orti sunt Zorobabel & Semei. 1.Paral.3.b. Sed tradunt Hebræi Trinomium fuisse Assir, Salathiel Melchirã & Phadaia. Vel Salathiel & Phadaia fratres filios quos genuerũt vterque suum vocauit Zorobabel. Cum de isto dicat Euangelista Abiud genitum. Paral. dicit quòd Zorobabel Mosollem genuit, & reliquos inter quos Abiud non numeratur: sed multa E vicio scriptorum in Paralip. deprauata sunt. vnde multæ & interminatę genealogiæ inueniuntur quas iubet apostolus vitari.

e *Zorobabel autem genuit Abiud.* Magister Babylonis. id est confusionis. Illi cõuenit qui mũdum ab errore idololatrię ad viã veritatis reuocauit. Fuerunt viri studiosi ex Iudæis dicti Heriles propter propinquitatem generis Christi, erantque Nazaræi, qui ordinem genealogiæ Christi partim memoriter, partim ex libris dierum, partim ab auis & proauis retinentes secundum ordinem scripserunt. Heriles.

f *Abiud.* id est pater meus Iste Christo conuenit, de quo dicitur: Psal.88.d. *Ipse inuocauit me: pater meus es tu, &c.*

De Abiud vsque ad Ioseph nulla historia inuenitur in Paralipomenon. sed annales fuerunt apud Hebræos, de quibus Herodes multos comburi fecit, vt confunderetur ordo regiæ stirpis: & forsitan Ioseph nomina patrum ibi legerat, vel aliquo modo ibi retinuerat per quem Euangelista seriem hanc generationis posuit. Sed siue hoc siue alio modo, euangelistæ fuit hæc certa generationis successio.

g *Eliachim.* Dominus resuscitans. Ille qui dicit: *Omnis qui videt* Iohan. 6.c. *filium & credit in eum, habebit vitam æternam, & ego resuscitabo eum, &c.*

h *Azor.* Adiutus. Ille est qui dicit: Ecce Deus adiuuit me, domi Psal.53.a. nus susceptor est animæ meæ.

i *Sadoch* Iustus id est Christus, de quo dicitur: Iustus dominus & Ibid.10.b. iusticias dilexit.

k *Achim* id est frater meus iste. Quis alius quam ille qui homo fieri voluit, vt posset habere fratres, de quibus diceret: *Nunciabo* Ibid.21.e. *nomen tuum fratribus meis.*

l *Eliud.* id est, Deus meus conuenit Christo qui dicit: Deus infr.27.f. meus, vt quid dereliquisti me? F

m *Eleazar.* id est Deus meus adiutor. Ille est qui ex persona hominis dixit: *Deus meus sperabo in eum.* Psal.90.a.

n *Mathan.* Donans vel donatus Ille est qui dedit dona hominib. Et de quo dicitur: *Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum daret.* Iohan.3.b.

Per hos patres Christus in mundum, & omnium horum in se gerebat officium. Et dignum est vt per eandem lineam sanctita-

☞ tis ad

a eius †in transmigratione Babylonis. Et post 1
b
c transmigrationem Babylonis, Iechonias ge
d nuit Salathiel. Salathiel autẽ genuit Zoroba 2
e 3
f bel. Zorobabel autẽ genuit Abiud: Abiud au
g tẽ genuit Eliachim: Eliachim autem genuit
h Azor: Azor autem genuit Sadoch: Sadoch
i
k autem genuit Achim: Achim autem genuit
l Eliud: Eliud autem genuit Eleazar: Eleazar
m
n autem genuit Mathan: Mathan autem ge- 4

a ¶Iechonias præparatio domini quod conuenit Christo qui dicit: vado parare vobis locum.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *Eliachim mutato nomine ipsius: & vocauit eum Ioachim vel Iechoniam. Et iste est qui dicitur hic genitus à Iosia: quem captiuauit rex Babylonis. ducens secum in Babylonem: sed in itinere remisit eum sub iuramento quòd ei fideliter seruiret: sed iste Ioachim quarto anno volens rebellare, ab exercitu regis Babylonis captus est & occisus, & cadauer eius extra Ierusalem proiectum. sicut fuerat per Ieremiam prædictum: Ierem. 22.a.* Sepultura asini sepelietur. & regnauit Ioachim filius eius pro eo, *qui similiter dictus est Iechonias, sed aliter scribitur quam primus: quia pater eius Ioachim per ch & m. alius autem per ch. & u. & iste regnauit tribus mensib. & postea adductus est in Babylonem captiuus cum matre & nobilibus de terra Iuda: & constitutus est Sedechias auunculus eius filius Iosiæ rex in Ierusalem à rege Babylonis & 11. anno regni eius, quia rebellauerat captus est à rege Babylonis, & excæcatus est in Babylonem ligatus ductus, & Ierusalem destructa, & templum combustum. vt habetur. 4. Reg. 25. Et sic patet quòd fratres Iechoniæ filij Iosiæ fuerunt captiuati sicut & ipse: propter quod nominatur cum ipso.*

Ioachim & ioachin quomodo & pro quibus nominentur & scribantur.

1 Et post transmigrationẽ Babylonis. *Iste Iechonias à quo incipit tertia quaterdena non fuit Iechonias filius Iosiæ, sed nepos eius per n. scriptus, vt dictum est: aliter non essent quatuordecim in ista quaterdena vltima.*

2 Salathiel autem genuit Zorobabel. *Et iste Zorobabel est ille sub quo transmigratio rediit de captiuitate. vt habetur. 1. Esdræ. 2.*

3 Zorobabel autem genuit. *Contrarium videtur 1. Paralipomenon. 3. b. non. 3. b. vbi dicitur quod Zorobabel genuit Mosollam, Ananiam, & Salomith. Est dicendum, quòd aliquis istorum fuit binomius: & sic dictus est Abiud, quia plures binomij in sacra scriptura inueniuntur Ab isto Abiud vsque ad Ioseph nulla historia in Biblia reperitur sed apud Iudæos fuerunt aliqui studiosi qui genealogias à Dauid descendentes diligentissime scripserunt propter Christum quem expectabant à Dauid descendere: & ibi Matthæus potuit residuum huius genealogiæ videre. Vel si dicatur quòd Herodes illas scripturas cõbussit, ne linea regia ab aliis distingueretur, vt dicunt aliqui: Tunc dicendũ quod Matthæus habuit per reuelationem, quod nõ habuit per scripturam: quia apostoli & euangelistæ non fuerunt minus illuminati, immo magis quam antiqui prophetæ. Sequitur.*

4 Mathan autem genuit Iacob. *Contrarium dicitur Lucæ. 3. vbi dicitur: quod* Mathat genuit Heli, & Heli genuit Ioseph. *Dicendũ quod Mathat & Mathan descenderunt à Dauid: sed Mathat per Nathan, q fuit filius Dauid adoptiuus Mathan autẽ per Salomonẽ. Et isti duo Mathan & Mathat habuerunt vnam vxorem successiuè, & dicta est Hesta: & Hesta à Mathã cõcepit Iacob, & à Mathat Heli: ita quod Heli & Iacob fuerũt fratres vterini: sed de duobus fratribus à Dauid diuersimode descendentibus. Heli autem accepta vxore mortuus est sine semine, & ideo Iacob frater eius accepit vxorem fratris sui, vt ei susciteret semen & genuit Ioseph, ita quod Ioseph fuit filius naturalis ipsius Iacob, & sic accepit eum hic Matthæus. Fuit autem filius Heli legalis, & sic accepit eum in genealogia Lucas, vt patet in figura sequenti. Ratio autem quare Matthæus describit genealogiã Chri-*

✠ *sti per*

tis ad eũ aſcendamus,per quam ad nos deſcendere eſt dignatus.

A a *Ioſeph.* Apponens Chriſtus qui Iudæis Gentes oppoſuit,qui & pater Chriſti dicitur,quem de ſua coniuge natum adoptiuè ſuſcepit:ſed & putatiuè pater dicitur. *Ioſeph.* Matthæus dicit Ioſeph filium Iacob,& Iacob filium Mathan. Lucas Ioſeph filium Heli,& Heli filium Mathat, ſed Mathan & Mathat de eadem vxore Heſta nomine ſingulos genuerunt. Mathan qui per Salomonem deſcendit eam prius duxit & relicto vno filio Iacob obiit, & poſtea Mathat qui per Mathan deſcendit de Dauid, eandem duxit & genuit Heli, ſic Iacob & Heli. fratres ſunt vterini. Iacob autem vxorem Heli fratris ſui ſine liberis defuncti ad ſuſcitandum ſemen eius accipiens genuit Ioſeph natura ſuum, ſed ſecundum legem Heli filium. Quòd dicitur filius nomine eius vocari cui ſuſcitatur, non eſt verum cum Booz ex eum quem genuit ex Ruth, non Elimelech cui ſuſcitatur, ſed Obeth vocauit.

Luc.3.c.

† 27.q.2.c. genuit.

† ad demigrationem Babylonicã

B ✠ Rvpertvs. Ecce ſcala illa quæ in ſomno Iacob apparuit quando parentibus obediẽs ibat in Syriam, vt de ſua cognatione acciperet vxorem. Ecce ſcala ſtans ſuper terram, acumen eius tangens cœlum,& Dominus innixus ſcalæ,qui dixit ad eum, Ego ſum Dominus Deus, &c. Scala illa, generatio Chriſti, & latera ſcalæ, ſummi patres vel principes ſunt huius generationis Abraham atque Dauid ad quos promiſſio facta eſt,ſupremus ſcalæ gradus cui Dominus innixus eſt, iſte eſt beatus Ioſeph vir Mariæ. Quomodo iſte Deus & Dominus huic innixus eſt? Vtique tãquam tutori pupillus, quippe in hoc mundo ſine Patre natus eſt: ita innixus eſt huic Ioſeph, vt eſſet infantulo iſte pater optimus.

b *Virum Mariæ.* Quid ad Chriſtum generatio ex Dauid deducta ad Ioſeph, cum Chriſtus non ex ſemine Ioſeph? Sed non eſt conſuetudo ſcripturarum, vt ordo mulierum in generationibus texatur; & ideo non per Mariam,ſed per Ioſeph inducitur,cum de

C vna Ioſeph & Maria tribu fuerint. Vnde & eam quaſi propinquam cogebatur accipere,ne tribus in aliam ſe confunderet: vnde etiam ſimul tanquam de vna ſtirpe profitẽtur in Bethleem redire cum ſingulis in ſuam ciuitatem.

Exemplo Mariæ liquet fidelibus coniugatis ſeruato pari conſenſu continentiam poſſe permanere,coniugiúmque vocari non permixto corporeo ſexu, ſed cuſtodito mentis affectu. Vnde & Ioſeph vir Mariæ dicitur, quia coniugium verum eſt vbi conſeruatur amoris effectus,& in Maria fructus nuptiarum inuenitur.

c *Omnes itaque.* Decurſo ordine generationis tandem,in fine concludendo,euangeliſta recapitulat ſub myſtico numero.

Tres diſtinctiones in generatione Chriſti myſticè inſinuant fidem ſanctæ Trinitatis,quam concorditer aſtruit doctrina legalis & euangelicæ inſtitutionis. Tres enim trinitatis fidem,

Diuiſio quatuor doctrinam euangelicam,decem, legis ſignificat inſtitutionem. In tres teſſeradecades diuiditur hæc generatio. Prima eſt ab Abraham vſque ad Dauid, ita quòd Dauid includatur. Secunda,à Dauid,id eſt,iuxta Dauid,à Salomone incipit,& D in priorem Iechoniam finitur. Tertia, à ſecundo Iechonia in Chriſto terminatur: ab Abraham vſque ad Dauid & à Dauid vſque ad Chriſtũ tria in hac diſtinctione notantur tempora ad Chriſtũ currere. Ante legem in quo Abraham naturale ſeruans mandatum. Poſt legem quam Iudæi præuaricantes captiuantur. Poſt gratiã per quam omnes de captiuitate ſoluuntur. Et in his ſingulis bis ſeptẽ ſunt: quia gratia ſpiritus ſãcti in homine geminatur,vt cor & carnem in vnum iungens faciat vtrumque exultare in Deũ. Quod autem ter.14.verã ſignificat religionem. Quatuor enim & decẽ nouum & vetus Teſtamentum indicant: quia via ad Chriſtum per decem verba legis & quatuor euangelia prędicatur, ita tamen vt quicquid aſcribitur trinitati quæ Deus eſt, conſecremus, quia nulla præceptio impletur, niſi hic numerus colendi Deũ teneatur. Vt & hãc viam eſſe perueniendi ad Chriſtũ (qui eſt noſtra terra promiſſionis) ſcias, totum numerum collige in ſummam, & E

¶ Supplantator vel luctator.

genuit Iacob:† Iacob autẽ genuit 1
a ¶ Stella maris. b ¶ Non de quibus, quia ſine virili coitu de ſola virgine natus.
a Ioſeph virum Mãriæ,de qua natus
b eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus.
c Omnes itaque generationes ab Abraham vſque ad Dauid, generationes quatuordecim: & à Dauid vſque † ad tranſmigrationem Babylonis generationes quatuordecim: & à tranſmigratione Babylonis vſque ad Chriſtum, gene-

ſunt 42. quo numero manſionum veri Hebræi de Aegypto ad patriam veniunt. Et bene hoc numeri ſacramento venimus ad patriam,quo Chriſtus à patriarcha cui promiſſus eſt,peruenit ad virginẽ,quaſi ad Iordanem,ſpirituſſancti gratia abundantem. Et ideò euangeliſta numerauit ab Abrahã quadragintaduas generationes, velut cœleſtis patriæ manſionis: in fine Chriſtum ſupputans,quę eſt conſummatio viæ & manſio vitæ. In Abraham primum fides iuſticiã reputatur: quod eſt initium viæ vel vitæ ad requiem. Ideo.42.quia hoc numero prẽſens eccleſiæ tempus oſtenditur, quo dominus bene operantibus cooperatur. Septies enim ſeni.42.ſunt. Sex ad opera,ſeptem ad requiem pertinẽt: vnde bene populus ille ſub ſpe intrandi in requiem, per ſepties ſex manſiones caſtrametatur,in quarũ vltima Ieſu duce, patefacto Iordane requiem intrat. Sic noſter Ieſus quadrageſimaſecunda generatione ab Abraham credente, lauacra baptiſmi & cœli ianuas F patefecit. Sub eiuſdem numeri ſacramento nos curſu virtutum ad patriam tendimus,dum quotidie prælibando guſtu cœleſtium fruimur, & patienter promiſſum expectamus.



Matthæus in hac vita(quæ quatuor temporum curſu labitur, in qua regi nos oportet à Chriſto ſecundùm laborioſam diſciplinam qua filios flagellat, quæ in decem propter decalogi mandata ſignatur)per quadragenarium numerum regem Chriſtum veniſſe teſtatur, addito binario propter duo Teſtamenta quibus regi nos oportet. Vel duo præcepta charitatis in quibus tota lex continetur,& completur vetus ſcriptura. Quapropter Matt. 22.d in generationibus Matthæi quæ deſcendendo enumerantur: noſtrorũ ſignatur ſuſceptio peccatorum. In generationibus autem Lucæ (quæ aſcendendo vſque ad Deum perueniunt, cui mundati reconciliantur per Chriſti ſacerdotium) intelligitur noſtrorum ablutio peccatorum. Ideo in ſeptuageſimoſeptimo numero tota eius enumeratio completur, in cuius myſterio Saluator remittendum eſſe peccanti dicit: Denarius enim iuſticiæ eſt numerus, vndenarius tranſgreſſio eſt denarij: qui

☞ ſepties

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *ſti per Salomonem filium eius naturalem hæc eſt, quia deſcribit aſſumptionem noſtræ humanitatis à Deo. Lucas autem per Nathan filium adoptiuum: quia deſcribit reductionem noſtram in Deum,quæ ſit per gratiam adoptionis.*

1 Iacob autem genuit Ioſeph virum Mariæ,de qua natus eſt Ieſus qui vocatur Chriſtus. *Cum Ioſeph non fuerit pater Ieſu vt habetur.inf.eodem capitulo,nõ videtur eſſe ſufficienter probatũ per iſtam genealogiam ſic deſcriptam,quòd Ieſus filius Mariæ fuerit de ſtirpe Dauid,dicendum,quòd immo quia Ioſeph & Maria fuerunt de eadem tribu,quia bu,quia mulier non poterat nubere cum viro alterius tribus,quãdo ad ipſam pertinebat hæreditas paterna vt patet Num.37.c. De filiabus Salphat. Beata autem virgo Maria fuit vnica Ioachim patri ſuo: & ideo ex lege cogebatur viro ſuæ tribus nubere: propter hoc etiam iuit cum Ioſeph in Bethleem ciuitatem Dauid vt profiteretur cum eo, vt habetur Luc. 2. Modum autem per quem fuerunt de eadem tribu Damaſcenus deſcribit dicens,quod Melchi habuit fratrem nomine Pantheam qui genuit Barpanthera:& hic genuit Ioachim,qui genuit beatam Mariam: & ſic beata Maria deſcendit à Dauid per Nathan ſecundum Dam.51.4.cap.6.*

septies ductus explicat septuagesimumseptimum,in quo numero tanquam vniuersalis peccati fit plena remissio peccatorum per Christum ascendentibus ad Deum.Nec est mirandū, quòd Lucas plures successiones ponit à Dauid vsque ad Christum, Matthæus pauciores:cum ille ponat alias personas,ille alias,& ex his forsan alij minus, alij plus vixerunt. Nota non esse consuetudinem scripturarum,vt in generationibus successionis,ordo mulieribus tribuatur:ideo generatio Ioseph ordinabiliter ponitur qui de eadem tribu , de qua beata Maria fuisse cognoscitur,

Succession is ordo in generationibus mulieribus tribuitur

a ¶ Per quam dignatus est venire. b ¶ Non ait sic facta est,quia semper apud patrem erat.

a rationes quatuordecim. Christi autem † generatio sic erat. 1
a ¶ Vt per Ioseph de Dauid monstraretur. b
c cū esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph antequā cōue- 2
d a ¶ A Ioseph. b ¶ Ecce illud nouum,Mulier circundabit virum non aliunde quam ex se gignendo. 3
a ¶ De quo est qui concipitur & generatur. c ¶ De potestate non ex substantia,ne spiritus dicatur incarnatus. 4
5
e nirēt,†inuenta est in utero habens de spiritusancto.† Ioseph 6
¶ Sponsus. a ¶ Pro traducere Græci habent propalare. b ¶ Ne si palam esset vt adultera puniretur. 7
f aūt vir eius,cū esset iustus,& nollet eā †traducere,voluit,oc- 8
g 9

† deprehensa est grauida.

Psal.44.b.

a *Christi autem generatio.*Sine additamento,Iesu,ponit,vt eum intelligas de quo propheta:Vnxit te Deus tuus.Iesus,quod substantialiter illi conuenit,angelo reseruat, vt qui post dicturus est conceptum de spiritusancto , nomen ei proprium ex salutionis officio sublimius declaret.

b *Sic erat.*Sicut dictum est,vt ex Ioseph,origo Mariæ,quæ est de Dauid clarescceret:& Christus,non ex eius semine , vt Deus & homo , per genealogiam homo , per hoc,de virgine de spiritusancto Deus ostenditur.Sic inquam erat vt præscripta est& B mox dicetur,sicut postea signis & prodigiis manifestatur,vt totus liber Deum & hominem natum demonstret:Quod est credendum vt possit intelligi.Hic enim sensus deficit humanus, vbi non est natura,sed virtus:qui non credit,non intelligit, quòd virgo peperit,quòd verbum caro factum est.

Hom. 6. in Lucam.

c *Cum esset desponsata.* Orige. Ideo desponsata vt significaret ecclesiam,quæ virgo est & sponsa: Et vt per Ioseph origo Mariæ ostenderetur:Vel vt Ioseph esset testis castitatis defendens eam ab infamia suspicionis,& ne vt adultera damnaretur, & vt virgo virgo viri solatio sustentaretur,& vt diabolo partus occultaretur,qui nequit satis dignoscere an ex semine natus sit, an de virgine:& ne virginibus esset excusatio infamiæ quòd mater Christi infamata fuerit. Desponsatio fiebat per aliquot dies ante assiduam cohabitationem , & interimerat vxor sub custodia viri. D

d *Antequam conuenirent.* Non quòd postea conuenerint: vt si diceremus antequam pœnituerit, morte præuētus est. Non quòd postea conuenerint sed ostendit proximum tempus nuptiarum, in quo nuptiarum solemnia celebrantur.

† natiuitas

† 27. q. 1. prius quam & c.inuenta c.genuit.De verbo.sig. c. 4. † infamare

e *Inuenta est in vtero habens.* Inuenit Ioseph in vtero habere sed non de spiritusancto sciebat esse,cum postea vt dubius deliberaret dimittere eā.Apostolus autē hoc addit ne interim surreperet suspicio lectori.Quomodo hoc factum sit,& quo ordine,vel in qua ciuitate Christi conceptio sit celebrata,hoc prætermissum,à Luca exponitur.

f *Iustus.*Per fidem,qua credebat Christum de virgine nasciturum,& voluit se humiliare ante tantam gratiam. E

Quod iustus erat,hoc est testimonium castitatis Mariæ, vt qui seruat innocentem,iustus dicatur:sed & pius dū nollet propalare,ex conscientia castitatis iustus,ex timore pius.Sciebat illam esse inculpabilem:sed vnde vel quid esset ignorabat:&ideo mediam elegit viam effugiendi,vt neque innocētem proderet, neque rei incognitæ consentiendo se reum faceret coramDeo. Vera virtus est,cum nec pietas sine iusticia, nec sine pietate iusticia,quæ separatæ ab inuicem dilabuntur. Luc.1.c.

g *Et nolle eam.*Quam desponsauerat in coniugium ducere,ne videretur

---

NICOLAVS DE LYRA.

Quæstio.

1 Christi autem generatio sic erat.*Descripta genealogia Christi in quo Matthæus ostendit Christi veram humanitatem, hic ostendit diuinitatem eius per modum conceptionis eius mirabilem. Et diuiditur in tres partes,quia primo ponitur beatæ virginis mira impregnatio.Secundo ipsius Ioseph digna dubitatio,ibi:*Ioseph autem cum esset iustus.*Tertio,magna dubij certificatio, ibi.* Hoc autem eo cogitante. *Dicit ergo primo:*Christi autem generatio,&c. *Quasi dicat ne credatur,quòd Iesus sit genitus ex commixtione maris & fœminæ sicut præcedentes:& ideo describitur modus mirabilis qui sequitur.*

Diuisio

C 2 Cum esset desponsata mater eius.*Id est,Christi.*

3 Ioseph.*Scilicet sponso suo.*

4 Antequam conuenirent.*Carnaliter scilicet.Non quia post conuenerint,vt inf.dicetur.*

5 Inuenta est in vtero habens.*Inuenta inquam à Ioseph , cui curam virginis habebat.*

6 De spiritusancto.*Istud refertur ad verbum præcedens, cum dicitur:*Habens in vtero *: quia hoc fuit virtute spiritussancti. Illud enim quod in generatione aliorum hominum fit per virtutem seminis decisi à patre,& recepti à matre in matrice,fuit factum virtute spiritussancti in virgine:virtute cuius ex purissimis sāguinibus beatæ virginis fuit corpus Christi formatum,& in eodem instanti animatum , & à verbo assumptum:quia cum infinita sit virtus spiritussancti,potest omnia operari in instanti.*

Sed quæritur quare ista conceptio Christi non fuit facta antequam virgo desponsaretur ipsi Ioseph.Dicendum quòd beatus Ambro.super Lucam ad hoc assignat multas rationes quarum aliquas accipio. Primo enim istud fuit rationabile ex parte pueri: quia si conceptus fuisset ante desponsationem,potuisset rationabiliter à Iudæis sicut illegitimus repudiari,& non sicut Christus recipi.Secundo:quia puer propter persecutionem Herodis erat in Aegyptum portandus:reportandus ideo sponsus Mariæ erat ad hoc & cōsimilia necessarius.Item hoc fuit ex parte virginis necessarium,vt haberet ministrum,non suspectum , sed sibi coniunctum vt sponsum.Item hoc fuit rationabile ex parte nostra:quia sicut per Thomam palpantem cicatrices Christi , certificati sumus magis de resurrectione Christi quam per alios,ita per Ioseph magis certificati sumus de virginitate Mariæ:quia dolore iniuriæ fuisset motus ad vindicandū opprobrium nisi in virgine cognouisset diuinum sacramentum.

Item quæritur hic:Cum Maria esset iam desponsata Ioseph & in domo eius,vt dicit Chrysost.quare non acceßit ad cognoscendum virginē. Dicendum quòd modus erat iustorum non perficere matrimonium per carnalem copulam,nisi prius vacarent orationi per aliquod tempus implorando diuinam misericordiam,vt patet Tobiæ 8. Et tunc creditur reuelatum esse ipsi Ioseph propositum Mariæ de obseruanda virginitate. Licet enim cogeretur ad matrimonium contrahendum secundum temporis illius modum,propter rationes prædictas,tamen habebat virginitatem in desiderio & proposito,sed votum non expreßit.Contraxit igitur matrimonium committens se diuinæ voluntati : & tunc ex reuelatione diuina creditur,quòd Ioseph cognouit propositum Mariæ,& tunc ex cōmuni consensu vouerunt virginitatem : quia vt creditur Ioseph adhuc virgo erat. Cuius ratio est,quia cum Christus in paßione sua nulli matrem seruandam tradidit nisi virgini,non est probabile, quòd ante conceptum dum adhuc esset iuuencula traderetur alicui nisi virgini custodienda. F

7 Ioseph autem vir eius.*Hic ponitur Ioseph digna dubitatio.Emisso autem voto prædicto angelus Gabriel venit ad virginem ignorante Ioseph,& impregnata est de spiritusancto , vt habetur Luc. 1. Et statim de licentia Ioseph abiit ad cognatam suam scilicet sanctam Elizabeth vt ei prægnanti seruiret,& natum filij sui præcursorem videret : & ibi mansit tribus mensibus vsque ad peractam præcursoris natiuitatem. Ipsa autem redeunte vidit Ioseph vterum eius grauidum:incurrit hoc vehementem suspicionem.Nec fuit mirum propter Mariæ longam absentiam:ex altera parte tantū tenebat de Mariæ sanctitate,vt dicit Chrysost.quòd sibi videbatur impoßibile eam cecidisse.*

8 Cum esset iustus & nollet eā traducere.*Id est , propalare,quia non erat certus de crimine.Et ideo.*

9 Voluit occultè dimittere eam. *Ne forte ex opposita parte* faueret

---

MORALITER.

7 *Ioseph autem vir eius,cum esset iust.&c.*Per Ioseph cogitantem dimittere Mariam , qui certificatus de mysterio per angelum, accepit eam vt dominā, significatur homo:dubitans in fide vel moribus qui per prædicatorem vel confessorem bonum in fide solidatur,& subiicit se ei in illis quæ fidei sunt orthodoxæ,

MORA-

videretur quod ignorabat celare. Vel traducere ad pœnam in qua A nouerat non esse infamiam, quia sciebat se eam virginem accepisse, intactam seruasse.

Hom. 1. in diuersos. ✠ ORIGENES. Quoniam virtutem mysterij & sacramentum quoddam magnificum in ea cognoscebat, cui approximare se indignum estimabat, ideò humilis quærebat se longe facere, sicut petrus cum dixit, exi à me domine, quoniã homo peccator sum.

Hom. 14. de nati. dom. ✠ AVGVSTINVS. Secum æstuabat disputans & dicens. Quid faciam? prodo, aut taceo? Si prodidero adulterio non consentio, sed vitium crudelitatis incurro, quia secundum Moysi sententiam lapidandam eam esse cognosco. Si tacuero malo cõsentio, & cum adulteris portionem meam pono. Quoniam ergo tacere malum est, adulterium prodere peius est, dimittam eam à coniugio.

† 27. q. 2. c. si quis deponsauerit & in ca. institutũ. & ca. genuit. & c. priusquam. † genitum.

B a *Hæc autem eo cogitante.* Hîc docemur diu deliberandum esse in incertis, ne peccetur temeritate leuitatis.

b *Ecce angelus domini.* quia sic pie cogitat, consolari meretur, & consilium suum meliori consilio mutatur.

† Isa. 7. c. ✠ RVPERTVS. Quare timorem eiusmodi venire Deus permisit? Quare non præuenit? Quare angelum nõ misit antea? Videlicet vt tentaretur vt manifestum fieret tam sanctis Angelis, quam hominibus de ipso quod esset iustus, & talis qui digne sic deberet appellari, Ioseph fili Dauid.

c *Fili Dauid.* Recognosce quod promissum est domui Dauid, de qua tu es & Maria, & vide impletum in ea.

d *Noli timere.* Quamuis tantum sit quãtum credis, & ne timeas pro reatu, sed amplectere charitatis intuitu.

Hom. 1. in diuersos. ✠ ORIGENES. Ne timueris, inquit, ne conturberis, sed securus & intrepidus accipe eam, sicut commendatum cœlestem thesaurum, vt deitatis diuitias & plenissimam sanctitatem.

✠ EVTHYMIVS. Quid est autem accipere? Intus retinere, C vel ad seipsum rursus capere. Iam enim mente ab ipso diuisa erat. Accipere verò non ad nuptias, sed ad custodiam. Vxorem quoque dixit, vt inde eum certiorem faceret, quod à nullo verò cognita esset.

e *Coniugem.* Coniux erat non concubitu, sed affectu, non coniunctione corporis, sed copulatione animorum.

Nota coniugem dici à prima fide desponsationis. Igitur dispẽsationis est, si quis permittitur aliam ducere post sacramentum sponsionis, & si nunquam debitum soluere possit.

Bene Ioseph vir, & Maria coniux dicitur eum in eo seruatur affectus amoris, quod verum cõiugium, & in ea sine coitu est fructus nuptiarum. D

✠ AVGVSTINVS. Hoc exemplo magnificè insinuatur fidelibus coniugatis, etiam seruata pari consensu continentia posse permanere vocarique coniugiũ, non permixto corporis sexu, sed custodito mentis affectu. Libr. 2. de consensu Euangelist. cap. 1.

a ¶Ne si retineret, nescíens euentum rei, quasi cõscius esset peccati. b ¶Vt occulte dimitteret.

a cultè dimittère eam. Hęc autem eo cogitan 1

¶Non deluſor. a ¶Non manifesta visione: quia dubietate animi premebatur, velut somno infidelitatis. b ¶Ne vlterius premeret dubietas quem commendabat æquitas.

b te, ecce angelus domini in somnis apparuit 2

a ¶Familiarem & notum ostendit, cuius nomen & genus dicit.

c d Ioseph, dicens: † Iõseph fili Dauid, noli ti- 2 3

a ¶Secundum præceptum legis nominatam.

e mere accipere Mariam cõiugem tuam.

a ¶Et ne suspiceris. quod de alio sit. Quod enim, &c. b ¶Iam conceptum.

f Quod enim in ea † natum est, de spiritusan- 4

a ¶Non impones, quod ab æterno impositum est.

g h i cto est. Pariet autem filium, & vocabis no- 5 6

a ¶Saluatorem. b ¶Subdit causam nominis. c Quod solius est Dei.

k men eius Iesum. Ipse enim saluum faciet po 7

a ¶Quos prædestinauit. b ¶Quæ ex eis sunt. c ¶Hoc quod narrat, testimonio prophetico certius facit.

l pulum suum à peccatis eorum. Hoc autem 8

m totum factum est, vt adimpleretur quod

¶Esaiam.

dictum est à domino per prophetam, di-

a ¶Quasi ex substantia suæ carnis, non aliunde, tanquam per coitum viri.

n centem: † Ecce virgo † in vtero habebit, &

saluat, Hoc enim ait Euangelista, quãdo iam omnia impleta erãt.

m *Vt adimpleretur.* Prophetia, signum est præscientię Dei, quia quod dicit certum est à Deo præsciri: & ideo ab homine debet timeri. Nullum autem signum quod designat, efficit: sed tantum signat quod ostendit, sic prophetia non necessitatem eorum facit quæ prædicit, sed signum est præscientiæ Dei. Phophetia

Hier. Non est necessitas rerum ex eloquio prophetarum, sed sola exhibitio veritatis. Prophetia non facit necessitatem eorum quæ dicit, sed signum est præscientiæ Dei.

Prophetia alia est ex prædestinatione Dei, quam necesse est omnibus modis euenire, vt sine nostro impleatur arbitrio: vt hæc de qua hic agitur. Alia est ex præscientia Dei cui nostrũ admiscetur arbitrium. Alia est, quæ comminatio dicitur, quæ fit ob signum animaduersionis diuinæ, vt fugiant à facie arcus electi, & iuste pereant incauti, & non ex præscientia: quia longe aliter scitur, quam futurum comminetur. F

n *Ecce virgo.* Admiratur propheta Isaias, & quasi omnes de somno suscitans, ait: *Ecce virgo in vtero habebit.* spirituisancto presens erat quod in tempore nondum erat. Isa. 7. c.

Ecce virgo. Dicunt Iudæi, quòd non est hoc nomen integritatis, sed ætatis puella. Sed quomodo tunc est signum? Sensum Isaię sequitur, non verba. Pro concipiet, ponit *In vtero habebit:* & vocabunt, pro vocabis, vel vocabitur.

☞ *Emmanuel*

NICOLAVS DE LYRA.

faueret sibi in crimine. Et bene dicitur, quod occultè: ne si in palam eã relinqueret, nesciret respondere determinatè causam dimittendi eam hoc quærentibus, cum haberet argumenta sibi insolubilia ex vtraque parte, vt visum est. Sed quæritur hîc quare Maria non dixit ei diuinũ secretum? Est dicendum quod talia non sunt reuelanda, nisi quantum se extendit voluntas diuina: & ideo beata virgo tacuit, tenens firmiter quod sicut istud secretum fuerat reuelatum sanctæ Helisabet, vt habetur Luc. 1. sic reuelaretur aliis competenti tempore ex beneplacito diuinæ voluntatis. Similiter quæritur, quare Ioseph non petiuit ab ea? Dicendum, quod pro nihilo petisset, quia ipsi Mariæ pro se dicenti non credidisset: & iterum ex diuina dispensatione hoc factum est, vt per reuelationem angeli ipse sic certificaretur quod de cætero nullo modo dubitare posset.

1 Hæc autem cogitante, ecce angelus domini in somnis. *Hîc ponitur ipsius Ioseph dubitãtis magna certificatio. Et diuiditur in duas partes: quia primo ponitur certificatio quantum ad intellectum. Et secundo ostenditur hæc certificatio per effectum, ibi:* Surgens autem. *Prima adhuc in duas: quia primo ad certificationem ipsius ponitur testimonium angelicum. Secundo, ad fidei nostræ confirmationem producitur testimonium propheticum, ibi:* Hoc autem totum factum est. *Ad euidentiam primę partis aduertendum, quod magnum malum fuisset, si ad modicam horam ipse Ioseph beatam virginem quæ spiritu sancto conceperat, diuisisset: ideo cum adhuc de hoc deliberaret certificatus Diuisio.*

tificatus est per angelum antequam ab ea discessisset. Et hoc est quod dicitur: Hæc autem eo cogitante ecce angelus domini in somnis apparuit Ioseph dicens. *quia anima clausis sensibus exterioribus, ad recipiendum reuelationem magis est apta: quia tunc non est per occupationem sensuum exteriorum impedita. Sequitur:*

2 Ioseph fili Dauid. *Quia de Christo volebat loqui, qui erat promissus ipsi Dauid: ideo de ipso Dauid memoriam fecit.*

3 Noli timere accipere Mariam coniugem tuam. *non ad carnalem copulam, sed ad cohabitationem cum ea, & deuotam ministrationem. Subditur ratio.*

4 Quod enim in ea natum est. *Non dicit, ex ea: quia natiuitas in vtero est quando fœtus animatur, & illa erat completa: sed adhuc natiuitas ex vtero tempore debito expectabatur.*

5 De spiritusancto. *Miraculosè facta est conceptio, non interueniẽte adulterio. Sequitur.*

6 Pariet autem filium. *s. quando erit natiuitas ex vtero.*

7 Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. *In hoc autem ostendit angelus eum verum hominem, in partu virginis: verum Deum, in salute populi à peccatis: quia nullus potest saluare à peccatis, nisi Deus.*

8 Hoc autem totum factum est. *Hîc ad certificationem nostræ fidei adducitur ad hoc testimonium propheticum. Vnde ista sunt verba Euangelistæ scribentis, non angeli loquentis. Volebat enim ostendere in hoc completam esse prophetiam Isaiæ, 7. ca. Ecce virgo in vtero habebit & pariet, &c. Sequitur.*

a *Emmanuel*: Proprium est Christi, vt Iesus, quia cum his quos A saluat, semper adiuuando perseuerat.
Tribus de causis de veteri Testamento astruit ea quæ ponit in Euangelio. Pro testificatione, vt habeat testimonium à lege & prophetis. Pro confirmatione fidei: quia facilius credimus cum videmus impleta quæ sunt prædicta: Pro coniunctione noui & veteris Testamenti.

b *Exurgens autem Ioseph à somno*. Beda.

MORALITER. Quisquis à Deo monetur, soluat moras, surgat à somno faciat ꝙ iubetur.

c *Fecit sicut præcepit*. Perfecta obedientia. Fecit non tantum quod præcepit angelus, sed etiã sicut præcepit. Exhibitione seruitutis, & effectu amoris obediens recte dicitur fecisse sicut præcepit ei angelus.

B d *Angelus domini*. Non relinquitur mentiendi locus, vbi officium angelorum celebratur.

e *Et accepit con*. Ad vitandam virginis infamiam, ad celandum D saluatoris aduentum, ad necessarium pueri nascentis obsequium.

f *Donec peperit*. Non quod post, quod magis constat. cum multis modis cognouit Deum esse qui natus est.

Non quod postea cognouerit: sed ponitur donec, pro &, vel pro æterno. vt: *Donec ponã inimi* Psal.109.a
cos tuos scabellum pedum tuorũ. Dicitur ꝙ Ioseph Mariam facie ad faciem videre non poterat, quam spiritussanctus à conceptione impleuerat penitus. Et ideo non cognoscebat facie ad faciem quam desponsauerat, donec vterus euacuaretur: de quo hic non agitur. † de verb. sign. cap. 5.

g *Primogenitum: & vocauit nomen eius Iesum*. Primogenitum dicitur omne quod aperit vuluam, siue aliud sequatur siue non. Vel primogenitus inter omnes electos per gratiam. Propriè autem vnigenitus Dei patris vel Mariæ dicitur. E

a ¶Alias vocabunt: primo angeli psallentes, inde apostoli prædicantes, vel alij credentes.

a pariet filium. & vocabitur nomen eius Em- 1
a ¶Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. ¶Nobiscum i. in homine Deus.
manuel: quod est interpretatum nobiscum
¶Dubietatis.
b Deus. †Exurgens autem Ioseph à somno fe- 2
a ¶Non malignus. ¶Propter prædictas causas.
c d cit sicut præcepit ei angelus domini. † Et
a ¶Ad opus coniugale. ¶Propter secreta quæ didicerat.
e †accepit coniugem suam, & non cognosce- 3 4
a ¶Id est substantiæ suæ. b ¶Ante quem nullus, post quem alius.
f bat eam donec peperit filium suum primo- 5
g a ¶Die octauo quo fiebat circuncisio & nomen imponebatur.
genitum: & vocauit nomen eius Iesum.

excitatus. adiunxit.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et vocabitur nomen eius Emmanuel. *Per hoc ostenditur veritas deitatis & humanitatis in Christo. Prius enim erat nobiscum Deus per essentiam, potentiam & præsentiam. Similiter erat per gratiam nobiscum quantum ad sanctos patres: ergo li nobiscum, importat hic specialem vnionem quæ facta est per nostræ humanitatis assumptionem.*

2 Exurgens autem. *Hic ponitur ipsius Ioseph certificatio per effectum: quia exurgens à somno certificatus de virginitate Mariæ ad mandatum angeli.*

3 Accepit coniugem. *Tamquam dominam suam ei obsequiose ministrando.*

4 Et non cognoscebat. *Quod exponunt aliqui de cognitione faciei, dicentes quod ex præsentia Christi in vtero virginis tanta erat claritas in eius facie, quòd Ioseph non poterat eam cognoscere, sicut dicitur de claritate faciei Moysi ex consortio sermonis domini: quod non poterant intendere in eam filij Israel, vt habetur 2. Cor. 3.*

Aliter exponit Hieron de cognitione carnalis copulæ, quia cum ea vouerat virginitatem, vt dictum est. Sequitur:

C 5 Donec peperit. *Ex hoc loco dixit Eluidius hæreticus, quòd Maria licet à Ioseph non sit cognita ante partum Christi, tamen post eius partum ab eo cognita fuit, & alios filios peperit. Quod arguit ex hoc quod dicitur hic:* Non cognoscebat eam. *ergo post partum cognouit. Item ex hoc quod subditur:* Primogenitum. *quia primogenitus non dicitur nisi respectu aliorum filiorum secundò genitorum. Hoc etiam confirmatur, quia Ioh. 3. legitur Christum fratres habuisse. sed hoc non valet: quia sicut dictum est: Maria & Ioseph virginitatem vouerant. Item beata virgo fuisset ingratissima, si tanto ac tali filio non fuisset contenta. Item Ioseph qui dicitur sanctus sceleratissimus ac præsumptuosissimus fuisset si templum spiritussancti, & speciale habitaculum Dei violare ac polluere præsumpsisset. Ad primum ergo dicẽdum, quòd hæc dictio, donec aliquando significat tempus determinatum, quo transacto fit aliquid, sicut dicitur: Iste non comedit donec esset hora sexta. hoc est intelligendum quòd completa sexta comedit, & sic non accipitur hic. Alio modo accipitur pro semper: sicut in Psal. habetur de Christo:* Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. *Non est sic intelligendum, quod quando inimici eius erunt positi sub pedibus eius tempore iudicij, quod tunc dimittat sedere ad dexteram patris: immo æternaliter sedebit. & hoc modo accipitur hic donec cum dicitur:* Non cognoscebat. *Ad secun-* Psal.109.a
*dum dicendum, quod Christus primogenitus filius virginis dicitur, non quia alij fuerunt post ipsum, sed quia nullum peperit ante eum, & hoc modo accipiebatur in lege: vbi præcipiebatur quod primogenitus Deo offerretur: & si aliqua mulier pariebat vnicum, tanquam primo- F
genitum offerebat illum. Ad tertium dicendum quod in euangelio fratres Christi, nominantur cognati eius germani, quia de eadem cognatione, sicut Abrahã & Loth dicuntur fratres, Genesis. 13. b. vbi dicitur*: Ne sit iurgium inter me & te: fratres enim sumus: *& tamen Loth erat nepos eius. Et sic patet propositum.*

ADDITIO. I.

In cap. 1. vbi dicitur in Postilla. Sed istud non videtur probabiliter dictum.

Sententia Hieronymi. sane intellecta non videtur improbari rationabiliter per obiectiones Postillatoris. Ad cuius intellectum attẽdendum, quod peccatores possunt intelligi dupliciter scilicet peccatores finaliter impœnitentes. de quibus in Psal. Deficiãt peccatores à terra, &c. *Vel peccatores qui per pœnitentiam iustificantur, sicut ibi:* Non veni vocare iustos, sed peccatores. *scilicet ad pœnitentiam, Matth. 9. b. Et de his loquitur Hier. cum dicit: Qui propter peccatores venerat scilicet propter peccatores finaliter pœnitentes: propter tales enim Christus tantum venit secundum efficaciam non autem propter peccatores finaliter impœnitentes: propter quos non venit efficaciter nisi secundum sufficientiam tantum vt est manifestum.*

Item attendendum, quod peccatrices in genealogia Christi nominatæ sunt huiusmodi. scilicet finaliter pœnitentes. Fuerunt enim in peccato satis famosæ, & deinde ad iusticiam conuersæ: sic quod de earum iusticia finali rationabiliter sit præsumendum: Quod sic patet. Nam thamar cum esset Chananæa similiter & Raab, idololatræ fuerunt. vnde earum nationes in scripturis sacris sæpe de idololatria reprehenduntur, vt in quam plurimis locis sacræ scripturæ reperitur. Ruth etiam Moabitis ex genere reprehenditur in scriptura, vt patet. Bethsabee fuit notoriè adultera. De iustificatione autem Raab & Ruth satis patet in postil. De iustificatione autem Thamar patet Genes. 38. eo quod post eius condemnationem per Iudam fuit ab eo iustificata: ex quo præsumi debet eius innocentia. Similiter de Bethsabee iustitia habetur 3. Reg. 1. c. vbi per successionem Salomonis in regno post Dauid ipsa dicebat regi, quod nisi Salomon succederet essent ille & ipsa peccatores. Hoc est dicere, quod nisi Salomon succederet, iudicaretur Bethsabee adultera à populo, vt ibidem exponitur. Vnde à sensu contrario, quia Salomon successit: sequitur matrem fuisse purgatam ab illo peccato. vnde tales quæ primo peccatrices & consequenter iustæ fuerunt, conuenienter ponuntur in genealogia Saluatoris, qui vt peccatores iustificaret, venerat. Vnde notanter Hier. dicit nullam sanctam mulierem positam in genealogia Christi, non enim dicit, nullam iustam mulierem, quia prædictæ quatuor iustæ fuerunt licet sanctæ nõ debuissent dicit saltem in vita ipsarum propter peccata præcedentia: & sic verba Hier. sunt sane intelligenda. Quam sententiam videtur tenere Ambrosius super Lucã: vbi de ista materia tractans dicit: Ne pateret ecclesiã ex peccatoribus congregari cũ dominus de peccatoribus nasceretur. Ex quo patet responsio ad obiectiones Postil. Nã quòd obiicit primo de illis trib. q fuerunt sublati à genealogia Christi propter peccatũ Ioram: q miscuit se filiæ impiissimæ Iezabel: illud non facit ad propositum. Nã Ioram non pœnituit de illo peccato, vel saltẽ non legitur pœnituisse, nec habetur aliqua rãtio vnde talis pœnitentia præsumatur. vn de merito filij Ioram vsq; ad quartã generationẽ de genealogia Christi tolluntur, qui non venit ad saluandos efficaciter peccatores impœnitentes, vt dictum est Secus autem de mulieribus iustis supradictis.

Quod autem obiicit secundo de matre Christi, q̃ ponitur in genealogia, &c. non facit ad propositum. Hier. enim loquitur de mulieribus quas ponit euangelista in hac genealogia voluntarie. scilicet quod potuisset omittere eas, & nullam de eis facere mentionem, sicut omisit nominare Saram & Rebeccam & huiusmodi. ex qua omissione nullus defectus occurreret in hac genealogia, quia sufficeret expressio virorum tantum: secus est de virgine gloriosa, cuius expressa nominatio fuit necessaria. Non enim Christus descendit à Dauid, nisi per matrem gloriosam, non autem per Ioseph. Quod autem vlterius obiicit de Raab & Ruth, nihil facit contra Hieron. imo pro eo. probat enim ipsarum finalem iusticiam: ex quo non concluditur, quia prius peccatrices fuissent, prout manifeste fuerunt: quod manifeste facit

A *facit ad sententiam Hier. confirmandam, vt dictum est Ratio autem assignata per Postillatorem circa nominationem harum mulierum non videtur valere. Dicit enim, quòd istæ mulieres hîc expressæ fuerunt viris ex quibus conceperunt occasionaliter seu accidentaliter coniunctæ & c. Quæ quidem ratio ex duobus videtur insufficiens. Primò, quia hoc omnino est impertinens proposito. Nihil enim videtur facere ad rationem genealogiæ, quòd occasionaliter seu accidentaliter vel ex intentione, seu per se vir & vxor coniungantur. Secundò: Nam Lia prima vxor Iacob ex qua Christus descendit occasionaliter & præter intentum seu accidentaliter fuit coniuncta ipsi Iacob, sicut Thamar ipsi Iudæ, sicut patet Gen. 38. & tamen non nominatur expresse sicut illa. Excusatio autem Postillatoris de hoc quòd contradicit Hieronymo non videtur sufficiens. primò: quia quamuis liceat aliquo modo sentire contraria eorum quæ proferuntur à sanctis doctoribus, prout patet ex autoritate Augustini per ipsum allegata: non tamen expedit, præsertim vbi eorum dicta possent rationabiliter saluari: vnde in talibus habet locum sententia Apostoli. 1 Cor. 6. c. Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. Quod autem non expediat nec sit omnino securum Hieronymo & similibus sanctis doctoribus ecclesiæ in expositionibus sacræ scripturæ contradicere, satis patet in decretis in c. decretales. dist. 20. vbi habetur, quòd diuinarum scripturarum tractatores in sacrarum scripturarum expositionibus, Romanis pontificalibus præponuntur. Quod autem Hiero. sit de numero talium satis est diuulgatũ in ecclesia Dei, & habetur in decretis dis. 14. Sancta Romana, vbi inter opuscula sanctorum patrum quæ in ecclesia catholica recipiuntur. sit expressa mẽtio de opusculis beati Hiero. vnde contradicere talibus licet non sit hæreticum, posset tamen dici impium. Est enim contra donum pietatis, secundum quod donum sancti sunt honorandi. Nec est contradicendum scripturis eorum siue sint intellectæ siue non: vbi non inueniatur contra fidem aliquid asserere, vt patet per Aug. in 2. de doctrina Christiana, prout allegatur. & in secunda secundæ. q. 12. art. 1. in responsione ad tertium argumentũ.*

B

ADDITIO. II.

☞ *In eod. c. vbi dicitur in post. qa Ioseph & Maria fuerũt ex eadẽ tribu.*

Ciragenealogiam Christi à Matthæo traditam non solum infidelium seu hæreticorum vehemens murmuratio, sed & fidelium non modica admiratio consurgit. Illi enim temerariè calumniantes, isti verò timorosè admirantes frequenter quærunt: cum intentio euangelistæ in huiusmodi genealogia circa hoc principaliter versetur, vt Christum ex Dauid & Abraham secundum carnem descendentem ostendat, quomodo de hoc per descensum Ioseph virum Marie ab ipsis Dauid & Abraham nos instruere intendit. Alienum enim à fide totaliter est Christum ex semine Ioseph descendisse. Vnde stant simul quòd beata virgo non descendisset à Dauid, & per consequens nec Christus, tamen Ioseph de ipso descenderat. Quæ quidem questio in glo. or. mouetur, vbi sic: Quid ad Christum generatio ex Dauid deducta ad Ioseph, cum Christus non ex semine Ioseph? Cui quidem questioni glo. sic respondet: Non est consuetudo scripturarum, vt ordo mulierum in generationibus texatur. Et ideo non per Mariam sed Ioseph inducitur, cum de vna & eadem Ioseph & Maria tribu fuerunt. Vnde & eam

C *quasi propinquam cogebatur accipere in vxorem, ne tribus in aliam se confunderet. Vnde etiam similiter tanquàm de vna stirpe profitebantur in Bethleem, cum singuli in suas profitebantur ciuitates: hæc in glo. Mat. 1. Et idem in alia glo. Luc. 3. sub aliis verbis: quam sententiam sequitur postillator & cæteri expositores literales quos vidi in hac materia. Sed his non obstantibus, quoniam non cessat animum pulsare. Quod enim presupponitur in glo. pro hac responsione. s. non esse consuetum in scripturis ordinem mulierum texere: non videtur stare propter tria: Primum, quia contrarium huius inuenitur. 1. Paralipom. 1. vbi in genealogia filiorũ Israel, & specialiter Iesse, interponit*

✠ *mulieres. s. Saruia & Abigail à quibus consequenter suam texit genealogiam, vt ibidem patet. Secundo. nam dato hoc quòd non esset assuetum in scripturis vt glo. dicit, hoc haberet locum vbi per parentes masculos tantum generatio posset deduci vsque ad illum qui genealogizari intenditur, quod est commune cæteris hominibus. Sed vbi genealogizatur talis qui parentem masculum non habuit, vt est solus Christus, consuètudo huiusmodi nõ debuit habere locũ, cum subest causa manifesta contrarium faciẽdi. Necessitas igitur vrgebat vt mulier in genealogia illius texeretur: cuius generatio secundum carnem non poterat deduci, nisi per mulierem. In propria enim materia posset ostendi, quòd euangelista prætermisit communem obseruare propter singularitatem excellentiæ Christi. Nam cæteræ genealogiæ in sacra scriptura traditæ consueuerunt intitulari ab illo à quo originem deducunt: non autem ab illo in quem terminum seu finem accipiunt. vnde Gen. 36. a. Hæ sunt generationes Esau. & Nume. 3. a. Hæ sunt generationes Aaron, &c. In quibus tituli generationis à primis parentibus accipiuntur: non autem ab vltimo in quem terminantur. Quam consuetudinem si euangelista obseruasset, potius dixisset Liber generationis Dauid vel Abrahæ, quàm liber generationis Iesu Christi: sed talẽ consuetudinẽ obseruare non curauit propter excellentiam singularem ipsius Christi. Pari modo non debuisset curare de obseruatione consuetu*

D *consuetudinis in non texendo ordinem mulierum: & hoc propter excellentiam dignitatis matris Christi. Nec valet dicere, quòd in genealogijs allegãtis non intendebatur accedere ad aliquem vnum principalem, sed solum multiplicationem à primo parente descendentem ostendere. Nam Ruth vltimo, vbi Dauid principaliter intenditur genealogizari, non intitulatur genealogia à Dauid quem intendit, sed à Phares à quo intendit. Dicit enim:* Hæ sunt generationes Phares, *&c. Tertio, nam sicut deduxit euangelista genealogiam vsque ad Ioseph virum Mariæ, potuisset deducere vsque ad Ioachim patrem Mariæ, vt dicendo: Sarpanthera genuit Ioachim patrem Mariæ de qua natus est Iesus. non enim minus consuetum est in genealogijs introducere patrem talis fœminæ quam introducere talis fœminæ virum. Vnde etsi vtrunque sit insuetum, per primum tamẽ fieret rectius descensus ad Christum: per secundum autẽ minimè. Quod etiam secundò continetur in glo. s. quòd Ioseph & Maria de eadem tribu fuerant, & ideo eam quasi propinquam cogebatur accipere, ne tribus in aliam se confunderet, non satisfacit quæstioni propter duo. Primò, quia hæc assertio videtur esse de genere Apocryphorum quæ in sacra scriptura nullum habent fundamentum. Vnde & talia eadem facilitate contemnuntur quæ approbantur iuxta doctrinam Hiero. secundo. nam posito* E *quòd Maria esset eiusdem tribus cum Ioseph, ex hoc non sequeretur ipsa descendisse à Dauid. Tribus enim Iuda diuiditur per multas familias præter familiam Dauid. Descendẽtes enim de Zaram fratre Phares sunt de tribu Iuda non tamen descendunt à Dauid. Similiter cum Iesse habuit multos filios & filias præter Dauid, contingere potuit ab illis multos descendere, qui quidem non solum essent de tribu Iuda, sed etiam de familia Iesse & Bethalamitarum: & tamen tales non descẽderent per Dauid. Cum igitur illa lex quæ iubet accipere propinquã, non cogit accipere propinquam eiusdem familiæ, sed sufficit quòd sit propinquitas in eadem tribu, ne hæreditas vnius tribus in aliam trãseat, vt patet ad literam. Num. 40. Ideo ex hac propinquitate quam glo. vult introducere, non habemus necessarium, quòd Maria descendat à Dauid, sed solum quòd sit de tribu Iuda: ex quo non haberetur intentum. Quod etiam tertiò continetur in glo. s. quòd similiter in Bethleem ambo coniunges profitebantur: ex quo vult concludere, quòd vterque esset de familia Dauid: non videtur valere propter duo. Primo, nam secundum magistrum historiarum dubiũ est ad literã an mulieres profiteri tenebantur in illa descriptione de qua agitur Luc. 2. an solum viri. Vnde non habetur efficax argumentum de hoc quòd beata virgo profiteretur in Bethleem, sed quòd Ioseph portans secum coniungem vt obsequium partus ei appropinquante necessitate impẽ-* F *deret, profitebatur. Confirmatur autẽ opinio illa quæ tenet, quòd solum viri profiteri tenebantur, per illud Mat. 17. vbi agitur de solutione tributi per Christum. Ibi enim apparet manifestè, quòd tantũ capita domorum seu familiarum censum Cesari tribuebant: & non aly de familia seu domo. Vnde pro Petro tantũ qui caput aliorum erat soluit mandauit tributum, non pro alijs Apostolis. vt habetur in glo. ibi. Secundò, nam dato quòd beata virgo teneretur profiteri in Bethleem: ex hoc non sequitur ipsam descendisse à Dauid. Nam potuit descendere de Iesse qui erat Bethleemitanus per alios filios ipsius Iesse patre Dauid: & sic teneretur ibidem profiteri sicut & Ioseph: non tamen ex hoc, quòd à Dauid descẽderet. Quæstio igitur præfata minus sufficienter soluta remanere videtur: & sic admiratio prædicta in suo stat vigore. Maiorum tamen semper reuerentia salua doctorum seu expositorum, vlterius videtur hic aliquid esse dicendum. Ad cuius euidentiã præsupponenda sunt quædam vera generalia: deinde subiungendæ sunt aliquæ conclusiones ad propositum. Primo præsupponitur, quòd filius prout in bonis paternis succedit tripliciter posset dici. Primò secundũ veram generationem naturalem, secundum quã filius plærunque succedit patri, non solum in bonis naturalibus corporis, vt in bona complexione seu habitudine corporali prout legitur Gen. 6. de gigantibus, qui potentes viros in seculum genuerunt i. magnos in corpore & robustos: sed etiam in bonis animæ vt in virtutibus. Quandoque secundum naturalem inclinationem filij succedunt suis genitoribus prout aptitudinẽ ad certas virtutes aliqui habent à natura, saltẽ secundum aptitudinẽ & inchoationẽ, vt in prima secũdæ. q. 63. ar. 1. s. in corpore. q. Vnde Cassio. in quadam epistola: Laudabilis vena suam seruat originem, & fideliter posteris tradit quæ in se gloriosa transmigratione promeruit. Ad quod facit illud Ioh. 8. c. Si filij Abrahæ estis, &c. Secundò dicitur filius alicuius etiam ille quem non genuit naturaliter, sed tantum secundum famã publicam & communem populi æstimationem illius dicitur filius. Quod contingit cum vxor alicuius filium parit quẽ non ex marito habuit: reputatur tamẽ in populo sine cõtradictione sui mariti filius. Quiquidẽ filius licet in bonis supradictis nõ habeat naturaliter succedere tali ficto patri, succedit tamẽ ciuiliter, non solũ in bonis minoribus fortunæ vt in diuitijs, sed etiã in nobilitate seu generis claritudine: quæ maiora sunt seu magis desiderabilia bona, saltẽ ad magnanimos, quàm diuitiæ. Homines enim huiusmodi propter honores & generis claritudines obseruãdas iacturã in cæteris rebus fortunæ patiũtur, vt in prima secũdæ. q. 2. ar. 2. Hæc autẽ successio per iura cõmunia seu communẽ gẽtiũ consuetudinẽ paret: q̃ dicant vt*

illa

A ille qui pro filio legitimo alicuius ſecundum famam publicam habetur, debet ſibi ſuccedere in generis nobilitate, & huiuſmodi. Tertiò dicitur filius alicuius etiam ille qui neutro prædictorũ modorum deſcendit, ſed per legalem adoptionẽ tantũ eſt ab aliquo in filiũ aſſumptus, qui quidẽ filius tali patri habet ſuccedere, ſaltem in minoribus rebus fortunæ, vt in diuitijs prout iura volunt cõmunia. Quæ quidem tres ſucceſſiones ſeu filiationes ſupradictæ quandoque concurrunt in eadem perſona, quandoque in tribus diſtinctis, vt ſatis patet. Secundò præſupponitur, q̃ filiatio ſecundũ veram generationẽ naturalem, ſpiritualiter cũ à remotis parentibus per longã parentelæ lineã ſucceſſiuam in temporũ antiqua diuturnitate deſcendit, à nemine eſt infallibiliter cognoſcibilis, niſi per diuinã reuelationem ſeu ſacrã ſcripturã diuinitus traditã. Quod inductiuè probatur. Nam q̃ aliquis ſit filius alicuius ſecundũ veram generationem naturalem per experientiã ſenſualem, qua propriè ſingularia cognoſcuntur, haberi non poteſt, niſi fortè à parentibus: vtpote à matre quæ de hoc poſſet certiorẽ noticiã habere: cum cæteri homines & etiam pater certam noticiã experimẽ talem de hoc cõmuniter non habent. Mater vero etſi certã noticiam experimentalem de filio ſuo, cuius patris ſit ſecundũ verã generationẽ habeat: non tamen talẽ noticiã de viro ſuo nec de ſeipſa: & multo minus de antiquis parentibus viri ſui nec de ſuis per lineam parẽtelæ aſcendendo per experientiã habere poteſt. Pari igitur ratione conſtat,

B q̃ apud neminẽ poteſt eſſe experimentalis cognitio de aliquo vtrum deſcendat à certo remoto progenitore modo prædicto. Fama autẽ publica ſeu communis æſtimatio populi quantumcunque ſine contradictione in populo ſit extenſa, infallibilẽ cognitionẽ non cauſantur: Similiter nec teſtes vel legitima documenta ſeu inſtrumenta cũ omnia huiuſmodi ſint fallibilia, vt frequenter patet, & etiam in ſacris hiſtorijs: teſtiũ fallacia nonnunquam reperitur, per chronicas etiam antiquorũ quæ in ſacris ſcripturis non ſunt inſertæ, noticia huiuſmodi infallibilis haberi non poteſt: cũ talium certitudo, certitudinẽ quæ per famam publicam habetur non excedit: vt eſt manifeſtũ. Similiter nec per aliquam verã ſcientiã naturalem ſeu liberalẽ artẽ hoc eſt cognoſcibile, vt patet intuenti. Reſtat ergo, quòd hoc tãtum ſit cognoſcibile per diuinam reuelationẽ, ſecundũ quã prophetæ, vt ait Greg. quandoque de præterito, quãdoque de futuro vaticinãtur. Et iſto modo Moyſes de Noe prophetare cenſetur, de quo dicit genuiſſe tres filios & huiuſmodi. Tertio præſupponitur q̃ vt aliquis ſit filius alterius ſecundũ

C communẽ æſtimationem & famã publicã tantũ, vel ſecundũ adoptionem legalẽ hoc poſſet aliter cognoſci quã per diuinã reuelationẽ probatur. Nam per teſtes idoneos, vel legitima documẽta, vel chronicas antiquorũ autenticas, talis filiatio ſufficienter poſſet probari vt de ſe patet. Quartò ſupponitur q̃ miraculorũ Dei quædã ſunt ad fidei confirmationem: & talia debent eſſe manifeſta. Alia verò ſunt miracula quæ non per ſui manifeſtationẽ ſed per fidem habentur, & iſta debẽt eſſe occulta, vt fides eorũ magis ſit meritoria: vt eſt ſacramentum altaris, & virginis partus. Veritas iſtius præſuppoſiti patet in tertia parte q. 29 ar. 1. in reſponſione ad ſecũdũ ar. His præſuppoſitis. Prima concluſio ſit iſta: q̃ Chriſtus prout ex pronoſticis prophetarum habetur, habuit eſſe filius Dauid & Abrahã ſecundũ verã generationẽ naturalem: & ſic conueniens fuit hoc per ſacrã euangelicarũ doctrinarum traditionem teſtificari. Prima pars probatur. nã de promiſſione facta Abrahæ. Gen. 26. a. legitur. Benedicẽtur in ſemine tuo omnes gentes terræ. Quod exponit Apoſtolus ad Gal. 3. c. In ſemine qui eſt Chriſtus. In Pſal. autem de promiſſione facta Dauid dicitur: De fructu ventris tui ponam ſuper ſedẽ tuã. quæ verba manifeſtè denotant veram filiationem naturalem. Ille enim qui ſecundum famam publicam tantum huiuſmodi filius reputatur alicuius, non verè dicitur de ſemine eius, nec de fructu ventris ſui, vt eſt manifeſtum. Et inde etiam eſt, q̃ cum ex tali filiatione in laudabili vena filij parentibus in virtutibus ſuccedunt vt in primo præſuppoſito dictum eſt: idcirco principales virtutes regiæ quæ de ipſo Dauid leguntur, attribuebãtur prophetiè quaſi per modum ſucceſſionis deberi Chriſto. De Dauid enim legitur fuiſſe in omnibus vijs ſuis prudentẽ ſeu ſapientem 1. Reg. 28. Similiter q̃ fuit faciens iudicium & iuſtitiã omni populo 2. Reg. 8. d. Quæ quidem virtutes quaſi per modum germinariæ ſucceſſionis prædicuntur à Ieremia Chriſto conuenire. vnde Iere. 23. a. Suſcitabo Dauid germen iuſtũ & regnabit rex, & ſapiens erit, & faciet iudiciũ & & iuſtitiam in terra, Vnde, licèt enim alitiori & excellentiori modo Chriſtus habuit virtutes quã Dauid & cæteri ſancti, vt in tertia parte. q. 7. ar. 2. in reſponſione ad 2. arg. Nec ipſi Chriſto per ſucceßionem à Dauid debebantur, præſertim cum multi progenitores non eiuſdem laudabilitatis inter Dauid & Chriſtum interfuerunt. Denotatur tamen per prophetam in verbis prædictis, q̃ Chriſto etiam pertinebat ſucceſſio in talibus virtutibus ſecundum veram generationem naturalem humanam, inquantum erat ex vero & proprio germine ipſius Dauid, prout in primo præſuppoſito fuit tactum. Secunda pars concluſionis probatur. Nam illa quæ in vaticinijs prophetarum inueniuntur tradita de Chriſto, in euangelijs pro maiori & principaliori parte impleta eſſe explicantur Mat. 1. d. Vt adimpleretur quod ſcriptum eſt per prophetã, &c. Et ſic de quamplurimis quæ in proceſſu euangeliorum

liorum ſimilibus leguntur. Concluſio ſecunda, q̃ Chriſtum ſecundum D
veram generationem naturalem à Dauid & Abraham deſcendiſſe ſufficienter traditur, quantum ad informationẽ ſpectat per Matthæũ in primo titulo ſui euangelij dicentem: Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid filij Abraham. Etiam ſi de genealogia Chriſti nihil amplius tradidiſſet, probatur: Nam ex ſolis iſtis verbis manifeſtè aſſerit euangeliſta Chriſtum à Dauid & Abraham deſcendiſſe per veram generationem naturalem: ſed talis aſſertio eſt ſufficiens teſtimonium apud fideles ad hoc oſtendendum, etiam ſi nihil amplius de hoc declaraſſet. Igitur concluſio vera: Conſequentia de ſe patet, & aſſumptum pro prima parte probatur. Nam eſto q̃ filius dici poſſet etiam ille qui tantum ſecundum famam publicam vel legitimam adoptionem eſt filius, vt in primo præſuppoſito, nunquam tamen ab aliquo dicitur generari qui ſecundum famam tantum vel adoptionem ſit eius filius: licet enim pater dicatur ſecundum curam, ætatem, ſeu genituræ & huiuſmodi, & per cõſequens filius tanquam eius correlatiuus: generare tamen ſeu generatio non eodem modo æquiuocatur. Cũ igitur dicit: Liber generationis Ieſu Chriſti: manifeſtè loquitur de genealogia quæ E
eſt per viam generationis, non autem de illa quæ ſecundum famam vel adoptionem tantum dicitur: Talis enim filiatio, non per generationẽ, ſed per alium modum procedit. Secunda verò pars aſſumpti probatur. Nam apud fideles euangelia Chriſti recipientes ſufficiẽter filiatio prædicta per illa verba tituli comprobatur. Nam ſi hoc non eſſet verum, nec titulus ille veritatem contineret, q̃ abſit à fidelium cordibus cogitare: cum ſecundum Aug. Si vnum falſum in ſacra ſcriptura eſſet repertum tota eius autoritas infirmaretur. Apud infideles autẽ qui euangelium negant vel de ſui veritate dubitant, nec tota genealogia ſequens ſufficit ad hoc eis probandum. Tales enim à fide alieni, verbis euangeliſtarum nõ præſtant fidem: & ideo totã illam lineã negabunt, niſi forte Hebræi qui autoritate vete. teſta. aliquã partem genealogiæ Matthei habent recipere. ſ. vſque Zorobabel vel Abiud & huiuſmodi, non vltra, cum apud eos de cæteris hiſtoria autentica nõ habeatur. Sic igitur tota genealogia per extenſum in euangeliis tradita non ſufficit ad conuincendos infideles de hoc quod Chriſtus à Dauid deſcendit, etſi per Ioachim & Mariam fieret deſcenſus. vnde Apoſtolus 1. ad Timo. 1. prohibet genealogijs intendere. vbi glo. dicit q̃ infideles habebant genealogias quibus narratur Chriſtum deſcẽdiſſe à Dauid. vnde ſicut apud tales non ſufficit illa narratio in euangelijs contenta de genealogia Chriſti quantumcunque extenſa tradatur, ad veram generationem naturalem eius oſtendendam, ſic apud fideles ſola verba tituli F
ſufficiunt ad hoc fundandum: quæ quidem ratio includitur in verbis, Aug. contra Fauſtum Manichæum volentẽ probare Chriſtum non eſſe filium Dauid. cum non eſſet conceptus ex Ioſeph: ad quẽ ſeriem generationis Matthæus producit, vbi Aug. ſic ait: Sic ergo nos credimus etiam Mariã fuiſſe in cognatione Dauid, quia ſcripturis credimus, quæ vtrumque dicunt. ſ. Chriſtum ex ſemine Dauid eſſe ſecundum carnem, & eius matrem Mariam virginem eſſe. Hæc ille. Si tamen quæratur quæ ſit vtilitas ſeu neceſſitas tradendi tam extenſam genealogiã vbi ſolus primus titulus ſufficit Ad hoc reſpondetur per ſequentem tertiã concluſionem. Tertia concluſio, q̃ conueniens fuit, vt Chriſtus etiã ſecundum publicam famam & communẽ populi æſtimationẽ à Dauid deſcenderet, & q̃ hoc conſonat antiquorum propheticis traditionib. Prima pars probatur. nam hoc fuit conueniens dupliciter. Primò ad fidelium in communi Chriſtum illo tempore recipientium inſtructionem. Secundò ad confutationẽ infidelium Chriſtum non recipiẽtium. primum patet ſic: nã prout in ſecunda ſecundæ q. 1. ar 7. in reſponſione 3. arg. habetur: Cognitio fidei in hominibus oportuit, vt ab imperfecto ad perfectum procederet: & ideo Chriſtus fuit prius cognitus ſub ratione Saluatoris in communi, etiam apud electos, quã cognoſceretur eſſe Deus & homo. In prima enim vocatione Apoſtolorum Io. 1 Andreas dicebat: Inuenimus Meſſiã, i. Chriſtum: ſed poſtea Chriſto interrogante, Vos quem me eſſe dicitis? Petrus reſpondit: Tu es filius Dei. Mat. 16. c. Ex quo videtur q̃ prius ſequebantur ipſum tanquam Chriſtum antequam cognoſcerent eius deitatem. Vlterius etiam tanquam minus plenè informatis de fide ſuæ deitatis, eiuſdem dicebat apoſtolis: tanto tẽpore vobiſcum ſum, & non cognouiſtis me. Ioh. 14. b. Similiter & pari ratione prius Chriſtus fuit cognitus tanquã filius Ioſeph, quã cognoſceretur eſſe ſine patre in terris. Non enim ſolum apud æmulos qui ipſum ſpernentes dicebant: Nonne filius Fabri eſt. Matth. 13 ſed etiã apud ſimplices diſcipulos & cognatos communiter filius Ioſeph reputabatur, antequã myſterium virginitatis eſſet diuulgatum. In talium enim perſona euangeliſta dicebat: Non cognouerunt parentes eius. Luc. 2. g. vnde non ſolum ſimplices ſeu idiotæ prout apoſtoli fuerunt in principio, ſed etiam Nathanael qui ſecundum glo. peritiſſimus ſcripturarum erat, cũ audiuit à Philippo: Io. 1. g. Quẽ ſcripſit Moyſes in lege & prophetis inuenimus Ieſum filium Ioſeph à Nazareth, non fuit admiratus de hoc q̃ Chriſtus eſſet filius Ioſeph: ſed de hoc q̃ à Nazareth eſſet, cùm de Bethleem ſpectabatur Meſſias. Et quod magis attentione dignum eſt, q̃ ipſa eadem beata virgo huius myſterij diuini ſuper omnes conſcia, iſtum modum loquendi obſeruabat di. Ego & pater tuus dolentes quærebamus te Lucæ. 2. g. Ex

quo ſequitur,

A 2.g. Ex quo sequitur, quòd ad instructionem fidelium in communi qui Christum venientem in mundo receperunt, conueniens modus fuit, vt eis præsentaretur prius sub ratione regis, scilicet Messiæ filij Dauid sine reuelatione mysterij deitatis & virginitatis matris: quam quòd eis à principio omnia ista arcana reuelarentur sic enim processerunt ab imperfecto ad perfectum, qui est modus hominibus in communi maximè connaturalis. Secundum probatur; nam si Christus secundum veram generationem naturalem tantum à Dauid descendisset, & non secundum famam publicam, & communem populi æstimationem, hoc non sufficeret ad refutandos infideles, præcipuè Hebræos qui ex illa stirpe tantum Saluatorem spectabant, vt autoritates sacræ scripturæ testatur, & Christus eos exhortando dicebat. Scrutamini scripturas, Iohan.5.f. Vnde si eum rationabiliter ignorassent à Dauid descendisse, præsertim cum communis famæ & populi æstimatio hoc non testaretur, redderentur excusabiles. Non enim ipsi tenebantur cognoscere veram generationem naturalem Christi secundum quam à Dauid descendit, Talis enim incognoscibilis est, nisi per diuinam reuelationem: vt in secundo præsuppositio fuit ostensum. Diuina tamen scriptura intendit eos inexcusabiles reddere: vnde glo. super illud Matt.2.a. Vbi est qui natus est. Confusio Iudæorum est vt Christi natiuitatem à gentilibus discant: etsi non credunt, inexcusabiles sunt: hæc in glo. Conueniens igitur modus fuit, vt etiam Christus secundum publicam famam à Dauid descenderet, vt sic ipsum refutantes saltem sub ratione Saluatoris spectati in communi recipere, inexcusabiles essent, quod est intentum.

Secunda verò pars conclusionis probatur: Nam prophetæ per modum successionis ipsius Dauid Christo regiã dignitatem attribuebant, Isa.9.b.
B Super solium Dauid & super regnum eius sedebit. Quæ quidem verba & similia, licet non de sede seu regno temporali principaliter intelligantur, prout verba Isa. denotant ibidem dicentis: Sedebit in æternum: Nec enim concedendum, est q̃ in regno temporali Dauidico Iechonias à quo Christus descendit habuit successorem prophetante Ieremia.22.g. de ipso Iechonia. Non erit de semine eius qui sedeat super thronum Dauid: cum hoc tamen stat quòd secundum intellectum minus principalem seu figuratiuum, quem totus populus in cõmuni principaliter intendebat de regia dignitate, etiam tẽporali, quæ Christo debebatur per successionẽ Dauid talia verba intelliguntur: per quod significabatur successio ipsius Christi hominis in regno vniuersali supra omnem creaturã: iuxtà illud: Data est mihi omnis potestas in cœ. & in ter. Matt.28. de Ratio ante huius figuratiuæ loquutionis seu duplicis intellectus talis est. Nam sicut nostra cognitio de imperfecto ad imperfectũ naturaliter procedit, vt tactum est, sic eo modo naturale est nobis ex cognitione corporalium, in spiritualium cognitionẽ deuenire. Inuisibilia enim Dei à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, ad Rom.1.c. Quod non solum habet locum in puris naturalibus, sed etiam in supernaturalibus, vt misteriis ecclesiæ, præcipuæ in sacramentis quibus sacra inuisibilia per signa visibilia traduntur, & ideo ex diuina præordinatione, vt populus de sensibilibus ad insensibilia connaturali modo reduceretur, Christum quem constituit hæredem vniuersorum etiam in regia dignitate temporali vt legitimum ipsius Dauid successorẽ fecit, sic ius hæreditarium in ipso regno eidem pertinere ex tali successione: Quã quidem successionem temporalem contemporanei Christi diligenter attendebant, vt testatur sacra historia. Nam apostoli qui fuerunt super
C cæteros de mysteriis Christi eruditi, etiam post resurrectionem, quando iam ipsius gloria erat eis magis manifesta ab eo quærebant. Si in hoc tempore restituturus es regnum Israel? Act.1.a. Quod intelligitur ad literam de regno temporali, credentes talem restitutionem ad Christum pertinuisse: nec Christus pro tunc istum intellectum figuratiuum seu minus principalem ab eis excluſit expresè, vt ibidem patet Fortius ergo sentiendum est de cæteris, qui regnum Dei ignorabant. Cum igitur successio in regia dignitate temporali, ad illum etiam qui secundum famã publicam est filius pertinet, vt in primo præsuppositio: non autem ad illum tantum qui secundum veram generationem naturalem tantummodo descendit, sequitur quòd prophetæ testantes ipsum fore legitimum successorem in regno Dauid temporali, consequenter præmonstrabant ipsum secundum famã publicam à Dauid descensurum quod est intentum.

Quarta conclusio, quòd prædictus descensus Christi à Dauid secundũ publicam famam & communem populi æstimationem quantum ad contemporaneos Christi attrahendos vel iustè reprobandos pertinebat, sufficienter traditur per Matthæum Euangelistam, cum dicit: Abraham genuit Isac, &c. Et conuenientius per Ioseph quam si per solam virginem gloriosam huiusmodi descensus traderetur,

Prima pars conclusionis probatur. Nam omnes contemporanei Christi, exceptis paucissimis quibus mysteriũ virginitatis fuit reuelatum, credebant Christum esse filium Ioseph, & fama publica hoc testabatur, vt patet ex iam dictis. Qui quidem Ioseph de directo genealogizatur à Dauid per Matthæum, vt patet in litera. Igitur prima pars cõclusionis vera. Secunda verò probatur: nam si taliter descensus secundùm publicam famam per virginem gloriosam declararetur, & non per Ioseph, oportuisset quòd contemporanei Christi reputarent Christum non descendere à Ioseph & consequenter credere virginem gloriosam non legitimè Christum

stum concepisse, vel mysteriũ virginitatis esset statim eis reuelandũ: quorum primũ esset falsissimum, & derogatiuũ honori ipsius beatæ virginis: quæ vt ab infamia suspitionis esset immunis diuina præordinatione fuit desponsata, vt sancti doctores tradunt. Secundum vero esset etiam cotra dictamen eiusdem diuinæ præordinationis quæ virginitatem matris ex certis rationibus, vt dictum est, voluit esse occultam: & sic secunda pars conclusionis vera. D

Quinta conlusio, quòd conueniens fuit vt Christi genealogia non tãtum secundum prædictas filiationes, sed etiam secundùm filiationem legalem scilicet secundùm adoptione traderetur, vt Luc. traditin 3.c. probatur: Nã vt doctores dicunt, prout postillator Luc.3. tractat licet omnes sapientes Hebræorum concorditer tenerent Christum descensurũ esse à Dauid: aliqui tamen eorum opinabantur ipsum descendere ab eo per Nathan eius filium adoptiuum propter excellentiam sanctitatis prophetiæ: alij verò per Salomonem propter dignitatem regiam & excellentiam sapientiæ. Secundum veritatẽ autem vt omninò tolleretur errandi occasio per vtrumque descendit, per Salomonem scilicet secundùm lineam naturalem generationis: per Nathan verò secundùm lineam adoptionis legalis. Nathan enim filius adoptiuus fuit Dauid: vnde conuenienter Lucas sequitur lineam adoptiuam per Natham & quosdã alios, vt nobis ostendat q̃ etiam secundum lineam adoptionis Christus à Dauid descendit: idcirco notanter prætermisit hoc verbum genuit, & loco eius vtitur hoc verbo fuit.

Sexta conclusio quòd generatio Christi vera à Dauid per virginem gloriosam descendens cum expressione virginitatis arcanæ quantum ad fideles fide diuulgata certificãdos pertinet, sufficiẽter traditur per Matthæum. 1. Nam in prædicto ca. postquam Matthæus se expediuit de genea E
logia Christi summarie in primo ti. & consequẽter in singulari per extensam successionem (quam successionem in tres quaterdenas ex certis causis mystice intellectis diuisit prout in Glo. or. sufficienter traditur) sta tim ipsam materiã generationis Christi quasi alio modo resumens subdit: Christi autẽ generatio sic erat: Cum esset desponsat amater IesuMaria Ioseph antequam conuenirent inuenta est in vtero habens de spiritusancto: vbi manifestè tradit veritatẽ generationis Christi, quam à Dauid descendisse in titulo præmiserat per Mariam virginem, non ex virili semine, sed Spirituſsancti inspiratione processisse: cum quo etiam ostendit eius virginitatem occultam esse illis temporibus, nisi cui Deus ex causa voluit reuelare sicut Ioseph.

Colligitur ergo ex præmissis, quòd descensus Christi à Dauid & Abraham in euangelio quadrupliciter traditur. Nã aut secundum veram generationẽ naturalem, & hoc summariè quantum sufficit ad certificandos fideles in cõmuni de impletione promissionũ quæ patribus fuerunt factæ: & hoc dupliciter: quia aut sine mysterij virginitatis reuelatione, & sic in primo titulo Matthæi prout in secunda conclusione: aut cum declaratione virginitatis sicut ibi: Generatio autem Christi, &c. Matt. 1. prout in sexta conclusione: Aut secundùm publicã æstimationẽ: & hoc extensè per singula descendendo & ascendendo quod sufficit, & requiritur ad certificandos Christi contẽporaneos. Et de hoc quòd Christus fuerat legitimus successor ipsius Dauid: hoc dupliciter: quia aut secundum lineam naturalem generationis publicè æstimatam per Salomonem quã Matthæus tradit prout in quarta conclusione: aut secũdum lineã adoptiuam: & sic Luc.3 prout in quinta cõclusione. Qui quidem quadruplex F
descensus in Christo concurrit prout traditio euangelica narrat fideliter. Et hæc ad murmurationes perfidorum comprimendas & admirationes tollendas fideliũ in prædictis sufficiant secundum literalem expositionem: omissis tamen quamplurimis aliis in hac materia à doctoribus traditis quæ ad mysticam pertinent declarationem.

Sequũtur notulæ breues venerabilis ac religiosi patris fratris Matthiæ Dorink professoris sacræ theologiæ eximij, ministri prouinciæ Saxoniæ ordinis minorũ: quibus postilla fratris Nicolai de Lyra validè ab impugnationibus domini Burgen. defensatur: & primo circa euangeliũ Matthæi.

REPL. Et quia de veteri testamẽto nõ plus reperi tactũ per Burg. ideo accedendũ est ad nouũ, &c. In nouo Testamento primò occurrit euangeliũ Matthæi: in cuius primo capitulo dicitur Iudas genuit Phares & Zaran de Thamar. quẽ passũ exponens beatus Hiero. dicit: notandum in genealogia Saluatoris nullã sanctarũ assumi mulierũ, sed eas tantum quas scriptura reprehẽdit, vt qui propter peccatores venerat de peccatricibus nascens, &c. Postil. autẽ ab hoc dicto beati Hiero. cũ reuerentia declinat motus ex certis rationibus: Quarũ prima est: quia non videtur rationabile mulieres ratione illa poni in genealogia Saluatoris, qua ratione viri ex ea prætermittuntur scilicet Ochozias: Ioas & Amasias propter peccatum prætermittuntur, vt dicit idem beatus Hieronym. igitur propter peccatum non ponuntur ibi rationabiliter mulieres. Item virgo gloriosa ponitur in ipsa genealogia, quæ tamen est & semper fuit sanctissima. Item quia dicit beatus Hiero. Ruth & Raab in genealogia positas tanquã per scripturã sacrã reprehensas: Quod non videtur verum: quia scriptura eas cõmendat. Raab cõmendatur Iosuæ 2. & ponitur in catalogo iustorum ad Heb.11. Quod autem dicta fuit meretrix, nõ fuit ratione vitij, sed officij: quia vbi nos habemus meretrix, Hebræus habet hospita vel fuit eius cognomen. Similiter & Ruth commenda . r in scriptura,

Ruth,

A *Ruth.1.& 3.Nec alicubi legitur de illarum duarum mulierũ reprehen-*
sione prout beatus Hiero.allegat.Exponit igitur postillator illum passum
†Tu dic eas nominatas, tũ quia insigne aliquid in eis gestũ est, tũ quia alienigenas & peccatrices nominando indicatur vocatio gentium,& venia peccantium.
sic,quòd illæ mulieres ideo hic nominantur, quia viris suis fuerunt ac-
cidentaliter coniunctæ.† Nam quæ fuerunt primò & principaliter con-
iunctæ, siue bonæ siue malæ non hic nominantur. Immo quæ inter illas
quatuor fuit magis famosa peccatrix scilicet Bethsabea directè non no-
minatur,sed dicitur ea quæ fuit Uriæ,quæ principaliter & directius no-
minari debuit si peccatum ratio nominationis fuit.

In hac re.Burg.assumit beatum Hieronymum in sui defensione, quẽ
tamen ex leuibus causis consueuit improbare, vt patet in multis locis
sui corruptorij.Et puto defensionem Burg.beato Hiero.non placere,quia
maiora inconuenientia contingunt defensori quàm defenso, vt patebit.
Dicit namque Burg.primò quòd verba beati Hiero.sunt sanè intelligen-
da de peccatoribus & peccatricibus finaliter pœnitentibus & sic iustifi-
catis : & tales dixit fuisse illas quatuor mulieres in genealogia Christi
nominatas.Secundò dicit Burg.quòd Raab & Ruth fuerũt famosæ pec-
B *catrices,quia nationes earum in scripturis reprehenduntur. Tertiò di-*
cit,quòd etsi illæ quatuor mulieres fuerunt iniustæ, non tamen fuerunt
dicendæ sanctæ,saltẽ in vita earum propter præcedentia peccata.Ex his
tribus dictis putat Burg.accipere velle sufficientem responsionem ad ar-
gumenta postil.facta contra beatum Hiero. Sed certe ex ineptè dictis
apta responsio fieri non potest.

Nunc autem primum dictum proposito est ineptum.Nã multæ mu-
lieres patrum nominatorum in scriptura sunt reprehensæ tamen finali
ter iustæ:sicut Sara,Rachel,Lia & cæteræ:ideo secundum primum dictũ
Burg.quam plures debebant nominari.Cæterùm si solæ quatuor finali-
ter iustificatæ debebant nominari, sequitur quòd finaliter impœniten-
tes nominari non debuissent:& sic Achaz & multi nominati,nominari
non debebant,per argumentum à contrario sensu,quod Burg.sæpe gran-
dipendit.Nec secundum dictum Burg.est aptum proposito. Nã si quis ex
mala fama nationis,deberet dici famosus peccator,maximè Iob qui na-
tione fuit gentilis: & tamen scripturis dicitur fuisse simplex & rectus
timens Deũ & recedens à malo,&c.quæ de eo dicuntur Iob.1.Poterant
etiam illæ duæ mulieres naturaliter facere quæ erant legis sicut Iob &
non idololatræ.Vnde de gentilitate ad Iudaismum conuersas scriptura
non reprehendit sed magis commendat,vt probat postillator.Nec tertiũ
C *dictum videtur proposito conuenire.Nam beatus Hiero. in hac vita iu-*
stificatas & cum finali iustitia defunctas vtique debuit dicere sanctas,
nec hoc omittere propter peccata præcedentia,si qua fuerunt, quia Pe-
trum,Paulum,Matthæum:& Magdalenam & cæteros verè sanctos dice
re catholicum est quorum tamen peccata sacra scriptura commemorat,
sed non illarum scilicet Raab & Ruth.Cum igitur dicta Burg.prout vi-
sum est sunt proposito impertinentia, responsa ex eis accepta valere
non possunt.

Idcirco cum primum arguitur de tribus regibus propter peccatum
prætermissis, respondet Burg. quòd illi fuerunt finaliter impœnitentes,
quòd in mulieribus non habet locum.Sed ostensum est supra primum di
ctum Burg.vnde sumitur illa responsio non esse rationabilis,nec per con-
sequens solutio.

Ad secundum argumentum de beata virgine sine peccato in genea-
logia posita,respondet Burg.quòd secus est de beata virgine, quam ne-
cesse habuit euangelista ponere: & de illis mulieribus quas euangelista
voluntariè nominauit,& sine defectu potuisset prætermittere. Sed puto
bea.Hiero sic non voluisse dicere:quia illa responsio plus inuoluit, quam
soluit:nam dicens euangelista pro sola volũtate illas mulieres nomina s-
se,necesse habet dicere quòd sine ratione. Quod si sic,frustra bea. Hiero.
quæreret rationem cuius non est ratio.sed voluntas.Nec verisimile,quòd
sola volũtate:quinimo ex rationabili necessitate eas nominatim expres
serat euangelista:quæ rationabilitas infrà ostendetur.Ad tertium argu-
mentum postil.Bur.respondet quod facit pro beato Hiero.quia in scriptu
ra commendantur,hoc est argumentum iustificationis earum finalis:sed
per hoc non excluditur,quin prius fuerant famosæ peccatrices vt dicit
Bur Cuius oppositũ tamen ostensum est in correctione secundi dicti sup.
Nec aliqua scriptura habetur ꝙ personæ aliarum vnquam fuerint re-
prehensibiles,sed potius in scriptura commendantur : vnde potest sumi
argumentum quod est Bur.in ve.Test.valde familiare:sed ipse consueuit
arguere ab autoritate negatiuè quod non valet : hic arguitur autem si-
mul constructiue & destructiuè per hoc ꝙ non legitur quòd sint repre-
hensæ sed commendatæ.Arguo tamen ex dictis contra Bur.aliter: Om-
nis denominatio debet fieri à principaliori & digniori:sed fides & iusti
cia sunt digniora vitiis:igitur nominatio debet fieri potius à virtutibus
quam à vitiis:sed constat ex scriptura Raab & Ruth fuisse virtuosas,
igitur earum nominatio debet potius sumi à virtutibus quam àpeccatis
si qua præcesserunt. Nam in commemoratione sanctorum, virtutum fit
mentio de per se: vitiorum autem quæ fuerant per accidens & recita-
tiuè : igitur illæ sanctæ mulieres in Christi genealogia sancta potius
debebant nominari ex conuersatione quam prauitate transgressionis.
Nec illa tertia ratio postil.facit pro beato Hieron.prout Burg. dixit,sed
contra spiritualiter quia dicit,quas scripturam reprehendit, quod nus-
quam reperitur,sed contrarium: quia vtramque scripturam commẽdat
notabiliter

notabiliter satis.Patet igitur quòd Burg.volens pro beato Hiero.certa- D
re plus eum inuoluit.

Consequenter videndum est quomodo contra Postil.irrationabiliter
mouetur dupliciter.Primò dicit,quòd nihil pertinet ad rationem genea
logiæ coniunctio viri & mulieris per se vel per accidens, & nihil refert.
Nam necessarium videtur vxores secundarias non principales in huius-
modi genealogia nominari, quatenus ex tali nominatione ostendatur
verum fuisse matrimonium, & nihil illegitimitatis interuenisse. Quod
autem verum matrimonium sit inter virum & vxorem principalem,
nemo dubitat:nec prolem ex eis susceptam fore legitimam, prolem autẽ
ex occasionaliter & secundario coniuncta posset probabiliter dubitare
fore legitimam,idcirco in generatione ex principali & perse coniunctam
in tota genealogia,de muliere nulla fit mentio:quia ibi prolis legitimi-
tas est lata.In generatione autẽ ex occasionaliter coniunctis necesse fuit
de mulieribus fieri mentionem. Tum vt ex hoc innuatur coniunctionem
fuisse legitimam,Tum vt ostendatur prolem ex sic coniunctorum gene-
ratione,nullam incurrere notam.Necessarium igitur fuit in Christi ge-
nealogia hoc obseruare,ne Herodes aut alij Christi persequutores vela-
men excusationis possent assumere quasi natum illegitimè perseque-
rentur : Hæc est enim ratio sanctorum doctorum de matris Christi de-
sponsatione.

Nec valet quòd Burg. secundò obiicit contra postil.rationem de Lia E
quæ fuit Iacob præter intentionem coniuncta:& tamen non nominatur:
in genealogia Christi,quod tamen oportet, si ratio postillatoris valeret.
Respondeo quòd quamuis Lia fuerit coniuncta præter eius intentionem:
non tamen ex hoc fuit vxor eius occasionalis nec secundaria, sed prin-
cipalis propter sequentem ratihabitionem. Rachel enim quamuis fuit
plus dilecta,fuit tamen vxor secundaria & ideo Christus si fuisset natus
per lineam Rachel,spiritualiter nominari in genealogia debuisset pro-
pter rationem prædictam. Sed quia per lineam Liæ quæ fuit prima &
principalis vxor,Christus natus est,idcirco eam nominari nõ oportebat.
Confirmatur hæc responsio,quia secũdùm magistrũ in quarto di. 30.&
doctores. Error in persona cõiuncta dirimit etiã contractũ matrimoniũ
nisi post coniunctionem interuenerit ratihabitio.Cum igitur in coniun-
ctione Iacob & Liæ interuenit error personæ,potuit legitimè post coniun
ctionem eam refutare:quod tamen non fecit, sed potius ratum habens
factum,pro coniunctione Rachel vltro seruiuit. Et Lia prima & princi-
palis vxor fuit per consequens non nominanda.

Sed finaliter in hac materia Bur.valde mouetur contra postillatoris
excusationem,qua se excusat de hoc quod declinat hic dictum beati Hie
ro.asserens contra pietatem militare sanctorum opinionibus contraire,
inducens ad hoc canonem decretalis.di.20.Sed reuera in quo Burg. ex-
cusationem postillatoris reiicit ipse magis venit inculpandus. Persæpe F
quidem beatum Hiero.beato Aug.cæterisq; doctoribus etiam sine magna
ratione obiicit & ipsorum dictis infidelium Iudæorum dicta anteponit.
Etsi aliquando pro ipsis certare videatur, in odium id facere videtur
postillatoris,salua pace:qui nõ nisi scriptura aut ratione cogentibus in-
terdum à sanctorum declinat sententiis.Nec id quod Burg.assumit facit
contra pietatem:quia hic honor,hæc reuerentia solis debetur canonicis
scripturis, vt quidquid in eis repertum fuerit.sine hæsitatione verũ esse
credatur,vt dicit beatus Aug. in de vnico baptismo. Scripturis autem
aliis quibuscunque rationabiliter contradicere licet dicente eodẽ Aug.
in epistola ad Hiero.Aliorum scriptura ita lego,vt quantalibet sanctita-
te quantáve doctrina polleant,non ideo verum putem,quia ipsi ita sen-
serunt,&c.Et in epistola ad Fortunatum dicit: Talis esse velle lectores
suorum scriptorum qualis ipse est aliorum, in quo sua scripta cæteris
corrigenda subiicit:sicut ipse aliorum scripta vbi id certa ratio vel au-
toritas exegit refutauit.Nec putandum hanc Aug. humilitatem beato
Hieron.& cæteris sanctis doctoribus defuisse Canon decretalis contra
postil.inductus pro ipso militat:Dicitur namque in ipso:quo quis maiori
rationi innititur eo maioris autoritatis eius verba esse videntur. Igitur
postilla, si nulla temeritate permotus interdum sanctorum sententias
cum reuerentia(quæ sanctis doctoribus debetur)declinet:meliori ratio-
ne aut autoritate persuasus,nequaquam debet ob hoc à veritatis amo-
re criminari:quoniam in his quæ fidei non sunt , nec sacris literis ob-
uiant,neque sancti,neque scholastici doctores mutuum consensum ex-
petunt:sed sibi mutuo aliis & aliis rationibus persuasi sine temeritate
immo vtiliter contradicunt.

In eodem cap.vbi dicitur Ioseph virum Mariæ : vbi omnes doctores Linea genealogiæ Christi & Ioseph quo modo probari possit.
concordant, quòd sufficienter deducitur genealogia per Ioseph virum
Mariæ, quia erant de vna tribu,&c. Burgen.facit multa argumenta
aliqua satis competentia, quòd non Dauid sufficit declaratio glos-
sæ & doctorum. Ipse igitur longam digressionem facit, in qua pu-
tat satisfacere non solum quærenti,sed quæstioni,quæ fieri consueuit in
hac materia:cui placet videat.Mihi autem videtur quòd non amplius
quam postil.factum concludat. Cum enim Christum natum ex semine
Dauid & Abrahã secundum promissa vtrisque facta non nisi autoritate
scripturæ habeatur,igitur solum creditum est apud recipientem sacrum
cano.Sic & apud Christianũ habetur solum autoritate Matt. & Lucæ.
igitur ex sola fide.Frustra igitur Burg. videtur tam prolixa digressio-
ne laborasse,

A *ne laborasse, præsertim cum quatuor suæ suppositiones, & sex conclusiones citra vel vltra, ea quæ fidei sunt nihil concludunt. Nam in prima suppositione sua dicit de filiatione & successione secundū formam vulgarem, quæ modicum facit ad propositum deducendum. Nam à Zorobabel nulla apud catholicos nec puto apud Iudæos habetur historia autentica: vnde talis fama vulgaris autoritatiuè confirmari potuerit vsque ad Christū & parentes eius: Et si habetur, tamen quia in canone non est, ea facilitate contemnitur qua probatur, secundum regulam beati Hieron. In secundò præsuppositō dicit Bur. dubium esse quocunque naturaliter genito, an sit legitimè natus. In quo nihil dicit pertinens ad quæstionis motæ solutionem: quia per nullam naturalem cognitionem possumus ad legitimam Christi generationem peruenire: Et propter idem non valet suppositio sua tertia: quia testimonium vel probatio per instrumentum pertinet ad humanam & naturalem cognitionem. Et quia de substantia instrumētorum sunt testes, sicut ad naturalis generationis cognitionem non possunt honesti testes adduci, ita nec instrumenta formari: immo testes quicunque adducerentur essent dubij ex secūdo suppositō. Ex illis igitur tribus suppositionibus nihil fidei affertur nisi negatiuè: quòd videlicet Christi generatio non potest haberi per famam publicam, nec per testes & instrumenta, nec per naturalem cognitionem: Suffecisset igitur quarta sup-*

B *positio quòd potest sciri fidei autoritate: Et ad hoc tendit prima conclusio Bur. quæ assumit promissiones factas patribus & testimonium euangeliorum: quæ omnia sola fide recipimus. Secunda sua conclusio solum pertinet ad fideles, & non nisi propter fidem. Et tertia conclusio resolsio resoluitur ad idem, quia vult ex publica fama dicere conueniens* D *Christum esse filiū Dauid. Sed vnde fama nisi ex prophetis? Sed quid prophetia nisi credamus? Totum igitur resoluitur in fidem: per consequens apud infidelem nihil facit. Per probationes de sancto Tho. per Burg. ex sua digressione sumptas non probatur Iudæorum inexcusabilitas: quia nec per scripturā propter interruptionem à tēpore Zorobabel nec per famam ex scripturis sufficienter factam, Iesum filium Dauid fore scire poterant: sed aliunde, quod ostendere non est præsentis speculationis. Nec quarta conclusio, nisi per resolutionem ad fidem procedit. Similiter & quinta: quia vtriusque lineæ tam naturalis quàm adoptiuè testimonium non habemus, nisi ex scriptura: testimonium autem scripturæ ad fidem resoluitur. Nunc autem scriptura veteris Testamenti in vtraque linea deficit: quia à Zorobabel vsque ad parentes Christi, vt prædictum est, autoritatem non habemus. Credendum est igitur Matthæo & Lucæ in vtraque linea: Et ecce fideles: Et ad hoc finaliter resoluit Burgen. suam quintam conclusionem. Sed vnde Matthæus & Lucas tantæ facti sunt autoritatis, nisi ex autoritate vniuersalis ecclesiæ teste beato Augustino contra Adamantium dicentem: Non crederem euangelio, nisi ecclesiæ autoritas me commoueret: Qui igitur credit ecclesiæ, credit Matthæo & Lucæ, etsi credit Christum filium Dauid secundum promissa facta patrib. Et hæc est summa per quā soluitur quæstio per Bur. sic dissimiliter prætractata: qui autem his non credit, quoniam non ex scriptura quæ* E *interrupta est circa genealogiam, nec ratione nec fama conuinci poterit, &c. Remanebit dubius digressione Burgensis non obstante.*

Augu. contra Adamātium.

CAP. II.

☞ a *Vm ergo natus, &c* Quamuis Matthæus natiuitatem prætermittat, tamen aduentum Magorum referens, breuiter eam cōmemorat sic dicens: *Cùm ergo* Quatuor hic ponuntur à prophetis roborata, natiuitas, nomen, locus, & tempus. De natiuitate domini in Bethleē Matthæus & Lucas consentiunt. Sed quomodo & quæ occasione ad eum venerint Ioseph & Maria Lucas exponit: Matthæus præterit, sicut & cætera vsque ad circuncisionem: sicut econtra de aduentu Magorum Lucas tacet, & Matthæus exponit.

CAP. II.

¶ Ecce natiuitas, cùm esset natus. ¶ Nomen.

1 Vm ergo natus esset Iesus in

¶ Locus. ¶ Tempus.

2 Bethleē Iudę in diebus Hero dis regis, ecce Magi ab oriē-

Duæ Bethleem.

b *Bethleem Iudæ.* Ad differentiam illius quæ est in Galilæa in tribu Zabulon. Duæ enim sunt Bethleem. Bethleem prius dicta est Ephrata. Bethleem domus panis, quia ibi nasciturus erat panis viuus qui de cælo descendit, qui ponitur in præsepio: vt irrationabiles pastos, faciat socios angelorum. Significat autem ecclesiam, quæ est domus, in qua panis viuus comeditur.

C

Gene.49.b.

c *In diebus.* Hieron. Hoc non ponit tantum pro tempore: sed vt videatur impletum: *Non deficiet princeps de Iuda, &c. In diebus Herodis regis* Finito. s. regno Iudęorum: quando iam Herodes alienigena in gēte Iudæorū regnū sibi occupauerat impleta pro-

Dan.9.f.

phetia quæ dicit: *Cùm venerit sanctus sanctorū cessabit vnctio vestra.*

d *Ecce Magi.* Magi nō malefici, sed Philosophi Chaldæorum, qui de singulis philosophantur. Et fuerunt (vt dicitur) de genere Balaam, & successores doctrinarum eius. In istis fides gentium vt primitiæ Deo consecratur. Hi prædicant natiuitatem, locum nesciunt sciunt. Iudæi locum insinuant: tempus aduentus nō cognoscunt.

✣ Avgvstinvs. Manifestatus est Iesus non doctis nec iustis prævalet namque imperitia in rusticitate pastorum, & impietas in sacrilegiis Magorum, vtrosque sibi lapis ille angularis attribuit, quippe qui venerit stulta eligere vt cōfunderet sapientes, & nō vocare iustos sed peccatores, vt nullus magnus superbiret, nullus infirmus desperaret.

Serm. 2. de Epyphania

✣ Cyprianvs. Erant in illis regionibus viri syderum inspectionibus assueti, qui arte mathematica vim discursumque nouerant planetarum, qui ex elementorum natura rationem temporum metientes, astrorum ministeria certis experimentis propriis didicerant effectibus assignata. Hi ex vaticiniis Balaam olim audierant stellam oriri ex Iacob, &c. Huius prophetiæ prouentum expectantes, & vbi venit plenitudo temporis orto repentè nouo sydere, ad antiqua recurrentes volumina, tam testimonio muniti quam signo, dromadis inuecti, in Iudæam stella duce perueniunt.

Sermon. de Stella & Magis.

F

✣ Petrvs Chrysologvs. Quare Magi, quare stella? Vt per Christum ipsa materia erroris sic fieret salutis occasio, quemadmodum ad Christum mortis causa, causa facta est vitæ. Hosterij proprio mucrone turbare, singulare est insigne virtutis. Apud Magos in culpa erat ignorantia non voluntas: & erat in crimine non studium, sed error quærere Deum & noscere. Quærere necessitas magis est quam reatus. Fuit ergo pium vt & Deus inuenire quærentibus daret, & culpam deputaret errori.

Sermo. 157.

☞ *Venerunt*

NICOLAVS DE LYRA. CAP. II.

✣ Diuisio.

1 Vm ergo natus, &c. *Hic secundo ostendit euangelista ipsum Iesum esse verum Deum & verum hominem ex illustratione cælesti & veneratione regali. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponitur huius rei manifestatio. secundò, ipsius Christi manifestati persequutio, ibi:* Qui cum recessissent. *Item prima in tres: quia primò ponitur Christi inquisitio sollicita. secundò eius inuentio certa, ibi:* Qui cùm audissent regem. *tertiò, eius adoratio deuota, ibi:* Et procidentes. *Prima adhuc in duas, quia primò ponitur inquisitio Christi ex deuotione. Et ista facta est à magis, secundò, ponitur inquisitio Christi ex malignatione. Et hæc fuit inquisitio Herodis, ibi:* Audiens autem Hero. *Circa inquisitionē Magorum quærentium Christum natum euangelista tria notat, videlicet, natiuitatis locum, cùm dicitur.*

Cum ergo natus esset, &c. *vt ostendat impletam esse propbetiam Micheæ 5. vt videbitur infrà eo. ca. Additur autē Iudæ ad distinctionem alterius Bethleē quæ est in tribu Zabulon. secundò notat tempus, cùm dicit: In diebus Herodis, prophetauerat enim patriarcha Iacob Gen. 49. b.* Non auferetur sceptrū de Iuda, & dux de femore eius donec veniat qui mittēdus est, &c. *vbi translatio Chaldaica habet sic: Donec veniat Messias vbi manifestè ostenditur illo tēpore Christum esse nasciturum, quando deficeret rex & dux de populo Iudęorum. Et hoc impletum est in Herode: quia vsque ad transmigrationem Babylonis habuerunt reges de tribu Iuda, & postea duces, vt patet de Zorobabel Esd. 2. & sic vsque ad Herodem qui fuit Idumæus natione, & per consequēs alienigena: sed regnum Iudæorū fuit sibi datū à Romanis Imperatorib. & cū hoc adiutoriū ad ipsum acquirendū: & capto Antigono ibidē regnante & postea interfecto, Herodes occupauit regnū. vt narrat Iosephus lib. Anti. patet igitur q̄ per hoc q̄ dicitur.*

2 In diebus Herodis, &c. *Ostenditur tēpus præfinitum Christi nascentis. Tertio, scriptura circa natiuitatē Christi notat euidēs cæleste signū: prophetatū enim fuerat per Balaam, Num. 24. c.* Orietur stella ex Iacob & consurget virga de Israel, &c. *vbi ostenditur quod ortus nouæ stellæ apparentis erat signum Christi nascentis: & ideo in hora natiuitatis Christi apparuit stella noua in orientali terra vbi quondam habitauit Balaam. Quæ quidem terra est in parte orientali respectu Ierusalem, vt habetur in eodem lib. Numer. 23. & ideo isti magi dicti sunt magi non à magica arte, sed à magnitudine scientiæ: & ideo dicti sunt etiam reges, quia illo tempore Philosophi sapientes regnabant. Isti ergo videntes nouam stellam cognouerunt per diuinam inspirationem, q̄ illa erat quæ prædicta fuerat per Balaam & ideo statim mouerūt se de locis suis, vt venirent ad venerādū puerum natū: & sequētes stellā venerunt ad Iudæā die tertiadecima: quia illa terra vbi habitabat Balaā non multum distabat à Iudæa: ipsis autem*

☞ *Iudæam*

☞ A Magi Christū quærentes quot fuerint.

a *Venerunt.* Magi, non post annum: quia tunc non inueniretur in præsepio, sed in Ægypto, sed 13. die. Fuerunt autē de terra Persarum vbi & Saba fluuius à quo regio nominatur, iuxta quam & Arabia est, vbi Magi fuerūt reges. Qui etsi tria munera obtulisse dicuntur, non ideo non plures quàm tres fuisse probantur, sed vt per eos gentes quæ ex tribus filiis Noe natæ sunt, venturæ ad fidem præfigurentur: vel tot fuerunt principes, qui multos duxerunt in suo comitatu. Ideo Magi apud Ierosolymam præcipuè rogant: quia per Balaam de Israel nasciturum audierunt. Noua enim stella nouum hominem indicabat. Stella Christus quē sequi debemus, qui nisi in cordibus oriatur rex Iudæorum in oriente non quæritur.

b *Vbi est qui natus est rex, &c.* Confusio Iudæorū est, vbi Christi natiuitatē à gentibus discunt, etsi nō credūt, inexcusabiles sūt.

c *Vidimus enim stellam.* Hæc stella dominicæ natiuitatis nuncia nunquam prius apparuit, sed eam tunc puer creauit, & Magis

B deputauit: quę mox peracto officio esse desiit. Christum nondum loquētem, muta stella prædicat, postea loquentem apostoli nunciauerunt. Iudęis, tanquam ratione vtentibus, substantia rationalis. i. angelus ortum Christi nunciauit. Magos verò primitias gentium nondum ratione vtētium irrationalis, id est, stella perduxit. Pastoribus angeli, Magis stella, vtrisque tamen loquitur lingua cælorum, quia iam cessabat lingua prophetarum. Vtrum stella orta sit in oriente, an ipsi ibi positi natam ad occidētem viderint, ambiguum est. Potuit enim nasci in oriente, & eos in Ierusalem perducere. Sed dum humanum quasi ex lege quærunt auxilium, diuino deseruntur. Per stellam intellexerūt eum in Iudæa natum: & ideo Ierusalem veniunt, vbi locum discentes tunc aggressi iter primum habent stellam præuiam quam recognoscunt.

Allegoric. Stella est illuminatio fidei quæ ad Christum ducit. Dum diuertunt ad Iudæos eam amittunt: quia dum à malis consilium quærunt, veram illuminationem perdunt.

Hom.6.in Matth.

✠ Chrysost. Sciendum quod Priscillianistæ hæretici qui nasci vnumquemque hominem constitutionibus stellarum

Error Priscillianistarum.

putant, hoc in adiutorium sui erroris assumunt, quod noua stella exiit, cum dominus in carne apparuit, cuius fuisse fatum eandem quæ apparuit, stellam putant.

Hom.2.operis imp.

✠ Idem. Si ergo aliquis adulter & homicida fiat per stellam, magna est iniquitas illarum stellarum, magis autem illius

C qui creauit stellas. Si etiā stellæ est, ꝙ mali sumus aut boni, ergo nec bonum nostrum laudandum est, nec vituperandum malum.

✠ Avgvst

a ¶ Vbi erat caput regni. ¶ Ciuitas Dei toto orbe refulget in qua minus docti erudiuntur diuina lege.

a te venerunt Ierosolymā, dicentes: Vbi est

b a ¶ Ne hoc de Herode quærere videantur. b ¶ Signa non fidelibus, sed infidelibus data sunt.

c qui nātus est rex Iudæorum? Vidimus enim 1

a ¶ Propriam quia hanc creauit ad ostensionem sui. b ¶ Quia Deum intelligunt stella famulante.

stellam ēius in oriente & † venimus adora- b

d re eum. Audiens autē Herodes rex turbatus 2

e eſt, & omnis Ierosolyma cū illo. Et congre- 3

f 4

a ¶ Pontifices. b ¶ Moralium latores præceptorum.

g gans omnes principes sacerdotū & Scribas 5

¶ Palam quasi ex bono affectu. a ¶ Sic vocat eum, quia nouerat inungi reges Iudæorum.

h populi, sciscitabatur ab eis vbi Christus na-

i sceretur. At illi dixerūt ei: In Bethleē Iudæ. 6

✠ Avgvst Et nos quidem sub fato stellarum, nullius hominis genesin ponimus, vt liberum arbitrium voluntatis, quo bene vel malè viuitur, propter iustum iudicium Dei, ab omni necessitatis vinculo vindicemus. Quantominus illius temporalem generationem sub Astrorum conditione credimus factam qui vniuersorum creator & dominus.

D Lib.2. contra faustum cap.5.

d *Audiens autem Herod. &c.* Rex dicitur, vt ex collatione eius qui quæritur, hic intelligatur extraneus quia iam defecerat proprius.

Audiens autem Herod. Alium regem Iudęorum quàm se quæri, volebat enim cùm esset alienigena legitimus rex videri: & ideo codices quibus genealogia texitur cremauit.

† accelsimus.

e *Turbatus est, &c.* Vel quia exitiū regni sui timet, vel propter iram Romanorum si hoc pateretur, qui decreuerant ne quis rex vel dominus sine eorum consilio diceretur. Nato rege cæli rex terræ turbatus est quia nimirum terrena altitudo confunditur cum cælestis celsitudo prædicatur.

Herodes quare turbatur in aduentu Magorum.

✠ Petrvs Chrysologvs. Quare Ierosolyma, principes & Scribæ turbantur? Quia nasci non vult profanus Deum, seruus dominum, iudicem reus, rebellis principem, perfidus cognitorem Ierosolyma varia se cōtaminatione perfuderat: Sacerdotes profanauerant sancta, & peccata vendētes in quæstum veniam pietatémque conuerterant. Scribæ doctrinam cœlestem, scientiam salutarem, vitale magisterium in suum sensum, in perfidiæ lapsum, lethale vaniloquium commutarant. Viuere timent, quia nouerāt se mox ignominiæ dādos, trahēdos opprobriis, eiciēdos tēplo, priuandos sacerdotio, oblationū munere vacuādos.

Sermo.1. E

f *Cum illo.* Propter fauorem: quia sæpe populus plus eis iniustè fauet quos crudeles sustinent. Vnde Salomon: Rex iniustus omnes ministros impios habet.

Prou.29.

g *Et congregans omnes principes sacerdotum.* Nota diligentiam inquirentis, vt si inuenerit faciat quòd post se velle ostendit: sin autem, excusatus sit Romanis. Explorabat etiam, si rex eorum tristes vel lætos faciat Iudæos.

h *Vbi Christus nasceretur.* A Iudæis quærit locum, à magis tempus vt de vtroque fiat certus.

i *In Bethleem Iudæ* Locum natiuitatis exprimunt, quem testimonio scripturæ didicerunt, vt ipsa eorum scientia illis fieret ad testimonium damnationis, nobis ad adiutorium fidei

Ex hoc patet, quia non ex ignorantia, sed ex cordis duritia F credere noluerunt.

☞ ✠ Avgvst.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *Iudæam intrantibus, stella diuina dispositione distaruit, vt necesse haberent recurrere ad ciuitatem regiam, videlicet Ierusalem, & ibidem inquirere de Christo nato. Et hoc factum est à Deo duplici de causa. Vna propter ipsos Magos, vt qui prius fuerant commoniti cælesti signo confirmarentur etiam dicto prophetico ex doctorum Hebraicorum responsione, vt infrà patebit. Alia causa fuit propter Christum, vt eius natiuitas in ciuitate regia renunciaretur: & per consequens Iudæi Christum non recipientes inexcusabiles haberentur. Per hoc etiam figurabatur quòd fides Christi erat à gentibus deuotè recipienda, & à Iudæis pro maiori parte in infidelitate remanentibus refutanda: quia magi qui gentiles erant ipsum Christum deuotè quæsierunt, & inuentum adorauerunt. Sacerdotes autem Iudæorum audientes Christum natum per cæleste signum in nullo moti sunt ad ipsum quærendum seu venerandum. Dicit igitur.*

1 Vidimus stellam eius. *& patet sensus per prædicta.*

2 Audiens autem Herodes. *Hic ponitur inquisitio Herodis ex malignatione, & primò ponitur eius inquisitio de Christo à Iudæis, secundò ab ipsis magis ibi:* Tunc Herodes. *Dicit ergo:* Audiens autem Herodes. *scilicet, Christum natum per euidens cæleste signum.*

3 Turbatus est. *Nec mirum, quia erat alienigena vt dictum est, & ideo timebat perdere regnum: & non solum ipse turbatus est, sed.*

4 Et omnis Ierosolyma cum illo. *Hic accipitur pars pro toto. vnde omnis de omnis Ierosolyma, accipitur hic pro illa parte quæ fauebat sibi, sicut communiter dicitur, quando maiores ciuitatis aliquid faciunt quod tota ciuitas facit: sic in proposito illi qui erant ibidem maiores & in regalibus officijs assistentes: illi cū rege turbati sunt. Sequitur.*

5 Et congregans omnes principes. *Quia enim volebat Christum perdere, ideo voluit de loco natiuitatis Christi diligenter inquirere ab illis qui scripturas prophetarum prædictas de Christo nouerant & genealogias descendentes de Dauid sciebant.*

6 At illi dixerunt ei, in Bethleē *Sicut enim periti in lege responderunt per prophetiam quæ habetur Micheæ 5. quæ non potest exponi nisi de Christo: vnde in eadem autoritate vbi dicitur: Ex te egredietur qui sit dominator, &c. translatio Chaldaica habet. Ex te egredietur Messias. Ad euidentiā igitur huius prophetiæ videndum est qualiter scribitur Micheæ 5. quia videtur in aliquibus discordare ab eo quod hic dicitur. Scribitur enim Micheæ 5. a.* Et tu Bethleē Ephrata paruulus es in millibus Iuda: ex te enim mihi egredietur qui sit dominator in Israel, &c. *Matthæus autem euāgelista aliter scripsit: quia debebat scribere responsionem Iudæorum Herodi factam: Herodes autem erat alienigena & ignorabat scripturas prophetarum: & ideo Scribæ sibi respondentes aliqua verba in autoritate scripta mutauerunt vt planius regi loquerētur tamē eandē sententiā tenuerunt: quod patet discurrenti per singula, Scribitur enim in Micheæ sic:* Et tu Bethleem Ephrata. *Ipsi autem responderunt:* Et tu Bethleem

✠ terra Iuda

MORALITER.

✠ 1 *Vidimus enim stellam, &c.* Per stellā signatur virgo Maria, quæ interpretatur maris stella. Hæc autem stella apparet magis condescendendo sibi deuotis: & eos nauigantes per huius mūdi mare turbulen turbulentum dirigit ad portum salutis qui Christus est. Et ipsum inuenientes venerātur, offerentes ei munera. s. aurū charitatis, & thus deuotè orationis, & myrrham carnis mortificationis: quia cum caro rationabiliter castigatur, ad cælestia spiritus eleuatur.

✠ *Et respon*

✠ AVGVSTINVS. Cùm dixerunt, In Bethleem Iudæ, similes facti sunt fabris arcæ Noe, qui aliis vbi euaderent prestiterunt, & ipsi diluuio perierunt: similes lapidibus à miliariis viam ostenderunt, nec ipsi ambulare potuerunt.

A Sermone 2. de Epyph.

Et tu Bethleem. Hoc sic ponit, vt ab eis dictum est: quia etsi non verba, veritatem sensus quodammodo ponunt. In Hebræo sic est: *Et tu Bethleem Ephrata parua es in millibus Iuda: ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel, & egressus eius ab initio à diebus æternitatis.* Et est sensus: Etsi sis paruus viculus comparata ciuitatibus Iudæ, vbi tot millia: tamē non es minima: quia ex te egredietur magnus Christus, qui non tantum de Dauid, quia egressus eius ex mea constat substantia: natus à diebus æternitatis, quia in principio erat verbum. Antiquitus Ephrata, postea Bethleem.

† Mich. 5. a. Mich. 5. a

Ioann. 7. f.

B

MYSTICE. Est dicta Ephrata, furorem vidit, quod præmonstrat insaniam Herodis qui ibi pueros occidit. Vel Ephrata frugifera, quæ colit agrū vitæ. Merito in eo loco Christus nascitur, qui totius ecclesiæ typum gerit, & ex nomine innuit Christum pabulum vitæ cunctis. *Terra Iuda nequa.* In Hebræo, Ephrata: Bethleē est domus panis Ephrata speculum. Quæ sunt domus istæ nisi fidelium mentes panem angelorū manducātes: & quantum in hac vita mortali conceditur, gloriam domini speculantes? In quibus Christus iam per fidem natus, de gentilitate velut

C

de longinquo venientibus per falsorum doctorum demonstrationem aliquando quæritur, & inuentus adoratur.

a *Clam vocatis magis.* Remotis sacerdotibus & Scribis: timebat enim ne Iudæi quasi ex Dei oraculo promissum occultarent, si se velle eum perimere sentirent. Ideo etiam promisit se adorare ne quis sentiret dolum eius: sed sine suspitione ob gratiam fauoris ei renunciarent.

b *Adorem eum.* Herodes deuotionem promittit, sed gladium acuit: maliciam cordis depingens colore humilitatis. Finxit se vultu & verbis adorare eum quem inuidia mente cogitabat occidere: Cuius personam representant hypocritæ, qui fictè Deum quærunt, nunquam merentur inuenire.

D

¶ Michæam.

Sic enim scriptū est per prophetam: † Et tu

a ¶ Ad tribum Iudæ pertinebat.

Bethleem terra Iūda, nequaquam minima

a ¶ In Hebræo, in millibus. ¶ Arguuntur Scribæ obliuionis quòd non ipsis verbis prophetæ vsi sunt.

es in principibūs Iuda. Ex te enim † exiet dux, qui regat populum meum Israel. Tunc 1

a Herodes clam vocatis Magis, † diligenter

a ¶ Quia locum didicerat, quando nasceretur explorat.

didicit ab eis † tempus stellæ quæ apparuit

a ¶ Cognito loco & tempore restat cognitio personæ.

eis: Et mittens eos in Bethleem, dixit: Ite 2

& interrogate diligenter de puero, & cùm

a ¶ Hoc subiungendo ad renunciandum inuitat. ¶ Vt alacrius ad eum redeant, & ne Iudæi, quia rex eorum futurus erat occultent.

inueneritis renunciate mihi, vt & ego ve-

b niens adorem eum. Qui cum audissent re- 3

a ¶ Aestimantes supple vera quæ dixerat.

c gem, abierunt. Et ecce stella quam vide- 4

a ¶ Donec.

rant in oriente, antecedebat eos vsque

a ¶ Q. d. Hic est quem natum testabar.

dum veniens staret suprà vbi erat puer.

a ¶ Inuento quod desiderauerant.

d Videntes autem stellam gauisi sunt gau-

a ¶ Diuersorium illud quod Lucas commemorat.

e dio magno valde. Et intrantes domum

f inuenerunt puerum cum Maria matre

a ¶ Signum humilitatis sine qua nullus vere adorat. b ¶ In carne verbum.

g eius: & procidentes adorauerunt eum: 5

c *Et ecce stella quam viderant.* Ingressi Iudæam deseruntur indicio stellæ, vt cogantur ex lege inquirere. Vel diuino deseruntur auxilio qui quærunt humanū. Nec decebat signum infidelibus datum apparere do mesticis legis & prophetarum: quiā, *si Moysen & prophetas non audiūt, neque si quis ex mor. &c.* Non tenuit æthereas vias: Sed multum domui vicina, aliter non discernerent domum.

† mihi proditurus est. Lucæ. 16 g.

† Accuratè perquisiuit.

MORALITER. Stella, est bona exortatio ducens ad Christum. Vel potius fides quæ est mentis illuminatio, per quam ingrediens Christum videt qui est stella matutina: & eo viso gaudet gaudio & adorare non desinit.

† quo tempore stella apparuisset eis.

E

d *Gauisi sunt gaudio mag. &c.* Gaudio gaudet, qui propter Deum (qui verū gaudium est) gaudet. Addit & magno, quo nihil est maius. Et valde gauisi, quia de magno potest alius plus, alius minus gaudere.

e *Et intrantes domum, &c.* Tres Magi vno itinere Deum veniunt adorare: quia in vno Christo (qui est via) inseparabilis trinitas ab eis erat adoranda.

f *Puerum cum Maria matre eius, &c.* Sæpe puer nominatur, vt eum agnoscant, de quo dictum est: *Puer natus est nobis.* Isa. 9. b.

Cur non & Ioseph cum Maria inuentus est à Magis? Ne aliqua inde male suspitionis occasio daretur gentibus, quæ primitias suas statim nato Saluatore ad eum adorandum miserunt. F

g *Ad orauerunt eum.* Sic confitentes Deum, quem factum esse hominem intelligunt, & moriturum quod per myrram ostēdunt.

☞ *Et apertis*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ terra Iuda. *Cuius ratio fuit, quia ista ciuitas antiquitus vocata est Ephrata ab vxore Caleph, sed postea est ibi facta fames magna tempore Elimelech & Noemi vxoris suæ: propter quam famem iuerunt ad peregrinandum in terra Moab, vt habetur Ruth. 1. a. Transeunte autem fame facta est maxima abundantia in eadem ciuitate: sicut frequenter fit mutatio à contrario in contrarium: & tunc vocata est ciuitas Bethleem, id est, domus panis, propter abundantiæ euentum. Herodes autem ignorabat istam historiam: & ideo non dixerunt,* Et tu Bethleem Ephrata: *quia nesciuisset quid esset dictum: sed dixerunt,* Tu Bethleem terra Iuda, *id est, quæ sita es in tribu Iuda ad differentiam alterius quæ sita est in terra Zabulon, sicut prædictum est. Similiter quod sequitur in autoritate* Paruulus es in millibus Iuda: *mutauerunt dicentes:* Nequaquam minima es in principibus Iuda. *Licet enim videatur esse contrarietas in verbis, tamen est eadem sententia: quia cum dicitur:* Paruulus es, *&c. hoc est dictum: Tu Bethleem paruulus es vicus in situ & ambitu murorum respectu millium ad te pertinentium, & ratione Christi ex te nasciturī: & ista paruitas sonat in dignitatem, sicut si diceretur: Parisius est parua ciuitas in situ respectu multitudinis ad eam pertinentis. Scribæ autem Iudæorum respondentes Herodi, hanc dignitatem planius expresserunt dicentes:* Nequaquam minima es. *Quod autem sequitur in autoritate hic & ibi satis concordat, vt patet intuēti.*

1 Tunc Herodes clam vocatis Magis diligenter didicit. *Hic ponitur inquisitio Herodis facta ab ipsis Magis. Cognito enim loco natiuitatis Christi ex Iudæorum responsione, voluit scire tempus natiuitatis ab ipsis Magis per signum stellæ orientis quæ apparuerat eis, vt si ad ipsum non redirēt ex temporis & loci cognitione posset Christum interficere, sicut postea attentauit pueros interficiendo: & hoc est quod dicitur:* Tunc Herodes clam vocatis. *Dicit clam, id est, occultè, quia cùm esset alienigena non confidebat de Iudæis: & ideo voluit suum consilium eos latere. sequitur.*

2 Et mittens eos in Bethleem. *Spondet falsum obsequium, vt facilius eos decipiat: & ad redeundum ad ipsum inducat.*

3 Qui cùm audissent regem abierunt. *Posita ipsius Christi inquisitione sollicita, hic consequenter ponitur eius inuentio certa. Dicit igitur:* Qui cùm audissent regem abierunt. *recedentes, scilicet, de Ierusalem, vt irēt versus Bethleem, edocti de hoc per prophetiam.*

4 Et ecce stella. *Quia enim vt dictum est, disparuerat, vt Christi natiuitas per ipsos in regia ciuitate publicaretur, & vt prophetia de loco natiuitatis Christi impleta monstraretur: ideo hoc peracto iterum eis apparuit, & repletos gaudio ad locum determinatum vbi puer erat deduxit. Ex prædictis patet quòd illa stella non erat de stellis existentibus in orbe, nec de stellis cometis: quæ aliquando apparent in suprema aeris parte: quia illæ lucent tantum de nocte: ista autem de die. Item ex motu, quia illæ reuoluuntur secundum motum mobilis primi in die naturali: ista autem mouebatur secundum quòd expediebat Magorū itinerationi: vnde in tredecim diebus non est mota nisi à terra in qua habitabant magi vsque ad ciuitatem Bethleem. Tertiò hoc apparet ex situ: quia si fuisset sita in orbe seu etiam in suprema aeris parte, vbi generantur cometæ, non posset determinatum locum vbi erat puer, ostendere: & ideo patet quòd erat in propinqua aeris parte.*

5 Et procidentes adorauerunt eum. *Hic describitur ipsius Christi inuenti adoratio deuota, ex quo patet, quòd cognouerunt ipsius diuinitatem per diuinam reuelationem: cùm enim viderent puerum pannis vilibus inuolutum in gremio pauperis matris positum, nullum regiæ dignitatis habentem signum, non est verisimile quòd talem reuerentiam ei exhibuissent, nisi in eo aliquid supra hominem cognouissent: Et hoc est quod dicit:* Et procidentes adorauerunt eum: *adoratione, scilicet, latria.*

✠ Et apert

¶ Fidem suam mysticis profitentur muneribus.

a Et apertis thesauris suis obtulerunt ei mune- 1
a ¶ Regi. b ¶ Deo. c ¶ Mortali. d ¶ Quia intus quærebant, quid vellet diuina voluntas de reuersione ad Herodem, Dei meruerunt responsionem.
c ra, aurum, thus, & myrrham. Et † responso 2 3
d ¶ Quia cognita veritate non licet retroire. b ¶ Diabolum.
accepto in somnis ne redirent ad Herodem,
a ¶ Fidem, spem, charitatem. b ¶ Paradisum, vel cælestem Ierusalem.
d per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. 4
a ¶ Impleto purgationis tempore prius, & eo oblato in Ierusalem: quod hic prætermittitur.
Qui cùm recessissent, ecce angelus domini 5
a ¶ Hic Ioseph non quasi maritus, sed nutricius & custos asciscitur.
apparuit in somnis Ioseph, dicens: † Surge, &
¶ Gloriosa.
e accipe puerum & matrem eius, & fuge in
f Aegyptum: & esto ibi vsque dum dicam ti-
a ¶ Ecce quod fraudes non latent Deum.
bi. Futurum est enim, vt Herodes quærat
g puerum ad perdendum eum. Qui † con- 6

a *Et apertis, &c.* Fidem suam mysticis protestãtur muneribus: A Munera clausa, fides est cordis, munera aperta, confessio est oris. In thure confunditur Arius, qui soli patri sacrificandum esse contendit. In myrrha manichæus, qui Christum mortuum nõ credit. In auro vterque, quia & Manicheus de semine Dauid regem natum non credit, & Arius solam ei seruitutem ascribit.

MORALITER. Et apertis Magnum religionis sacramentum hic aperitur, vt fide præuia thesauros nostros in via nõ pandamus, donec præteritis hostibus soli Deo ex occultis cordium offeramus. Ezechias, quia thesauros alienigenis prodidit, cõdemnatur in posteris. Isa.39.a.

b *Obtulerunt ei.* Quæritur an vnusquisque tria? quod magis fatendum est, quia congruit mysterio: quia omnis vere Christianus Christum, Deum, regem, & passum confitetur, Dicitur quòd reges Persarum semper cum muneribus solent adorare, quo more & isti munera obtulerunt. Sed magis diuina inspiratione est factum, vt in hoc sit mysteriũ omniũ. vnde & figuraliter tria dicuntur. Aurum, ad tributum: thus, ad sacrificium: myrrha, ad sepulturam pertinet mortuorum. Vel per hæc tria in eodem Christo intimantur, regia potestas, diuina maiestas, humana mortalitas. Quod quisque Magorum dona obtulerit. B Regum Persarum quis ritus sit in oblationibus. †excitatus.

✠ BASILIVS. Balaam vaticiniũ sequi visi sunt, qui de Christo talia visus est dicere: *Accumbens dormiuit vt leo, & quasi pullus leonis, quis suscitabit eũ? Qui benedixerit tibi erit benedictus, & qui maledixerit, in maledictione reputabitur.* Per leonẽ enim eius imperium sermo demonstrat: per accubitum verò, supplicium: per benedictionis virtutem, eius diuinitatem. Igitur vaticinium hoc sequentes, vt regi aurum, vt morituro myrrham, vt Deo thus obtulerunt. Hom. de humana Christi generatione.

MORALITER. Nos ergo thus offerimus, si cogitationes carnis in corde per studium orationis incendimus: Aurum, dum C superna sapientia resplendemus: Myrram, si carnis vitia per abstinentiam mortificamus. Hæc munera ex thesauro animi condita proferuntur, *Cum corde creditur ad iusti. ore autem confessio fit ad salu.* Aurum est perfecta sapientia, thus oratio munda, myrrha operatio bona. Primum ergo fides Christo offerenda: deinde oratio, tertio loco operatio. Infirma est oratio quam non munit eleemosyna. MYSTICE. Tres magi, significant Gentilem populum de tribus filiis Noe procreatum ad fidẽ Christi venientem: Stella, propheticum sermonem, ortum Christi veraciter profitentem. Herodes, diabolum, qui cognita diuinitate Christi persequitur eum in membris suis, à quo magi pergunt dum ab idololatria gentes recedunt: & ad domum in qua Christus est, i. ad catholicã ecclesiam perueniunt in quam intrantes per fidem, inueniunt Christum cum matre sua, id est, ecclesia Ioseph semoto, id Rom.10.b.

to, id est, Iudæorum populo propter perfidiam: & apertis thesauris suis, id est, literarum peritia, obtulerũt ei munera, id est, physicam, ethicam, logicam, vel, historiam, tropologiam & allegoriam. vel, sanctæ trinitatis fidem. D

c *Et responso accepto in.* Sicut Moyses tacens clamabat, sic isti pio affectu interrogabant quid diuina iuberet voluntas. Hæc responsio non fit per angelum, sed per ipsum Deum, quia nullus alius viam reuersionis instituit, nisi ille qui dicit: *Ego sum via, veritas, & vita,* Non loquitur puer ad eos, ne diuinitas ante tẽpus reuelaretur, & vera humanitas habeatur. vnde & mox in Ægyptum mittitur: quia & fides nutrienda erat ad præmium, & vita doctrinæ præparanda est ad eundum. †oraculo moniti. Ioan.14.a.

d *Per aliam viam, &c.* In hoc forma datur credentibus, vt deuoti ad Deum veniant: & quod iubeat intendant, scilicet, ne ad diabolũ redeant: sed per semitas virtutum ad patriã veniant: & qui ceciderũt contẽnendo: resurgant obediẽdo. †7.q.1.c. aduersitas. & 23.q.3.c. E

✠ CHRYSOST. Si magi Christum quasi terrenum regẽ quæsissent, inuenientes eum apud eum mansissent: Nunc autem adorauerunt & reuersi sunt. Cùm autem reuersi fuissent, manserunt Deum colentes magis quàm antè, & prædicantes multos erudierũt. Et denique cũ Thomas iuisset ad prouinciã illã, adiuncti sunt illi, & baptizati, facti sunt adiutores prædicationis ipsius. Hom.2.operis imperf.

e *Accipe puerum, &c.* ✠ HILARIVS. Cùm despõsatam eam iusto significabat, coniugem nuncupauit, sed post partum mater tantum Iesu ostenditur, vt quemadmodum iusto Ioseph deputaretur Mariæ in virginitate coniugium, ita venerabilis eius ostenderetur in Iesu matris virginitas. Canonet. in Matth.

✠ CHRYSOST. Non autem dicit, accipe matrem & puerum eius, sed è conuerso, quia non propter matrem puer natus est, sed propter puerum mater præparata est. Hom.2.operis imperf. F

f *Fuge in Aegyptum, &c.* Mira humilitas Christi: Fugit qui refugium est aliorum & virtus; fugiendo instruit suos. vnde: *Si vos persequuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam.* infrà 10.c.

✠ CHRYSOST. Sic in illa regione spei ponuntur exordia. Quia enim Babylon atque Ægyptus præ omnibus terris flamma impietatis ardebant, ideò ab ipsis statim principiis vtramque emendaturum se esse docet Christus, & persuadet de aliis quoque mũdi partibus speranda esse meliora. Nam Persidi quidem Magos remittit, ipse verò cum matre in Ægyptum descendit. Hom.8.operis imperf.

✠ GREGORIVS NAZIANZENVS. In Ægyptum quidem pulsus est, verùm impura Ægyptiorum sacra depulit ac profligauit. Vnum infirmitatis, alterum maiestatis est. Orat.4.de Theologia

g *Qui consurgens.* Ioseph figura prædicatorum, qui Christum, cum matre, id est, fidem Christi & ecclesiæ tulerunt ad gentes,

☞ relicto

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et apertis, &c. *Non quod tũc aperuerunt, sed quia prius aperuerant, quãdo s. de terra sua recesserunt: & inde munera apportauerũt.*

2 Aurum thus & myr. *Ista tria obtulit quilibet ipsorũ, tum quia de talibus faciebant xenia reges Arabum, tum quia per aurũ signabant regiam dignitatem: per myrrham hominis mortalitatem: quia myrrha solent inungi corpora mortuorum: per thus ipsius diuinitatem: quia thus ad honorem diuinum concrematur. Vel aliter secundum alios obtulerunt aurum ad sustentationem paupertatis matris & filij, thus contra fetorem loci, & myrrham ad consolidandum membra pueri.*

3 Responso accepto. *scilicet, ab angelo ex diuina reuelatione.*

4 Per aliam viam reuersi sunt. *peracto, scilicet, obsequio: quia descenderunt ad mare, & inde per nauem transfretantẽ in Tharsis abierunt: propter quod Herodes iratus postea naues Tharsensium incendit, secundum quòd fuerat prophetatum per Dauid:* In spiritu vehementi Psal.47.b.

menti conteret naues Tharsis.

5 Qui cum recessissent, &c *Hic ponitur ipsius Christi nati persequutio: Et primò describit euangelista quoddã antecedens ipsam persequutionem, secundò, ponitur ipsa persequutio ibi: Tunc Herodes videns. tertiò, ponitur quoddam consequens ad ipsam ibi: Defuncto Herode. Circa primam igitur partem sciendum, quòd Deus præuidens Herodis persequutionem futuram, per angelum admonuit Ioseph vt puerum in Aegyptum portaret. Ad cuius intellectum notandũ, quod Herodes credidit primò Magos fuisse delusos ex apparitione stellæ phantasticæ: & ideò non curauit tunc de pueri inquisitione: sed postea oblato puero in templo: & à Symeone iusto prædicato & manifestato, & similiter ab Anna prophetissa coram toto populo, vt habetur Luc.2. e. Sed Matthæus illud dimittit. Tunc fama pueri nati crescente voluit Herodes ipsum perdere: sed interim portatus est per Ioseph in Aegyptum.*

6 Qui consurgens, &c. *nõ dicit filiũ suũ: quia erat tantũ nutricius.*

✠ Nocte

MORALITER.

✠ 3 *Responso accepto in somnis. &c.* Per hoc admonemur, quòd cũ malis hominibus non cõtrahamus aliquam societatem, Prouer. 13.d. Qui cum sapientibus graditur sapiens erit. Amicus stultorum similis efficietur. Per Herodem verò, qui sub specie religionis voluit

nis voluit occidere Christum, signatur hypocrita, qui quantum est in se, Christum occidit, secundum illud Hebr.6.b. Rursum crucifigentes sibimetipsis filium Dei: Nam secundum Hieron. Simulata sanctitas, duplex est iniquitas Per Scribas autem & sacerdotes qui locum natiuitatis Christi ex Michea propheta de-

✠ clarauerunt,

relicto Herode. i. Iudæorum infidelitate.

A a *Nocte.* quia occultè per fugam ad illustrandam Ægyptum descendit.relicta noctè Iudæis

Nocte tulit in Aegyptum, quia nocte ignorantiæ his à quibus ipse recessit reliquit incredulis. Quando redit,noctis non fit mentio, quia in fine mundi, Iudæi fidem tãquàm Christum ab Aegypto reuertẽtem suscipientes illuminabuntur. Hic datur exemplum fidelibus vitandi rabiẽ persequutorum vbi est opportunum,sicut ipse ait: *Si vos persequuti fuerint &c.* Significat autem hæc fuga domini electos improbitate malorum à sedibus suis sæpius esse pellendos. Fugit vt homo,quem paulo ante stella deum monstrauit.

b *In Aegyptũ & erat ibi vsque.* Omnigenum deum monstra venerantem : quia Christus à Iudæis non receptus,per prædicationem transit ad gentes. Fugit in Aegyptum sicut natus est, vt corruptam reparet naturam. Sic fugit, vt fugaces reuocaret. Quod fugit,sacramenti fuit non timoris, vt exemplum fugiendi daret suis. Nõ fugit mortem qui mori venerat. Nec insidias expauit qui venerat aperire versutias diaboli. De hac fuga predixit Isaias: *Ecce dominus ascendet super nubem leuem.* i. carnem sine peccato: *ingredietúrque Aegyptum coram eo.* Septem autem annis in Ægypto latuit.

B

*lamentatio. Isa.19.a.

c *Ex Aegypto vocaui.* In Osæa iuxta Hebraicam veritatem hoc inuenitur : vel in libro Numerorum : vt quidam asserunt: quia totum dispositione Dei factum est.

Osæ.11.a Num.24.b

d *Tunc Herodes vi.* Verisimile, est quòd cum Herodi nihil renũciatum esset à magis,credidit illos fallaci stella deceptos esse, & ideo ad se non esse reuersos: vnde & tandiu quieuit à pueri inquisitione. Deinde vulgatis his quæ in tẽplo facta dictauè fuerant: se à magis sensit illusum: & in mortẽ Christi properãs puerosoccidit.

C

Innocentũ occisio quãdo per Herodem acta sit.

Verisimile est post annum & quatuor dies à natiuitate Christi Herodem in pueros desæuisse : quod forsitan ideo distulit, quia Romam profectus est,vel ibi accusatus, vel vt Romanos consuleret super his quæ de Christo dicebantur. Ideo forsitan tandiu ab inquisitione pueri se continuit, vt sollicitius eum deprehenderet,neque elabi aliquomodo posset.

✠ Teophylactvs. Sicut Deus illusit Pharaoni per Moysen, quoniam Herodes & Pharao puericidæ erant. Nec enim Pharao suis qualibuscunque artibus & facinoribus, Israelis liberationem & Ægypti spoliationẽ auertere, nec Herodes Christi regnum impedire potuit.

e *Occidit omnes pueros.* Quam cito Christus apparuit mũdo, in cæpit in eum persecutio: quę figurauit persecutionem sanctorum: & dum infans quæritur, infantes occiduntur : in quibus forma martirij nascitur, vbi infantia ecclesiæ dedicatur.

Figurat mors paruulorum passionem omnium martirum, qui paruuli.humiles & innocentes occisi sunt: qui non in Iudæa tantum, sed vbique passi sunt ab impiis, quos significat Herodes. Quod bimi : quia doctrina & operatione perfecti. Illis occisis Christus euasit: quia corpora possunt perimi, diuinitas non contingi. D

✠ Origenes. Hi paruuli & ad memoriã æternicæ laudis a beato commemorãtur euangelista,& horum memoria, prout dignum est semper in ecclesiis celebratur,secundum integrum ordinem sanctorum, vt primorum martyrum pro domino occisorum,& vt ipsa Bethleem primitias domino martyrum, in qua natus est ipse saluator obtulisse videatur. Hom.3.in diuersos.

✠ Avgvst. Non frustra infantes illos, qui cum dominus noster Iesus Christus ab Herode necãdus quereretur, occisi sunt, in honore martyrum receptos commendat ecclesia. Epistola. 28. E

f *Et in omnibus finibus* eius. Non est contentus vastatione Bethleem, sed adiacentia loca vastauit: nec vllam misericordiã ætatis habuit à filio vnius noctis vsque ad filium duorum annorum,quin omnes occideret. † exactè cognouerat. † Iere. 3. g. & 31. c.

g *A bima.* Ideò à bimatu, vt sicut præoccupauerat Herodes fines ciuitatis. Ita & præoccuparet alium annum. Ideo etiam à bimatu: quia timebat,ne puer cui famulabantur sidera, paulo supra ætatem vel infra speciem sibi conformaret.

h *Tunc adim.* Adimpletum dicitur: quia antequam fieret legẽtibus erat semiplenum, quia quod in litera sonabat, aliquid futurum occultè promittebat.

Iohannes Chryso. in 7. Homelia. dicit quòd stella per annum apparuit, sicut in destructione Romanorũ signa apparuerunt in cælo, quãdo vox angelorũ audita est: Transeamus ab his sedibus. F

i *Vox in Rama.* i. in excelso longè latéque diffusa est.

Allegorice. Vel, vox ecclesiæ de nece membrorum gementis vsque ad solium superni ascendit iudicis. *Vox in rama.* Propter vxorem leuitæ fornicatione peremptam, secundum numerum tribuum in duodecim partes diuisam, omnis Israel tribum Beniamin præter trecentos viros deleuit : eorum qui superfuerunt ploratus & vlulatus auditus est vsque Rama, qui est locus iuxta Gabaa duodecimo milliario à Bethleem. *Audita.* Exaggerat, vt hyperbolicè Rachel iam mortua, dolentis affectu filios iam flere dicatur. Vnde per hoc de Chaldæis historia texitur quòd similis esset ab eis cladi priori populo Iudæorũ futura vastatio Sed verius reuelante per euangelistam spiritu prophetia de nece puerorũ accipitur. Dicit ergo, ꝙ tũc cõpletũ sit quod dictũ est, quia etsi ad imminentem captiuitatem sermo prophetiæ respicit tamẽ in eo sicut in vmbra, futura veritas cædis infantiũ pronunciatur. Iudicum. 16.g.& 20.

k *Rachel.* Quia sepulta est iuxta Bethleem, & ex terreno cor-

☞ poris

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Nocte. *propter timorem Herodis, vt negocium fieret magis occultè: licet enim de hoc non haberet diuinam reuelationem, non tamẽ propter hoc debebat omittere, quod poterat facere secundum humanam viam. Sequitur:*

2 Vt adimpleretur quod dictum est à domino per prophetam. *s. Hosee. 11.*

3 Ex Ægypto vocaui filium meum. *Ista autem autoritas habet duplicem sensum literalem : quia verificata est ad literam de populo Israel vocato à domino de Aegypto: perfectius tamen de domino nostro Iesu Christo, qui est filius dei naturalis: alij autem sunt tantum filij per adoptionem. sicut & illa autoritas quæ habetur. 1. Par. 22.* Ego ero illi in patrẽ,& ipse erit mihi in filiũ, *ad literam intelligitur de Salomone: tamen minus propriè: de domino autem nostro Iesu Christo propriissimè, vt dicit Apostolus ad Heb. 1. b. dicens :* Cui enim dixit aliquando angelorum: Filius meus es tu, *&c. Et iterum :* Ego ero illi in patrem, *& hoc modo allegat euangelista hic quod habetur Hosee. 11. vt visum est.*

4 Tunc Herodes videns. *Hic ponitur ipsa persecutio. Herodes videns se esse illusum à magis per famã pueri crescentem tratus est valde, timens principatum suum perdere : & ideo tunc occasione ipsius voluit omnes pueros de Bethleem interficere, ne puer sibi incognitus euaderet: sed fuit impeditus ab exequutione huius facti, quia citatus est ad curiam Romanam ad petitionem suorum filiorum ipsum accusantium: & ideo non fuit ausus tunc pueros interficere, ne cum aliis facinoribus suis accusaretur de tanta crudelitate. Eundo autem Romam, & remanendo in curia, & redeundo in Iudæam apposuit annũ & plus: & ideo fere post duos annos ad regnum reuersus & in regno confirmatus: quia sententiam pro se contra filios habebat: tunc adimpleuit de nece puerorum quod prius conceperat. & hoc est quod dicit:* occisio quare dilata est per Herodem.

5 Et mittens occidit. *Sequitur.*

6 A bimatu & infra secundum tempus. *Qui duo anni ferè transierant ab ortu stellæ & à Magorum inquisitione.*

7 Tunc adimpletum. *trigesimo primo capitu.*

8 Vox in rama audita. *Rama aliquando est nomen proprium loci, & sic non accipitur hic: aliquando est nomen commune, & significat excelsum: & sic accipitur hic secũdum quòd patet Ierem. 31 c. vbi dicitur:* Vox in excelsis. *Sequitur.* 9 Rachel plorans filios suos *Ivcet*

MORALITER.

✠ clarauerunt,& tamen ipsum natum non adorauerunt, sed magis persequuti

persequuti sunt: signantur doctores bonæ doctrinæ, sed malæ vitæ: quia quem prædicant sana doctrina, persequuntur mala vita.

hospitio matris nomen accepit. Vel quia multi de Beniamin & A Ioseph occisi sunt. De Rachel natus est Beniamin, ad cuius sortem non pertinet Bethleem: sed ad tribum tantum Iuda. Sed quia contiguæ tribus sunt Iuda & Beniamin in finibus Bethleem, multi quoque de tribu Beniamin occisi sunt.

Nota, quòd melius per Rachel (quàm si per Bethleem plorasse diceretur) figura sacramẽti innuitur, quia per eam in omnibus Schema ecclesiæ commendatur quæ plorat non tam morte translatos, quàm supplicio peremptos *Rachel*: Id est ecclesia suos teneros agnos plorat peremptos: nequæ vult consolari in præsenti, quia non sunt: sed omnem spem & consolationem ad æternam transmittit vitam. Vel plorat, & non recipit consolationem secundum duplicem quorundam intelligentiam, siue quod in æternum mortuos æstimaret, siue quòd hîc nollet con- B solari in presenti de his quos sciret in ęternum victuros. Hoc verius ecclesiæ conuenit quæ non tantum peremptos dolet sed eos amplius quos prius editos vult retinere, vel nõdum genitos generare: de quibus nulla consolatio, quia æternaliter mortui sunt.

ALLEGORICE: Bene autẽ Rachel, quæ ouis videns deum dicitur, ecclesiam figurat, cuius tota intentio vt deum contempletur inuigilat: & ipsa est ouis cẽtesima quam pastor humeris reportabat. *Rachel* id est ecclesia plorans pro suis occisis. Et ideo nõ modicum fuit prophetæ tantum sacramentum (licet obscure) diligentius præsignare.

Plorat ecclesia, & non vult consolari hîc: quia filij sui nõ sunt de hoc mundo. Vel plorat: quia dum parit, tristitiam habet. vnde dicitur: *Vos plorabitis, &c.* sed additur consolatio: *Tristicia vestra vertetur in gaudium.* ¦ Ioh 16.d.

a *Defuncto autem Herode, ecce apparuit angelus domi.* Quia sopita Iudæorum perfidia, & Helia & Enoch prædicantibus Iudæa verbum dei recipiet.

✠ EVSEBIVS. Cum post insidias seruatori nostro & aliis infantibus factas coelitus inuecta plaga Herodem ad extremum vsque spiritum afflictaret, corpus eius vti Iosephus refert morbus inuasit diuersus. Ignis inquit lentus inerat non tantum conflagrationem in superficiem corporis agentem prodens, quantum in trinsecus crescens operabatur incendium. Auiditas inexplebilis cibi semper inerat nec tamen satietas vnquam rabidis incitata faucibus prævalebat implere ingluuiem. Intestina interius vlceribus tabida putre fluebãt. Doloribus quoque colli sæuissimis cruciabatur. Humor liquidus ac luridus erga pedes luridos oberrabat. Similis quoque illi circa pubem inerat afflictio: sed & pudenda ipsa putredine corrupta scatebant vermibus. Spiritus quoque incredibilis erecta lentigo (quæ fuerat satis obscoena) diri foetoris & anheli & anhelitus respiratione creberrima. lib. 1. Hist. c. 8. Ioseph lib. 17. antiq. c. 7. & 10. C

Defuncto rege illico complices eius pereunt sic cessante, per- D sequutione ecclesiæ ad cælestia inuitatur.

b *In terram.* Non determinat in quam partem, vt dubitante Ioseph angelus reuertatur: & frequenti eius allocutione Ioseph certior reddatur. Quia non distinxit in quam partem, ideo Iosephus intellexit Iudæam quæ dignior pars regni erat.

c *Defuncti.* Tradunt quidam Iosephus, quia fecit Herodes super funus suum nobiliores Iudæorum occidere, vt sic cogeret Iudæos mortem suam flere.

d *Qui consur.* ALLEG. Ioseph gerit figurã apostolorum, quorũ officio Christus circunfertur. Apostoli primum venerunt in terram Israel: quia primum prædicauerunt Iudæis. Sed pro Herode id est manente hæreditaria infidelitate, metuunt & recedũt admoniti gratiam gentibus prędicare, & ad eas Christum trans- E ferre.

Nominata terra Israel visum est Ioseph non alicubi talem puerum debere habitare, nisi in Ierusalem vbi erat templum & celebratio prophetarum. Tamen angelus intelligi voluit Galilæam, quam & Iudæi incolebant quod ostendit sic fuisse prædestinatum quia Nazareus vocabitur.

e *Timuit.* Si timuit Iudæam pro Archelao hærede paternæ crudelitatis: Cur non & Galilæam, vbi Herodes alius frater eius regnabat? Quia Archelaus post patrem monarchiam totius regni obtinuit: sed insolescens à Tiberio Cæsare deiectus est Lugdunum in exilium, & tunc diuisum est regnum in quatuor tetrarchias, quarum vnam i Galilæam Herodes frater eius obtinuit. * oraculo.

Quæritur: quare non timuit Ioseph ire in Galilæam sicut in Iudæam, cum & ibi regnaret Archelaus? Sed melius potuit in Nazareth (quæ remota erat) latere quàm in Ierusalem, vbi erat caput regni & assiduus Archelaus. Ioseph quare magis Iudeã intrare formidauit, quàm Galilæam.

f *Secundum par.* Quod Christus illuc non transfertur vbi regnabat Archelaus, significat, quia illis absondetur Christus, in quibus regnabit Antichristus.

g *Na.* Nazareth, germen nouellum vel flos campi interpretatur, de cuius radice germinis sanctussanctorum ad significandum æternitatis suæ subitantiam ascendisse legitur. Sicut ergo eligit tempus quo nascerentur & locum, ita & ciuitatem in qua coalesceret: cuius nomen indicio est, quòd ipsa sanctitas, in sanctitate nutritus, sanctussanctorum rectè dicitur: vnde & discipuli eius prius Nazaræi dicti sũt, sed postea à Christo Christiani vocati sut. F

Nazareth Galilææ quo transfertur, partem eiusdem gentis quæ fidem susceptura erat, significat: vnde flos interpretatur: quia ecclesia quo ardentius à terrenis ad cælestia transmigrat, eo magis virtutum flore & germine abundat.

☞ Per

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *chel. sed Lia sicut habetur Gene. 29. tamen dicitur hic mater puerorum de Bethleem, quæ erat sita in sorte Iudæ: quia ipsa Rachel sepulta est iuxta Bethleem, vt habetur Gene. 35. & ideo ratione sepulturæ dicta est mater ipsius Bethleem, & habitantium in ea: & ideo dicitur hic plorare methaphoricè ratione prædicta.*

1 Et noluit consolari quia non sunt. *subintelligitur viuentes.*

2 Defuncto autem Herode, ecce appa. *Hic ponitur illud quod est consequens ad persequutionem quia mortuo Herode qui puerum persequebatur, angelus monuit Ioseph vt puer in terram Israel reportaretur. Non nominauit autem angelus aliquam ciuitatem determinatè vt ex responsione angeli instruentis eum de loco, Ioseph ex frequenti locutione cum angelo magis consolaretur sequitur.*

3 Audiens autem &c *Ad euidentiam huius notandum secundum quòd refert Iosephus antiqui. 17. ca 10. Herodes moriens condidit testamentum, in quo ordinauit Archelaum filium regni sui successorẽ, ita tamen quod coronam sibi non imponeret, nisi per Romanum imperatorem. Ad accipiendum igitur diadema venit Romam: sed & fratres eius Philippus & Herodes illuc venerunt petentes paternæ hæreditatis partem. Finaliter decreuit imperator, vt Archelaus haberet medietatem regni paterni, quæ dicta est Iudæa. Aliam autem medietatem diuisit in duas partes, & vnam dedit Herodi, & factus est tetrarcha Galilææ. aliam dedit Philippo & factus est tetrarcha Ituræ & Traconitidis regionis, vt tangitur Lu. 3. Igitur quia Archelaus fuerat à patre institutus quantum in se fuit: ideo fauebat factis à patre propter quod Ioseph.*

4 Timuit illò ire *Secessit in partes Galilææ, vbi dominabatur alius filius qui portione sibi debita à patre fuerat priuatus quantum in se fuit, vt visum est: propter quod Ioseph cum puero ibidem securius mansit.*

5 Et veniens habita. &c. *vt ibi Christus nutriretur, qui in Bethleem fuerat natus, vt prædictum est.*

6 Vt adimplere. Isa. 11 Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. *Hebraica veritas sic habet: Et* Nazarenus

---

MORALITER.

✝ 1 *Sur &c. accip.* Per transitum domini in Aegyptum propter persequutionem Herodis significatus fuit transitus apostolorum ad prædicandum gentibus propter persequutionem contra eos motã à Iudæis, sicut dicitur Ac. 13. *Tunc constanter Paulus & Barnabas dixerunt: Vobis oportebat primum loqui verbũ dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis vite æternæ. ecce cõuertimur ad gẽtes. Sic enim præcepit nobis dominus.* Per reditum autem eius in Iudeam defuncto Herode, signatur illuminatio Iudeorum in mundi fine.

✝ ADDI

a *Per prophetas.* Prophetas pluraliter dicit, quia non habemus fixum de scriptura exẽplũ: ostendit sensum non verba se sumpsisse. Vel eisdem verbis in Isaia iuxta Hebraicam veritatem: *Exiet virga de radice Iesse, & Nazareus de radice eius ascendet.* Isaie. 11. 2.

a ¶ Nazareus. i. sanctus quod conuenit Christo.

a est per prophetas: quoniam Nazareus vocabitur. 1

✠ Theophyl. Quis propheta hoc dixit, non inuenitur nunc: per negligentiam enim Iudæorũ multi libri desiderantur, & ob continuas captiuitates fortassis absque scriptura hoc dicebatur. D

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *radice eius consurget & ideo dicit.*

1 Quo Naza,vo. *quia in Nazareth fuit conceptus & nutritus, licet in Bethleem fuerit natus, vt habetur supra & Lu. 2. expressius.*

ADDITIO I.

✠ *In cap. 2. vbi dicitur in Postil Quia ista ciuitas antiquitus vocata est Ephrata ab vxore Caleph.*

Immo per magna tempora ante Caleph. s. tempore Iacob patriarchæ vocata est Ephrata Bethleem. vnde Gen. 48. b. Sepeliui eam iuxta viam Ephrata, quæ alio nomine appellabatur Bethleem.

ADDITIO. II.

In eo. ca. vbi dicitur in Postil. Et Nazareus de radice eius consurget &c.

Hebraica veritas in illo loco Isaiæ non dicit: Nazareus de radice eius consurget, sed dicit: נצר *netser de radice eius consurget:* B *quod si transferatur in latinum diceretur: Natsarenus seu Natsareus de radice eius consurget. cum. 1. litera: quod non competit Christo: sed bene Nazareus, qui significat consecrationẽ & sanctificationem. vnde hæc autoritas euangelistæ. s.* Nazareus vocabitur: *non fundatur in hac auctoritate Isa. per Postil. allegata: quod etiam habetur in glo. s. in Psal. 131. prout in additione super illum Psalmum. latius habetur.*

REPLICA. In cap. 2. dicitur: Nazareus vocabitur. *Burg. dicit illud secundum Hebraicam veritatem non fundari in dicto Isa. sed in dicto Psalmi* Memento domine Dauid. Ibi efflorebit sanctificatio mea. *Sed respondeat hic Beatus Hieronimus, a quo concordantia illa recepta est.* E

CAP. III.

IN die. autem. Præterit multa, & trãsit ad prædicationem Iohannis.

a *In diebus.* Non solum pueritiæ annos, sed omnes vsque ad prædicationem Iohannis comprehendit. i. cum fere esset. 33. annorum, Lucas significantius tempora exprimit, Anno. 15. imperij Tiberij Cæsaris. Lucæ. 3. a.

Venit Ioannes. ✠ Chrisos. Sol appropians antequam appareat, mittit radios suos, & facit albescere orientem, vt præcedens aurora aduentum diei demonstret: Sic dominus natus in mundo, antequam appareat Hom. 3. operis imperf.

C per doctrinam, spiritus sui fulgore transmisso, illuminauit Ioannem, vt præcedens ille aduentum annunciet Saluatoris: & ideò post ortum Christi enarratum doctrinam eius enarraturus euangelista, & Baptismum in quo testimonium habuit de præcursore & Baptista præmittit, dicens, *In diebus.*

b *Prædicans.* Manifestauit se qui prius siluerat, bãptizando viã præparans domino.

c *In deserto iudæa.* Quia Iudæi à deo deserti erant, quibus necessaria est pœnitentia, vt redeant.

d *Pœnitẽtiam.* Hoc præco nunciat, quod post per seipsa veritas. Pœnitẽtia præcedit, sequitur promissio regni: Qui verè pœnitet, in se præteritos errores, deinde erigit animum ad cœleste regnũ. Si

CAP. III.

a ¶ Cum adhuc habitaret in Nazareth.

a † IN diebus autem illis venit Ioannes Ba- 1

a ¶ Ecce quid veniens fecit.

b ptista prædicans in

a ¶ Sic notans desertum pœnitentibus conuenire.

c deserto Iudææ &, di- 2

b ¶ Puniat quisque mala prioris vitæ, quia appropinquabit salus quam perdidimus, & facultas redeundi vnde cecidimus.

a ¶ Opere. ¶ Hac promissione eriguntur animi, regnum Dei iuxta vos est.

d cens: † Pœnitentiam agite: appropinquabit 3

a ¶ Sic prædicauit. Sic enim propheta de eo prædixit.

e enim regnum clorum clorum. Hic est 4 5

Si gratis in baptismo fit remissio, cur prædicatur pœnitentia? Triplex modus pœnitentiæ.

Sed triplex est modus pœnitentiæ. Primus, errores & omnia mala ante baptismum abrenunciare & condemnare: quod necesse est ad Christum venturis. Secundus, post baptismum lapsos per pœnitentiam renouari. Tertius, quo sancti quotidie à talibus purgantur peccatis, sine quibus vita non agitur.

Pœnitere est ante acta deflere, & deflenda non committere. Pœnitentibus regnum cœlorum adesse dicitur. Non terrena, vt in veteri lege: & hoc per obedientiam Christi. Et hoc regnũ F

cœlorum primus Iohannes prædicauit: *Pœ. agi. Prima* virtus est, per pœnitentiam perimere veterem hominem & vitia odisse: quod qui non facit non modo virtutes non comprehendit, sed nec etiam supplicia fugit. Pœnitentiæ virtus timore concipitur, qui est initium sapientiæ. Pœnitentia à puniendo, qua quisque punit quod illicite commisit.

Pœnitentiam agere est dignos fructus Pœnitentiæ facere. *Re. cæ.* i. Christus: per quem sancti regnant in cęlestibus. Vel euangelium, quo inuitat ad regnum.

e *Ap. enim. re.* Nisi appropinquaret, nemo redire posset: quia infirmi & cæci via (quæ est Christus) carebant: quam parans Ioannes pœnitenti anteponit.

✠ *Vo*

NICOLAVS DE LYRA. CAP III.

IN diebus autem illis. *Hic tertio ostendit euangelista ipsum Christum esse verum Deum & verum hominem ex testimonio Iohannis & etiam Dei patris: Et diuiditur in duas partes: quia primò ponitur testimonium Iohannis. secundò ponitur testimonium Dei patris, ibi:* Baptizatus autẽ Diuisio. Iesus. *Item primam in duas, quia primò ponitur idoneitas Iohannis ad testificandum. secundò ponitur ipsius testimonium, ibi:* Ego quidẽ baptizo vos. *Iterum prima in tres: quia primò ostenditur eius idoneitas ad testificandum ex autoritate sacræ scripturæ. secũdò, ex sanctitate vitæ, ibi:* Ipsæ autem Iohannes &c. *tertiò, ex veritate doctrinæ, ibi:* Videns autem multos. *Circa primum præmittitur tempus prædicationis Iohannis, locus & modus & tempus, cum dicit:*

1 In diebus autem illis. *i. in diebus Christi: Nec est hoc referendum ad dies Christi prædictos immediate. s. ad dies pueritiæ: quando fuit reportatus* x *portatus de Aegypto: tunc erat in quinto anno à sua natiuitate sed referendum est ad dies Christi, quando fuit ætatis perfectæ. Erat enim incipiens trigesimum annum quando venit ad baptismum: de quo hic agitur: & ideo euangelista Matthæus transit totum tempus inter medium à quinto anno Christi vsque ad baptismum: tunc enim incœpit Iohannes prædicare: & sic patet tẽpus, & locus designatur cũ dicitur.*

2 In deserto. *Ibi enim Iohannes nutritus fuit, vt dicitur Lu. 1. & ideo primò prædicauit ibi, & postea ad regionem circa Iordanem descendit: Modus autem prædicationis subditur cum dicitur.*

3 Pœnitentiam agite. *Ista erat debita dispositio ad inchoationem nouæ vitæ quæ per Christum erat danda. & ideo dicitur.*

4 Appropinquabit enim regnum cœlo. *Alij autem prophetæ promittebant bona temporalia obseruantibus legem: iste autem cœlestia: quia erat præcursor Christi, per quem facta est veritas & gratia, & aperta est cœlestis porta: & ad hoc confirmandum inducitur Isaiæ testimonium, Isa. 40. dicens illis.*

5 Hic est enim. *s. Iohannes, de quo scriptum est.*

✠ Vox

MORALITER.

✠ 1 *In diebus illis venit Iohannes baptista prædicans in deserto &c.* In Iohanne describitur euangelij prædicator: & primò quantum ad doctrinam, cum dicitur.

2 *Dicens: Pœni. agi:* Debet enim prædicare generaliter ea quæ recedere faciunt à peccatis, & ea quæ faciunt accedere ad consequutio quutionem regni cœlestis. Et quoniam talis prædicator parat viã domini: vt per gratiam veniat in mentibus humanis. ideo de ipso potest dicit quod subditur.

3 *Hic est enim de quo di. est &c. Ipse au. Iob.* Hic consequenter describitur prædicator euangelij quantum ad vitam: & primo quãtum ad vestitum, cum dicitur.

Habeba

A a *Vox clamantis.* Iohannes vox, Christus verbum, qui clamat in Iohanne: Nullum verbum sine voce auditur, nec vox sine intelligentia verbi valet. Vox viam verbo præparat, vt recipiatur. Vnde, *Paraui lucernam Christo meo.*

Psal.131.c. b *In deserto.* Forma pœnitentibus: locus conuersationis, non frequentia hominum, sed desertum. Vestitus non mollis ad fluxum, sed asper: victus tenuis & inusitatus.

Typicè, † Esa. 40. a. Marci. 1. a. Luce. 3. a. Iohan. 1. c. Typicè, desertum significat sanctorum vitam à mundi illecebris segregatam.

c *Viam domini.* Via domini ad cor dirigitur, cum sermo eius diligenter auditur.

d *Ipse au. Io.* Qui pœnitẽtiam prædicat, habitum pœnitentiæ prætendit. In eo vilitas vestis & cibi laudatur, quorum vsus in diuite arguitur.

Ipse autem Iohãnes in semetipso erudit pœnitentes, & formã vitæ exhibet in deserto habitans, de locustis viuens, pilos cameli vestiens.

Seruus Dei non debet habere vestimentum ad decorem vel ad delectationem, sed tantum ad tegendã nuditatem, Inde Iohannes pilis vestiebatur.

✠ Theophylactvs. Ad pœnitentiam hortabatur etiã habitu: lugubrem enim gerebat vestem.

B Lib. de pœnitẽtia. Pœnitentiæ modus. ✠ Tertvlianvs. Pœnitentia de ipso quoque habitu atque victu mandat, sacco & cinere incubare, corpus sordibus obscurare, animũ mœroribus deiicere, illa quę peccauit, tristi tractatione mutare. Cœterum pastum & potum pura nosse, non ventris scilicet, sed animę causa, in plerumque verò ieiuniis preces alere, ingemiscere, lacrymari, & mugire dies noctesque ad dominum deum tuum, presbyteris ad volui, & aris Dei adgeniculari, omnibus fratribus legationes exercitationis suæ iniungere. *De pilis Ca.*

✠ Theophylactvs. Dicunt camelum medium esse inter munda & immunda animalia. Nam quia ruminat, mundum est, quia autem vngulas non diuidit, immundum est. Iohannes autem quoniam ad Deum adducebat populum Iudaicum, qui videbatur mundus esse, & gẽtilem, qui immundus, eratque mediator veteris & noui testamenti, idcircò ferebat pilos camelorum. *Esca autem eius locusta &c.*

C ✠ Theophylactvs. Quidam dicunt herbas esse locustas, quidam fructus agrestes.

✠ Evthymivs. Quidam etiam locustas herbas esse dixerunt, quidam herbæ, alij verò insecti genus.

Moraliter. In veste Iohannis monemur, vt asperis vtamur ad refrænationem carnis. In cibo vt non arte paratis, sed naturalibus cibis vtamur

Moraliter. Habitus & victus & conuersationẽ indicant Asperis vestitur, quia vitia nõ palpauit, sed aspera increpatione redarguit, sic: *Genimina viperarum &c.* Zona pellicea circa lumbos, quia carnem suam crucifixit cum vitiis & concupiscentiis. Mel & locustas edit: quia prædicatio eius turbis dulcis sapuit dum Christus putatur. Sed cito dedicit, quia nõ Christus sed eius præco esse apparuit. In melle dulcedo. In locusta alacer volatus sed cito deciduus. D

e *Tunc exibat ad eum &c.* quia nisi quis à malis exeat, nõ abluitur vnde aptè sequitur: *Baptizabantur ab eo in Iordane:* qui descensio interpretatur, quia de superbia veteris hominis ad humilitatem confessionis & emẽdationis descendebant. Iam tũc enim baptizãdis exemplum dabatur confitendi peccata & promittendi meliora

✠ Chrysost. Sic Act. 1. Ioannes quidem predicauit baptismum pœnitentiæ, & non ait remissionis, sed vt crederent in aduenientem post eum. Cum enim nondum pro peccatis mũdi hostia fuisset oblata, cũ enim nondũ spiritussanctus descẽdisset nec peccatum est solutum, nec inter dominum atque homines inimicitia sublata, nec male ditio extincta, quomodo remissio peccatorũ facta diceretur? Quia igitur propriorũ obliuio peccatorum insolentes Iudæos aduersus Christi dona faciẽbat, è regione verò delictorum memoria requirendi liberatoris & consequendæ veniæ desiderium suscitabat: ad hoc Ioannes præparaturus aduenit suadens eis refugium pœnitentię: nõ, vt castigarentur, sed vthumiliores pœnitẽdo facti, & peccatorũ suorũ crebrius recordantes, ad dona remissionis accurrant. Quasi diceret, Ego illis confiteri peccata sua & pœnitentiam agere persuasi, non vt castigentur omninò, sed vt dignius posteà remissionis dona suſciperent. Nisi enim seipsos antè damnassent, minimè gratiam requisiissent. Hom. 10. in Mat. E

✠ Theophylactvs. Tametsi baptizabantur, attamen remissionẽ peccatorum baptisma Ioannis non habebat, sed solã pœnitẽtiam predicabat, & ad remissionem peccatorum, hoc est, ad Christi baptisma ducebat, apud quem est remissio peccatorũ. F

f *In Iordane:* quia in eo figura baptismi præcessit, & ex nomine descensum de superbia exigit, quod congruit baptizatis.

g *Confitentes* Confessio peccatorum, conscientiæ est testimonium timentis deum. Qui enim timet iudicium Dei, peccata non erubescit confiteri. Perfectus timor soluit omnem pudorem. Cõfessio peccati pudorem habet, & ipsa erubescentia est grauis pœna Ideoque iubemur confiteri peccata, vt erubescentiam patiamur pro pœna. Nam hoc ipsum pars est diuini iudicij.

✠ Basilivs: Vultui misereri iudex, si modò post admissa, humilem te factum & contritum, & peccata plurimum deplorãtem te inueniet. Insuper si quæ clam cęteris & in arcano designasti, prodideris & euulgaueris fratri tuo citra pudorem vllum. in psal. 32. confessio peccatorũ necessaria.

☞ *Multos*

---

enim de quo dictum est per Isaiam prophe-

¶ Præco verbi, verbum præcedit.

a ¶ Quia solatium redemptionis nunciat Iudææ iam desertæ.

a tam dicentem: † Vox clamantis in deserto: 1

b a ¶ Praua abiicite opera, recta facite. ¶ Non pro terrenis seruientes.

b ¶ Fides est via qua verbum ad cor ascendit.

c ¶ i. mores in melius mutate, & sic fient semitæ rectæ. ¶ Bene viuendo.

d ¶ Strictas sed mundas.

c parate viam domini, rectas facite semitas

d eius. Ipse autem Iohannes habebat vesti- 2

¶ Non de lana, quia hoc austeritatis indicium est illud luxuriæ mollicies. 3

a ¶ Zona est corporalis continentia.

mentum de pilis camelorum, & zonam

a ¶ Lumbi, voluptas peccati, quia peccatum in voluptate fit.

¶ Vbi magis regnat luxuria. b ¶ Non studio parata, sicut conuenit eremitæ.

pelliceam circa lumbos suos. Esca autẽ eius

a ¶ Minuta animalia. b ¶ De truncis vel de herbis. c ¶ Propter nouitatem prædicationis & asperitatem vestitus & cibi.

e erat locusta & mel siluestre. Tunc exibat ad 4 5

ad eum Ierosolima, & omnis Iudæa, & om- 6

a ¶ Baptismo præcurrente, non peccata dimittente.

f nis regio circa Iordanem, & baptizabantur 7

g ab eo in Iordane confitentes peccata sua. 8

NICOLAVS DE LYRA.

1 Vox cla. in deser. *quia Iohannes fuit ille de quo prædictum fuerat, quod per vocem prædicationis debebat clamare in deserto Iudææ: propter præparationem populi in aduentu ipsius Christi. Ad hoc enim ordinata erat prædicatio Iohannis, vt per suam prædicationem populum congregaret, & populo congregato Christi aduentum denunciaret.*

2 Ipse autem Iohannes. *Hic ostenditur idoneitas Iohannis ad testificandum de Christo ex sanctitate: hoc autem ostenditur ex vilitate vestitus.* Ipse au Io &c. *Et ex austeritate victus, cum dicit.*

3 Esca au. e lo. *quæ sunt parua animalia volatilia per modum saltus, & reperiuntur in deserto Iudææ, & frixa cum oleo sunt cibus pauperum. Sequitur.*

4 Et mel silue. *Hoc autem mel ibidem reperitur in truncis arborum: vel secundum Raba. sunt folia arborum alba & tenera quæ manibus contrita habent saporem quasi mellis: talibus vescebatur Iohannes ex quibus patet austeritas eius in victu & vestitu: Et quia in moralibus magis mouent facta quàm verba, & vita sancta quàm loquela composita. ideo statim subditur exhortationis suæ efficacia, cum dicitur.*

5 Tunc exibat ad e. Ierosoly. *Hic accipitur continens pro contento. i. populus de Ierusalem.*

6 Et o. Iudæa. *id est multi: sicut secundum communem modum dicimus: tota ciuitas currit illuc i. multi quia non omnes currunt: immo aliquando plures remanẽt, & est quedam figura quæ vocatur hyperbole, id est loquutio multum expressiua.*

7 Et baptizabãtur ab eo in Iordane. *Baptismus enim Iohannis ad hoc erat ordinatus, quasi quædam præparatio, & quædã præfiguratio baptismi ipsius Christi de proximo venturi. & ideo Iohannes non solum prædicabat, sed etiam baptizabat: quia sicut sua prædicatione nunciabat Christum de proximo venturum, sic suo baptismo assuefaciebat homines ad libentius suscipiendum Christi baptismum: vnde baptismus Iohannis erat quædam protestatio credendi in Christum venturum & faciendi opera pœnitentiæ, vt deuotius reciperẽt ipsum: hoc est quod dicitur Act. 19. a.* Iohannes baptizauit baptismo pœnitentiæ populum dicens in eum qui venturus esset post ipsum vt crederent, *hoc est in Iesu ideo sequitur.*

8 Confi. pe sua. *delenda s. per Christum venturum. quia hoc non*

MORALITER.

✠ 1 *Habebat vestimentum de pi. ca.* Et quantum ad victum cum dicitur.

2 *Esca autem eius.* Austeritas enim vitæ requiritur in euangelij prędicatore. Ideo dicit Apostolus. 1. Cor. 9. d. *Castigo corpus meum in*

inferitur. ne cum aliis prædicauero, ipse reprobus efficiar. Et quia prœdicatio talis prædicatoris est efficax, ideo sequitur.

3 *Tunc exibat:* Nam doctrinam talis prædicatoris multi libenter audiunt. & pœnitẽtiæ fructum faciunt, & tales sunt demulcendi.

† Deriso

a Videns autem multos phariſæorum & Sa- 1
a ¶ Non confitentes peccata ſua.
ducæorum veniẽtes ad baptiſmum ſuum, 2
a ¶ Nemo: quia non pœnitentis, ſed ſine pœnitentia iram non effugietis. ¶ Q nullus. niſi filius Dei quem vobis annuncio.
b dixit eis: † Progenies viperarum, qûis de- 3 4
¶ Vel vit. ¶ Vindicta. a ¶ Vt ſic effugiatis.
c monſtrabit vobis fugere à vẽtura ira? Fâcite 5
a ¶ Carnis mortificationem. b ¶ Secundum quantitatem culpæ, quod fit ex diſcretione quæ neceſſaria eſt pœnitenti,
ergo † frûctũ dignũ pœnitẽtiæ. Et † ne velitis 6
a ¶ Cogitando vel reputando. b ¶ Et in ſemine Abraham ne confidatis, quaſi ex hoc ſolo ſalus ſit. c ¶ Quia non filij carnis, hi ſunt in ſemine, ſed qui filij Dei. vnde ſubdit: Potens eſt &c. 7
dicẽre in trauos: patrẽ habemus Abrâhã Dî-
a ¶ Gentibus quorum corda erant inſenſibilia.
d co enim vobis, † qm̃ potẽs eſt deus de lâpi- 8
a ¶ Si autem vos Chriſti ergo ſemen Abrahæ eſtis.
e dib. iſtis ſuſcitare filios † Abrâhæ. Iam enim

† fructus qui deceãt pœnitentiam.

Hom. 3. operis imperfecti.

a *Multos Phariſæorum & Sadducæ. &c.* Hi ſunt ex hæreticis Iudæorum, & Phariſæi obſeruationum & traditionum præferunt iuſticiam. vnde & Phariſæi. i. diuiſi à populo per priuatam iuſticiam dicuntur. Saducæi. i. iuſti: vendicant enim ſibi quod non ſunt: hi negant reſurrectionem, dicentes animam interire cum corpore: Quinque libros Moyſi recipiũt, prophetas reſpuũt. Hos venientes ad baptiſmũ Iohãnes increpat: quia maximè indigebant correctione & pœnitentia.

✠ RVPERTVS. Apud lucam diligenter animaduertẽdũ quia interrogabant turbæ dicentes, quid ergò faciemus? interrogabant publicani venientes vt baptizarentur, & dicebant magiſter quid faciemus? interrogabãt & milites dicẽtes quid faciemus & nos? Phariſæi vero nuſquã interrogaſſe legũtur & dixiſſe, quid faciemus? quia erant ſuperbi, cõfidẽtes in ſe tãquã iuſti.

B b *Progenies viperarum &c.* i. venenati venenatorũ filij: quia bonis inuident eoſque perſequuntur, proximos ledunt vt patres eorum.

Vipera patrẽ ſuũ occidit, ſic Iudæi pphetas qui erãt patres eorũ.

✠ CHRYSOSTOMVS. Sicut artificioſus medicus ſi viderit ægrotantis colorem, intelligit ſpeciem paſſionis: ſic Ioannes venientium ad ſe phariſeorum Prauas cogitationes intellexit forſitan enim apud ſe cogitauerunt Imus & confitemur peccata noſtra, nullum laborem nobis imponit, baptizamur & conſequimur indulgentiam peccatorum. Inſcinens, nunquid facta digeſtione impuritatis, non eſt neceſſaria ſumptio medicinæ? Sic multa diligentia neceſſaria eſt homini poſt conuerſionem & baptiſmum, vt vulnus perfectè ſanetur: Ideò dicit, *progenies viperarum*. Natura enim viperarum eſt, quod ſtatim cum momorderit hominem, currit ad aquam, quam ſi nõ inuenerit moritur. Ideò iſtos dicebat progeniem viperarum, quia peccata mortifera committẽtes, curC rebant ad baptiſmum, vt ſicut viperæ per aquam tantum pericula mortis euaderent. Item vĩperarum natura eſt rumpere viſcera matrum, & ſic naſci: ſic iudæi aſſiduè perſequentes prophetas corruperunt matrẽ ſuam ſynagogam. Item viperæ a foris ſpecioſæ ſunt & quaſi pictæ, intus autem veneno repletæ: ita iſti pulchritudinem ſanctitatis oſtendebant in vultu.

c *Facite ergo fru. dig.* Beda. Quaſi diceret: Quare prius venena non deponitis, vt ſic ad baptiſmũ veniatis? Facite fructũ, nõ qualẽcũque ſed dignũ. pœnitẽtiæ. Non enim par debet eſſe fructus boni operis eius qui nihil vel minus peccauit, & eius qui grauius cecidit. Sed Iudæi de Abraham gloriantes nolunt ſe agnoſcere peccatores vnde ſubdit: *Et ne velitis &c.* Ad humilitatem prouocat. D In ſuperbia enim nulla eſt pœnitentia.

Diſcretio eſt in pœnitentia, quæ timorem Dei, & metum pœnarum ante oculos ponit. recolens antiquæ turpitudinis: Sic dolor cordis in fletus erumpit, quia ſine dolore nulla ſunt vulnera, ſi vitalia membrorum nõ fuerint circummortua: gratia eſt quæ ſentit, ſentiens quærit ſantitatem.

✠ AVGVSTINVS. Quærẽdum eſt quæ dignæ fiãt pro peccatis eleemoſinæ: de quibus etiã Chriſti præcurſor ille dicebat, *facite ergò fructus dignos pœnitentiæ*, proculdubio non inuenientur eos facere, qui vitam ſuam vſque ad mortem quotidianorum criminum perpetratione confodiunt. *patrem habemus Abraham.* lib. 2. de ciuitate cap. 27. † ſ. 3. d. Lucæ. 3. b.

✠ CHRISOSTOMVS. Quid prodeſt ei quem ſordidant mores generatio clara: aut quid nocet illi generatio vilis quem mores adornant: Ipſe ſe vacuum ab omnibus bonis actibus oſtendit, qui gloriatur in patribus. † videamini, vel, ne ſitis, in hac opinione vt dicatis. Hom. 3. operis imperfecti. E

d *Dico enim.* A carne terrahit, vt cogitent opera prædeſtinationis Dei. Prima ſunt rudimẽta fidei, credere deũ poſſe quicquid voluerit, vt omnia qui de nihilo creauit, poſſit de lapidibus vel de puluere filios Abrahæ formare.

e *De la.* Demonſtratiuè ad illos lapides quos Ioſue de Iordane transferre fecit, ad quos quaſi digitum extendens ait.

Ioſue duodecim lapides de medio Iordanis in terram tranſportari fecit, & alios ex terra in eodem alueo reſtitui: per quos excæcatio Iudæorum & gentium ad lucẽ transformatio præſignatur.

Vel Gẽtiles lapides vocat: & eſt ſenſus: Ne gloriemini de ſemine carnis: quia hi tantum ſunt filij Dei, qui per gratiam ſunt illuminati, & interius ſuſcitati. Suſcitare ſignãter dicit, quia Chriſtus Saram i. eccleſiam accepit, & ſuſcitat per gratiã filios Abrahæ defuncto ſine liberis, ne tantus patriarcha priuaretur promiſſis. In cuius rei præſagium olim deus de Sarra genuit filium. F

f *Iam enim ſecuris.* Ne autem viderentur immunes, ſi ſe à talibus ſacramentis ſepararent, comminatur. Hom. 13. in Matt. quæſt. 42. ad Antiochum.

✠ CHRYSOSTOMVS Nihil terribilius hac ipſa exhortatione ſermonis non enim adhuc illic falcem volantem, non deſtructionem ſepis, non cõculcationem vineæ comminatur, ſed ſecucurim ſecantem, quodque multò eſt terribilius imminentem, & & iam iamque cædentem.

✠ ATHANASIVS. Radix eſt fides, arbor verò eſt homo & ſecuris eſt finis hominis. Securis

---

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Videns autem multos Phari. *Hic oſtenditur idoneitas Iohannis ad ferendum teſtimonium de Chriſto ex veritate doctrinæ, quæ conſiſtit in hoc, quòd aliquis non timet vitia magnorum confidenter arguere, quod faciebat Iohannes: Quod notatur cum dicitur.*

Videns autem multos. *Iſti enim famoſi erant in populo, ſicut homines literati & religioſi, vt patebit infra.*

2 Venientes ad ba. *non credentes ſecundum veritatem, ſed magis ad ſimulationem. ſecundum quod habetur infra. 21. vbi dicitur quod quærente domino ab eis: Baptiſmus Iohannis vnde erat, de cælo, an ab hominibus? Non fuerunt auſi reſpondere de cælo: quia ſtatim dixiſſet eis, quare non credidiſtis ei? Ex quo patet quòd fictè veniebant Et hoc idem dicit Ioſephus in libro antiquitatum. 19. & ideo Iohannes confidenter arguebat vitia eorum dicens.*

3 Progenies viperarum. *quia venenum erroris & hypocriſis à ſuis progenitoribus traxerant.*

4 Quis demonſtrabit vobis. *quaſi di. licet falſitas veſtra lateat in conſpectu populi, tamen non poterit latere in iudicio dei: quia tunc erunt manifeſta abſcondita cordis veſtri.*

5 Facite ergo. *quia aliter non poteſtis illud iudicium euadere. Et non ſolum dicit fructum pœnitentiæ: ſed dignum pœnitentiæ, ſecundũ peccati modum. vnde dicitur Apocal. 18.* Quantum ſe glorificauit & in delitiis fuit, tantum illi date tormentum & luctum.

6 Et ne velitis *Phariſæi enim de hoc gloriabantur: quia de Abraham deſcenderant: & ideo ex promiſſione facta Abrahæ, ſine operibus ſalutem conſequi præſumebant: & hoc eſt manifeſte falſum: quia non dicuntur filij Abrahæ ex carnali propagatione: ſed magis ex fidei imitatione, vt dicitur Ro. 4.* Et quia Phariſæi & legiſperiti fidem Abrahæ de Chriſto reſpuerunt, ideo nomen filiationis Abrahæ perdiderunt: *Et hoc eſt quod dicit Iohannes:* Et ne ue. di. in. vos. *per falſam eſtimationem.*

7 Patrem habemus. *quia non eſt ſic ſecundum veritatem. Econtrario Gentiles fidem Chriſti deuotè ad prædicationem apoſtolorum receperunt: ideo filij Abrahæ facti ſunt: Et hoc eſt quod ſubdit Iohãnes.*

8 Potens eſt de lapidibus iſtis. *Dicitur autem quòd Ioannes demonſtrauit illos lapides quos filij Iſrael de fundo Iordanis abſtulerãt, vt habetur Ioſue. 4. in memoriã miraculi, quòd dominus in trãſitu eorũ aquas Iordanis ſiccauit: Sed per illos lapides Iohãnes Gẽtiles ſignificauit: eo quòd colebãt idola de lapidibus facta. vnde dicitur in Pſalmo.* Similes illis fiant qui faciunt ea. *Filij ergo Abrahæ de lapidibus ſuſcitati ſunt, quando Iudæis per infidelitatem a filiatione Abrahæ decidentibus, Gentiles fidem Chriſti recipientes in locum eorum ſubſtituti ſunt: & hoc erat prædictũ Oſee. 1. d.* Et erit vbi dicetur eis: Non populus meus vos: *ibi dicetur: Filij Dei viuentis. Et quia do-* Pſal. 113. b.

MORALITER.

✠ 1 *Videns autem.* De quibus dicitur Lu. 7. e. Phariſæi autẽ & legiſperiti ſpreuerunt in ſemetipſis cõſilium Dei non baptizati ab eo ſcilicet à Iohanne: & ideo per iſtos qui veniebant ad prædicationem Iohannis, fictè ſignantur illi qui veniunt ad Prædicatorẽ euangelij, vt ex ore eius capiant aliquid, vnde poſſint eum calumniari: ideo de talibus dicitur.

3 *Progenies viperarum &c.* q. d. nullus, niſi recedatis à malicia veſtra

veſtra. ideo ſubditur.

5 *Facite ergo.* nã in vita præſenti poteſt homo ſemper pœnitere.

6 *Et ne ve. dicere,* credentes quòd debeat vos ſaluare ſine operibus pœnitentiæ: quia hoc eſt falſum. Sic autem videtur de pluribus Chriſtianis, quia deuotionem habent ſpecialem ad aliquẽ ſanctum vel ſanctam, & per eorum merita credunt ſaluari ſine operibus bonis.

8 *Potens eſt autem &c.* i. de peccatoribus deuotos facere.

a *Securis*.Christus,qui ex manubrio constat & ferro.i.humanitate qua tenetur:& diuinitate qua incidit. *Posi.est*: quia & si per patientiam expectat,videt tamen quid est facturus.*Ad radi*.i. finem Iudaici populi,vt auferat de terra viuentium eos qui in Christo non credũt Vel,securis,sentẽtia iudicij,vel p̃dicatio euãgelij.

b *Ad ra*. Nota non ad ramos, sed ad radicem. Cum enim filij malorum tolluntur , quid aliud quàm rami infructuosæ arboris abscinduntur? Cum tota progenies simul cum parente tollitur. arbor radicitus abscinditur, ne quid remaneat vnde iterum aliquid germinis oriatur.

†Infra.7.c. †Exciditur & in ignẽ mittitur. † Luc.3. c. Marc.1. a. Ioh.1. 4.

Radices sunt cogitationes, quibus plantati,vel sursum cælo sustolluntur, vel ad ima inferni mittuntur.

Arbor humanũ genus : Huius rami,alij sunt aridi.i. Pagani incendio apti. Alij virides,sed sine fructu:vt hypocritæ , qui speciẽ sanctitatis prætendunt,sed intus vacui:alij fructuosi,sed venenosi.i hæretici:qui prædicãdo fructum pariunt,sed mortalẽ. Alij. i.catholici, qui bonum fructum ferunt.

B

c *Omnis ergo arbor*.vt Gẽtiles, hypocritæ,qui nullum,& hæretici qui malum.

Hom.11.in Matt.

✠ CHRYSOSTOMVS.Cum dicit omnis , vniuersum honorem carnalis nobilitatis excludit. Etiãsi ipsius Abrahæ fueris nepos,& mille à quibus ducis genus patriarchas enumeres , duplicem pœnam subibis si bonorum fructuum inanis extiteris.

d *Ego quidem*.Ne videatur sua autoritate minari , incipit aperire quantæ sit dignitatis : cuius præsentia comminatur , vel cuius beneficiis persuadet:*Ego quidem baptizo vos in aqua*.tantum corpora lauo,quia peccata soluere nequeo,vt sicut nascendo, prædicando,præcurro sic baptizando:vt pœnitentes, quos ego hoc signaculo ab impœnitentibus discerno,ad baptismũ Christi dirigã.

e *Post me venitur*. Et si moneo dignos fructus pœnitentiæ facere,superbiam abiicere:non tamen possum à peccatis soluere.

f *Fortior me est*. Quia ego baptizo in pœnitentiam , ille in remissionem.Ego spiritum habeo , ille dat. Ego regnum cælorum prædico,ille dat.

g *Cuius non sum* Alij scribunt:Cuius non sum dignus corrigiam cal.sol Potuit autem Iohannes vtrunque dicere, vel cõtextim vel diuerso tempore : vt alius euangelista hoc , alius illud assumere

C Omnes tamen verum narrauerunt. Intendit autem in hoc ostẽdere excellentiam Christi & suam humilitatem.

Allego. Vel secundum allegoriam : Calciamentum est incarnationis mysterium,corrigia,mysterij ligatura.Non ergo valet Iohannes corrigiam soluere,quia incarnationis mysterium non sufficit inuestigare.

Vel,Non sum dignus sol.cor.cal.eius.i.nomen sponsi mihi nõ ✝vsurpo vsurpo,nec sponsus credi vel dici, sed amicus sponsi volo. Mos. D enim erat vt si quis eam quæ sibi competeret accipere in vxorem nollet, ille ei calciamentum solueret qui ad hanc sponsus iure Deu. 25.c. propinquitatis accederet.Iohannes ergo qui non sponsus,ait:Nõ sum di. cor. cal.soluere. Ac si dicat:Ego redemptoris vestigia nõ valeo denudare : quia nomen sponsi non mihi vsurpo.

Vel simpliciter se humiliat, vel euãgelij sacramenta non est dignus circunferre prædicando, quod non sibi deputatum , apostolis est commissum.

Nõ sum dignus explicare naturam diuinitatis ad humanitatem. Vel non sum dignus euangelij prædicationem portare,vel nomen sponsi vsurpare Iohannes vt purus homo spiritum dare † Luc.3.c. non poterat, quo remittitur culpa. Christus verò dat quia deus: & baptizat in verbo , de quo dicitur:Et vos mundi estis propter verbum quod loquutus sum vobis.& alibi: *Mundans eos lauacro* E *aquæ in verbo vitæ sanctificatæ*. Iohan.15.a. Eph.5.f.

h *In spiritu sancto*. Vel spiritu sanctificationis,& igne.i. probatione tribulationis.Vel spiritu in †Ma. 1. a. Lucæ. 3. d. præsenti abluit:pòst,si quæ macula surrepit , igne purgatorio ad purum exuret : quod de leuioribus credendum est peccatis. Vnde in Leuitico,super altare semper ignis missus de cælo ardebat.i.ignis diuini amoris,qui omnes in Christo (.i.qui super altare offeruntur) quasi rebaptizat & exurit carnis eorum vitia. Iohan.1.d. 78.di.c.pie sbiter.1.q. 1.c.dedit. Leui.9.b.

i *Cuius ventilabrum*.Ventilabrum in manu est examen iudicij quo discernũtur leues & vacui à fructu boni operis.*In manu*. quia pater non iudicat quemquàm,sed omne iudicium dedit filio. Iohan.5.d.

k *Permundabit*.i.quotidie à variis tentationibus mundat. *Vel, Permundabit* , dum ob manifesta peccata peruersus de ecclesia eiicitur,vel post mortem damnatur. F

l *Paleas autem*. Paleæ de origine vnde & triticum oriuntur. i. de semine,zizania verò de diuersa. Paleæ ergo sunt qui fidei sacramentis imbuuntur , sed solidi non sunt : zizania verò qui & opere & professione secernuntur ab electis.De his dicitur: Qui Iohan.3.c. non credit,iam iudicatus est,& ideo non fit hîc mentio de illis.

m *Inextinguibili* quia non extinguetur neque extinguet cruciatos , sed æternaliter puniet. Dicitur autem ad differentiam illius de quo dicitur:*igne nos examinasti &c*.

n *Tunc venit*. Quando Iohannes prædicabat & baptizabat. s. Psal. 65. b. quando Iesus triginta erat annorum , ostendens nullum debere sacerdotem vel prædicatorem fieri nisi virilis ætatis.Sicut Ioseph tricenarius regnum Aegypti suscepit.Dauid regnum ea ætate in- Gen.41.c. choauit:Ezechiel prophetiam promeruit. Venit Iesus his de causis vt baptisma Iohannis comprobaret , & vt (quia homo erat) omnem impleret iustitiam & legis humilitatem:& vt aquas sanctificans

a securis ad radicem arborum posita est. 1
b
c † Omnis ergo arbor quę non facit fructum 3
s ¶ Per securim. ¶ Gehennæ.
bonum, † excidẽtur, & in ignem mittetur. 4
a ¶ Redit ad se,modum fui baptismi determinans. b ¶ Tantum non spiritu.
d † Egõ quidem baptizo uos in aquã in pœ- 5
a ¶ Docendo pœnitere. b ¶ Ad prædicandum & ad baptizandum.
e nitentiã:qui autem post me vẽturus est, 6
f fortior me est,cuius nõ sum dignꝰ calciamẽ 7 8
g a ¶ Quia sanctificat a peccatis,& accendit amore Dei.
h ta portare:†Ipse vos baptizãbit in spiritu san 9
a ¶ Tribulatione vel purgatorio igne.b ¶ i.discretio iudicij. ¶ Qui non credunt,hoc ventrilabro non remouentur, quia iam iudicati sunt.
c ¶ Potestate.
i cto & ignẽ.Cuius vẽtilabrũ in mãnu sua:& 10
a ¶ Apaleis. b ¶ Præsentem ecclesiam. 11
k permundãbit aream suam , & congregabit 12
a ¶ Immobiles a spe æternorum. b ¶ Cæleste. 13
l triticũm suũ in hõrreum : paleas autem cõ- 14
a ¶ Vt qui diu latuerat,manifestaretur 15
m buret igni inextinguibili. † Tunc vẽnit 16 17

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *Ector veritatis non solum debet vitia confidenter arguere , sed etiam pœnam prædicere,ideo subdit Iohannes.*

1 securis:*id est seueritas diuinæ iusticiæ.*

2 Ad radicem.*Arbor ista homo est , qui est quasi arbor conuersa: Radix huius arboris est voluntas mala , ex qua sicut ex radice prodeunt omnia peccata,quia non potest esse peccatũ nisi sit voluntariũ.*

3 Omnis ergo arbor.*per sententiam extremi iudicij.*

4 Et in ignem mit.*s.inferni.*

5 Ego quidem bapti. vos .*Ostensa idoneitate Iohannis ad testificandum,hic consequenter ponitur ipsius testimonium:Et ponitur primò testimonium ipsius de Christo in eius absentia : & secundò in eius præsentia,ibi* Tunc venit Iesus. *In prima parte fert testimonium de Christo quantum ad excellentiam suæ diuinitatis dicens:*Ego quidẽ ba.uos *in aqua.i.lauo tantummodo corpora.Quæ quidem lauatio est signum pœnitentiæ fiendæ.Ideo dicit*.In pœniten.

6 Qui autem post me vẽ.est.*s.Christus.*

7 Fortior me est.*quia ipse habet virtutem diuinitatis.*

8 Cuius non sum di cal. por. *Non quia Christus calceatus incesserit,cum discipulos suos ad prædicandum sine calceamentis ire iussit,vt habetur Lucæ.22.d.*Quando misi vos sine pera & calceamẽtis,&c. *sed est modus communis loquendi quando aliquis se comparat alicui improportionabiliter excedenti,quod est in proposito:quod declarat per factum dicens.*

9 Ipse vos bapti.*gratiam sancti spiritus conferendo : quod non potest facere nisi deus.Additur autem*

10 Et igne.*Quia super baptizatos de nouo in primitiua ecclesia frequenter apparebat.s.in signo visibili, sicut apparuit super apostolos in linguis ignis.Ostendit consequenter Iohannes in Christo iudiciariam potestatem,cum dicit.*

11 Cuius.*Ad cuius intellectũ sciendum,quòd ventilabrum est instrumentum quo solebant purgari blada in Palæstina:& est factum sicut pala cum qua proiicitur granum paleis commixtũ in altum,& vẽtus paleas tollit & granum in area cadit. Iohannes ergo metaphoricè loquens , per ventilabrum intelligit diuinum iudicium, quo Christus.*

12 Permundabit aream suam *id est , ecclesiam in qua sunt commixti mali cum bonis:sed in iudicio separabuntur.*

13 Et congregabit triticum.*scilicet iustos & electos.*

14 In horreum suum.*i.in æternam beatitudinem.*

15 Paleas autem.*id est homines vanos & falsos.*

16 Comburet igni.*id est in pœna infernali sensibili.*

17 Tunc venit Iesus.*Hic ponitur testimonium Iohannis de Christo*

MORALITER.

✝ 1 *Ego quidem bapti.vos in aqua.* Prædicator enim euangelij disponit populum aspergens cum aqua salutaris sapientiæ , vt per Christum mundentur interius aqua gratiæ.

19 *Tunc venit Iesus à.*Galilæa verò transmigratio interpretatur. Per hoc igitur quòd Iesus de Galilæa venit ad Iohannem , signatur quòd eius membra si debeant lauari per gratiam , oportet ea transmigrare de vitiis ad virtutes.

Tunc ✝Iohannes

ctificans per columbam in lauacro, aduentum ſpirituſſancti oſtẽderet. venit enim non neceſſitate ablutionis, ſed vt nemo quantumlibet ſanctus baptiſmi gratiam ſuperfluam iudicaret.

lib. 3. de mi. Sacræ ſcript.

✠ AVGVSTINVS. Ad baptiſmum deſcendit dominus Ieſus, non quod baptiſmi ſacramento & lauacro egeret, qui proprij aut originalis peccati nullã culpam haberet, ſed vt aquas, quas quamuis ex delicto Deus non maledixerit, terræ quam continebãtur maledictione, infectas purgaret: & ne quiſquam ſacramentum baptiſmi negligeret, dũ qui ſine peccato fuerat baptiſmi aquas iniuit: & ne quiſquam ab inferiori baptizari paruipenderet, dum Deus dominus à ſeruo mergi vndis baptiſmi appeteret.

B Et quatenus adhuc à diabolo, ſe, donec tẽtatio perficeretur, occultaret, qui illum velut lauacro indigẽtẽ, vt inter pollutos peccatoribus, ablui aquis conſpiceret.

lib. 4. ✠ OPTATVS MILEVIT. Deſcendit in aquam quia venturum oleum aqua debuit antecedere, ad myſteria initianda & ordinanda. Secutus eſt enim ordo myſterij, & compleuit pater quod rogauerat filius & quod rogauerat ſpiritusſanctus. Apertũ eſt cœlum Deo patre vngente: Spirituale oleum in imagine columbæ deſcendit, & inſedit capiti eius & perfuditeũ, vnde cœpit dici Chriſtus.

C a *Galilæa in Iorda.* Galilæa, trãſmigratio: Iordanis, deſcenſus. Qui ergo vult baptizari, tranſmigret à vitiis, & deſcendens humilietur.

b *Sine modo.* Sine modo me à te baptizari, vt poſtea quod à me quæris in ſpiritu baptizeris. Sicut enim decet dare exemplũ implendæ omnis iuſticiæ, vt diſcant omnes neminem ſine vnda babaptiſmi eſſe perfectum.

c *Sic enim decet.* i. per humilitatis exemplum reducere ad vitam, & oſtendere quòd nullus perfectè ſit iuſtus ſine baptiſmate. Si enim de ſpirituſſancto natus, non dedignor, quantò magis neceſſe eſt aliis quamuis iuſtis etiam à minoribus baptizari? Hinc decet impleri primum omnem iuſticiam ſ. per quam omnis iuſticiæ ſumma ab omnibus deinceps impleatur, vt nullus ex operibus neque ex arbitrio glorietur, ſed ſciens ſe reum iuſticiæ Dei ſit ſubiectus. Ideo quiſquis eſt natus ex aqua & ſpiritu iuſtus dicitur: quia hoc implet per quod omnis iuſticia impletur ex gratia, quã primò decuit implere Chriſtum, non ex indigentia ſe[illegible]yſterio, vt renatus filius Dei omnes renatos filios Dei f[illegible]i faceret: *Sic.* i. ſubdẽdo ſeruo & inferiori omnem iuſti[illegible] humilitatem quæ eſt omnis iuſticia. Et perfecta humil[illegible] habet tres gradus. Primus eſt, ſubdere ſe maiori, & ſe non præferre æquali: Hic vocatur ſufficiens, quia ſufficit aliquem ſic humiliari: & iſte gradus omni iuſto eſt neceſſarius. Secundus gradus eſt ſubdere ſe æquali, nec præferre ſe minori: hic dicitur abundans. Tertius eſt ſub eſſe minori in quo eſt iuſtitia. Hunc Chriſtus impleuit, qui vnam partem tamen habet quia in vnitate conſiſtit & perficitur. Alij duobus modis diſtinguuntur, quia minus perfecti non ſic in vnitate cumulantur.

Humilitatis tres gradus.

D d *Tunc.d.* Cum tali ordine cognouiſſet implendam iuſticiã. Dimiſit, quia vera eſt humilitas, quam nõ deſerit comes obediẽtia.

Spiritus in momento eum docuit, quod prius neſciuit: & ideo quod prius timuit humiliter, deuotus impleuit.

e *Baptiza.au.* Chriſtus aquas baptiſmi ſanctificauit: quia cuius eſt creare, eiuſdem eſt & ſanctificare.

Homo ex duobus cõſtat & ex duobus renaſcitur.

Sicut homo conſtat duobus, ideſt corpore & anima, ita duobus renaſcitur: aqua quæ purgat ſordes & conſepelit Chriſto: & igne ſpiritus quo conflagranti ad cælum rapimur. Sic eccleſia poſt baptiſmum culmen virtutum quibuſdam incremẽtis appetit, vt Chriſtus baptizatus de aqua aſcendit. Sic poſt baptiſmum aſcendunt, qui ad virtutes proficiunt: & qui prius carnales & filij & Adæ, fiunt ſpirituales & filij Dei:

†De conſe. di. 4. c. per aquam. † opus habeo.

E f *Aperti ſunt ei* Et hoc ad impletionem iuſticiæ. Non enim tunc primum ſibi patuere cæleſtia vel ſpirituſſanctus eſt datus: ſed nobis per acceptum baptiſmum aditum cæli patere, & ſpiritumſſanctum dari monſtrauit. Quod enim cæli aperti, quòd ſpirituſſanctus venit, quòd vox patris inſonuit, &cæ. hæc myſtica in ſunt nobis.

Patet renatis aditus in cælum per Chriſtum, qui per Adam clauſus fuit.

† Diſt. 19. c. ſecundum.

✠ CHRYSOSTOMVS. fortè erant inuiſibilia quædam obſtacula prius, quibus obſiſtentibus animæ defunctorum non poterant introire cœlos. Nullam enim animam arbitror antè Chriſtum aſcendiſſe in cœlum, ex quo peccauit Adam, & clauſi ſunt cœli. Sed baptizato Chriſto aperti ſunt tantum. Poſtquam verò tyrãnum vicit per crucem, quia non erant neceſſariæ portæ, non dicuntur angeli, aperite portas, iam enim erant apertæ, ſed tollite portas. Vel in baptizatis aperiuntur cœli, & vident ea quæ ſunt in cœlo, non carnalibus oculis videndo, ſed ſpiritualibus fidei credendo. Aut cœli ſunt ſcripturæ quas omnes legunt, non tamen intelligũt, niſi qui fuerint ſic baptizati vt accipiãt Spiritũ ſanctũ.

De conſe. diſ. 3. c. fi.

F

Hom. 4. operis imperf.

g *Sicut c.* Verum corpus formatum ad horam habuit in ſpecie colũbæ: quia aliter ſpiritus ab hominibus videri non poſſet ſicut columba, non quia vera columba eſſet, ſed quia ſpiritus in corporali ſpecie, non tamen ipſe corpus. Ita de hac figura ſentitur ſicut de aliis in quibus deus apparuit: quæ expleto officio reſoluebantur. Bene ſpiritus in columba quæ ſimplex & maſueta deſcendit vt & ſuæ naturæ ſimplicitatem, & eum in quem deſcendebat mitem miſericordiæ præconem datoremque indicaret. Similiter omnes baptiſmo renati 7. virtutibus in columba ſignificatis debent repleri. Columba à malicia fellis eſt aliena. in quo prohibemur ab ira. Nullum ore vel vnguibus lædit, in quo notatur innocentia. Nec minimas auiculas inuadit in quibus aliæ aues ſe & pullos ſuos nutritũt: in quo prohibemur à rapina. Puro

Quare ſpiritus in columba.

Columbæ natura.

☞ ſcitur

a ¶ Quia in Nazareth habitauerunt. b ¶ Quia in eo figura baptiſmi præceſsit, & ex nomine deſcenſum de ſuperbia exigit. c ¶ Maior ad minorem.

a Gãlilææ in Iordãnem ad Iõhannem, vt ba- 1

a ¶ Dominus à ſeruo: nullus ergo dedignetur inferiorem. b ¶ Humilitatem regi imitatur miles.

ptizaretur ab eo. Iohannes autem prohibe- .

a ¶ Qui egeo. b ¶ Qui non eges. ¶ Terrenus à cæleſti. c ¶ Ab originali peccato mundari, quia tu es agnus Dei qui tollis peccata mundi

bat eum, dicens: †Ego à tẽ † debeo bãptiza- 2

a ¶ Cuius generatio non eſt vitioſa.

ri, & tũ venis ad me? Reſpondens autem 3

a ¶ Impere illud ad quod veni. ¶ Subdit quare veniat baptizari. ¶ Quia vita mea morum eſt diſciplina. ¶ Sic. i. dum ego ſuperior, & non indigens à te ſuſcipio.

b Ieſus dixit ei: Sinẽ modo. Sic enim decet 4

c a ¶ Docere conſumationem iuſticiæ. i. ad baptiſmum inuitare, quia baptiſmus eſt conſummatio omnis iuſticiæ. ¶ Me ſuſcipiendo: te baptizando. b ¶ Id eſt: omne præceptum iuſtificans. conſenſit.

d nos implẽre omnẽm iuſtitiam. Tunc dimi- .

a ¶ Sine mora.

e ſit eum. Baptizatus autem Ieſus cõfeſtim 5

a ¶ Quia baptizati ad patriam per virtutes aſcendere debent. b ¶ Quæ eſt fundamentum aſcenſionis.

f aſcẽdit de aqua: Et ecce aperti ſunt ei cæli: 6

a ¶ Ieſus vidit & baptiſta, vt Iohannes ait. b ¶ Spiritus in columba, filius in homine, pater in voce: ita trinitatis præſentia baptiſmum conſecrauit.

g & uidit ſpiritum Dei deſcendentem ſicut .

a ¶ Ad quem illa vox fiebat.

columbam, & venientem ſuper ſe. Et ecce 7

a ¶ Hæc vox non vt ei indicet quod neſciat, ſed quòd auditoribus proficiat. b ¶ Demonſtratiue ad homines. c ¶ Conſubſtantialis ¶ Sic qui baptizatur, oſtenditur filius Dei.

vox de cælis dicens: †Hic eſt filius mẽus di- .

per Chriſtum, qui per Adam clauſus fuit.

† Diſt. 19. c. ſecundum.

De conſe. diſ. 3. c. fi.

F

Hom. 4. operis imperfect.

✠ CHRYSOSTOMVS. fortè erant inuiſibilia quædam obſtacula prius, quibus obſiſtentibus animæ defunctorum non poterant introire cœlos. Nullam enim animam arbitror antè Chriſtum aſcendiſſe in cœlum, ex quo peccauit Adam, & clauſi ſunt cœli. Sed baptizato Chriſto aperti ſunt tantum. Poſtquam verò tyrãnum vicit per crucem, quia non erant neceſſariæ portæ, non dicuntur angeli, aperite portas, iam enim erant apertæ, ſed tollite portas. Vel in baptizatis aperiuntur cœli, & vident ea quæ ſunt in cœlo, non carnalibus oculis videndo, ſed ſpiritualibus fidei credendo. Aut cœli ſunt ſcripturæ quas omnes legunt, non tamen intelligũt, niſi qui fuerint ſic baptizati vt accipiãt Spiritũ ſanctũ.

g *Sicut c.* Verum corpus formatum ad horam habuit in ſpecie colũbæ: quia aliter ſpiritus ab hominibus videri non poſſet ſicut columba, non quia vera columba eſſet, ſed quia ſpiritus in corporali ſpecie, non tamen ipſe corpus. Ita de hac figura ſentitur ſicut de aliis in quibus deus apparuit: quæ expleto officio reſoluebantur. Bene ſpiritus in columba quæ ſimplex & maſueta deſcendit vt & ſuæ naturæ ſimplicitatem, & eum in quem deſcendebat mitem miſericordiæ præconem datoremque indicaret. Similiter omnes baptiſmo renati 7. virtutibus in columba ſignificatis debent repleri. Columba à malicia fellis eſt aliena. in quo prohibemur ab ira. Nullum ore vel vnguibus lædit, in quo notatur innocentia. Nec minimas auiculas inuadit in quibus aliæ aues ſe & pullos ſuos nutritũt: in quo prohibemur à rapina. Puro

Quare ſpiritus in columba.

Columbæ natura.

☞ ſcitur

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *in ipſius præſentia. Venit enim Chriſtus ad baptiſmum Iohannis, vt prædicationem eius approbaret. Secundò, vt tactu ſuæ carnis vim regeneratiuam aquis conferret. Tertiò, vt populus teſtimonium Iohannis de Chriſto & etiam Dei patris audiret.*

1 Iohannes autem prohibebat eum. *ex reuerentia, cum ſciret eum eſſe Deum verum & hominem, lauacro non indigentem, ſed alios à peccato lauantem: ideo dicit.*

2 Ego à te debeo baptizari. *id eſt ab originali peccato mundari, non quia tunc Iohannes haberet originale peccatum, quia fuit in vtero matris ſanctificatus: ſed loquebatur in perſona generis humani. Vel aliter* Ego à te debeo baptizari *quia ſanctificati in vtero indigent baptiſmo Chriſti ad hoc vt ſint Chriſto incorporati: quia in baptiſmo Chriſti character imprimitur, per quem Chriſto configurãtur.*

3 Reſpondens, autem Ieſus dixit ei. *Sequitur.*

4 Sic enim decet nos imple. omnem iu. *i. humilitatem. Vnde ibi accipitur iuſticia non prout eſt virtus ſpecialis, ſed generaliter prout includit omnem virtutem.*

5 Baptizatus autẽ. *Hic ponitur teſtimonium Dei patris de Chriſto: quia baptizato Chriſto aperti ſunt cæli: non quod cælum tunc fuerit diuiſum, ſed quia videbantur aperti ſicut in corruſcatione videtur fieri & per hoc ſignabatur gloriã cæleſtẽ credentibus in Chriſtũ aperiri.*

6 Et viſpiri &c. *Ad denotandum plenitudinem gratiæ in ipſo.*

7 Et ecce vox *Vox. ſ. patris.* 8 Hic eſt fi. meus. *Natura. ſ. alij*

MORALITER.

✠ 1 *Iohannes autem prohibebat eum, dicens: Ego à te debeo.* Per hoc deſignatur: quòd quilibet inferior ſi velit ſuperiorem corrigere, ex charitate debet hoc facere cum humilitate & reuerentia. Superior autem debet talem correctionem humiliter ſuſcipere; quod inſinuauit Ieſus dicens: *Sic enim decet nos adimpl. omnem &c*

2 *Baptizatus au.* Per hoc oſtenditur quòd omnis lotus à peccato gratia diuina debet conari cum auxilio Dei aſcendere de virtute in virtutem & ſic aperiuntur ſibi cęli per ſpem certam, efficitur Dei filius ad optiuus. & per conſequens hæres ad hæreditandum vitam eternam.

scitur grano:in quo notatur abstinẽtia. alienos tanquàm pullos A suos fouet ecce charitas. Gemitum dat pro cantuecce compunctio.Super aquas sedet vt accipitrem præuisa in aquis vmbra declinet:ecce sollicitudo.

In columba super dominum spiritus apparuit: quia venit nos per mansuetudinem colligere. Super discipulos in igne quos ad consumendam rubignem peccati contra seipsos veniebat accendere. Adam peccando cælum amisit, Christus à spiritussancto per columbam glorificatus apparuit:flammam vibrãtem quę viã prohibuit aqua baptismi extinxit;quia aqua est cõtraria igni.

lib. 2. de Trinitate cap. 5. ✠ Avgvstinvs. Facta est quædam creaturæ species ex tempore , in qua visibiliter ostenderetur spiritussanctus , siue cum in ipsum Dominum , corporali speciei velut columba descendit.

✠ Gregorivs Nazianzenvs. Tum igitur spiritussanctus corporea modo in columbæ forma se conspiciendum præbet,vt corpus honore afficiat. Adde quod multis retrò seculis columba diluuij finem annunciauit. D

a ¶ In Adam displicuit,vnde:Pœnitet me fecisse hominem.

a lectus in quo mihi † complacuiti

a *Complacui.* i. bene placitum meum constitui,vt tu in quo nihil nisi bonum placeas & per te alij non in se,sed in te.i.tibi fide & claritate vniti placeant.

✠ Theophylactvs.In quo requiesco,in quo placor. †bene placui.

✠ Evsebivs Caesar. Hoc ab Isaia prædictum est.Lętare solitudo sitiens,exultet desertum,& floreat sicut lilium & efflorebunt & exultabunt deserta Iordanis & honor Carmeli & populus meus videbit gloriam domini Vbi contemplare, quod non quamuis solitudinem dicit, sed definitè illam & solam,quę est apud Iordanem fluuium , iuxta quam versabatur Ioannes baptista:datus est autem solitudini illi honor. Carmeli & gloria libani,siquidem in Iordanis solitudinem transtulit gloriam Ierusalem,postquam ratio piè religioseque viuendi , non in Ierusalem sed in deserto consummari cœpta est. lib.9. de demonstrat. cap.6.

I

NICOLAVS DE LYRA.

B *autem sunt adoptiui.*

1 In quo mihi compla.*in quo volũtas mea complebitur de salute generis humani:& sic apparet efficacia huius testimonij. Patet etiã, qp in Baptismo Christi tota trinitas apparuit,largè apparitionẽ accipiendo.pater.s.in voce,filius in carne,spiritussanctus in colũbæ specie Differẽter tamẽ,qa filius apparuit in carne sibi vnita in vnitate suppositi:in apparitione aũt aliorum personarum erat vnio per modũ signi.* E

ADDITIO

In ca. 3.vbi dicitur in postilla.Quando fuit reportatus de Aegypto, tunc enim erat in 5.anno à sua natiuitate,&c.

Aliter autem habetur in decretis 23.q.3 §. Quod verò iniuriam. Ibi enim exponẽs legitur , quòd Christus fugiens in Aegyptum latuit ibi per septennium.

REPLI. Et quòd postil in 3.ca.dicit Christum fuisse in quinto anno reductum de Aegypto propter canonem. Quòd verò 23. intelligitur non precisè.existens enim.7.annorum est etiam. 5.annorum, sed non precisè.

CAP. IIII.

CAP. IIII.

a b c d † Vnc Iesus ductus est in desertũ à ¶ Locum certaminis. spiritu,vt tẽtaretur à diabolo: & cũ 1 2

*Vnc Ie.*Post baptismũ, quia nulla est mora à tent t one : Vt mox doceat baptizatos de mũdo exire,in quiete Deo vacare:sic filij Israel post transitum maris per desertum ascendunt , & manna comedunt donec veniant ad terram promissionis.

C a *Tunc Iesus.*Hic est ordo rectæ conuersationis,vt post acceptã spiritussancti gratiam contra diabolum arctius accingamur , & mente seculum deserentes in vitæ æternæ gaudia quasi manna esuriamus deserti.Ibi fit tentatio , quia non ante hostis se erigit: quàm homo de mundo erit tenet enim sub legibus suis eum. In deserto pugnatur asperis:quia Adam in paradiso delitijs affluens victus est oblectamentis.

Histo. Histor.In illo deserto quod est inter Ierusalẽ & Iericho Christus diabolum vicit:vbi figuraliter dixerat Adam incidisse in latrones & eum vicisse. Latrones autem ibi habitasse probat locus qui dicitur Domim i.sanguis , propter effusionem sanguinis quæ ibi fiebat Ea via Samaritanus descendit.quia carne indutus easdem tentationes sustinuit.

Luc.10.f. b *Spiritu.*sancto Qui quos replet ad pugnam mittit fortes.Sine hoc spiritu qui ad pugnam vadit cito cadit

Hom.16. in euangeli. ✠ Gregorivs Verè a spiritusancto ductus creditur, vt eũ illuc suus spiritus duceret,vbi illum ad tentandum spiritus malignus inueniret.*h.in desertum.*

Hom.13. operis imperf. ✠ Chrysostomvs. Non duxit illum spiritus in vrbẽ aut forum,sed eremum.Quia enim diabolum prouocare volebat,nõ de esurie solum,verumetiam de loco occasionem ille tentationis ingessit. Tunc quippe diabolus aliquos aggreditur cum illos viderit ab aliis segregatos.

sermone de ieiunio & tentatione. ✠ Cyprianvs. Neque enim putet homo se euasisse pericula ricula cum in eremum venerit. Quia quanto subtilius, tãto difficilius à tentatore inuaditur,qui cogitationum foribus assidens omnia virtutum germina in ipso orta strangulare molitur Verùm liberius anima expedita obuiat impugnanti, vbi compedes impedimentorum defuerint , & aspectus irritamenta non mouerint: securiorque est congressus vbi singula non vellicant dimicantem nec inebriant animum lenocinia voluptatum.

c *Vt tenta.*Non tentatur à diabolo, nisi quia ad desertum exierit.i bono studere cœperit.

d *Et cum ieiunasset.*Ieiunat vt tentetur tentatur quia ieiunat, & exemplum & ieiunandi nobis dat & quòd ieiunat diuinæ est potentiæ.Moyses & Elias ieiunauerunt,non ex virtute vt Christus, sed Moyses sustentatur eloquio Dei , Elias autem fortitudine cibi.Nec dicuntur illi duo esuriisse , sed Christus vt homo esurit. vt celebretur Deus: Significat autem desiderium nostræ salutis. F Exod.14.d.

Ecce conuenit legi. quæ per Moysen accipitur, & prophetis qui per Eliam.40.diebus , quatuor partes sunt mundi , de quibus Christus suos congregat & decem præcepta legis: quibus suos contra mundi oblectamenta armat. Ieiunat quadraginta diebus ante mortem cibo indigens. q. d. in tempore agonis abstinere à desideriis seculi , comedit post resurrectionem. 40. diebus cibo non indigens.q.d.Ego sum vobis consolatio & cibus omnibus diebus.Vnde: Ecce ego vo.sũ. o. d.&c. Similiter enim dum viam dominum carpimus,à vanitate seculi ieiunamus , & futuri promissione reficimur In pugna Christi prius agitur contra gulam ieiunando , per quam victus est primus homo. Gula libidines inflammat , cocupiscentiam carnis nutrit quæ repugnat legi mentis : Hæc nisi prius refrenetur , frustra contra alia laboratur. 3.Reg.19.b. Infra.28.d.

☞ *Quadra*

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. IIII.

✠ Diuisio Triplex tẽtio. Vnc Ie. *Hic quarto ostendit euangelista in Christo veritatem deitatis & humanitatis ex dæmonis tentatione, & ex sanctorum angelorum administratione : & primò ponitur primum.secundò secũdum,ibi:*Tunc reliquit,&c *Prima diuiditur in tres secundum triplicem tẽtationem & triplicem Christi victoriam. secundo ibi:*Tunc assumpsit eum.*tertia ibi:*Iterum assumpsit eum. *Prima ergo tentatio fuit de carnis concupiscentia. Acce it autem P tentator tentato occasionem primò de hoc tentandi ex esurie ipsius Christi. Post baptismum enim Christi immediatè ductus est à spiritu.s.sancto quia humanitas Christi erat organum diuinitatis : & ideo ad omnia agenda mouebatur instinctu spiritussancti.hoc igitur motu iuit in desertum locum scilicet aptum orationi,vt ibi spiritum in oratione offerret pro nobis deo patri.*

2 Et cum ieiunasset *Vt carnem innocentẽ pro nobis macerauit. & exemplum fidelibus daret:& per hoc quòd post baptismũ talia egit, nobis ostendit. quòd qui inchoat nouam vitam debet seipsum deo offerre per ieiunium & orationem.Sequitur.*

†Quadra

MORALITER.

1 *Tunc Iesus.* Per hoc insinuatur quòd aggrediens desertum pœnitentiæ fortius tentatur ab hoste Eccle.secundo.a. Fili accedens ad seruitutem Dei sta in iustitia & timore , & præpara animam tuam ad tentationem.id est ad resistendum tentationi quæ imminet tibi. Illos enim deus fortius tentari permittit quos fortiores esse cognoscit.primæ Cor.decimo.c. *Fidelis autem deus est* †qui

☞ A a *Quadraginta d.* hic numerus totum tempus designat quo Christus cum suis dimicat. In hoc numero duæ leges abstinentia complentur, quia in 40. decalogus mandatorum & 4. euangelia resonant. Vnde institutum est nos hoc numero acrius dimicare ad diluenda peccata quæ fiunt, dum motu carnis violatur charitas: & sic quandiu hîc sumus, semper peccata ploremus: quia hoc numero præsens vita ostenditur.

Epistol. ad phil. ✠ IGNATIVS. Quadragesimam nolite pro nihilo habere, imitationem enim continet Dei conuersationis, hebdomadam etiã passionis nolite despicere.

Hom. 10. in leuiticum. ✠ ORIGENES. Habemus quadragesimæ dies ieiuniis cõsecratos, habemus quartam & sextam septimanæ dies. Est certè libertas Christiano per omne tempus ieiunandi, non obseruãtiæ superstitione, sed virtute continentiæ.

†Deut. 8. a.

Sermo. 4. feriæ 1. post. 2 Do. quadr. ✠ AVGVSTINVS. Sanctam quadragesimam abstinendo ipse Dominus consecrauit, totam non obseruare sacrilegium est,

B ex parte autem violare, peccatum.

sermo 25. & sermo 3. in quadra. ✠ AMBROSIVS. Non est leue peccatum fidelibus indictam quadragesimã à Domino, non ieiunare, & ieiunia consecrata ventris voracitate dissoluere.

epist. ad marcellam. ✠ HIERONYMVS. Nos vnam quadragesimam secundũ traditionem Apostolorum toto anni tempore nobis congruo ieiunamus. Montani tres in anno faciunt quadragesimas, quasi tres passi sint Saluatores, non quod per totum annum excepto Pentecoste ieiunare non liceat, sed quod aliud sit necessitate, aliud voluntate munus offerre.

orat. 3. in lauacrum. ✠ GREGORIVS NAZIANZENVS. Ieiunium quadrasimale vnum est Christi & nostrum sed non paruum inter vtrumque tẽporis interstitium. Et Christus quidem contra tentationes suum obiicit ieiunium, nostrum vero vt Christo commoriamur, operatur, & purgatio est quæ festiuitatem præcedit.

Hom. 16. in euangel. ✠ GREGORIVS. Sicut in lege iubemus offerre decimas rerum, ita Deo offerre contendimus decimas dierum. A prima enim Dominica quadragesimæ, vsque ad Paschalis solennitatis gaudia. sex hebdomadæ veniunt, quarũ dies quadraginta & duo sunt: ex quibus dum sex dies Dominici abstinentia subtrahuntur, remanent triginta sex. Dum verò per 300. & 65: dies, annus ducitur, nos autem per 36. dies affligimur, quasi anni nostri decimas Deo damus.

C b *Postea esuriit.* Hoc est verè humanitatis: & per hoc est occasio tentandi. Latet potestas, patet infirmitas.

serm. 35. de ieiunio domini. ✠ AMBROSIVS. Post multa ieiunia Christus esurire se simulat, vt diabolum quem ieiunando iam vicerat, iterum esuriendo sollicitet.

Libr. 10. de prouidentia. ✠ THEODORETVS. Cæterum naturæ nostræ creator & propugnator, coronator & agonotheta mortem non timuit, belluã abigit, sed confidenter expectat, & ad pugnam prouocat, vt prio-

a ¶Quod ieiunat diuinæ est potentiæ. b ¶Ecce asperitas.

a ieiunã[a] esset quadraginta diebus & quadragin 1

a ¶Hoc addit, ne in nocte comedisse putetur.

b c ta nõctibus, postea esuriit. Et accedens ten- 2 3

a ¶Hoc explorat quod timet, nec ideo se ab eius tentatione abstinet. b ¶Quia sciuit scriptum esse. Dixit & facta sunt. c ¶Tentatio de gula. ¶A gula incepit: sed quo ordine deiecit Adam, ab isto deuincitur. ¶Lapis significat duriciam diaboli.

d tator, dixit ei: Si filius Dei es: dic vt lapides 4

e isti panes fiant. Qui respondens, dixit: Scri- 5 6

a ¶Temperat responsum, ne cognoscat eum esse Deum. b ¶Id est sacramentali specie, sed verbo vitæ.

7

f ptum est: † Non in solo pane † viuit homo, 8

a ¶Sententiis vtitur, instruens nos vt vincamus non potentia Sed humilitate. b ¶Verbum Dei de ore procedit, quia voluntas Dei refertur per scripturas. c ¶Per quos Deus loquitur.

g sed in omni verbo q̃ procedit de ore Dei. 9

rem illam auferat victoriam. Et corpori quod quadraginta dierum spatio ieiunauerat, famem conciliat: non tamen eorum qui olim ieiunauerant, limitem transcendere sinit, vt vera illius crederetur humanitas. Vidit infœlix hostis famem, & victoriam sperauit, atq; Adamũ videre putauit. Cæterũ tanquam ad Adamum accessit, sed Adami Creatorem Adami natura amictũ inuenit, & ait, si filius Dei es, &c. Et producit quidem vocis cœlitus delatæ confirmationem, ipsam verò famem miraculosa confectione confirmari petit.

c *Et accedens.* Quia esuries est signum infirmitatis. Et sic nobis in abstinentia non deest tẽtatio. Per exteriorem infirmitatẽ Christum tentat in quo nullam legem peccati inueniebat.

† viuet. sic vetera exẽplaria legunt. Luc. 4. a. de off. or. c. in ter cætera.

d *Si filius Dei es.* Aliud horum explorantis est, aliud tẽtantis, dũ Deum confiteri videtur, & huiusmodi illudere conatur. Sic enim tẽtat vt exploret quod vere

E tur. Sic explorat, vt tentando decipiat. *Si filius Dei es.* Nouerat filium Dei venisse in mundum, seu per prophetas seu per angelos nunciantes, seu per Iohannem demonstrantem: sed quia humilia in eo videbat, q̃ de deitate suspicatus est, ex superbia ei in dubiũ venit. Vnde & callidè exquirit: Nec indignum fuit Christũ tentari qui venerat occidi, vt tẽtationes superãdo nobis potestatẽ daret superãdi tẽrationes, sicut sua morte abstulit nostrã mortalitatẽ.

Christus non nisi post baptismum se tentari permisit, insinuans ad se euntes grauiores passuros tentationes.

Suadet esurię pane de lapidibus facto releuare, non q̃ eius curet salutem, sed ex mutatione cognoscat virtutem & si purus homo esset, panis oblectamento illuderet esuriem patienti.

Tribus modis fit tentatio. Suggestione, delectatione, consensu. Christus verò sola suggestione tentatus fuit: quia delectatio peccati mentem eius non momordit. Tribus modis fit tentatio.

✠ CYPRIANVS. Naturatũ enim coniunctio diabolũ excæcabat, quia impossibile ei videbatur vel q̃ esuriret diuinitas, vel q̃ tantę tolerantiæ posset esse, tantæque potestatis corporis humilitas. Vbi supra.

e *Scriptum est* Non vtitur potestate, sed scripturarum auctoritate, docens nos magis doctrina quam miraculis pugnare.

f *Nõ in so. pa* q.d. Persuasio tua tentatio est: q̃a agis de cibo corporis, & nõ de cibo mẽtis. Inferior pars hois pane sustẽtatur, alia verbo Dei reficitur: q̃a verò agis de inferiori, patet q̃ tentator sis. Hominis p tes quo pa ne cibẽtur.

g *Sed in om. v.* Omne verbum charitas, in qua cõplentur omnia q̃ procedũt de ore Dei q̃a cuiuscunq; ministerio dicantur, nõ eius sunt sed Dei: sed si aduersũ qd inferitur, hoc nõ est Dei. De vno verbo i. sapiẽtia Dei, pcedit qd q̃ loquũtur sancti q̃ sunt os eius.

F

✠ ATHANASIVS. Si accedãt aliqui & dicant tibi, ne frequenter ieiunes, ne imbecillior fias, ne auscultes: istos enim diabolus subornauit. Reminiscere eius quod scriptum est, quod Daniel & tres pueri noluerunt saturari de mensa regis, & ad eunuchum dixisse da nobis de seminibus terræ, & vescemur. Lib. de virgin.

☞ *Tunc*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Quadraginta diebus. *non vltra trasiit, vt virtus diuinitatis diabolo celaretur: quia Moyses & Elias ieiunauerunt tot diebus.*

2 Postea esu. *per hoc in se & veritatem humanæ infirmitatis ostẽdit, & occasionem tentatori dedit, ideo sequitur.*

3 Et accedens tentator. *Ad euidentiam huius tentationis aduertẽdum q̃ diabolus sciebat prædictum per prophetas, q̃ Christus futurus erat verus homo & verus Deus, vt habetur expressè Isa. 9. b. Parvulus natus est nobis & filius datus est nobis: Ecce vera humanitas. Et vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus fortis pater futuri seculi, princeps pacis. Ecce manifesta eius diuinitas: & pluribus aliis locis idem exprimitur, quos omitto propter prolixitatem. Similiter sciebat tempus natiuitatis Christi esse cõpletum Tum propter hebdomadas Daniel. in quibus erat determinatè præfixus terminus sui aduentus: Tum propter translationem regni Iudæorum ad Herodem alienigenam prout fuerat prædictum per Iacob patriarchã Gene. 49. vt supra expositum est plenius. sed nesciebat certitudinaliter, q̃ Iesus Nazarenus esset ipse Christus de quo talia fuerant dicta. Veruntamen propter eminentiã sanctitatis eius, & propter cõpletionem temporis respectu Christi aduentus habebat quandam coniecturam q̃ ipse esset vere Christus: & ideo de hoc voluit experientiã accipere per tentationem q̃a tentare est accipere experientiam de aliquo ignorato. Intendebat etiam vlterius per hanc tentationem inducere eum ad peccatum, si inueniretur purus homo: sed neutrum obtinuit, vt patebit. Dicit igitur tentando.*

4 Si filius, &c. *s. naturalis, & per cõsequens ei æqualis in potestate.*

5 Dic vt lapides isti panes fiant. *Lucæ quarto. d. dicitur:* Dic lapidi huic, &c. *& idem est, quia singulare includitur in plurali: & ideo si demonstrauit plures lapides necessario demonstrauit vnum vel aliter dicendum, quod Lucas accipit singulare pro plurali, sicut accipitur Exod. octauo. f* Venit musca grauissima in domo Pharaonis. *id est multitudo muscarum.*

6 Qui respondens dixit. *Sic respondit Iesus, quòd nec diuinitatem eius potera: perpendere. nec ipsum ad gulam inducere dicens.*

7 Scriptum est. *Deuteronomij octauo.*

8 Non in solo pane viuit homo. *scilicet corporali.*

9 Sed de omni verbo quod procedit de ore Dei. *quod verificatur non solum de vita spirituali, sed etiam de corporali, sicut patet de Moyse qui ieiunauit quadraginta diebus & quadraginta noctibus, verbo Dei spiritualiter & corporaliter sustentatus.*

✠ *Tunc*

MORALITER.

✠ *qui non patietur vos tentari supra id quod potestis.* Per hoc autem quòd q̃ Iesus voluit tentari triplici tentatione, ostendit, q̃ omnis tentatio, vel est à carne vel à mundo vel ab hoste. Diabolus tamen vtitur aliquando carne & mundo tentationes eorum accendendo,

✠ *Cum*

☞ A Christus tertemptatus.

a *Tunc assumpsit.* Prima & vltima tẽtatio in deserto, media quo que historialiter, vltima fuit postquã regessus est Ierusalem. Quia Matthæus non secundum ordinem historiæ, sed secundum tentationem Adæ prosequitur: Lucas vt res gesta est.

Quia ex responsione Christi victus & incertus remansit: post primam ad secundam accessit tentationem.

Quod permisit se assumi, nõ infirmitas fuit sed patientia: in diabolo vero non virtus, sed superbia.

Nota hæc omnia corporeis sensibus esse completa. Nec mirum si se permisit circumferri: si sic accipitur assumptio, qui permisit se crucifigi.

b *Supra pinnaculum.* In Palestina desuper plana erant tecta, & ibi erat sedes doctorum, vnde populo loquerentur, vbi multos cœpit vana gloria honore magisterij inflatos. In eo igitur loco Christum tentat, in quo multos deceperat. Dum autem non cõsentit, docet eos qui in sublimi sunt vana gloria nõ moueri.

† nequãdo.

B

† Deut. 6. c.

Diabolus alta petit, ad alta semper ducit, eleuando per iactantiã, vt præcipitare possit. In hoc q; Christus se in altum tolli permisit, sed monẽti cadere non obediuit, ostendit, vt cuicumque bona & alta imperãti obediamus sed præcipitare volenti contraeamus.

c *Si filius.* In omnibus tentationibus hoc agit, vt intelligat si filius Dei sit. Sed Christus sic responsum temperat, vt ambiguum relinquat. Quia verba adinuicem conferuntur: in specie hominis diabolum apparuisse verisimile est.

d *Mitte.* Hæc vox conuenit illi, qui omnes præcipitare satagit: in quo infirmus ostenditur, quòd nulli nocere possit, nisi prius ille se deorsum miserit.

Suggerebat enim, vt aliqui signo exploraret quantum apud Deum posset. Sed nemo debet tentare Deum, quando habet ex humana ratione quid faciat. Vnde quamuis omnia posset ait tamen suis: *Si vos persequuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam.* Et ipse idem fugit & abiit & latuit. Nunc autem poterat aliter de templo descendere, quam per iactantiam se præcipitare. Postquam deficit humana ratio, commendet se homo Deo, non tentando, sed deuotè confitendo.

Matth. 10. c

C

Vbi suprà.

✠ Cyprianvs. Hac occasione loci hortatur & consulit, vt in vrbe sancta & frequẽtia populorum quasi nouus funambulus, in excelso pendulus, se deorsum ad vulgi spectaculum iactet intrepidus addens è testimonio scripturæ, Angelorum affutura suffragia, O execrabilis diaboli malitia? Putabat malignus quem gula non vicerat, vana gloria superari.

Hom. 13. in Matth.

✠ Chrysostomvs. Dæmonũ est seipsos iacere deorsum: Dei vero erigere homines iacentes. Prosternit ille, occidit, mactat sed dominus erigit elisum.

e *Quia angelis suis mandauit de te.* Beda. Quod bene dicitur de corpore diabolus malè interpretatur de capite: Quod si hoc dicit de Christo, cur non & hoc quod illi contrariũ est dicitur? Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. Sed de auxilio angelorum quasi ad infirmum loquitur. de sua conculcatione tacet.

D

✠ Gregorivs. Nazianzenvs. Sed & scripturas latro (Satan) nouit Osophista malitiæ, cur sequentia supprimis? Rectè enim id noui, etsi tu fileas, quoniam super te aspidem & basiliscum ascẽdam, & super scorpionibus & serpentibus, trinitate circumseptus ambulabo. Ora. in sanctum lauacrum.

✠ Irenævs. Ita mendaciũ abscondebat per scripturã, quod faciunt omnes hæretici. Illud enim, Angelis suis mandauit de te, scriptum erat: nulla autẽ scriptura dicebat mitte te deorsum, sed à semetipso hanc suasionem diabolus afferebat. Lib. 5. in hæreses. † Psal. 90.

✠ Vincentivs. Lirinensis. Magnopere doctrina loci istius, quo diabolus cõtra Dominũ scripturas produxisse legitur, attendenda & retinenda est, vt tanto autoritatis euangelicæ exemplo quando aliquos apostolica seu prophetica verba proferre cõtra catholicã fidẽ viderim⁹ diabolũ per eos loq; minimè dubitemus. conrra hæreses.

E

a ¶Hæc tentatio historialiter vltima fuit. b ¶Ex permissione, non imbecillitate, vnde inimicus superbit. c Ierusalem, vbi templum fuit, & cultus Dei fuit. ¶Ex vsu dicit.

a Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam 1

a ¶Summitatem templi. ¶Non locus Deo dicatus cohibet eum.

b ciuitatem & statuit eum supra pinnaculum 2

a ¶Tentatio de vana gloria, sicut Adam cui dixit: Eritis sicut dij.

c d templi, & dixit ei: Si filius Dei es, mitte te 3

a ¶Scripturis vtitur: non vt virtutes instituat, sed vt errore ingerat sicut & sui. ¶Qui vadit contra fortiorem, ei prouidet victoriæ occasionem.

e deorsum. Scriptum est enim: † Quia angelis 4

a ¶Legem in lapidæis tabulis scriptam in qua omnes offendebant. b ¶Mentis egressum.

suis mandauit de te, & in manibus tollent te † ne forte offendas ad lapidem pedem

a ¶In deut. A quo ideo testimonia profert, vt secundæ legis sacrã confirmaret.

tuum. Ait illi Iesus rursum: scriptum est: 5

a ¶Etsi victus tamen non cessat. 6

f † Non tentabis dominum Deum tuum. Ite- 7

a ¶Super montem superbiæ omnis auarus erigitur. ¶Alta petit.

g rum assumpsit eum diabolus in montem ex

a ¶Quia omnia momentanea sunt, non quòd diabolus sed virtus diuina hoc posit.

h i k celsum valde, & ostendit ei omnia regna 8

✠ Non tentabis Avgvstinvs. Pertinet ad sanam doctrinam vt quãdo habet quod faciat homo, non tentet Dominum Deum suum. Lib. 22. contra faustũ cap. 37.

f *Iterum assumpsit.* Hæc tentatio ordine præcessit, sed narratur præpostero, secundum quòd factum est Adæ.

g *Montem excelsum.* ✠ Theophilactvs. Quidam putant montem excelsum valde, afflictionem & studium in possidendis diuitiis, in quem conatur inimicus Iesu ducere: sed non rectè opinantur. In sensibili enim forma apparuit ei diabolus: cogitationes enim tales non habuit Dominus, absit.

Isi. Mons iste superbiã significat, per q̃ cecidit, & alios ruere facit.

h *Excel. valde.* quia eum ad summum superbiæ trahere voluit.

Tentaturus de auaricia in montem duxit, quia auaricia & ambitio semper alta petit.

i *Ostendit.* Non q; visum eius q; omnia videt ampliauerit sed vanitatẽ mundanę pompæ quã amabat quasi speciosam ostendẽs facere amari volebat. Vel sciens diabolus, q; Christus regnũ sibi tolleret ostendit ei omnia regna mũdi, nõ Persas vel Medos: sed quo modo in omnibus regnaret mundanis. Vel per gulam vel per auariciam vel per alia, vt suadẽs quod volebat eum sibi subiiceret. Lucas dicit monumento sibi omnia ostensa: in quo non tam celeritas conspectus, quam caducæ fragilitas potestatis exprimitur. F

Moysi ostendit Deus in momento totam terram promissionis virtute deitatis: ita modo actum est. Ostendit ei. Deut. 34. a. Quomodo ostẽdit dominus Moysi terrã promissionis.

k *Omnia regna.* s. partes terræ, in quibus vnumquodque regnum positum erat. Sicut si aliqui dicant super montes: *Ecce ibi Roma.* nõ ipsam ostendendo, sed partem terræ in qua posita est.

Omnia re. Oĩa cõcupiscẽtia in mũdo quib. homines regnãt. Vel simpliciter totus mundus illo suggerente ab eo in monte visus est.

☞ *Et gloriam*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Tunc assumpsit eum diabolus, &c. *Hic secundò tentat eum de superbia, & ad eundem finem sicut prius. Dicit ergo Matthæus:* Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem. *ideſt Ierusalem, quæ dicebatur sancta, quia diuino cultui deputata propter templum quod erat ibi: nec erat licitum in lege sacrificare Deo alibi.*

2 Et statuit eum supra pinnaculum templi. *Istud pinnaculum tẽpli tectum, quod erat desuper planum sicut fiebant tunc domus Palæstinorum. Erat enim intentio dæmonis illuc eum portantis, vt à populo ciuitatis ipse Iesus quasi volare videretur, & sic in vanam gloriam ferretur, sed diuina virtute fecit quòd nullus eum vidit, quia in potestate eius erat videri & non videri.*

3 Et dixit ei: Si filius Dei es, mitte te deorsum. *quasi dicat virtute propria potes sine periculo, & etiam propter ministerium angelorum tibi seruientium.*

4 Scriptum est enim. *de te scilicet in psalm. Quia angelis suis, &c.*

5 Ait Illi Iesus. *Sic respondet ei per scripturam, quòd totaliter euacuat eius tentationem.*

6 Non tentabis Dominum Deum tuum *Deut. 6. c. Tentare enim Deum est quærere experimentum de Dei virtute absque ineuitabili necessitate: & hoc est peccatum: quia quandocumque homo aliquid potest facere secundum viam humanam ad euitandum periculum, nõ debet illud omittere, quærendo diuinum experimentum: & propter hoc probatio ferri candentis & monomachiæ tanquam illicita prohibentur in iure. Per hoc ergo respondet Iesus diabolo tentanti ipsum quia cum posset de pinnaculo templi descendere per viam humanam, scilicet per gradus ad hoc factos in templo: non debebat per alium locum descendere, quia hoc esset Deum tentare.*

7 Iterum assumpsit eum diabolus. *Hic tertio retentat eum de cõcupiscentia oculorum seu auaricia, quia posuit eum in montem excelsum. quis autem fuit ille mons non nominatur, nec multum refert ad propositum.*

8 Et ostendit ei. *Non est sic intelligendum quòd ex illo loco possent omnia regna & omnes ciuitates determinatè videri: sed ostendendo diuersas partes orbis, dixit ei: tale regnum est in tali situ, & tale in tali, enarrando in breuibus magnitudinem & gloriam illorum regnorum: & ideo ostensio fuit magis ad auditum quam ad visum. quo facto dixit ei.*

✠ Hæc

a *Et gloriã eorum.* Rabanus. Non ꝙ eam concupiſcentiæ oculo intueretur ſicut nos ſed ſic hæc oſtenſio fuit in mente, ſicut medici, vident morbos ſine læſione.

b *Hæc omnia tibi dabo.* Hæc de arrogantia dicit: non quod totus mundus ſuus ſit.

A principio quod Dei erat vt ſibi vſurparet diabolus laborauit. vnde vt in eis coleretur, idola inuenit. In his tribus notantur gula, auaricia, ſuperba.

Diaboli inſtigatione idola inuẽta ſunt. Luc.4.b.

Rab. Lucas auariciam mediã ponit, vltimam ſuperbiam ſecũdum moram præſentis temporis, quia ſuperbia poſt oẽs virtutes ſæuit. In his tribus, gula, auaricia, ſuperbia, omnia vitia ſibi fœderata, ſunt perempta. Victus de gula, non tentat de libidine vel cæteris quæ de gula naſcuntur. Sic etiam in aliis omnibus, quæ in mundo ſunt, vt armis vtatur diabolus cõtra nos. Nã nihil in mundo eſt niſi concupiſcẽtia carnis cõcupiſcẽtia oculorũ, & ſuperbia vitæ. In his trib. oĩa genera tentationũ cõprehendũtur.

†Deut.6.b. & 10.d.

† Mar.1.b.

B

1.Ioh.2.c.

a ¶Quanta eſt ei gloria trahere ad vitia? ¶Tentatio de ambitione. b ¶Non quòd hoc poſſit. ¶Regem te faciam.

a b mundi & gloriam eorũ, & dixit ei: Hęc ŏm- 1

a ¶Tentatio de auaritia. b ¶Quod eſſet cadere. ¶Vt ſuperiorem.

nia tibi dãbo, ſi cadens adorãueris me.

a ¶A poteſtate quam habebas retro. In ignem æternum. b ¶Quia ſaluti aduerſarius. ¶ In pentateucho.

c Tunc dixit ei Ieſus: Vãde Sathãna. Scriptum 2

a ¶O homo. ¶Non ego te, ſed tu debes me vt deum adorare. ¶Ex debito, cui ſoli hoc debetur.

d eſt enim † Dominum Deum tuũ adorãbis, 3

a ¶Etiam cum hominibus ſeruis. b ¶Secundum Græcam interpretationem. c ¶Ad tempus vt Lucas ait: per Iudæos poſtea pugnaturus. ¶ Iam non inueniens quid ageret. d ¶Victus.

e & illi ſoli ſeruiẽs. † Tũc reliquit eũ diãbolus: 4

a ¶Vt victoris deitas comprobetur. ¶Non adiuuabant.

f & ecce angeli acceſſerunt, & miniſtrabant 5

g ei. Cum autem audiſſet Ieſus, ꝙ Iohannes 6

h

a ¶A Iudæa poſt paſca.

i traditus eſſet, ſecẽſcit in Galilæam: & relicta 7

✠ Chrysotomvs. Ne mireris ſi diabolus Chriſto loquens, ſæpe huc illucque vertatur. Nã vt præliantes ſolent, cum acceperint lethales plagas, multo ſanguine perfluentes tenebraſque patientes, moribunda circumferre membra: ita quidem hic prima & ſecunda ſauciatus plaga, in alia atque alia verba deuoluitur, atque tertium certamen ingreditur.

Hom.13. operis imperfect.

c *Scriptum eſt.* Dauid Goliam tribus lapidibus de torrente proſtrauit, & Chriſtus diabolum tribus teſtimoniis de lege.

1.Reg.17.e.

d *Dom. Deum tu.* Hoc vel ad diabolũ dicitur: non quia ex deuotione ſit impleturus ſed vt ẽcontra, quã ipſe moliebatur ſcriptum oſtendatur ꝙ non ipſe, ſed Deus ſit adorandus: Vel, non diabolo, ſed ſibi ſecundum humanitatẽ & cuilibet homini hoc præceptũ eſſe inſinuat. ſimiliter: & illud: *Nõ tentabis Dominum Deum tuum.*

Deut.6.b.

Dominum Deum ſ. filium & patrẽ & ſpiritum ſanctum, qui eſt vnus Deus. Deus adoratur, & ſpecialiter ei propter ſe ſeruitur.

Hîc oſtenditur, quòd homo Chriſtus, vt Deus & dominus ſit adorandus ex debito.

C

e *Seruiens.* Græcè Latreuſis. latir ſeruitus dicitur. Seruitus communis deo & homini & cuicunque, Græcè Dulia dicitur. Illa vero quæ ſoli Deo debetur. latria dicitur. vnde idololatria, quę quod ſoli Deo debet, idolis dat.

D

Nota diabolum in his vinci in quibus Adam vicit. Quem de gula tentauit, dum de ligno vetito guſtare rogauit. De vana gloria, cum dixit: Eritis ſicut dij. De auaritia, cum ait: Sciẽtes bonum & malum. Gen.3.a.

f *Acceſſer.* Non quaſi tunc primum adeuntes, ſed Agonem domini procul aſpicientes, ne videatur eorũ præſidio eguiſſe vel viciſſe. Sed vt ille victus abiit, parati ad obſequium venerunt. Sicut in hoc agone militia noſtra pręſtruitur, ita in obſequium angelorum glorioſa remuneratio docetur.

✠ Hilarivs. Oſtendunt angeli à nobis victo calcatoque diaboli capite & angelorum miniſteria, & virtutum in nos officia non defutura.

E

g *Cum audiſſet.* Hîc Matthæus ſicut Marcus & Lucas prætermittit primum aduentum domini in Galilæam, poſt quam baptizatus eſt, vbi aquam mutauit in vinum, & cum matre & diſcipulis Capharnaum manſit, à qua aſcendit Ieruſalem propter Paſcha. Inde venit in Iudæam & baptizabat, cum Iohannes in Ennon iuxta Salim baptizaret. Poſtquam verò traditus fuit Iohannes, iterum abiit in Galilæam, cum audiſſent phariſæi ꝙ baptizaret, & plures faceret diſcipulos quã Iohãnes fecerat. de quo reditu incipiunt tres euãgeliſtę. Iohãnes verò probato aliorũ æuãgelio de veritate dictorũ vidit aliqua deeſſe, & maximè q̃ primò anno prædicationis ſuæ geſſerat Ieſus: pro quib. à fratribus rogatus ſcripſit euangelium, ꝙ alij præterierãt ſupante traditionẽ Iohannis. colligẽs. ſ. geſta vnius anni in quo & paſſus eſt poſt carcerẽ Iohannis. Vnde ét dicit: Hoc fecit initiũ ſignorum Ieſus Et iterum. Nondum Ioannes miſſus erat in carcerem.

Ioh.2.b. Ibid.3.c. Iohannes acta primordialia Chriſti ſcribendo ſupapleuit. Ioh.2.b. Ibidem.3.c.

h *Iohannes, &c.* Quod erat propter euangeliũ. Ieſus hoc idẽ perfectius prædicans ad tempus cedit & fugit, vt ſit exemplum ſuis.

i *In Galilæam.* Duæ ſunt Galilææ. vna dicitur Iudæorum, altera gentium propter inhabitationem gentium, quam partem dedit Salomon regi Tyri qui gentes ibi poſuit.

F

☞ *Nazareth*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Hæc omnia tibi dabo. *Ex hoc loco & aliis ſimilibus dixerunt Manichæi, ꝙ diabolus eſt dominus iſtorum corporalium inferiorum, ſicut factor & creator eorum, ſed hoc patet manifeſte falſum Gen.1. vbi deſcribuntur facta à Deo: & ideo dicendum ꝙ diabolus mentiebatur, quia mendax eſt & pater mendacij, vt habetur Ioh.8.f.* Creaturæ enim corporales non ſunt in poteſtate ipſius, *niſi quantum ſibi permittitur à Deo. ſequitur.*

2 Vade Sathana. *Hic increpauit eum & non ſupra ad oſtendendũ ꝙ proprias iniurias debet homo portare, ſed Dei iniuriã nullo modo debet tolerare. hoc autem maximè fit, quando cultus debitus Deo impenditur diabolo: quod diabolus facere ſuggerebat: & ideo hanc veritatem per ſcripturam confirmat Deut.6.*

3 Dominum Deum tuum adorabis. *Adoratione. ſ. latria. quæ ſoli Deo debetur homines autem venerari poſſunt veneratione dulia.*

4 Tunc reliquit eum. *Hic oſtenditur diuinitas ex miniſterio ſanctorum angelorum. reliquerant enim angeli ipſum Ieſum ad tempus vt diuinitas eius diabolum magis lateret, & vt conuenientius locum tentandi haberet, & vt victoria ipſius Chriſti excellentior appareret ex hoc quod ſolus ipſum deuinceret: Et ideo victo tentatore & præ confuſione recedente.*

5 Acceſſerunt an. *Sicut verò domino ſerui ſui, Ex quo apparet diuinitas Chriſti quia nulla natura eſt ſupra angelicam niſi diuina ſequitur ſecunda pars totius euangelij.*

6 Cum autem *ſuperius declarauit Matthæus perſonam ipſius mediatoris oſtendẽdo in ipſo veritatẽ humanæ naturæ & diuinæ hîc incipit agere de operib. Chriſti.* De Chriſto autẽ inter alia tria fuerant per prophetas prædicta. Primũ, quod eſſet legiſlator nouæ legis Iere. 31.f. Ecce dies veniunt dicit dominus, & feriam domui Iſrael & domui Iuda fœdus nouum, &c. *Secundum eſt, quod eſſet Chriſtus redemptor per meritũ ſuæ paſſionis Iſa.53.b.* Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, &c. *Tertiũ eſt, ꝙ eſſet mortis deſtructor per gloriam ſuæ reſurrectionis Pſal.15.c.* Non derelinques animam meam in inferno nec dabis ſanctum tuum vĩdere corruptionem. *Quod non poteſt intelligi de Dauid cũ ſepultus fuerit & incineratus, ſed de Chriſto tantum vt oſtendit beatus Petrus, Actu.2. Igitur reſiduum huius euangelij diuiditur in tres partes: quia primò determinat euangeliſta de Chriſti legiſlatione. ſecundò, de ipſius paſſione cap. vigeſimo ſexto.* Et factum eſt cum cõſummaſſet. *tertio de ipſius reſurrectione ca. vlt.* Veſpere autẽ ſabbati. *Circa primũ aduertendum, ꝙ lex non imponitur niſi multitudini: & ideo legiſlationem præcedit populi adunatio Et ideo circa primum duo facit qa primo oſtẽdit populi adunationem ad Chriſtũ per eius prædicationẽ: & ſecũdo deſcribit Chriſti legiſlationẽ. c. ſeq.* Videns Ieſus turbas. *Prima adhuc in duas partes: qa primo in generali tangitur Chriſti prædicatio: & ſecundo ſubiungitur ex hoc ſequens populi ad Chriſtũ adunatio, ibi:* Ambulans autem Ieſus. *In prima parte deſcribitur prædicatio Chriſti quantum ad tria, ſ. quantum ad tẽpus, locum, & modũ. Tempus autẽ tangitur cũ dicitur:* Cum au. Ie. ꝙ Iohan. tra. eſſet. *ex quo patet, ꝙ Matthæus hîc omittit omnia opera Chriſti, quæ fecit ante incarcerationem Iohãnis: ſed illa deſcribit Iohannes, vt patet. 1. ca. 2. 3. & 4. licet enim ante incarcerationem Iohannis prædicauerit, non tamen ita publicè. Locum autem huius prædicationis tangit, cum ſubdit:*

7 Et relicta. *Cauſa autem quare reliquit ciuitatem Nazareth, Lucas exprimit. 4. ca. quia. ſ. ingreſſus eſt ſynagogã in die ſabbati, & legit ibi illud Iſaiæ: Spiritus domini ſuper, & cap. Iſa. 61. & dixit ibi aliqua ex quib. Iudæi ſcãdalizati duxerũt cũ ad ſuperciliũ mõtis & voluerũt eũ pręcipitare. ipſe aũt virtute diuina p mediũ illorũ ibat nõ vis° ab eis.*

✠ Venit

MORALITER.

✠ 6 *Cum autem.* Per hoc autem ꝙ ceſſante prædicatione Iohannis Chriſtus iuit ad prædicandum, ſignificauit ꝙ lege ceſſante ſequutum eſt euangelium. Per hoc autem quòd audita Iohannis incarceratione ſeceſſit, oſtendit quòd licitum eſt prædicatori à perſecut orib. elongari. Vnde dicit apoſtolus infr. 10.c. Cum autẽ perſequentur vos in ciuitate iſta, fugite in aliam. 7 *Et relicta.* Erat enim maior & populoſior. Et per hoc dedit prædicatoribus exemplum, vt declinent ad loca in quibus poſſent facere maiorem fructum.

Exinde

☞ a *Nazareth.* Vnde Christus Nazaræus dicitur, vicus est in Gali-
A lilæa iuxta montem Thabor. Capharnaum oppidum in Galilæa gentium iuxta stagnum Genezareth situm in terra Zabulon & Neptalim: vbi prima captiuitas Hebræorum ab Assyriis. Vbi ergo prima legis obliuio ibi prima euangelij prædicatio, vt & de loco quasi medio affluereret ad gentes & ad Iudæos.

ALLEGORICE. Quòd relicta Nazareth transit Capharnaum, significat quod de flore figurarum legis, ad fructũ spiritualium q̃ in euangelio est, transire nos docet. Hæc verò spiritualia sunt in villa pulcherrima. i. in ecclesia: quæ maritima, quia iuxta fluctus seculi posita quotidie tunditur: & homines illecebris mundi inuolutos, reti bus euangelij capit. In finib. autem Zabulon & Nepthalim sita est, quia in medio gentium ad
B dilatandum verbum Dei fortiter consistit, vt credentibus refugium periclitantibus ostendat fidei portum.

b *In finibus Zabulon.* Zabulon, habitaculum fortitudinis. Neptalim, dilatatio.

In his tribus fuere viculi de quibus apostoli. vnde: *Principes Zabulon & princ. Nepthalim.*

Psal. 67. f. Isa. 9. f.

c *Terra Zabulon.* Rab. Quod primò positum est prætermittit euangelista. s. Primo tempore alleuiata est terra Zabulon & terra Nepthalim: sicut & quod in medio est. scilicet Nouissimo aggrauata est via maris. Quod ideo facit, quia intendit ostendere initiũ prædicationis Christi: & ideo quod mysticum est tangit.

d *Via maris.* Ecclesia quę iuxta mare seculi, ipsa est trans Iordanem id est per baptismum de pristinis erroribus eruta. Galilæa. id est transmigratio est facta, & quæ prius sub gentili ritu in vmbra mortis & carnis luxu est versata, Christo prædicante per fidem Christi illuminata est.

Galilæa gentium quæ est in tribu Neptalim, vicina Tyriis: dicitur ad differentiam Galilææ illius quæ est in tribu Zabulon, quę
C est iuxta Tyberiadem. In illa autem quæ dicitur gentiũ, Salomon
3. Reg. 9. b. viginti ciuitates dedit Hyram regi Tyri in sorte tribus Neptalim. In vtrisque immoratus est Christus. Sed pro figura eorum qui vocandi sunt de gentibus, ea quæ gentium est hic memoratur.

e *Populus.* Augustinus. Populus iste qui prior ductus est in captiuitatem, & in tenebris vitiorum erat, prior lucem prædicationis Christi vidit. Deinde in omnes euangelium disseminatum est D
Vnde sequitur: *Habitantibus in regione.*

f *Vmbræ mortis.* Mors est in inferno. Vmbra huius mortis sunt peccata, quæ nunquam sine morte. Qui ergo vult fugere mortem vitet vmbram.

a ¶Flos interpretatur.

a ciuitate Nazareth, † venit, & habitauit in 1
¶Villa pulcherrima. ¶Zabulon quæ est in Galilæa Iudæorum, sicut Nephtalim gentium.

b Capharnaum maritima in finibus Zabulon 2
& Neptalim: vt adimpleretur quod dictum
¶Dicentem. ¶Circunciſio.

c est per Isaiam prophetam: † Terra Zabu-
¶Præputium. a ¶Quia est iuxta mare, & est trans Iordanem Galilææ gentiũ, scilicet populus qui ambulabat, vel populus vidit lucem, &c.

d & terra Neptalim, † via maris trans Iorda-
a ¶Ad mysticum maximè est respiciendum.

e nem † Galilææ gentium populus qui † am- 3
a ¶Audiuit Christi prædicationem & miracula.

bulabat in tenebris, vidit lucem magnam:
¶Vel habitantibus.

f & sedentibus † in regione vmbræ mortis 4
a ¶Agnitio veritatis vel p̃dicatio Christi. b ¶Euacuata voce, ipsũ verbũ venit.

g lux orta est eis. Exinde cœpit Iesus prædica- 5 6
¶Consona prædicatio discipuli & magistri. ¶Penitentia est correctio malæ mentis.

h re: & dicere: † Pœnitẽtiam agite: Appropin- 7

† iuxta viã.

† Galilæa.

† in regiõe & vmbra.

† Marc. 1. b.

g *Exinde.* Postquam baptizatus est. Baptismus idoneos facit ad prædicandum. *Exinde.* i. tradito Iohanne: quia lege desinẽte sequitur euangelium, vt autoram sol. Humilis magister qui doctrinam discipuli non impedit sed expectat donec consummet cursum suum. In quo docet, ne quis ab inferiore persona sermonem contemnat. vnde Apostolus: *Si cui reuelatum fuerit prior taceat.* †Isa. 9. c.

h *Pœnitentiam agite.* Eadem quæ præco prædicat: vt ostenda tur non alius quam qui in voce clamauerat. Christus enim verbum quod clamat in Iordane or E
gano & in omnibus qui ab initio aliquid diuinitus dixerunt: & tamen iste solus vox quia per eum pręsens verbum ostenditur quod alij longè nunciauerunt. Inter enim vocem & verbũ nihil est medium, sed vt vox sonuit mox verbum percipitur: sicut Iohannes clausus destitit: Christus virtutibus claruit. Vnde Iohannes est figura prophetarum & legis, qui verè sunt vox clamantis sapientiæ Dei, quorum Iohannes est finis, quibus cessantibus solum verbum, quod in eis sonuerat, per se ostenditur. †sedbat.

✠ AVGVSTINVS. Tres sunt actiones pœnitentiæ visitatæ in ecclesia, & diligenter attendentibus notæ. Vna est quæ nouum hominem per baptismum parturit, donec salutaris omnium præteritorum peccatorum fiat ablutio. Altera pœnitentia est, cuius actio per totam istam vitam, perpetua supplicationis humilitate subeunda est. Tertia actio pœnitentiæ est, quæ pro illis peccatis subeunda est, quæ legis decalogus cõtinet. In hac ergo pœnitentia, maiorem quisque seueritatem in se debet exercere, vt à seipso iudicatus, non iudicetur à Domino. Lib. de pœnitẽtia medicina c. 2.

Rab. Hæc prædicatio Christi in Capharnaum corruscantibus miraculis incepta, dicitur post annũ à baptismo incepisse: vel se- F
cundũ alios incepit kalendis Maij, v t in eodẽ anno fuerit baptizatus & ieiunauerit, & aliquantis dieb interpositis, (quibus, fecit quæ Iohannes scripsit) Baptista incarcerato prædicare incepit.

☞ *Quivo*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Venit & habi. in Capharnaum. *ad prædicandum: vt hic dicitur.*
2 Maritima. *quia supra littus maris Galilææ sita est. Ex hoc autẽ ostendit Matthæus euãgelista prophetiam impletam Isa. 9. a.* Primo tempore alleuiata est terra Zabulon & terra Nep. &c. *Ad cuius euidentiam considerandum, quòd illam prophetiam exponunt aliqui de captiuitate decem tribuum. Fuerunt enim primò captiuati tempore Phacee filij Romeliæ per Teglathphalasar regem Assyriorum, qui captiuauit duas tribus vltra Iordanem de Zabulon & Neptalim & & de Galilæa multos captiuauit, vt habetur 4. Reg. 15. & de hoc exponunt primam partem prophetiæ. Primo tempore alleuiata est terra Zabulon, &c. quia captiuatis malis hominibus alleuiata est terra ponderibus peccatorum. Secundò fuerunt captiuati filij Israel qui remanserant tempore Hosee per Salmanasar regem Assyriorum, vt habetur 4. Reg. 17. & de hoc exponunt secundam partem prophetiæ. Et nouissimè aggrauata est tota terra. s. per domini flagellationem. Dicitur autem illa terra via maris: quia ibi est via publica ad portandum merces à Iordane ad Mare mediterraneum. Additur autem Galilææ gentium ad differentiam alterius Galilææ quæ vocabatur Galilæa Iudæorum. Scribitur enim. 3. Reg. 9. quòd Salomon dedit Hyram in Galilæa. 20. oppida: & quia erat gentilis, ideo dicta est illa terra Galilæa gentium. Alio autem nomine dicta est Chabul. per illam ergo Galilææ transibat via illa de qua est hic mentio. Sed ista expositio non videtur vera. Primò quia videtur implicare contraria, saltem in modo loquẽdi: quia primam captiuitatem vocat alleuiationem terræ, & secundã vocat aggrauationem: & tamen sunt eiusdem rationis. Secundo quia si loqueretur de captiuitate secunda quæ fuit totius terræ, non loqueretur solũ de Galilæa gentium, sed de Samaria quæ erat ciuitas regia & principaliter fuit obsessa & capta per Salmanasar, vt patet quarto Regum Decimoseptimo. Tertiò quia illud quod sequitur Isaiæ. 9. b. Paruulus natus est nobis, &c. exponitur de Christo tam à Iudæis quã à Christianis. ergo & illud quod immediatè præponitur: Primo tempore alleuiata est ter. &c. de Christo intelligitur, & sic exponit Matthæus euangelium. quia Christus in terra Zabulon & Neptalim: primò prædicauit publicè, vt dictum est, quia ciuitas Capharnaum ibi est sita, & alia loca vbi primò prædicauit: & sic illa terra primò illuminata est doctrina Christi: & ideo per Isa. dicta est primò alleuiata, sed postea ad vomitum sunt reuersi homines illius terræ: propter quod illis ciuitatibus exprobrat Christus Matthæi vndecimo vt patet intuenti propter quod per Isa. dicitur: Nouissimo aggrauata est, & hoc est quod dicit Matthæus breuiter accipiens autoritatem Isa.* Terra Zabulon & terra Neptalim.
3 Populus qui ambulabat in tenebris. *ignorantiæ scilicet.*
4 Et sedentibus in regione. *Vmbra mortis dicitur peccatum mortale, quod est quasi figura & vmbra gehennæ.* 5 Lux orta est eis. *quia illuminatio doctrinæ Christi primò facta est in locis prædictis.*
6 Exinde cœpit Iesus prædicare, & dicere. *Posito tempore & loco prædicationis Christi, euangelista describit modum quem tenuit. Tenuit autem talem modum qualem tenuit Iohannes, di.*
7 Pœnitentiam agite, &c. *hoc autem fecit Christus primo vt prædicationem Iohannis approbaret, secundo vt nostram superbiam confutaret, quia aliquando dedignamur accipere dicta aliarum.*

✠ Ambulans

MORALITER.

✠ 6 *Exinde cœpit Iesus, &c.* Per hoc enim approbauit doctrinã Iohannis, qui sic inceperat prædicare. Sed moderni doctores faciũt contra contrarium. nam vnus reprobat quantũ potest dictum alterius: & nõ solum doctores hoc faciunt. sed etiam Baccalaurei dicta suorum doctorum arroganter impugnant quantum possunt.

✠ *Ambulans*

a *Qui vocatur Petrus.* Vel quando primum Andreas adduxit eũ hoc nomen inditũ est ei, dum dicitur: *Tu vocaberis Cephas*, quod Ioh.1.f. interprætatur Petrus. quamquam hîc videtur de futuro promittere. Vel quando confessus est: *Tu es Christus filius Dei viui* dictum Infrà 16.c. est ei: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.*

Beda. Petrus: agnoscens. Andreas, virilis: quod doctoribus cõuenit: quia hi soli magisterio sunt apti, qui sapientiæ luce illustrantur, & præceptis Dei obediunt, & aliis viriliter suggerũt.

Bene primum Petrũ qui vocatur obediens & Andræam qui vocatur fortis, ponit: qa sine obedientia nullus intrat, sine fortitudine nullus perseuerat, & hæ germanæ sunt virtutes. Quia verò primus homo inobediẽs exiuit, † Mar.1.b. secundus obediens ingressus est.

Raba. Matthæus dicit post habitationem Capharnaum discipulos vocasse. Iohannes dicit, q̃ Ioh.2.c. post aquam in vinum cõuersam B venit Iesus Capharnaum & †Matc.1.b. mater eius & fratres discipuli. Sed Luc.5.b. incertum est vtrum illi iam adhæsissent, vt hîc recapitulando dicatur quasi prius factũ. an descendisse cum eo dicantur discipuli: nõ quòd tunc discipuli, sed quia futuri. Ante autem quam veniret Iesus in Chana Galilææ Andreas Petrum adduxit, sed nondum discipuli.

b *Mittentes re.* Quia quos sæpe terrenis lucris inhiare cõsiderat. cælestibus desideriis aduocat, & per eos retibus euangelij alios de profundo iniquitatis eripit. vnde subdit: *Venite post me & faciam vos fieri piscatores hominum.* Matthæus & Marcus & Lucas dicunt Petrum & Andream de pis- Iohan.1.e. catione vocatos in Galilæa. Iohãnes iuxta Iordanem ad testimonium Iohannis baptistæ primò Andream sequutum esse cum alio cuius, nomen tacetur, deinde Petrum, tertiò Philippum. Sed tunc iuxta Iordanem viso domino, non ei inseparabiliter adhæserunt.

C Sed cognito quis esset, eum mirati ad propria sunt reuersi.

c *Piscatores.* Piscaturus per piscatoria vadit loca.

Mysticè. Mysticè. Cum incarnatus carnem susceperit, diuinitus vidit in mari mũdi spirituales piscatores: & aliis quid essent ostẽdit, quos ab æterno præuidit.

Obediẽtia perfecta. d *Continuo.* Perfecta obedientia est sua imperfecta relinquere. Relictis retibus: quia & si postea resumunt, non cupiditate & proprietatis amore. In his datur forma volentibus sequi. Mutatur D intentio non piscatio. mutantur retia in doctrinam, cupiditas in amorem animarum. fit mare seculum, nauis ecclesia, pisces boni & mali homines.

✠ Gregorius. Nulla adhuc miracula viderunt. nihil ab eo de præmiò æternæ retributionis audierant, & tamen ad vnũ domini præceptum, hoc q̃ possidere videbantur, obliti sunt. Quãta nos eius miracula videmus, quot flagellis affligimur, & tamẽ vocantẽ sequi cõtemnimus? Hom.5.in euangelia.

e *Vidit alios duos.* Ecce in his quatuor numerus euangelistarũ præfiguratur, qui animas àmundo extrahunt de quatuor partibus mundi.

Bini & bini vocantur, quia charitas non nisi inter duos est. E Vocatio dicitur: Vel secundum electionem gratię. vnde dicitur, *Quos & vocauit, &c.* Vel secundum illud: *Multi sunt vocati.* - fieri. Roma.8.f. Infra 20 b. Cõcordia euãgelistarum de vocatiõe apostolorum.

Quæritur quomodo Matthæus & Marcus dicant binos vocasse Iesum: Primo Petrum & Andreã postea Iacobum & Iohannem: cum Lucas dicat in magna captura piscium Petri & Andreæ socios Iacobum & Iohãnem fuisse vocatos, cum retia trahere nõ possent & Iesum Petro tandem dixisse: *Noli timere: ex hoc enim iam homines eris cap.* simul eos tamen subductis ad terram nauibus sequutos fuisse? Sed quod Lucas dicit prius factum est, nec tunc sunt à domino vocati: sed tantum prædictum est Petro quòd homines caperet, non vt postea pisces non esset capturus. Vnde & dicit: *Subductis ad terram nauibus*, quasi redeundi cura. Postea verò vt Matthæus & Marcus dicũt) bini vocati sunt: & iussi sequi. Ideo autem piscatores illiteratos misit prædicare, vt fides in virtute Dei, non eloquentia hominum putetur, Luc.5.b.

f *Zebedæi & Iohannem.* Zebedæus, fugitiuus, id est diabolus. Iacobus, supplantator qui adiuuatur à Iohanne, id est à gratia Dei. F

g *Et vocauit eos. Illi autem.* Vocauit & alios, sed sufficit nominare istos.

h *Et circumibat Iesus totam Galilæam.* Coadiutoribus vocatis prædicationi insistit, docens impigrum esse debere doctorem.

☞ Docens

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Ambulans autẽ. *Descripta in generali, prædicatione Christi, hîc ponitur ad ipsum adunatio populi: & primò aliquarum specialium personarum, vtpote apostolorum. secundò, turbarum communiũ, ibi: Et circumibat Iesus. Ad euidentiam primi sciendum, q̃ isti Apostoli leguntur ter vocati à Christo. Prima vocatio fuit immediatè post baptismum Christi, vt habetur Iohan.1.d. quando duo discipuli Iohannis audierunt ipsum dicentẽ de Christo. Ecce agnus Dei, & sequuti sunt Iesum. & ibi dicitur: Andreas frater Simonis Petri erat vnus ex duobus qui sequuti fuerant Iesum. & ibi subditur quomodo vocauit fratrem suum Simonem ad Iesum. Secunda vocatio fuit in captura piscium quam describit Lucas 5.a. dicens, q̃ Christus propter turbas irruentes ascendit in nauim Petri ad prædicandũ, & finita prædicatione iussit laxari rete in capturam piscium: & Petrus visa multitudine piscium captorum, sciens q̃ non poterat esse virtute humana, procidit ad genua Iesu. Sed ille duę vocationes non fuerunt propriè ad apostolatũ, sed ad quandam familiaritatem. Tertia autem vocatio fuit ista quam describit Matthæus, quando relictis omnibus sequuti sunt Iesum, amplius ad prædicta negocia nõ reuersuri, sed intendentes doctrinæ Christi: & hoc est quod dicit Matthæus,* Ambu.Ie. *Mare istud est quidam lacus habens centum stadia longitudinis & quadraginta latitudinis, per quem transit Iordanis fluuius, vt dicit Hiero. Dicitur autem mare secundũ modum loquendi Hebraicũ, in quo magna congregatio aquarum vocatur mare, secundum illud Gen.1.a. cõgregationesque aquarũ appellauit Maria. vocatur etiam aliquando stagnũ Genezareth Lu.5.a. Dicitur etiã mare Galileæ, quia est in illa regione: & mare Tyberiadis à ciuitate Tyberiade sita supra ipsum.*

Apostolorum trina vocatio.

2 Vidit duos fratres. *& patet litera.*

3 Et procedens inde. *Hîc agitur de vocatione Iacobi & Iohannis filiorũ Zebedæi. & patet litera. Sed quaritur hic quomodo isti fratres relicto patre, & similiter alij duo relictis omnib. ita sequuti sũt eũ? Dicẽdũ, q̃ in eo erat virtus diuinitatis: & ideo sicut poterat exterius vocare per vocem, ita poterat interius attrahere pro voluntate sua per inspirationem. Similiter quaritur quare simplices homines primò vocauit ad prædicationem euangelij? Dicendum, quòd sicut à principio aliquos simplices vocauit, vt patet in istis prædictis, ita similiter aliquos literatos vocauit à principio vt Nathaelem & Nicodemum, vt habetur Iohan.1.& 3. quia si solos simplices vocasset. credi posset quod fuissent ex simplicitate decepti. Veruntamen simplices magis constituit apostolos ad prædicationem euangelij quam literatos, vt fides euangelij magis attribueretur sapientiæ diuinæ quam humanæ.*

Simplices ad prædicationẽ euangelij electi sunt doctis postpositis

4 Et circumibat Iesus. *Hîc ponitur adunatio populi ad Christum*

✠ *quantum*

MORALITER.

✠ 1 *Ambulans autem.* sequitur postea.

† *Illi autem statim relictis.* Per hoc autem ostenditur quòd perfecti sectatores Christi relictis rebus possessis & etiam parentibus quantum ad carnalem affectum animo prompto sequuntur eum.

4 *Et circumibat Iesus.* Per hoc ostendit, quòd prædicator euangelij debet esse diligens & feruidus ad salutem animarũ, & quòd eius doctrina sit communis & sana. ideo dicitur.

† Docens

a *Docens in synagogis.* Docens de moribus, vitæ actiuæ subditos. A Prædicans de futuris, vitæ contemplatiuæ perfectis.

Docens naturales iusticias, castitatem scilicet & humilitatem & similia quæ homo naturaliter habet. Prædicans euãgelium regni. ad euangelium pertinet mysterium iusticiæ, bonũ initiũ, beatitudinis promissio, peccatorum remissio, adoptio, resurrectio, cę lestis hæreditas, angelorum societis.

b *In synagogis.* Ne ociosus doctor in vacuũ discurrat, sed vbi sunt plures prædicet.

c *Euangelium* Quia iusticia est molestia viuenti in carne, labor iusticiæ non suscipitur, nisi merces operis expectetur. Ideo Christus euangelizat beatitudinẽ, vt excitet ad boni operis patiẽtiã. B d *Et sanans.* Curare languorem † tormini- & infirmitatem nõ fuit magnũ, bus. cum postea morituri. Sed ideo factũ, vt sic erigerẽtur ad regnũ. Moraliter instruẽs prædicatores etiam terrena subsidia subditis ministrare, & sic ad regnum trahere.

e *Et abiit op.* Opera salutis sine fama boni odoris nõ satis relucent auditoribus, nec fama sine opere proficit: sine quibus forma veri sacerdotis non commendatur.

Fama propter proximũ est necessaria, & maximè prædicatorib. Hæc prædicta bona opera sequitur: *Abiit opinio eius.* i. fama eius C in totam Syriam. Syria est omnis regio ab Euphrate vsque ad mare magnum à Cappadocia vsque in Ægyptum, in qua est prouincia Palæstina in qua Iudæi habitãt. Syria interpretatur elata. Gali D læa volubilis vel rotata. i. mundus qui & superbus & ad ima semper rotatur, in quo fama Christi innotuit per prædicationem apostolorum per quos saluati sunt dæmoniaci. i. idololatrę, lunatici. i. instabiles, paralytici. i. remissi & torpẽtes. paralysis Græcè, Latinè dissolutio.

f *In totam Syriam.* Vsque ad fastigium veræ laudis per incrementa boni operis. Decebat magistrum pontificum testimoniũ laudis habere ab his q̃ foris sũt, E vnde talibus infirmitates morũ liberius panduntur.

g *Dæmonia habebant.* ALLEGORICE. Dæmoniaci, idololatræ. Lunatici instabiles. Paralytici, dissoluti & fluẽtes. Lunaticos dicit illos quorum morbus in ascensione crescit lunæ: non quod hæc insania sit per lunã, sed diabolus qui insaniã facit, lunaria tempora seruat, vt infamet creaturã in creatoris blasphemiam.

h *Lunaticos & paralyticos.* Inter hos fuerunt quidam de quib. Marcus & Lucas plenius agunt.

i *Curauit.* Curat corpora, vt paratius audiant inuisibilia. Aliter F parum erat mox morituris curam impendere.

k *Sequutæ sunt.* Quadripartitæ turbæ scilicet. Alij, propter cæleste mysterium, vt discipuli. Alij, ob curationem infirmitatum. Alij, sola fama & curiositate, experiri volentes si verum esset quod dicebatur. Alij, per inuidiam volentes eum accusare & in aliquo capere.

a ¶Iudæorum. †

b docens in synagogis eorum, & prædicans e- 1
a ¶Non fabulas, sed quæ ad regnum æternum valent. b ¶Quo reges fiunt, quo datur regnum. c ¶Benignus sit doctor dare quæcunque beneficia potest. d ¶Corporum vel morbum inueteratum.

c d uangelium regni, & sanans omnem languo- 2
a ¶Aliam vt animarum. ¶Non enim pauciores morbi animam vexant quam corpus. ¶Sic.

rem, & omnem infirmitatem in populo. Et 3
a ¶Fama quam Iudæi obfuscant. ¶Fama propter eos qui foris sunt quærenda est: non tamen amanda.

e f abiit opinio eius in totam Syriam. & obtu- 4
lerunt ei omnes male habentes variis lan-
a ¶Grauibus. b ¶Grauioribus & acutis.

guoribus & †tormentis comprehensos, & q̃ †
g dæmonia habebant, & lunaticos, & paraly- †
h i ticos: & curauit eos. Et sequutę sũt eũ turbæ, †
k a ¶Quæ transmigrant ad virtutes. b ¶Quædam regio est. 10. tribuum qui decem præcepta seruant. c ¶Quos visio pacis & confessio illustrat. 5

multæ de Galilæa & Decapoli & de Ieroso- †
a ¶Qui baptismo trãspositi terrã, pmissiõis ĩtrãt, gressu fidei Christũ sequẽtes. †
lymis & de Iudæa & de trans Iordanem. †

NICOLAVS DE LYRA.

quantum ad multitudinem populorum ipsum sequentium; quia non solum docebat verbo, sed doctrinam suam confirmabat facto, scilicet per miracula. quæ solum fieri poterant virtute diuina. Sicut enim illa ad quæ attingit intellectus humanus non probantur sufficienter, nisi per reductionem ad principia intellectui per se nota, ita similiter quæ excedunt facultatem intellectus nostri, cuiusmodi sunt illa quæ pertinent ad doctrinam Christi non poterant turbis communibus melius declarari quam per opera, virtutem totius naturæ excedentia. cum enim Deus non posset esse testis falsitatis, si talia inducantur ad confirmationem alicuius doctrinæ, sequitur illam doctrinæ veritatem infallibilem continere. Hoc modo cõfirmata est doctrina apostolorũ. Marc. 16.d. Illi profecti prædicauerunt vbique domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis. *& hoc modo confirmauit Christus doctrinã suam, vt dicitur hic:* Et circumibat Iesus totã Galilæam. *Sequitur*

1 Et prædicans euangeliũ regni. *quia Christus prædicabat apertionem regni cælestis quod non faciebat doctrina Mosaica.*

2 Et sanans omnem languorem. *id est infirmitatem incurabilem virtute naturæ: ex quo & consimilibus patet cõfirmatio suæ doctrinæ vt dictum est.*

3 Et abiit opinio eius. *id est fama.*

4 In totam Syriam. *quia non solum in Iudæa, sed in prouinciis vicinis abiit ipsius fama propter eius crebra miracula: propter q̃ rex Abgarus qui regnabat iuxta Euphratem, scripsit Saluatori vnam epistolam, vt habetur in Ecclesiastica historia.*

5 Et sequutæ sunt eum turbæ multæ de Galilæa & decapoli. *Decapolis nomen est regionis dicta à decas quod est decem, & polis quod est ciuitas: quia ibi erant decem ciuitates. Cætera patent.* Decapolis.

MORALITER.

† *Docens in synagogis eorum.* Non in latibulis: sicut faciunt hæretici & illi quorum doctrina est suspecta.

1 *Et prædicans euangelium regni.* non curiosa & inutilia.

2 *Et sanans omnem languorem.* Debet enim prædicator sanare omnem infirmitatem spiritualem pro suo posse.

† *Et qui dæmonia habebant.* per istos signantur sortilegi & diuini superstitiosi.

† *Et lunaticos.* id est instabiles in bono.

Et paralyticos. qui sunt pigri quasi impotẽtes bonum operari.

† *Et curauit eos.* Isti enim possunt curari per bonam doctrinam prædicatoris & confessoris discreti.

5 *Et sequutæ sunt eum turbæ multæ de Galilæa.* quæ interprætatur transmigratio.

† *Et decapoli.* quæ dicitur à decem, & polis ciuitas.

† *Et de Ieroſolymis.* quæ interprętatur pacifica.

† *Et de Iudæa.* quæ interprætatur confessio.

† *Et de trans Iordanem.* qui interprætatur riuus iudicij. per hoc enim signatur quòd illi Christum sequuntur qui de vitiis ad virtutes transmigrant, & qui decalogum obseruant, & qui pacificè cum aliis habitant, & qui peccata confitentur humiliter, & qui diuina iudicia formidant.

a

Luc. 6.c. CAP. V.

VIdens autẽ Iesus. Huic rei cõsentit Lucas dicẽs: *Factũ est autẽ in illis dieb. exiit in montẽ orare: & erat*

CAP. V.

a VIdens aũt Iesus turbas, 1 *erat pernoctans in oratione Dei: & cum dies factus esset vocauit discipulos & elegit duo decim ex ipsis quos & apostolos nominauit. Sed Lucas dicit post descensũ de mõte in loco*

campe

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. V.

Diuisio. VIdens autem Iesus turbas. *Descripta adunatione populi per prædicationem Christi, hic ponitur ipsius legislatio, quæ vt dictum est, debet ferri populo adunato. Et primò ponitur huius legis datio ab ore Christi, qui est legifer noster: Et secundo ponitur prædictæ legis promulgatio per missionem discipulorum ad prędicandum ca.* 10. Conuocatis, &c. *Tertio ponitur secũdum legem datam & promulgatam iudicatio ca.* 24. Et egressus Iesus, &c. *vbi agitur de aduentu Christi ad iudicium. Ista autem tria prædicta pertinent propriè ad legem. Prima in duas, quia primo ponitur legis explicatio. Secundo: describitur ipsius explicatæ confirmatio per miracula* c.8. Cũ autem descendisset Iesus de monte. *Prima adhuc in duas: quia primo lex euangelica explicatur, secundo, ad implendum populus incitatur, circa finem.* 7. *ca.* Omnis ergo. *Prima adhuc in duas, quia primo lex datur: & secundo ostenditur qualiter obseruetur, ibi:* Petite & accipietis. *post principium* 7. *ca. Prima adhuc in duas: quia primo præmittitur quædam breuis præfatio, & secundo subditur legis explicatio ibi:* Beati pauperes. *Circa primum quasi per modum prologi ostenditur primo congregatio populi, cùm dicitur.*

1 Videns autem Iesus turbas. *vt ostendatur tempus congruum*

ad feren

MORALITER.

† 1 *Videns autem Iesus tur.* licet præsens capitulum & duo sequẽtia con tia contineant moralia, & sic posset sufficere literalis expositio tamen propter reuerentiã euangelij intẽdo breuiter aliquã addere,

† & maxi

campestri eundem sermonem turbis prædicasse stando, quē Mat
A thæus dicit habitum in monte discipulis sedendo. Potuit autem esse vt in monte. 12. eligeret, quod Matthæus tacet, Lucas dicit & electis sermonem illum tunc haberet quē Matthæus dicit, Lucas præterit. Et postquā descendit: & alterum sermonem similem turbis faceret quem Matthæus tacet, Lucas dicit. Vel potuit dominus primo esse cum solis discipulis in eminētia montis, quā do ex eis. 12. elegit, deinde cum eis descendisse in aliquā æqualitatem quæ tamen esset in mō te, & multas turbas capere posset & ibi stetisse donec turbæ congregarentur, & post cum sedisset propius discipulos venisse: & ita illis & cæteris vnum sermonem habuisse: quem dicit Matthæus & Lucas diuerso narrandi ordine: sed eadem rerum veritate. Turba quæ sequebatur non ascendit. Vnde alius sermo eis fit in campestri. Non enim omnes omnia possunt: quod verius putatur. quamuis idem vtriusque simul possit videri factus.

Luc. 6. c.

Virgilius in Buco.

B a *Ascendit.* Docens suos ascendere nec in turba remanere. alio rē docturus iusticiam, quam illam q̄ est scribarū & pharisæorū. Ascendit ipse mons in montem, vt altiora virtutum culmina doceret, & ecclesiam supra quam sedet prædicans præceptum domini sublimius erigendam ostenderet quam eadem doctrina vsque ad finem seculi plenius erudiret. Apostolos præeminentius abducit, vt à monte prius suscipiant montes pacem populo.

✠ Evthymivs. Simul quidem tumultus in imo erat decli nans, simul etiam absque vlla distractione docere cupiens.

Ioh. 1. a. b *Sedisset.* Sessio humanitatis per quam cognoscitur. Vnde: *Et mundus eum non cognouit*, ante incarnationem.

c *Accesserunt.* Vt vicinius audiant, qui adimplendū animo properant.

d *Et aperiens.* Apertio oris, profunditatem significat sacramenti. Quasi abissum. quasi thesaurum aperuit. quasi fluuium paradisi. In hoc monte nouum testamentum in cordibus filiorum scribit, incipiens à beatitudine: qui in monte Sinai vetus testamentū in lapidibus seruis dedit incipiens à terrore.

Exod. 31. d.

Li. 1. de sermone Domini in mō te.

✠ Avgvstinvs. Sermonem quē locutus est dominus noster in monte, sicut in euangelio secundum Matthæum legimus, si quis pie considerare voluerit, puto q̄ inueniet in eo, q̄ ad mores optimos pertinet, perfectum Christianæ vitę modum. Nā sic ipse sermo concluditur, vt appareat in præcepta esse omnia, quæ ad informandā vitā pertinent. Sic enim dicit, *Omnis qui audit verba mea hæc &*
C

a ¶Quasi multitudinem vitans vt solis discipulis loqueretur. b ¶Dignitas magisterij notatur. ¶Sessio est incarnatio in qua docet. c ¶Vocati. ¶Per fidem interius.

a ascendit in montem: Et cùm sedisset acces- 1
b serunt ad eum discipuli eius. Et ape- 2
c ¶Hæc circumloquutio longiorem promittit sermonem. ¶Significat se multa & magna dicturum. ¶Thesaurum sapientiæ aperit, vt bona diuidat suis. 3
d riens os suum docebat eos, dicens: Beati 4
e f

hæc & faciat, assimilabo eum viro sapienti.

e *Beati.* ✠ Gregorivs. Nyssenvs. Beatitudo vt mea fert opinio, comprehensio est omnium earum rerum, quæ nomine intelliguntur: à qua nihil abest eorum quæ pertinent ad desiderium atque cupiditatem. Quod ex comparatione contrarij planum fit. Miseria enim est in acerbis & tristibus nostraq; voluntate non accidentibus casibus & calamitatibus ærumna.

D

Lib. de beatitudinib.

f *Beati pauperes.* Sententia rum numerus diligenter est attendendus. Incipit enim beatitudo ab humilitate. *Beati pauperes spiritu.* & in 7. est sapientia, id est contemplatio veritatis pacificans totum hominem, suscipiens Dei similitudinem. *Beati paci.* Octaua ad caput redit. quia consummationem ostendit. In prima igitur &. 8. regnum cœlorum nominatur. Septem ergo sunt quæ perficiunt. Octaua clarificat, & quod perfectum est demonstrat. His 7. gradibus congruit septiformis operatio spiritussancti quem Isaias describit. Sed ille à summo, hic ab imo: quia ibi docetur filius Dei descensurus ad ima. hîc homo de imis ad similitudinem Dei ascensurus. In his primus, est timor, qui hîc cōgruit hominibus humilibus de quibus dicitur: *Beati pauperes.* i non inflati: non alta sapientes, sed timentes Secunda est pietas quæ cōuenit mitibus qui enim piè quærit, honorat sancta, non reprehendit, non resistit, quod est mitem fieri. Tertia scientia, quæ cōuenit lugentib. qui didicerunt quibus malis nunc vincti sunt quæ quasi bona petierunt Quarta, fortitudo quæ conuenit esurientib. & sitientibus: quia desiderantes gaudium laborant de veris bonis àterrenis cupientes auerti. Quinta, consilium, quod conuenit misericordibus quia vnum remedium est de tantis malis erui, dimittere aliis & commendare sicut nobis volumus fieri. Sexta, intellectus quæ conuenit mundis corde, qui purgato oculo possunt videre quod oculus non videt. Septima, patientia, quæ conuenit pacificis in quibus nullus motus est rebellis, sed omnia obtēperant spiritui. Vnum præmium diuerse nominatur pro competētia singulorum. Pauperibus regnum cælorum q̄ est perfecte sapientiæ. q. diceretur. *Initium sapientiæ timor domini.* Mitib. hæreditas quasi testamentum patris cum pietate quærentibus. Lugentibus, consolatio: quasi scientibus quibus mersi sunt. Esurientibus & sitientibus, saturitas: quasi certantibus & laborantibus refectio. Misericordibus, misericordia quam aliis impendunt. Mundis corde, quasi purgato oculo visio Dei. Pacificis, Dei similitudo: quasi formatis ad imaginem Dei. Hæ singulæ beatitudines

E

F

Ordo beatitudinum & donorū quomodo diuersificatur.

Isai. 11. a.

Prou. 9. c.

Septenarij beatitudinum donorum & petitionū, alternata promotio.

☞ vt im

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *ad ferendum legem populo congregato. Secundò subditur locus aptus cum dicitur.*

1 Ascendit in montem. *quia in tali loco multi possunt audire: ex hoc etiam designatur excellentia legis euangelicæ propter eminentiā montis in quo data est lex euangelica. Tertiò tangitur modus conueniens, cum dicitur.*

2 Et cū sedisset, *Sedendo enim & in quieté data est lex euangelica. lex autem vetus data est in terroribus ad designandum differentiam legis & euangelij. quia illa erat lex terroris. euangelium autem lex amoris. Quartò ostenditur huius legis excellentia, cum dicitur.*

3 Et aperiens. *Quia Mosaica lex à Deo data est mediantibus angelis, vt suprà declaratum est. lex autem euangelica immediatè per seipsum incarnatum. propter quod Aug. exponens hunc locum dicit: Tūc aperuit os suum qui ante in lege aperuit ora prophetarum.*

4 Beati pauperes spiritu. *Hîc ponitur ipsius legis explicatio: & qa intentio legislatoris est facere ciues bonos per assuefactionem bonorū operum, vt habetur 2. Ethico. ideo primò in hac lege dirigitur perfectà humana operatio. secundo rectificatur interior intentio. c. se. Et cū oratis no. & c. tertio ordinatur humana affectio. c. 7.* Nolite iudicare. *Circa primum considerandum, q̄ lex est de operibus virtutum, virtutes autem, quædam sunt communes seu humanæ, quædam autem sunt excellentes seu Heroicæ, vt dicitur. 7. Ethic. & tales dicuntur quasi diuinæ, vt ibidem dicitur: Et inducitur exemplum de Hectore qui propter ex pter excellentiam virtutis dicebatur quodammodo filius Dei, & non filius hominis mortalis Lex autem euangelica est excellentissima: & ideo describit virtutes secundum excellentissimum gradum, vt videbitur. Considerandum etiam, q̄licet virtutes sint connexæ, tamen aliquæ sunt magis propriè contemplatiuorum, aliquæ actiuorum, & aliquæ prælatorum: & ideo primo describit virtutes quæ perficiunt in vita contemplatiua, & secundo quæ perficiunt in vita prælatiua, ibi:* Vos estis sal terræ. *tertio in vita actiua seu subditorum, ibi:* Audistis quia di. est antiquis. *Prima in duas: quia primo describit virtutes quæ perficiunt ad bene agendum, & secundo, illam quæ perficit ad bene patiē dum, ibi.* Beati qui persequutionem. *Prima in tres: quia primo describit illas quæ perficiunt hominem respectu sui, secundo respectu proximi, ibi:* Beati qui esuriunt. *tertio respectu Dei, ibi:* Beati mūdo corde. *Prima in duas: quia primo ordinat hominē respectu extrinsecorū bonorum, & secundo respectu intrinsecorum motuū, ibi:* Beati mites. *Ad euidentiam dicendorum sciendum, q̄ beatitudo dicitur dupliciter vno modo in re, sicut habetur in patria. alio modo in spe, sicut habetur in via in viris excellentibus in virtute, qui propter excellentiam virtutis videntur vitam humanā excellere, & ad vitā beatam quodāmodo appropinquare: & tales dicuntur beati quodammodo, quia q̄ parū distat quasi nihil reputatur. 2. Physic. & hoc modo ethico. 1. dicuntur pueri felices, non quod exerceant actus virtutum in quibus consistit felicitas secundum Philosophum: sed quia habent ad hoc bonā dispositionem, dicuntur tales de propinquo ad hoc dispositi. Igitur quia*

Beatitudo dupliciter dicitur.

✠ *virtutes*

MORALITER.

✠ & maximè de verbis sanctorum. Sequitur.

3 *Et aperiens os suum docebat, &c.* Augustt. Tunc aperuit os suum qui in lege veteri aperuit ora prophetarum. Et in hoc apparet eminentia euangelij, quod est traditum immediatè à Deo homine. vetus autem Testam. à Deo per homines tamen. Ideo dicit apostolus Heb. 1. a. *Multifariè multisque modis olim Deus loquens patrib. in prophetis, nouissimè diebus istis loquutus est nobis in filio quem constituit hæredem vniuersorum, per quem fecit & secula.*

4 *Beati pauperes spiritu.* Ambro. Inde incipit beatitudo Dei iudicio, vbi erumna æstimatur humana.

✠ *Beati*

vt impleantur poſtulant ſuffragium.7.donorum: quæ dona vt habeantur in oratione dominica.7.precibus,oramus. Ecce qualiter ſapientia Dei cuncta præuidit. Virtus beatitudinis percipitur ex dono ſpirituſſancti:donum prece orationis quam Chriſtus compoſuit impetratur.

A

Septem quippe ſunt dona, ſed vnus ſpiritus. Septẽ petitiones, ſed vna oratio. Vnam petij à domino, hanc requiram. Septem virtutum beatitudines, vna charitas.

Pſal.26.b.

HIERONYMVS. *Beati pauperes.ſpiritu.* Quia non neceſſitas ſed fides,& deuotio paupertatis beatos facit, vt contemptis omnibus Deo viuant. Hæc habet duas partes, rerũ abdicationem, & ſpiritus contritionem: vt etiam bonus ſe inutilem & cæteris reputet inferiorem. Beatitudo iam in ſpe perueniendi.

† hæreditabunt.

† conſolationem accipient.

Pauperes ſpiritu, hi ſunt qui omnia habent,& nihil poſſident.

Pauper ſpiritu, eſt humilis corde pauperem habens ſpiritum: nutrix cuius eſt humilitas.

B

Sicut initium ſapientiæ timor domini, ſic paupertas eſt principium beatitudinis.

Li.1.de ſermone Domini in mõte ca.2.

✠ AVGVSTINVS. Legimus ſcriptum de appetitione temporalium, *Omnia vanitas & præſumptio ſpiritus.* Præſumptio autem ſpiritus audaciam & ſuperbiam ſignificat. Vulgò enim magnos ſpiritus ſuperbi habere dicuntur,& rectè, quoniam ſpiritus etiam vẽtus vocatur. Quapropter rectè hîc appellãtur pauperes ſpiritu, humiles & timentes Deum, i. non habentes inflantem ſpiritum.

Hom.75.ad pop.

✠ CHRYSOSTOMVS. Pauperes ſpiritu ſunt humiles & contriti corde. Spiritum autem hîc animã & voluntatem dixit. Quoniam autem multi ſunt humiles non ſpontanei, ſed aſtricti neceſſitate, primos vocat beatos.

Vbi ſuprà.

✠ GREGORIVS NYSSENVS. Pauper ſpiritu eſt, qui corporalem corpulentiam animæ diuitiis permutat, qui propter ſpiritum egenus eſt, qui terrenas diuitias veluti quoddam onus excuſſit, vt per aerem ſublimis ſurſum rapiatur.

a *Beati mites.* Mites ſunt qui malis moribus dominantur. perfecta virtus eſt morum poſſeſſio.

Mitis eſt quem mentis aſperitas ſeu amaritudo non afficit ſed ſimplicitas fidei ad oẽm iniuriam ſuſtinendam inſtruit patienter.

Mitis eſt quem non rancor vel ira afficit, ſed omnia æquani-

C

miter ſuſtinet. Huius virtutis quaſi magnæ magiſtrum ſe facit dominus: quod non faceret niſi via ſummæ perfectionis iſta virtus eſſet. vnde dominus, *Diſcite à me quia mitis, &c.* hæc poſſidet terram viuentium & delectabitur in multitudine pacis. Manſuetus non irritat vel irritatur, non nocet vel nocere cogitat.

Infrà.11.d.

Qui cedunt improbis,& vincunt in bono malum, hi poſſidebunt terram viuentium. Immites de terrenis rixantur. Congrua aſcenſio. Prius eſt contemptus ſæculi, cui dantur æterna: inde mores temperat manſuetudo,& lenitas: & non eſt mitis qui prius pauper non fuerat. Impoſſibile eſt enim ſecundum gradum aſcendere, niſi primum apprehenderis. quia inter diuitias, curas, odia animus non eſt mitis. Sed huius incendij materia vix ad purum delebitur: & ideo hæc lenitas ſæpe corrumpitur vel extrahitur. vnde ſubditur.

D

✠ THEOPHYLACTVS. Mites ſunt, non qui prorſus non iraſcuntur, (tales enim inſipientes ſunt & inſenſati) ſed qui iræ vim habent, continent autem & quando volunt iraſcuntur. Sicut enim qui impatiens eſt, operatur ſtultitiam, vt dicitur prouerb. 4. ſic doctrina viri per patientiam dignoſcitur.

†Luc.6.c. De pœ.diſt.1.c.ſicut.

† De conſ. diſt.2.c.acceſſerunt.

Poſſidebunt terrẽ. ✠ AVGVSTINVS. Illam terrã ego credo de qua in Pſal.141. dicitur, *Spes mea es tu, portio mea in terra viuẽtiũ.*

E

✠ CHRYSOSTOMVS. Senſibile ponit præmium, ſicut paulus. *Honora patrem tuum, &c. vt ſis longæuus ſuper terram.* Nec enim ſolum à futuris ſuadet bonis, verum & à præſentibus, propter auditores craſſiores,& illa quærentes ante futura.

Hom.75.ad pop. Epheſ.6.

b *Beati qui lu.* pro ſuis vel aliorũ peccatis q̃ eſt ab irriguo inferiori, ſed q̃ fit ab irriguo ſuperiori eſt ex deſiderio cœleſtis patriæ. Ille lauat præſentes ſordes hic accẽdit acrius æternorũ amatores. Qui autẽ peccata depoſuit, mores mãſuetudine correxit, fleuit ẽt iã poteſt eſurire & ſitire iuſticiam q̃ prius nõ poterat. Hæc virtus ſine ſpiritu fortitudinis non impletur: quia per eum eſuriendo ad ſatietatem quãdoque veniemus. *Beati qui lugent.* Reſtat poſt prædicta ruinarum colluuionem luctu purgare. Luctus pro peccatis vel pro deſiderio cœleſti conſolationem meretur,& non alius.

Hi ſcientiæ ſpiritu illuſtrãtur, vt ſciant quib. malis inuoluãtur.

✠ THEODORETVS. Epicurus iucundiſſima vita finem metitur. ſupræmum namque bonum, ſupremam voluptatem opinatus eſt. Democritus pro voluptate cõcupiſcentiam poſuit. At vero Chriſtus longè aliter nos ad fœlicitatem contendere oportere monuit, commendans & pauperes & lugentes.

Lib.11.græcarum affe.

F

✠ HILARIVS. Lugentibus non orbitates aut cõtumelias aut damna mœrentibus, ſed peccata vetera flentibus, & criminum quibus obſordeſcimus conſcientia ærumnoſis, hæc ſedula in cœlo conſolatio præparatur.

c *Beati qui eſuriunt.* Amatores veri boni, quibus non ſatis eſt quòd iuſti ſunt, ſed ſemper ſitiunt opus iuſtitiæ.

a ¶Humiles Deum timentes. Vnde bene incipit: quia initium ſapientiæ timor domini. vt: Superbia eſt initium peccati qua petitur regnum terræ, hîc regnum cœlorum. b ¶Voluntate. c ¶In ſpe, quæ beatos facit.

paupẽres ſpiritu: quoniam ipſorum eſt rẽ- 1

a ¶Pauperibus conuenienter in præſenti promittuntur diuitiæ cæleſtes. b ¶Sine aſperitate mentis & ſine liuore.

a gnum cœlõrum. Beati mites quoniam ipſi 2 3

a ¶Viuentium pro ſtabilitate & ſoliditate. b ¶Pro peccatis ſuis,& aliorum ſpreto mundo, deſiderio cœlorum.

b †poſſidebunt terrã. †Beati qui lugẽt, quo 4

a ¶Spiritu paracleto de æterna lætitia. ¶Propter conſolationem, beati. b ¶Eſuries iuſticiæ ſpiritu fortitudinis fulcitur. 5

c niã ipſi †cõſolabuntur. †Beati qui eſuriunt 6

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *virtutes quas hic deſcribit legiſlator dominus noſter Ieſus Chriſtus, ſunt ſic eminentes: ideo dicuntur beatitudines. Prima igitur beatitudo dicitur paupertas ſpiritus reſpectu enim extrinſecorum bonorum quæ ſunt diuitiæ & honores, bene ſe habet homo modo humano & communi, quando non quærit talia vltra gradum ſui meriti, ſecundum cõ decentiam ſtatus & perſonæ: & hoc facit virtus politica quæ talibus vtitur. Sed paupertas quæ ſpiritus beatitudo dicitur facit hoc excellentius, quia facit hominem talia totaliter contemnere & à ſe abiicere: quantum poſſibile eſt, vt contemplationi diuinæ liberius poſſit inhærere. quia ſecundum quod dicitur libro de eccleſiaſticis dogmatib. Bonum eſt facultates cum diſpenſatione pauperibus erogare, ſed melius eſt intentione ſequendi Chriſtum totum ſimiliter donare & abſolutum à ſolicitudine cum Chriſto egere. igitur paupertas ſpiritus facit contemnere prædicta, non tanquam mala ſimpliciter: quia his poteſt homo bene vti per virtutem politicam, vt viſum eſt, ſed tanquàm minora bona maioris boni impeditiua: ſicut contemnitur matrimoniũ tanquam minus bonum propter virginitatem ſeruandam igitur* Beati pauperes ſpiritu. *quia paupertas abſoluta non dicit niſi carentiam diuitiarum & bonorum, quod non eſt virtuoſum: ſed poteſt eſſe in malis hominibus, vt patet ad ſenſum: ſed paupertas ſpiritus. ſcilicet voluntarié aſſumpta ad liberius ſequendum Chriſtum, illa eſt virtus excellens ſeu perfecta. Additur autẽ præmiũ correſpondens cũ ſubditur.*

1 Quoniam ipſ. *In regno enim intelligitur. omnimoda ſufficientia & excellentia quæ bene repromittitur in cœlis illis qui talia contemſerunt in terris.*

2 Beati mites. *Hic perficit hominũ reſpectu intrinſecorum motuũ: & primò reſpectu motuum iraſcibilis, ſecundò reſpectu motuum concupiſcibilis, ibi:* Beati qui lugent. *Circa primum conſiderandum, quod circa paſſiones iraſcibilis bene ſe habet quis modo humano & communi quando eas refrenat, ſic q̃ non nimis impetuoſè excedit, tamen aliqualem perturbationem earum ſentit. Mititas autẽ q̃ eſt beatitudo, facit hoc excellentius: quia reddit hominem totaliter tranquillum à motib. iraſcibilis. per omnimodã ſubiectionem ad regulã rationis vel diuinæ legis: & hoc eſt quod dicit:* Beati mites. *Additur autem præmium correſpondens cum dicitur.*

3 Quoniam ipſi. *ad hoc enim homines feroces mouẽt bella & lites ſequentes motus iraſcibilis, vt quaſi ſecuri poſſideant terram deuictis inimicis & ideo illis q̃ ſunt totaliter quietati à motib. iraſcibilis modo prædicto bene promittitur poſſeſſio pacifica terræ viuentium.*

4 Beati qui lu. *Hic perficit hominem reſpectu motuum concupiſcibilis qui ſunt circa omnia cõcupiſcibilia, ſicut ſunt delectationes ciborũ & venereorum in ſenſu guſtus & tactus: & ſimiliter melodiarum, ſpectaculorum, odorum in ſenſu auditus viſus & olfactus in talib. bene ſe habet homo modo cõi & humano: moderate talib. vtendo & ſuperflua reſecando, q̃ fit per temperantiã q̃ eſt virtus politica. Sed excellentius ſe habet homo in talib. per beatitudinẽ luctus omnia talia à ſe penitus abdicando, & luctũ voluntariè in hac vita aſſumendo, tam pro tranſgreſſione culpæ cõmiſſæ, quã pro dilatione cæleſtis patriæ: ita q̃ totum ſtatũ præſentis vitæ reputat exiliũ reſpectu cæleſtis patriæ, ſecundũ q̃ dicebat Paulus ad Ro.7.d.* Infelix homo q̃s me liberabit de corpore mortis huius? *& ad Phil.1.c.* Deſideriũ habens diſſolui, & eſſe cum Chriſto, *& quantum ad hoc dicit.* Beati qui lu. *voluntarium luctũ in hac vita pro peccatis aſſumendo. Additur autẽ præmiũ correſpondens cum dicitur.* 5 Quoniam ip.cõ. *Conſolari enim eſt ſimul ſolari: cõueniẽs autẽ eſt, vt illi q̃ in præſenti vita p̃ Chriſto voluntario luctu occupantur, cũ Deo & angelis æternaliter conſolentur.*

6 Beati qui eſu. & ſi. *Hic ponit virtutes quæ perficiunt hominem*

MORALITER.

✠ 2 *Beati mites.* Gloſ. Quoniam ſeipſos in præſenti poſſident hæreditatem patris in futuro poſſidebunt.

4 *Beati qui lu.* ſc. pro miſeriis præſentibus mundanorum, & pro dilatione futurorum bonorum. Iſti cum filia Caleph habent irriguum inferius & irriguum ſuperius. 7 *Beati qui eſuriunt.* Chriſo. Eſurit autem iuſticiam qui ſecundum Dei iuſticiam deſiderat cõuerſari. Sitit autem iuſticiam qui ſcientiam eius acquirere cupit.

Ioſ.15.d.

Iustitia est sua cuique tribuere. Sibi, & proximis, & Deo. Hæc A iustitia non plenè implebitur, donec Deus sit omnia in omnibus: ideo hic possumus esurire, non saturari. Iustitiæ lumen est miseri cordia: misericordiæ virtus iustitia. hæc misericordia eget spiritu consilij, sine quo nemo circunspectè miseretur. Initium est sui misereri, finis est pro alio mori. Ordo enim est miserendi vt vnusquisq; incipiat à se. finè Christus insinuat, pro peccatoribus mortuus ex misericordia.

Vbi supra. ✠ Gregorius Nyssenvs. Quemadmodum circa cibum affecti sumus, cum pro generibus esculentorum diuiditur appetitus, atque alius quidem dulcibus delectatur, alius acria & calefaciētia appetit, alius salsis gaudet: Eodem modo in animæ alimento, non omnium cupiditates ad eandem rem propendent. Nam alij gloriam au diuitias, aliis circa mensam occupatus est appetitus, &c. Natura autem semper bonum, & omnibus hoc est, quod non alterius cuiusque rei causa sumendum, sed ipsum propter se expetendum est, quod semper eodem modo se habet. Idcirco beati dicuntur non simpliciter esurientes, B sed quibus ad iusticiam cupiditas inclinata est. Quæ est autem illa iustitia: Habitus tribuens vnicuique quod æquum est.

✠ Hieronymvs. Non sufficit velle iusticiam, nisi iustitiæ patiamur famem.

a *Beati misericordes.* Misericordia nascitur de præcedentibus quia si præcesserit vera humilitas & animus mansuescat, & suos & aliorum casus fleat, & iusticiam esuriat, post nascitur vera misericordia. Tunc enim miserias alienas faciet suas & pro viribus Luc.6.e. iuuabit: & si iuuandi facultas deest, compassio non deerit: *Estote misericordes sicut & pater vester misericors est*, id est, ad hoc misereamini ad quod & Deus vt bonitas redundet in omnibus. Misericordia, sæueritas & austeritas dicitur:

✠ Hilarivs. In tantum Deus misericordiæ nostræ in omnes delectatur affectu, vt misericordiam suam sit solis misericordibus præstaturus.

✠ Hironymvs. Misericordia non solùm elemosynis intelligitur, sed in omni peccato fratris, si alter alterius onera portemus.

b *Beati mundo corde.* Munditia cordis sexto loco ponitur, vt homo C sexta die conditus per hanc restituatur. & depulsis vitiis præceptum domini illuminet oculos, vt Deus possit videri. Præmissis ergo quinque gradibus est mentis oculus, ne in vno mandatorū D offensus animus fiat omni reus Ideo homo se à mundo exuat, æterna diligat, amplectatur Deū quoadusque possit videre eum quem tantum videt quantum seculo moritur. In futuro sicut est, oculo mētis videbitur. Ideo spiritus intelligentiæ huic gradui apratur, quia intellectus mentis oculus est, & expletio mandatorum Dei aperit intellectum.

✠ Basilivs. Quemadmodum in cera quis scribere non potest, nisi characteres impressos antè deleuerit sic nec anima: diuina dogmata degustare, nisi pristinos ex animo mores prius detraxerit. In epistol. de vita solitaria.

† 23. q. 1. c. noli.

✠ Avgvst. Quàm igitur stulti sunt, qui Deum istis exterioribus oculis quærunt, cùm corde videatur, sicut & alibi scriptum est, *In simplicitate cordis quærite illum.* Lib. de sermone do. in monte cap. 7. Sap. 3.

c *Beati pacifici.* Rabanus. Pacifici sunt qui omnes motus animi componunt & rationi subiiciunt, quia his nihil repugnat qui similes patri suo sunt qui est summa quies. De hac pace eiectus est qui peruersis dominatur. hac pace intus firmata, quæcunque E interius concitauerit qui eiectus est foras auger gloriam, & cum deficit, innotescere facit quanta firmitas interius fit. vnde sequitur: Beati qui persequutionem, &c.

Hæc pax non nisi bona voluntate nutritur. vnde: *Et in terra pax hominibus bona voluntatis.* Hanc *mundus dare non potest*, sed Iesus Luc.2.b. Ioh.14.d. Phil.4.b. Ephes.1.d. qui ait: *Pacem meam do vobis.* Hæc pax superat omnem sensum, sed fide capitur: vnde & ea illustramur, & ei reconciliati ab omni qui ab ea dissentit nos abducimus. Cum autem Deus erit omnia in omnibus, tunc beatitudo adoptionis dabitur.

In præsenti verò homo pacatus: & si bellum gerat cum vitiis in nullum pacem abrumpit, quam Deus dedit. vnde: *Pax multa diligentibus legem tuam, &c.* Qui autem ab ea diuiditur, iræ est filius. Per hanc filij efficimur, quo nihil amplius promittitur. In hac est sapientia donorum maxima secundum incrementum virtutum: sunt & incremēta præmiorū, quia & alia claritas solis, &c. Psal. 118.x. Ephes.2.c.

Pax est vnigenitus Dei filius. De quo dicitur: *Qui est pax nostra.* Qui pacem diligit, filius est pacis. *Beati pacifici* Pax à nobis incipit: quia dum lex carnis repugnat legi mentis non modo alteri, sed nec nobis possumus esse pacifici. Sed postquam intus spiritus F imperat,

a ¶ Ne in via lassascant. b ¶ Adepto quod desiderant.

& sitiūnt iusticiam, quoniam ipsi saturabū- †

a ¶ Qui aliis in quibuslibet assistunt, quibus hoc à Deo rependitur, vt liberentur à miseria. ¶ Misercordia est dare & dimittere.

a tur. Beati misericordes, quoniam ipsi mise- 2

a ¶ Iudicium sine misericordia fiet ei qui noluit misereri. b ¶ Quos non arguit conscientia peccatorum. Templum enim Dei sanctum est. 3

b ricordiam consequētur. Beati mundo cor- 4

a ¶ Hîc per spem, illic per rem.

c de, quoniam ipsi Deum videbunt. † Beati 5 6

pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. 7

✠ NICOLAVS DE LYRA.

respectu proximi. Hæc autem perfectio consistit in duobus, primò in his quæ habent rationem debiti. secundò in his quæ habent rationem doni ibi: Beati misericordes. *Circa primum aduertēdum, quod in his quæ habent rationem debiti respectu proximi bene se habet homo, quando reddit vnicuique quòd sibi debetur, non nimis notabiliter procrastinando vel retardando. hoc autē facit per iusticiam quæ est virtus politica, sed excellentius per beatitudinem quæ dicitur esuries vel sitis iustitiæ, quando scilicet quædam feruenti desiderio insolito talia exequitur: sicut esuriens & sitiens feruēter comedit & bibit. & hoc est quod dicit:* Beati qui esuriunt & sitiunt iusticiam. *Additur autem præmium conueniens, cum dicitur:*

1 Quoniam ipsi. *Saturitas enim gloriæ quæ consistit in desiderij humani repletione, secūdum quod dicitur in Psal.* Satiabor cum apparuerit gloria tua. *conuenienter promittitur esurientibus iusticiam prædicto modo.*

2 Beati misericordes. *Hic ponitur beatitudo perficiens hominem respectu proximi in his quæ habent rationem doni. in talibus autem bene se habet homo modo cōmuni & humano per liberalitatem quæ est virtus politica in mediocribus & paruis donis, & per magnificentiam in excellentibus donis & magnis. Sed excellentius hoc fit per beatitudinē quæ vocatur misericordia quādo defectum alterius totaliter accipit quasi suum. vnde dicitur misericors quasi habens cor miserum, quando. scilicet accipit corde defectum alterius quasi suum & hoc est quod dicit:* Beati misericordes. *Additur autem præmium conueniens cum dicitur:*

3 Quoniam ipsi misericordiam. *In cælesti enim patria quilibet misericordiam consequetur: quia vltra condignum sibi retribuitur, secundum quod dicitur ad Rom.8.d.* Non sunt condigne passiones huius temporis ad futu.glo. quæ reue.in nobis.

Beati

✠ NICOLAVS DE LYRA.

4 Beati mundo corde. *Hic ordinatur homo respectu Dei primò quantum ad intellectum speculando. secundò, quantum ad effectum ipsum amando. ibi:* Beati pacifici. *Circa primum aduertendum, quòd in speculatione diuina, bene habet se homo modo cōmuni & humano per virtutes intellectuales, quæ sunt scientiæ speculatiuæ, & potissimè per Metaphysicam, quæ docet proprietates diuinas ex creaturis considerare, vt patet 12. Metaphysicè: vbi ostēditur vnū esse Deum æternum actum purum viuentem vita nobilissima sempiterna & optima: sed hoc est solum considerādo Deum ex proprietatibus creaturarum: sed excellentius hoc habet per beatitudinem quæ est mundicia cordis per quam mens humana Deo coniungitur: & sic de occultis & diuinis supra modum humanū illustratur, sicut fuerunt Apostoli qui absque humano studio fuerunt de diuinis excellentissimè illustrati. & hoc est quod dicit:* Beati mundo corde. *Additur autem præmium conueniens cum dicitur:* Diuisio

5 Quoniam ipsi Deum. *quia visio Dei ænigmatica per fidem in præsenti, & facie ad faciem in futuro, bene repromittitur habentibus talem mundiciam, secundum quod dicitur 1.Cor.13.d.* Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.

6 Beati pacifici. *Hic ponitur beatitudo ordinans hominē respectu Dei quantū ad effectum quod fit modo cōmuni & humano per amorem naturalem, quādo diligit Deum sicut principium suum efficiēs & conseruatiuū: licet præter hoc alia diligat: Sed excellentius hoc fit per beatitudinē quæ est pax, quādo, scilicet homo totaliter per affectum mentis Deo cōiungitur, sicut bonitati summæ, & sic nihil aliud extra ipsum quærit. sed in ipso quietatur & pacificatur. & hoc est quod dicit:* Beati pacifici. *Additur autem præmium cōueniens cum dicitur:*

7 Quoniam filij Dei. *Filiatio enim Dei importat assimilationē ad Deum. proprium autem est ipsius Dei quòd seipso fruitur, & seipso quietatur: Et ideo qui prædicto modo sunt pacifici, recte filij Dei vocabuntur.* ✠ Beati qui

---

ALIORALITER.

† 2 *Beati misericordes.* Glo. Iustitia & misericordia cōiunctæ sunt, vt altera alteram debeat temperare. nam iusticia sine misericordia crudelitas est. misericordia sine iusticia dissoluit.

4 *Beati mundo corde.* Glo. Sexto loco ponitur cordis mundicia, quia sexto die conditus est homo ad imaginem Dei. per quā capax est ipsius per cognitionem & amorem.

6 *Beati pacifici.* scilicet interna pace & fraterna.

7 *Quoniam filij Dei vocabuntur.* in pace superna.

imperat, vt totus homo spiritui seruiat tũc pax ad alios deriuatur,
A vt pacem cum omnibus habeamus. Vera quidẽ pax est vbi nihil
† Phil.4.a. repugnat. Pax Dei omnẽ sensum superat quæ & si capi nõ potest vt est, tamen pro capacitate nostra capi potest, non quãta est, sed quantum ad reconciliationem adoptionis sufficit. Infinitas æter-
† 1.Pet.3.c. 43.dis.c. di scimus 23 q.5. ad fidẽ 24.q.1.c. B recta. De renũ.c. verum. næ pacis, & si non potest intelligi, & quomodo filiis iræ pax cõueniat, & quomodo Deus pax seuere iudicat, & quãta & qualis sit pax totius trinitatis, vbi vna virtus, vna operatio: tamen quòd est, & quòd tanta & talis est, quãta prædicatur fide capimus. Ad gradum pacis qui purgatus est, intendit & dirigitur.

Lib.de beatitudinib. ✠ GREGORIVS NYSSEN. Pacifici vocantur imitatores humanitatis diuinæ, qui id quod proprium est diuinæ bonitatis, in sua vita ostẽdunt, eiicere odium, finire bellum, abolere inuidiam, exterminare pugnã, tollere simulationem. Sed propriè pacificus appellatur, qui eam quæ intra ipsum est, seditionem carnis & spiritus, ad pacificam concordiam adducit.

B a *Beati qui persequutionem* In prædictis septem est perfectionis ostensio & probatio. Qui
† Mar.9.g. Luc.14.g. 93.dist.c. sacerdotes prædicta habẽt pati possunt persequutionem: & rectè tenet prædicta quæ accepit qui pro eis paratus est mori.

Qui vsque ad sapientiam per prædicta conscendunt perfecti & roborati, nõ cedunt persequutioni: quia nec mors nec vita potest separare à Christo. Quorũ mentes præmissarũ beatitudinum illustrant exercitia, earũ mundicia cor ad Deum gubernat, vt reformetur imago pro peccato deleta. Octaua sentẽtia quæ ad caput redit perfectumque hominem declarat, & significat circuncisionem octaua die: & resurrectionẽ domini post sabbatum, qui
Rom.8.g. est octauus & primus dies & octauas quas in nouo Testamento celebramus: & numerũ Pentecostes. Nam in septenario numero, septies multiplicato, quo fiunt. 49. quasi octauus additur vnus vt 50. compleantur: & tanquam redeatur ad caput: quo die missus est spiritussanctus: quo in regnum cælorum ducimur, & hæreditatem accipimus: consolamur, & pascimur, & misericordiam cõsequimur, & mundamur & pacificamur: & ita persequutiones exterius illatas & molestias pro veritate & iustitia sustinemus. Octaua veræ circuncisionis beatitudo martyrio terminatur: quæ probatum reddit, & suppletur præcedentibus donis. Octaua promissio non
Mysticè. est alia quã prima, verbis iterata. Mysticum est in numero quod iteratur in promissione infrà 7. prius sonat: & postea cõnumeratur extra: vt gloria resurrectionis his octo gradibus cõsecretur. Octaua est dies resurrectionis: quæ & prima in qua & lux creata.

Generaliter omnium dicitur regnũ cælorum, & si specialitas numeretur meritorũ: quia licet illius iure possit dici qui nouissimus erit, tamẽ vniuersorũ dignitas omnibus communis erit, dum per charitatem quod in aliis est, etiam vltimus possidebit:

Beatus qs dicitur. Beatus dicitur qui nihil mali vult: & omnia habetur quæ vult, Et ideo omnis ibi beatus, quia non vult amplius, cum nihil iniustè vult.

C b *Beati estis cum maledixerint.* Hucusque generaliter sententias posuit quasi ad absentes, cum & ad præsentes pertinerẽt, nunc ad eos verba conuertit (quãuis & hoc aliis conueniat) prædicens D quanta pro nomine eius essent passuri: quia dignitatẽ gradus eorum eis intimare volebat dicens: *Vos estis sal terræ, vos estis lux mundi.* vt ex tristibus humilitatem, ex lætis acciperent consolationem.

a †Beati qui persequutionem patiuntur pro- 1
a ¶ Non propter scœlera, vbi non est fides. nec est iustitia: quia iustus ex fide viuit.
pter iũstitiam: quoniam ipsorũ est regnum
a ¶ Ex odio in faciem contumelias dixerint.
b cœlorũ. † Beati estis cùm mãledixerint vo-
c a ¶ Persequi est Vim inferre, vel insidiis appetere.
bis homines, & persequũti vos fuerint: & di
a ¶ Cum absentium famam læserint. b ¶ Omnia genera verborum malignantium.
xẽrint omne malum * aduersum vos men-
a ¶ Qui mendaciter blasphematur, & ptopter Deum beatus est: sed si alterum deest, non merces est beatitudinis. b ¶ Et quia pro iustitia: ergo. ¶ Mente. c ¶ Corpore.
d tientes, propter mẽ. Gaudete & exultãte:
a ¶ Hoc est quod supra regnum cœlorum b Quia tanto merces vberior, quanto gaudio & exultatione in tribulatione fides erit deuotior. c ¶ Superioribus partibus mundi.
e quoniam mẽrces vestra copiosa est in cẽlis.
f a ¶ Id est maledictis. persequutione: nec tamen à veritate defecerunt.
b ¶ Quorum exempla. nos inuitant. ¶ Quorum prophetias in me completas esse videtis. Cur ergo non potestis quod illi sine exemplo.
g Sic enim persequuti sunt prophetas qui
a ¶ Dat causam quare non debent deficere. b ¶ Secundum intellectum, & scientiam.
h fuerunt ante vos. † Vos estis sal terræ: 2

Sicut Moyses decem præcepta proponens, postea per partes explicat: sic Christus quasi virtutum genera octo beatitudines proponit, ex quibus pendẽt omnia quæ in mõte dixit dominus. Sed quia obscurè plura paucis verbis cõcluserat, exponit latiꝰ: vnde de octaua beatitudine la- *Verbum
tius prosequitur partes persequutionum, specialiter apostolos & eorum sequaces pro iustitia passuros exprimens.

c *Maledixerint.* Antiqua trãslatio habet: Cum oderint vos homines, & dixerint omne malum, & expulerint. Idem tamen sensus in nostra cum maledicta ex odio cordis fiant. Qui gloriã cœli optat, non timet opprobriũ E
in terra quantũ quisq; de laude hominũ lætatur, tantum de opprobrio tristatur. Quem laus extollit, vituperatio deprimit: vbi quis querit laudari tantum apud Deum, non timet confundi in conspectu hominum.

d *Mentientes.* Hoc addit ne glorietur de quo verè mala dicuntur. Etiam addit: *Propter me:* quia aliquando falsa dicuntur, quod accidit temeritate hominum non tamen propter Christum hoc patiuntur, quem non sequuntur.

✠ EVTHYMIVS. Ne enim suspiceris quòd simpliciter verbis malis impeti sit beatum, idcircò addidit quæ plane distinctionem faciunt, videlicet, vt quæ dicuntur, mendacia sint, & propter Christum ea dicantur.

e *Quoniam merces copiosa est in cælis.* Hæc sententia videtur ad hoc respicere quod dictum est ibi: docebat eos dicens: *Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est, &c.* Necnon & ad hoc: *Vos estis sal terræ.* Et: *Vos estis lux mundi.*

f *In cælis.* Non in volubilibus, cum non in rebus volubilibus merces æterna esse debeat, sed in spiritualibus firmamentis vbi habitat sempiterna iusticia. Iam ergo sentiunt hanc mercedem qui spiritualibus bonis gaudẽt. Sed perficietur cum mortale hoc induet immortalitatem.

g *Sic enim persequuti.* Temperat exemplo rigorem passionis. Tribus modis fit persequutio: odio cordis, dictis, factis. Tribus modis fit persequutio.

h *Vos estis sal terræ.* Hìc iam ostenditur apostolicum officium, scilicet quòd sunt sal terræ, & lux mundi. Hoc specialiter ad apostolos, qui prædictis virtutibus, paupertate, scilicet & aliis debent ornari, vt sint sal optimum condientes alios doctrina, & vitæ suæ exemplo. Sal, salus à corruptione. vnde propheta posui te in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad extrema terræ.

Vbi corruptio culpæ deficcauit sale sapientiæ, vermes non demoliuntur. *Vos estis sal terræ.* quia terra, id est, humana natura per eos conditur verbi sapientia. Sal facit sterilem terram. Vnde: Esa.42.a.
ira victorum destructas vrbes sale seminabat, ne quod in eis
☞ germen F

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Beati qui persecutionem. *Hic ponitur beatitudo perficiens hominem ad bene patiendum. Sicut enim ad virtutem pertinet bene agere, ita & bene pati. In hoc autem bene se habet homo modo communi & humano, quando pro tribulatione imminente non recedit à virtute, licet hoc sustineat cum aliqua angustia & dolore: & hoc fit per fortitudinem quæ est virtus politica. Sed excellentius hoc fit per beatitudinem, quæ potest dici quædam fortitudo diuina quando talia sustinet nõ solum patienter sed etiam lætanter: sicut martyres quanto acerbioribus tormentis cruciabantur, tanto magis in domino lætabantur. Et hoc est quod dicit:* Beati qui persequutionem patiuntur. *Et sequitur:* Gaudete & exultate: quoniam, &c.

2 Vos estis sal terræ. *Hic ponuntur virtutes prælatorum. Ad cuius euidentiam considerandum, quòd prælati sunt successores apostolorum: & ideo debent esse perfecti in vita contemplatiua & actiua: & ideo virtutes contemplatiuorum quæ sunt prædictæ supponuntur esse in eis & similiter ille quæ sequuntur de actiuis: sed hic exprimuntur aliqua specialia quæ debent esse in eis præ cæteris. Et primò quantum ad eorum vitam. Secundò, quantum ad eorum doctrinam, ibi.* Nolite putare. *Circa primum aduertendum quod prælati præ cæteris debent esse excellentes quantum ad quatuor. Primum est discretio in agendis: quia sunt ductores & gubernatores aliorum & hoc designatur cum dicitur:* Vos estis sal terræ. *Sicut enim sale condiuntur omnia cibaria, ita discretione prælatorum debent dirigi & ordinari omnia opera subditorum.* Diuisio Ad quatuor prælati debent alios excellere.

✠ Quod si

MORALITER.

✠ 1 *Beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiam.* scilicet legalem quæ includit omnem virtutem.

2 *Vox estis sal terræ.* Hæc verba dicũtur episcopis qui sunt successores apostolorum. Sal enim in scriptura discretionem significat, quæ debet in eis esse per excellentiam, propter quod dicun-

✠ tur sal

☞ germen oriretur. Ita apostoli destructo regno peccati, germen vitiorum compescebant. Sal cibos condit carnes siccat: prædicatio verò à vermibus & à putredine vitiorum illesam seruat suo creatori humanam naturam. Vt non est cibus sapidus nisi sale conditus: ita sermo non est vtilis sine documento apostolicæ doctrine. Vnde in Leuitico: *In omni sacrificio sal offer* id est, in omni quod dicis vel facis, apostolicam sapientiam habe. Ex aqua & igne sal conficitur ita isti ex aqua spiritusſancti & igne tribulationis. Vel, per aquā baptismi. & ignem Christatis in saporem sapientiæ sunt nati.

Leuit.2.d.

† Mar.9.g. 2.q.7.c. nō oēs & 3.q. 7.c.fi.

a *Quod si sal.* id est, si vos per quos alij condiendi sunt, aduersis vel prosperis cesseritis: per quos à vobis error auferetur, cum vos Deus tollere aliis elegerit? Ad nihilum valet: quia (vt alius euangelista ait) nec terræ vtilis est quam suo iniectu germinare prohibet nec sterquilinio quod nō fœcundare sinit. Sic qui retro vadit, nec ipse fructum fert, nec alios valet excolere: sed ab ecclesia eiicitur, & in hæc verba ridetur. Hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare. *Si sal euanuerit* id est, si timore vel cupidine doctor saporem sapientiæ omiserit, per quem fatuitas eius emendabitur? Hoc solis apostolis conuenit: Quod sequitur, omnibus magistris. *Ad nihilum valet vltra, &c.* In fine de omnibus concludit sic: *Nisi abundauerit iusti. &c.*

† Mar.4.c.

Luc.14.g.

† Et lucet.

B

† 12.q.2.c. quatuor.

Luc.14.g.

Luc.14.f.

a ¶ Aliorum fortitudo. b ¶ Id est, si doctor errauerit. ¶ In tribulatione defecerit. c ¶ Id est, per quos infirmus populus confirmabitur.

a † Quòd si sāl † euanuerit, in quo salietur? 1

a ¶ Sal infatuatum, id est, tribulationi cedentes.

Ad nihilū valet vltrà, nisi vt mittatur fo- 3

a ¶ Ab officio docendi, vel ecclesia. b ¶ Dum vita eius contemnitur, quę ad nihilum valet. c ¶ Irrideatur ab hominibus carnalibus. d ¶ Percipientes in Christo lucem veritatis.

b rās, & cōculcetur ab hominibus. † Vos estis 4

c a ¶ Per quos omnes illuminantur à tenebris ignorantiæ. b ¶ Nomine mundi vel vniuersi qui sunt de mūdo electi accipiuntur. c ¶ Q. d. aspicite quo positi estis. d ¶ Soliditas apostolicæ doctrinæ. e ¶ Celari. ¶ Non licet clam esse bonos.

d lux mundi. † Nōn potest ciuitas abscondi 5

¶ Christum vel ecclesiam. a ¶ Ipse mons manifestat eam. b Alia similitudo.

f supra mōntem posita, neque accendunt lu- †

a ¶ Timoris vel commodo vitæ præsentis.

cernam, & ponunt eam sub mōdio, sed su-

a ¶ Id est, vitæ integritatem.

g per cāndelabrum: † vt luceat omnibus qui

a ¶ Ecclesia vel mundo. ¶ Vt dico, non sub modio posita, sed super candelabrum. b ¶ Vere docet, qui facit quod docet, aliter condemnat seipsum.

h in dōmo sunt. † Sic luceat lux vestra cōram 6

i hominibus, vt videant opera vestra bona,

a ¶ In vobis. b ¶ Non vo. c ¶ Cuius opus est quod cæli faciunt. d ¶ Qui vos facit cælestes.

& glorificēt pātrem vēstrum, qui in cēlis 7

k est. Nolite putare, quoniam veni soluere

a † Infatuatus vel insipidus fuerit.

† 24.q.1.c. quoniam.

✠ RVPERTVS. Non patitur ordo vel ratio iudicij seu cōsilij diuini, vt abscōdatur & incognita sit, quæ ad hoc ædificata est, & ad hoc mille clypei pendent ex ea omnis armatura fortium, vt omnes qui inter aduersarios periclitantur, qui inter Iudæos paganos atq; hæreticos pro fide agonizantur, recurrere sciant ad ciuitatem hanc (ecclesiam) vt in ea cōmuni de ea sumptis sentēciis armari, vt habeant vnde animā, pro qua illis res est, defendere possint.

f *Neque accendunt lucernam.* Domesticis exemplis docet, ne celent lucem verbi sibi commissam. Non accendunt, id est, non ideo data est doctrina prædicationis, vt celent eam & subiiciēt seruituti corporis, dum aliqua timent. Sed corpus suum ministerio Dei subiiciant, vt per vocem, &c. corporis officia lux excellentior cæteris appareat. Vnde dicitur: *Castico corpus meum, &c.* Vel Christus lucernam accendit, dum testam humane naturæ flamma suæ diuinitatis impleuit: quam nec credentibus abscondit, nec medio, id est mensura legis, vel terminis vnius gentis incluſit. Sed super candelabrum, id est, ecclesiam fidem suæ incarnationis affixit, vbi omnes possint intueri, qui in domo, id est ecclesia sunt vel mundo. Vnde subdit: *Sic luceat, &c.*

1.Cor.9.d.

g *Candelabrum.* Sicut lucerna Christus, candelabrum crux est, super quam erat leuandus. Candelabrum ecclesia, quæ verbum vitæ præsentis baiulat.

h *Sic luceat.* Et hæc omnia ita agite, vt non finem boni operis in laudibus hominum constituatis.

i *Vt videant, &c.* Opera requiro, vt videantur, & sic doctrina confirmetur: & hoc non ad gloriam vestram.

k *Nolite putare.* Postquam hortatus est omnia pati pro veritate, & non celare, & gloriam Dei facere, incipit docere quid docturi sint. Quasi diceret: quid est quòd vetas abscondi, pro quo iubes omnia pati? an est aliquid contra legem? *Non veni soluere legem: sed adimplere* vel faciendo quod dicit, vel supplendo, quod deerat, & imperfectum erat. *Nolite putare.* Hactenus docuit, vt sale condiant animas ad incorruptionis sanitatem, vt illuminent ad veritatis intelligentiam; vt acquisitos ab hostibus defendant,

Lib.18.moral. cap.32.

Ioan.1.

C

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Quod si sal. *id est. si discretio in prælatis defecerit.*

2 In quo salietur. *q.d. in nullo opera subditorum condientur seu dirigentur. Ideo subditur:*

3 Ad nihil. *quia talis debet repelli à prælatione, ne officium prælatorum in conspectu hominū reddatur vile. Secundum in quo debent præcellere prælati, est clara noticia in scripturis intelligendis. Et hoc est quod dicitur:*

4 Vos estis. *Sicut enim lux est manifestatiua omnium occultorū, sic prælati per intelligentiam sacræ scripturæ debēt ex officio notificare alijs omnia opera virtutū. in cuius signū portant mitram in capite, in qua duo sunt cornua, quia debent scire duo testamēta. Tertium in quo debent præcellere est constantia in oppressoribus pauperū reprimēdis vnde dicit Saluator Ioh.10.b.* Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. *mercennarius autem & qui non est pastor, videt lupum venientē, & dimittit oues & fugit. Quod exponēs Greg. dicit: Lupus enim super oues venit, cū quilibet iniustus & raptor fideles quosque aliq; humiles opprimit sed qui pastor videbatur esse & nō erat, relinquit oues & fugit: quia dum sibi ab eo periculū metuit, resistere iniusticiæ nō præsumit fugitāt non mutādo locum, sed subtrahendo solatium: & ideo pastor bonus ciuitati in monte positæ cōparatur: quia ad ipsum debent habere oppressi refugium, quasi ad quoddam fortalicium. Et hoc est quod dicit Saluator:*

5 Non potest ciuitas. *quia bonus prælatus in persecutione non debet se abscondere, sed ad defensionem gregis se manifestè ostendere. Quartum in quo debet prælatus excellere est sanctitatis euidentia in exēplis dandis: quia secundum quod dicitur in pastorali: Tantū debet excellere actionē populi actio præsulis, quantū distat à grege vita pastoris: & ideo comparatur hic lucernæ super candelabrum, illuminanti totam domum. Sed intentio recta subditur:*

6 Sic luceat lux, &c. Et glorificēt patrem vestrum. *quia nō debēt de hoc gloriā propriā quærere, sed gloriā Dei & ædificationē populi.*

7 Nolite putare. *Hic ostendit eminentiam prælatorum quātum ad*

✠ *doctrinam.*

MORALITER.

✠ cuntur sal in abstracto, sicut excellenter liberalis, liberalitas nominatur. Ipsorum autem discretione debent opera subditorum sic condiri, vt coram Deo sapida reddantur.

4 *Vos estis lux.* Debent enim alios illuminare de credendis.

5 *Non potest ciuitas.* Dicitur enim ciuitas in monte posita. nam esse debet fortè refugium iniustè oppressis.

Neque accendunt lucernam. Debent etiam esse lucerna super candelabrum posita, vt aliis luceant per sanctæ vitæ exempla.

7 *Nolite putare quoniam veni.* Hic informātur doctores, vt non

defensos ad amorem diuinitatis accendant: Nunc vt cœlestis
A orator (quia poterāt æstimare quòd vetera præcepta vellet abolere) ante interrogata præscius occurrit, dicens. *Nolite putare.* Soluit qui spiritualiter facere vetat. Adimplet Christus dum præmissis ad inchoationem vitæ agendæ superaddit plura ad perfe-

† De cons. dist.4. cap. propriæ § si quis in fi. †Luc.16.d.

ctionem moralium præceptorū: & quæ figuris tegebantur & futura significabant, in se perficit & in ecclesia: sine quo figuræ essent vacuæ & sine effectu. quasi dicat, ideo non debetis percuntari de veteribus præceptis & mirari de nouis, nec passionibus terreri.

Christus legē impleuit, quia exterioris legis figuras soluens: impleuit veritatem interiorem.

a ¶ Christus est legis & prophetarum virtus per quem omnia implentur.

a legem aut prophetas. † Non veni solue-

a ¶ Implet qui figuras cessare docet, postquam res facta est. ¶ Implentur ne?

re, sed adimplere. † Amen quippe dico

a ¶ Antequam. b ¶ Quia non omnia iam sed sensim fient. c ¶ Id est, donec elementa mutentur de hac mutabili forma in immutabilitatem. d ¶ Non remanebit quin impleatur in capite vel in corpore.

a vobis, donec transeat cœlum & terra, iota 1
vnum, aut apexunus, non præteribit à lege,

✠ Evthymivs. Compleuit omnia quæ de ipso apud prophetas erant. Nam ob id frequenter addiderunt Euangelistæ, vt compleretur quod dictum est per prophetam. Legem autem compleuit, quia nihil eorum quæ iubet transgressus est. D

a *Iota.* Hic ostenditur, quòd quæ minima putantur in lege, sacramentis spiritualibus plena sunt, & omnia recapitulantur in Euangelio. Iota, minor est cæteris literis. Apex est literæ aliqua minima particula, significat minimum præceptum, vel minimam præcepti particulam. Apte autem ponit iota Græcum, non ioth Hebræum, quia iota decem significat, id est, decalogum, cuius apex est Euangelij perfectio.

Iota apud Græcos decima litera, decem significat: per quam decem præcepta agendæ vitæ accipimus: quorū Christus nullum soluit, sed præcepit plenius adimpleri, nec apicem, id est, nec minima significantium.

☞ *Omnia*

NICOLAVS DE LYRA.

B ✠ *doctrinam. Et primò ponit modum docendi ipsi Christo proprium. Secundò ostendit qualiter debet ei conformari doctrina prælatorum, ibi:* Qui ergo soluerit. *Circa primum aduertendum, quòd Christus non solummodo erat doctor legis & Euangelij, sed etiam institutor. Aliter tamen quia vetus Testamentum dedit mediantibus angelis. nouum autem per seipsum, vt supra in prologo visum est. ergo per suam doctrinam non debuit legem destruere. sed magis eam perficere, & adimplere. Et hoc est quod dicit:* Nolite putare quoniam, &c.

1 Iota vnum aut apex. *id est, modicum non transibit quod non impleatur: quia Iota est minima litera Græca.*

Argum. *Quæritur hic quomodo verum sit quòd Christus legem impleuerit. & non soluerit. Videtur enim quod ipse soluerit mandata moralia: quia præceptum de observatione sabbati morale erat saltē quantum ad vacationem à corporalibus: sed ipse sabbato curauit, Ioh.5. Et sanato præcepit tollere lectum suum in sabbato. ergo, &c. Item videtur quòd iudicialia non impleuerit, quia mulierem deprehensam in adulterio quæ in lege præcipiebatur lapidari, impunitā abire permisit, vt habetur Ioh.8. Item cerimonialia de abstinētia ciborum in lege prohibitorum non seruauit: quia dicitur infrà 15.b.* Quod intrat in
C os non coinquinat, &c. *Ipse autem fecit, quæ aliis facienda dixit: ergo talibus vsus fuit, ergo, &c. Contra, per illud quod hic dicitur, Non veni soluere legem sed adimplere.*

probatio q Christus legem non soluit, sed impleuit.

Dicendum, quòd Christus legem & prophetias adimpleuit. Et primo declaro de lege. Secundò de prophetis. In lege autem quædam erāt per modum præcepti, & quædam per modum promissi obseruantibus legem: & vtraque adimpleuit. De præceptis patet sic. Præcepta enim erant in triplici differentia. Quædam erant moralia, scilicet præcepta decalogi. Et alia moralia in lege posita quæ faciebant ad eorum declarationem: & ista impleuit Christus ea obseruando perfectè, & ad obseruationem eorum alios incitando infrà 19.c. si vis ad vitam ingredi, serua mādata. *Secundò, ea impleuit, sanum intellectum eorum declarando & errorem Pharisæorum circa hoc excludendo, vt patebit infra in præsenti capitulo. Tertiò, adimpleuit ea, consilia apponendo, quæ faciunt ad perfectiorem mandatorum obseruantiam. Perfectius enim obseruat mandatum hoc:* Non occides. *ille qui cauet ab ira inordinata, quàm ille qui cauet tantū ab interfectione. Alia erant præcepta legis iudicialia: & impleuit rigorem eorum per viam misericordiæ temperando, in aliquibus per seipsum, & alijs dimisit temperamentum, suis ministris scilicet ecclesiæ prælatis & principibus terrenis catholicis, vt de talibus ordinent secundum quod viderint vtile communitati fidelium secundum varietatem temporum & locorum & personarū: & istud nō fuit destruere legem, sed magis adimplere: quia sic ordinauit meliorem modum obseruationis iustitiæ: Sicut non destruitur puer quando fit vir: licet enim transeat pueritia, tamen remanet melior status eiusdem personæ ætate mutata: Lex autem vetus habuit quasi statum pueri respectu nouæ legis. propter hoc dicitur ad Gal.3.* Lex pædagogus noster fuit in Christo, *id est, regulatiua status pueritiæ: propter hoc erat lex timoris, sicut pueri sub disciplina & timore custodiuntur. lex autem euangelica est lex amoris: & ideo non debet esse tantus rigor pœnarum: quia proprium hominum perfectorum est magis deduci ad virtutem amore iustitiæ quàm timore pœnæ. Tertia præcepta erant cerimonialia. Et ista diuidebantur in tria: quia quædam pertinebant ad sacramenta, sicut circumcisio quantum ad omnes homines: vnctio quantum ad reges & pontifices. Christus autem non assumpsit statum sacerdotis legalis vel terreni regis: immo dixit coram Pilato regnum meum non est de hoc mundo. Ioh.18.f. Et ideo non habuit istam vnctionem corporalem regum vel pontificum. sed vnctionem spiritualem à Deo patre habuit plenitudinem gratiæ, secundum quod scribitur in Psalm.* Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ, &c. *Circumcisionem autem ipse adimpleuit primò in seipso incipiendo. Secundò melius & efficacius & generalius instituendo sacramentum loco ipsius scilicet baptismum in quo confertur maior gratia & est remedium tam viris quàm mulieribus. Quædam etiam cerimonialia pertinebant ad sacrificia, sicut immolatio agni paschalis, iuge sacrificium, & consimilia. Ista autem erant figuratiua vnius perfecti sacrificij scilicet Christi in cruce offerendi. Et ideo ista impleuit Christus vno modo corporaliter patiendo: alio modo efficacius sacrificium scilicet eucharistiam instituendo. Quædam autem cerimonialia pertinebant ad sacra: & de talibus erant præcepta prohibentia vsum aliquorum ciborum & consimilia: & ista adimpleuit Christus, quia dicit Petrus Act.11.b.* Immundum & commune nunquam introiuit in os meum: *& multo fortius Christus hoc seruauit, & sic ista præcepta adimpleuit ea obseruando & obseruationem meliorem declarando. per talem enim abstinentiam à corporalibus cibis significabatur abstinentia à spiritualibus mundicijs. Hanc autem munditiam instituit Christus in lege euangelica quæ est mundissima. & per consequens debuit cessare figuralis abstinentia. propter quod dicitur actuum.10.c.* Quod Deus purificauit, tu ne commune dixeris. *quia nullus cibus coinquinat homines qui cum gratiarum actione percipitur. Dimisit tamen Deus in ordinatione ecclesiæ de aliquibus abstinentijs faciendis pro loco & tempore. Patet ergo ex prædictis qualiter Christus legem adimpleuit quantum ad omnia genera præceptorum. Secundo impleuit legem quantum ad promissa, promittens tamen obseruantibus meliora: lex enim Mosaica promittebat solum bona temporalia & transitoria scilicet abundantiam & excellentiam temporalem, vt patet Deut.26.d.* Custodias omnia præcepta eius, & faciet te excellentiorem cunctis gentibus: *sed Christus obseruantibus Dei mandata promisit bona spiritualia & æterna scilicet gratiam in præsenti, quæ præcellit omnibus bonis temporalibus, & etiam gloriam in futuro infrà 19.d.* Omnis qui reliquerit, &c. *centuplum accipiet scilicet in præsenti: quia bona spiritualia quæ hîc recipiuntur intantum excellunt bona temporalia, ac si centenarius numerus paruo numero comparetur & vitam æternam possidebit scilicet in futuro. Patet igitur, quòd Christus adimpleuit legem quantum ad præcepta & promissa. Similiter adimpleuit prophetias: quia principaliter loquuti sunt de Christo, & de aduentu eius, & de his quæ pertinent ad ipsum: & ideo adimpleuit prophetias nascendo, conuersando in mundo, & moriendo, & resurgendo, & alia opera nostræ salutis faciendo: propter quod imminente sua passione dixit Luc.24.f.* Oportet impleri ea quæ scripta sunt in lege & prophetis & psalmis de. *Patet ergo ex prædictis, quòd Christus impleuit legem & prophetas.*

Præcepta iudicialia.

Præcepta cerimonialia.

Solutio. *Ad primum dicendum, quod Christus curando infirmum sabbato non fecit contra legem: quia licitum erat facere in die sabbati ea quæ ad gloriam Dei pertinebant, sicut ornare templum, & sacrificia offerre, & laudes diuinas dicere & huiusmodi. & multo fortius sanare hominem miraculose ad ostensionem diuinæ virtutis erat licitum: & eadem ratione quod sanatus subito portaret lectum suum in die sabbati faciebat ad magnificationem miraculi. Per hoc enim ostendebatur, quod diuina virtute erat sic subito perfectè sanatus, quod erat ad pristina opera plenariè restitutus. Ad alia duo patet ex prædictis in corpore quæstionis.*

✠ 1 Omnia

a *Omnia fiant.* Spiritualiter impleantur, vel imperfecta perficiantur,& significantia,impletione consumentur.

b *Qui ergo soluerit.* Minima sunt crux Christi & passio, quam qui erubescit, minimus est: qui confitetur, magnus. Vel Pharisæos notat, qui mandata Dei dimiserunt pro suis traditionibus, infra 25. a. quæ nihil valent dum vel minimum quod in lege est, prætereuut. † Iaco.1.d.

MORALITER.autem soluit qui non implet, sed tenet sicut infirmis data sunt. Vel qui non intelligit spiritualiter. Soluere, non est agere, quod rectè intelligit, vel non intelligere quod non deprauat,aut minuere integritatem superadditionis Christi.

c *Minimus vocabitur, &c.* In regno cælorum minimus,vocabitur qui erit in eo indignus, in † enim. B quo nullus minimus sed omnes magni.

Tractatu. 6.in epist. diui Ioan. ✠ AVGVSTINVS. Quid est soluitur? Quid est docetur? Soluitur factis & docetur quasi verbis. †Exo.20.b. Deut.5.b. *Qui prædicas non furandum, furaris.* Soluit ergò in facto, qui furatur: & quia sic docet,minimus vocabitur in regno cœlorum, id est, in ecclesia huius temporis. †obnoxius & infra. Rom.2.c.

d *Qui autem fecerit.* Qui non soluerit,& sic docet,non minimus,non tamen magnus: sed facit quod docet. Soli enim factores legis iusti sunt apud Deum.

e *Dico autem vobis.* Cum ait,dico,magnam vim & profundam intelligentiam cogitandi incussit:ostendit quomodo superaddit: Et non quæ prius mandauerat, absoluit. Plus etiam est diligere inimicos quàm non odisse:non cupere,quàm non adulterari:non irasci,quàm non occidere.

f *Nisi.* id est, non solum minima legis præcepta impleueritis, sed & ea quæ addo:quia dum fiunt addita ad perfectionẽ, etiam hæc plenius aguntur quæ præmissa sunt ad inchoationem: quia qui non videt mulierem ad cõcupiscendum eam,nec fornicatur: nec occidit qui non irascitur.

Libro 1. de sermo. do. in monte cap.18. ✠ AVGVSTINVS.Iusticia Pharisæorum est,vt nõ occidant: iusticia eorum qui intraturi sunt in regnum cœlorum,vt non irascantur sine causa. Minimum ergo est non occidere: & qui illud C soluerit,minimus vocabitur in regno cœlorum. Qui autem illud impleuerit vt non occidat, non continuò magnus erit & idoneus regno cœlorum,sed tamen ascendit aliquem gradum:perficietur autem si nec irascatur sine causa. D

✠ IDEM. Abundet iusticia nostra super iusticiam eorum,qui soluunt quod docent: vt vos non soluatis, sed faciatis potius quod docetis. Lib.20. de ciuit. ca.9.

¶ Quin. a ¶ Quia omnia fient.ergo. b ¶ Vel non agendo. vel non credendo vt Pharisæi.

a donec omnia fiant. † Qui ergo solverit 1
a b ¶ Minima sunt quæ inchoant homines. ¶ i. sicut soluit.
b vnum de mandatis estis minimis, & do- 2
a ¶ Despectissimus est in ecclesia sanctorum. b ¶ Ab illis qui sunt in regno cœlorum.
c cuerit sic homines, minimus vocabitur in 3
d regno cœlorum: qui autem fecerit & do- 4
¶ Sic. a ¶ Licet in præsenti abiectus, econtra liçet ille hic prælatus.tamen vilis.
cuerit, hic magnus vocabitur in regno cœ-
a ¶ Quomodo ergo faciendum. b ¶ Quod sit spiritu consilij,& gratia misericordiæ Dei.
e lorum. Dico † autem vobis:quia nisi abun- 5
f a ¶ Quæ est in præceptis vitæ inchoatiuis.& mysticis iuxta literam.
g dauerit iusticia vestra plus quàm Scribarũ
& Pharisæorum, non intrabitis in regnum
h cœlorum. † Audistis quia dictum est anti- 6
quis: Non occides: Qui autem occiderit
a ¶ Vt iudicio puniatur legis. ¶ Accusatione legis. b ¶ Plus impono non irasci.
i † reus erit iudicio. Ego autem dico vobis: 7

✠ RVPERTVS. In quatuor virtutes totum hunc sermonem distinguere libet,secũdum quatuor virtutes principales, quas Ethnici quidem vocare potuerunt,sed non secundũ cœlestem ipsarum dignitatem cognoscere meruerunt,iusticiam, temperantiam, fortitudinẽ & prudentiam. Vbi enim dicitur, *Estote perfecti sicut,&c* iustitiam commẽdat. Vbi prohibet ne ad ostẽtationem opera nostra fiant, vel à ventris aut corporis sollicitudine, temperantiam notat. Cum verò nos admouet,ne mittamus margaritas ante porcos & intremus per angustam portam, perseuerantiam fortem. In sequẽ- E tibus verò vt caueamus si falsis prophetis & ne de tribulis ficus colligamus, prudentiam commẽdat.His autem omnibus virtutibus pharisæos & scribas vacuos esse ostẽdit,vt verę iusticiæ quæ in spiritu est, aduersarios: hypocrisi verò & iactantia intemperantes, & in sensu & vera legis interpretatione inconstantes, vt qui margaritas illas scripturæ, porcinis affectionibus metiantur, sed & ipsimet ex ouibus se lupos faciunt, & hominum prudentiam eludere conentur, cum destruant mandata Dei propter traditiones suas.

g *Iusticia.* Iusticiam Pharisæorũ vocat omnia illa ad cultũ Dei actualiter præcepta: seu figurarũ mystica tantũ ad literãinstituta.

Iusticia illorum,mandata Moysi:impletio illorũ,iusticia Christi.Illa à pœna liberant,ista saluant.

Quidã in hac expositione laborãt,volentes notare superabundantiã esse in nouo quę non obseruaretur in vete.Testam cum & in illo mali actus & mala concupiscentia prohiberẽtur. Sed non secundum hoc hic agitur,immo in hoc abundantia maior quam scribarum & Pharisæorum ostenditur: quia illi secundum opera magis iusti appellari,quam secundum voluntatem affectabant.

h *Audistis.* Exponit quæ est iusticia Pharisæorum, quam qui adimplet non statim magnus,sed aliquem gradum conscendit. F

i *Ego autem.* Perfectionem quam venit implere incipit explanare,&

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Qui ergo soluerit,&c. *Hic consequenter ostendit qualis debeat esse doctrina prælatorum per conformitatem ad Christum: & ponit quandam diuisionem trimembrem doctorum. Quidam enim sunt qui malè viuunt & malè docent, sicut hæretici. Et de istis dicitur:* Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis.*malè scilicet viuendo.*

2 Et docuerit sic homines, *alios similiter per falsam doctrinam corrumpendo.*

3 Minimus vocabitur in regno cœlorum.*id est, in ecclesia militãte,quia decidit à vera fide alij sunt qui benè viuunt & benè docent, & tales doctores debent esse prælati ecclesiæ.propter quod dicit:*

4 Qui autem fecerit & docuerit,&c. *Alij sunt doctores qui bene docent & male viuunt.de quibus dicitur infrà 23.a.* Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi quod dicunt facite: opera autem eorum nolite facere: *dicunt enim & non faciunt:& quia hoc non sufficit ad salutem,ideo dicit prælatis ecclesiæ.*

5 Nisi abundauerit iusticia, *q.d.ad salutem non sufficit bona doctrina,nisi adsit bona vita.*

6 Audistis quia dictum est, *Superius descripsit virtutes contemplatiuorum & prælatorum in quibus consistit iusticia abundans, hic consequenter describit virtutes actiuorum in quibus consistit iusticia ad salutem sufficiens.Ad cuius euidentiam considerandum,quòd ad consequutionem salutis sufficit obseruatio mandatorum decalogi, vt dicit Saluator infrà 19.c. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. & ideo Saluator noua præcepta moralia non dedit, sed præcepta decalogi repleuit, & ad obseruationem eorum homines induxit, verum intellectum eorum declarando, & errores Iudæorum circa hoc excludendo.Et ideo diuiditur in tres,partes:quia primò dat intellectum aliquorum præceptorum moralium. Secundò, aliquorum iudicialium,ibi: Audistis quia,&c. Oculum pro oculo. Tertiò,intellectum cuiusdam præcepti in quo fundatur tota lex, videlicet de dilectione proximi:ibi:Audistis quia dictum est,&c. Diliges proximum tuum. Prima adhuc in duas: quia primò dat intellectum quorundam præceptorum secundæ tabulæ quo ordinant hominem ad proximum: Et secundò dat intellectum cuiusdam præcepti primæ tabulæ ordinantis hominem ad Deum, quo prohibetur periurium, ibi: Iterum audistis,quia dictum est:Non periurabis. Prima in duas: quia primò dat intellectũ cuiusdam præcepti quo prohibetur nocumẽtum in persona propria. Secundò præcepti quo prohibetur nocumentum in personæ coniuncta, ibi: Audistis quia dictum,&c. Non mœchaberis. Iterum prima in duas: quia primo declarat præceptum. Secundò infert duplex correlarium, ibi: Si offers,&c. Circa primum aduertendum quod Iudæi credebant per præcepta decalogi sola opera exteriora prohiberi non motum animi. vnde & Iosephus 12. libro antiquitatum reprobat Polybium historiographum Persarum dicentem, quòd Antiochus Epiphanes mortuus fuerat in montibus miserè propter hoc quod voluerat spoliare templum Dianæ in Perside dicens, quod voluntas mala non est peccatum, nisi exeat in effectum. Et eodem modo dicebant Iudæi de hoc præcepto:*Non occides qui autem occiderit.*quia per hoc prohibetur occidendi factum, & non occidendi propositum. Et hoc est quod dicit:*Audistis quia dictum est antiquis.*hoc est: sic interpretabantur præceptum hoc. Sed hunc errorem excludit Saluator dicens:*

7 Ego autẽ dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo. *Vbi Saluator ponit triplicem gradum iræ. Primus est in corde. Et notatur cum dicitur:* Omnis qui irascitur. *Secundus est in ore per verbum contumelioſum, confusum tamen: quod notatur cum dicitur:* Qui autem dixerit racha.*Tertius gradus est, quando proceditur ad contumeliam determinatam.quod notatur cum dicitur:* Qui autem dixerit fatue. *Primus gradus est minoris culpæ quàm secundus, &*

nare,& quomodo iuſticia eorum debeat ſuperabundare.

A ✠ Evthymivs. Poſtquam corda eorum beatitudinibus præmolliuit,& ad virtutem exacuit,maiora deinceps addit præcepta.Incipit autem ab affectibus qui naturaliores ſunt, ab ira & concupiſcentia.

✠ Theophylactvs. Dictum eſt, &c. Hoc à certo quodam dictum eſſe non dicit, Si enim dixiſſet, Audiſtis quia dictum eſt à patre meo, aut à meipſo qui filius Dei ſum,videri poſſet diuerſam à patre legem ponere.Si dixiſſet,dixi antiquis, ægrè acceptus fuiſſet ſermo. Indefinitè ergo dixit, *dictum eſt antiquis.*, per quod legis antiquitatem oſtendit.

†25.diſt.c. finali.

†conceſſui

a *Omnis qui iraſcitur.* Quia neſciebãt homicidium eſſe niſi peremptionem: aperit omnem motum animi ad nocendum, in homicidium computari. Mandatum Chriſti non eſt contrarium legi, ſed latius legem in ſe continens. Qui non iraſcitur,

B non occidit. Sed non econtra, licentia iraſcendi cauſa homicidij. Tolle iram, & homicidium non fit.

Superadditio Chriſti non iraſci, non concupiſcere, à quibus difficile eſt abſtinere : & ideo magna ſunt in remuneratione. Ira eſt omnis malus motus ad nocendum. Subitus autem motus cui non conſentitur propaſſio eſt. Accedente conſenſu, paſſio eſt & mors in domo. *Omnis qui iraſcitur.* Gradus ſunt in iſtis peccatis.Primo eſt iraſci: & hunc motum animo retinere : plus eſt ſi vocem commotio ipſa extorſit, qua feriatur ille cui iraſcitur plus etiam , ſi certa vituperatio increpuit. Similiter gradus ſunt in pœnam : nam minus eſt iudicium, quando adhuc cum reo agitur:& eſt defenſioni locus. Plus eſt concilium quando iudices inter ſe conferunt quo ſupplicio damnent quem conſtat eſſe damnandum. Plus eſt etiam gehenna, vbi nulla ſententiæ dilatio. Et ita quod propriis & certis modis exprimi non potuit, quibuſdam ſimilitudinibus diſtinctum eſt. His enim tribus iudicio , concilio, gehenna , diuerſæ manſiones in æterna damnatione pro modo peccati ſignanter exprimuntur. *Qui iraſcitur.* Addunt quidam , ſine cauſa,ſicut & ad dicere racha vel fatue : quia naturale eſt iraſci : ira tamen ne ſine cauſa fiat.Cui ſenſui videtur aptari : *Iraſcimini,& nolite peccare.*Sed omnis occaſio iræ tollitur,dum inimicos diligere iubemur. Qui non iraſcitur , non ſoluit legem , ſed implet : vt intus ſicut extra ſeruetur innocentia. Ira propriè eſt commotio paſſionis. Ira quæ ex cauſa & nõ ex paſſione eſt,iudicium eſt non commotio illicita.

Gradus in peccatis.

Gradus in pœna.

Pſal.4.a.

C

Omnis occaſio iræ infirmis ſcilicet aufertur vel tollitur. Si enim cum cauſa , non fratri iraſcitur ſed vitio.Iuſta ira mater eſt diſciplinæ.Et ira quæ eſt cum cauſa,iudicium eſt,non ira.

Racha.

Racha. Vel racha verbum Hebræum , & interpretatur cenos id eſt, vacuus , quod dicimus ſine cerebro , quod eſt magna contumelia. Qui ergo hæc dicit fratri qui ſpirituſancto plenus eſt, luiturus eſt contumeliam ſpirituſſancti iudicio ſanctorum iudicium. Non enim modicus furor eſt quem Deus ſale ſapientiæ condiuit infatuatum dicere& ſalienti Deo derogare.

Homel.16. operis imperf.

✠ Chrysostomvs. Racha non grandis alicuius conuitii ſermo eſt, ſed magis de cõtemptu veniens, impatientiaque dicentis , vt ipſi nonnunquam vel ſeruulis vel inferioribus quibuſque aliquid imperantes , diximus,vade tu.

✠ Avgvstinvs.Nonnulli de Græco trahere voluerũt interpretationem huius vocis, putantes pannoſum dici racha, quoniam dicitur Græcè pannus Probabilius eſt quod audiui à quodam Hæbræo, vocem eſſe non ſignificantem aliquid, ſed indignantis animi motum exprimentem.

D Libro 1. de ſerm.dom. in monte cap.18.

* temere vel ſine cauſa

b *Fatue.* ✠ Hilarivs. Piaculi magni periculum eſt, quem ſalem Deus nũcupauerit, eum contumeliæ infatuati ſenſus laceſſere : & ſapiẽtum intelligentiam ſalientem , ſtultæ intelligẽtiæ exaſperari maledicto.

† De hære. c. cũ ex iuncto.

c *Si ergo offers munus tuum.* Explanat ampliorem iuſticiam oſtendendo , quòd ſi non licet fratri iraſci,multo minus in animo retinere quod in odiũ quærat conuerti. Si quidquam mali contra proximum in animo habemus , Deo placitè offerre non poſſumus. *Si ergo offers.* ſecundũ literã hoc abſurdum eſt. Eſt ergo in interiori templo altare id eſt,fides , cui quodlibet munus id eſt Pſalmus , hymnus,oratio,

B

& huiuſmodi , niſi ſit innixum non eſt Deo placiturum. *Et ibi.* id eſt, cum in corde (quod eſt templum interius) tale munus oblaturus es, ſi in mentem venerit quòd frater tuus habet aliquid aduerſum te, quem tu læſiſti. Si enim ipſe te læſit , non ipſe,ſed tu habes aduerſus eum : nec tunc oportet te veniam petere,ſed dare ſicut vis tibi dimitti.

† Luc.12.g.

✠ Chrysostomvs. Audiant hi qui ſacris myſteriis initiati,cum inimicitiis ad cõmunionem altaris accedunt, nimirum ſacro ſacta Chriſti corporis & ſanguinis myſteria:nõ modo fidelibus communicãtur,ſed & Deo ſummo offeruntur , vt ſimul ſint cœna & ſacrificium,vnde menſa illa altare dicatur.

Hom.16 in Matthæũ.

d *Relinque ibi.* Non ait refer:quia quod rectè offertur immutari non licet.Sed relinque donec placabilius offeras:non enim munus repellit , ſed charitatem proximi quærit ſine qua nemo ad charitatem Dei peruenit. vnde : Prius charitatem proximo exoluat,qui munus ſuum Deo placere optat.

e *Vade.* Non pedibus,ſed animo humiliter ei proſternas in cõſpectu illius cui oblaturus es. Vel petendo veniam ſi præſens eſt.

✠ Avgvstinvs. Si abſens ſit,ſaltẽ apud te ſtatuere oportet, quod ſtatim atque illius adeundi cõmoditas ſe offeret, cum illo reconciliaris.

Libro 1. de ſerm. dom. in monte cap.21.

✠ Chrysostomvs. Dic mihi quomodo reconciliabor? Qualis præceſſit offenſio,talis debet ſequi recõciliatio. Si cogitatu offendiſti,cogitatu recõciliare. Si verbis, verbis recõciliare. Omne eñ peccatu, quomodo cõmittitur,eo modo & pœnitetur.

Homel. 11. operis imperfecti.

f *Offeres.* Hoc ex ſpiritu pietatis quo mitis fit.& diuinũ verbum piè intelligit,intelligendo obedit,& ad implendum cor erigit.

g *Eſto conſentiens.* Sicut iam præcepit fratri reconciliari, & poſt iubet inimicos diligi, ita hic dum currimus in via huius ſeculi,ad pacem & concordiam hortatur,ſicut dicitur:*ſi fieri poteſt quod ex vobis eſt,cum omnibus hominibus pacẽ habentes.* Et pro conſentiens ex Græco habetur benignus vel beniuolus *Cio*:ne differas in craſtinum. *Dum eſt in via:* dum adhuc licet operari.

Rom. 12.d.

Si fratrem læſiſti reconciliare ei. Si aduerſarius extiterit, eſto beneuolus,vt fiat amicus. ☞ *Aduerſarius*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *ſecundus quam tertius & ideo primo minor pœna determinatur,cùm dicitur:*

1 Reus erit concilio. *Quia minus eſt quòd iudices debeant congregari ad determinationem pœnæ alicuius.quam quòd iam ſit adiudicatus.quod ponitur in ſecundo cùm dicitur,* Reus erit iudicio. *Et hoc eſt minus quàm quod aliquis ſit iam extremæ pœnæ determinatus:quod ponitur in tertio gradu,cùm dicitur:*

2 Reus erit gehennæ. *Conſiderãdum tamen,quod licet ira ſit peccatum,vt hic dicitur,non tamen peccatũ omnis.Ira enim eſt appetitus vindictæ.Vindicta autem ſi ſit iuſta,non eſt peccatum eam appetere:ſed tantum ſi ſit iniuſta.Et hoc cõtingit quadrupliciter. Vel quando appetitur pœna eius qui non meruit vel plus quã meruit. Vel ſi appetatur ordine debito prætermiſſo. Vel quia appetitur propter indebitum ſinẽ, vt quãdo appetitur ſolum propter vindictã, nõ propter iuſticiã.*

3 Si ergo offers.*hic ex prædictis infertur duplex correlarium.Primum reſpicit placationem diuinæ offenſæ. Et ſecundum euaſionem pœnæ infligendæ,ſecũdum ponitur ibi:Eſto conſentiens,&c.Circa primum aduertendum , quod munus Deo oblatum non proficit ipſi offerenti,niſi ſit in charitate,charitatẽ autem nõ habet,niſi proximo læſo ab eo velit ſatisfacere.Et ideo dicit,* Si offers munus,&c. *Sequitur:*

4 Vade prius,&c. *Et poteſt hoc intelligi dupliciter.Vno modo pedibus corporis.& hoc debet fieri ſi cõmode poſſit haberi ipſius fratris offenſi præſentia.Si autẽ non poſſit, ſufficit ire ad eum pedibus mẽtis: quod fit quãdo habet propoſitũ ſatisfaciendi loco & tẽpore competenti.Et hoc modo vtitur eccleſia Romana,quæ reum confitentem abſoluit,& ſibi ſatisfactionem læſo fiendam imponit.*

5 Eſto conſentiens.*Hoc eſt ſecundum correlarium : quia ſi ille qui*

MORALITER.

✠ 3 *Si ergo offers munus tuum.* Chryſoſtomus, Plus enim diligit Deus fidelium concordiam,quam munera ſibi oblata.

5 *Eſto conſentiens,&c.* Moraliter aduerſarius peccatoris poteſt dici præce

Aduersarius est aliquis homo, vel diuinus sermo. Esto beneuolus & consentiens verbo Euangelij, quod mandat multa contraria carni, cum quo in via, id est Christo, rectè gradimur, dum ei obediendo ad vitam æternam pertingimus.

Aliter, Aduersarius est Deus, vel magis sermo diuinus, qui contradicit peccare volentibus. Qui adhoc datus est, vt nobiscum sit in via cui oportet nos consentire, ne oderimus, quòd Deus nobis non parcit donec sanemur.

✠ AVGVSTINVS. Sed neque beneuolentiam diabolo iubemur exhibere, vbi dum beneuolentia, ibi amicitia: neque quisquam duxerit, amicitiam cum diabolo esse faciendam. Neque concordare cum illo expedit, cui semel renunciando bellum indiximus, & quo victo coronabimur.

✠ ATHANASIVS. Dicitur etiam conscientia aduersarius. Nam occultè nos in corde nostro redarguit, coercet à malo, & si simus inobedientes, tãdem nos ad Dei tribunal sistit, vbi & pœnas dabimus enormium peccatorum, tum etiam leuium & minimorum.

✠ TERTVLIANVS. Si in diabolum transfertur aduersarij mentio ex obseruatione comitante, cum illo quoque moneris eam inire concordiam quæ deputetur ex fidei conuentione. Pactus es enim renunciare ipsi, & pompæ & angelis eius. Conuenit inter vos de isto. Hæc erit amicitia obseruatione sponsionis, ne quid eius posteà resumas, ex his quæ ei eieraſti, quæ illi reddidisti, ne te vt fraudatorem, vt pacti transgressorem iudici Deo obiciat, & iudex te tradat angelo executionis, & ille te in carcerem mandet infernum, vnde non dimittaris, nisi modico quoque delicto mora resurrectionis expenso.

a *In via cum eo.* Sermo diuinus, nobiscum est in Christi via. Aduersarius nobiscum in via seculi. Sermo diuinus nobis via est qua currimus. vnde: *Viam mandatorũ tuorũ cõcurri, cũ dilataſti cor meũ.*

b *Ne forte tradat.* Sic temperauit, vt pœnitẽtiæ locum nõ afferret: putaretur enim, quod si obisset aduersarius & nõ posset ei in via esse beneuolus, necessario iudici traderetur. Sed & locum pœnitentiæ reliquit, & impœnitentem iudici tradidit, dicens: Iudex tradat te ministro.

Tradat, id est, causa sit cur tradaris in manus Christi, cui pater omne iudicium dedit. Christus ministro, id est, angelo qui colliget Zizania.

c *Nouissimum quadrãtem.* id est, minuta peccata, quia nihil erit impunitum. Vel per quadrantẽ nouissimum, significantur terrena peccata, quia prima pars mũdi cœlum. Secunda, aer. Tertia, aqua. Quarta, nouissima terra. ergo donec reddas nouissimũ quadrantem, id est, donec luas peccata quæ de terra contraxisti.

Primus quadrans est ignis quo charitas significatur. Secundus, aer quo spiratur, quo significatur vita. Tertius, aqua qua renascimur. Nouissimus, terra, per quam carnalis vita. Vnde: *Terra es & in terram ibis*: id est, exolues quod esse voluisti.

C Quadrans genus numi est qui habet duo minuta. Vnde alius euangelista dicit illam pauperculam misisse in corbanam quadrantem. Alius duo minuta quòd idem est.

✠ TERTVLLIANVS. Carcerem illum quod Euangelium demonstrat, inferos intelligimus, & nouissimũ quadrantem, modicum quoq; delictum mora resurrectionis illîc luendum interpretamur. Nemo dubitabit animam aliquid pensare penes inferos, salua resurrectionis plenitudine, per carnem quoque. D

d *Audistis.* Adhuc qui dixit: *Non veni soluere legem, sed adimplere.* Addit: *Quantũ debeat abundare iusticia apostolorũ plusquam Phariſæorum.* Minor iusticia est, nõ mœchari corpore. Maior iusticia est nõ mœchari & corde. Non ait: qui concupierit: *sed qui viderit ad cõcupiſcendum eam.* id est, hoc fine & animo attenderit vt eam cõcupiscat, quod iam nõ est titillari: sed plene consentire libidini, vt si facultas sit peragatur. Hîc nomine mœchantiũ omnẽ carnalem delectationem accipe quãdo anima relicta superiori lege, turpi voluntate inferiorũ prostituta corrumpitur.

Mar. 11. d. Matth. 5. d.

e *Viderit mulierem.* Beda: Magna superadditio. Visus ponitur pro omni motu qui est ad delectationem: non solum corporalis, sed interior qui est in ocncupiscentia, in qua aperiũtur illi oculi qui pro pœna peccati primis parẽtibus malè aperti legũtur tũc itur in effectũ cordis: nec deest volũtas, sed occasio peccati. Sicut ergo bona volũtas cũ deest copia agẽdi remuneratur, sic deliberatio cũ molimine vitiorũ damnatur: quia nõ secũdũ quod quisq; potuit & nõ licuit, sed secũdũ quod voluit & proposuit ex cõscientia accusatur vel defenditur.

† Non cõmittes adulterium.

† Adulterium cõmisit cum ea.

E

✠ CHRYSOSTOMVS. Dominus aduenire non est contentus, vt solummodo corpus à malis actibus, sed vt prius animam quoque à malis cogitationibus auerteret: Quia enim spiritussancti gratiam mente suscipimus, meritò ipsam purificat primam. Propterea non dixit, qui concupiuerit ad adulterandum, sed qui viderit ad concupiscendum.

Homel. 17. operis impefecti.

f *Ad concupiſcendum.* Vt transeat in effectum cordis, vt facere disponat, vbi nõ deest voluntas, sed occasio: quod passio dicitur, quæ est mors in domo. Propassio est animi subitus, affectus vel iræ, vel amoris. Passio quædam animi forma vel deliberatio ex consensu. vnde dicitur aliquis iracundus vel amator.

Propassio Passio.

Propassio est subitus motus sine deliberatione boni vel mali operis. Passio est affectio deliberati animi si sit locus perficiendi. *Quòd si oculus.* Oculus potest accipi dilectus amicus consiliarius, quasi iter demonstrãs: Dexter qui in diuinis. Qui verò in his quæ ad corpus pertinent consulit, similiter oculus. Scandalizat id est si in hæresim aliquã trahere vult. Similiter dextera manus dicitur amicus, qui est amicus in diuinis. Sinistra, quæ in huius vitæ necessariis. Sicut visus oculo, ita manui cõuenit actio Vel, in oculo & in manu dextera possunt accipi fratres, vxor, filij, propinqui, qui si sunt impedimẽto, debemus à nobis separare, nedum ipsos lucrari volumus, nosipsi pereamus. Vnde in Leuitico de magno sacerdote dicitur: *Cuius anima cultui Dei mãcipata est, ne super patrem & matrem vel filias polluatur.* id est, nullus affectũ sciat nisi eius cuius cultui dedicatur.

Leuitici 27. a.

Vel oculus, est mẽtis visus. dexter dignior exterior, qui purgãdus est ne scandalizet. Quia si ille semper in propitiatoriũ respicit, exterior frenatur lege eius. Hic scandalizat concupiscendo illicita: sed est eruendus, ne per eum in vicium labamur.

F

Isidorus. Si cõtemplatio vertitur in tædium vel in arrogãtiam, dimitte eam, & transi ad actiuam: quia melius est per actiuam saluari, quàm per contemplatiuam perire.

☞ *Erue eum*

---

† beneuolus.

Libro 1. de serm. dom. in monte. cap. 22.

†Exo. 20. c.

† 32. q. 5. c. sicut enim & c. si Paulus & c. q. viderit.

In quæsti. ad Antiochum q. 6.

Lib. de anima.

Pſal. 118. d.

Ioh. 5. b. d.

Gen. 3. d.

Lib. de anima ca. vlti.

a ¶ Nemo enim nouit quando de hac vita exeat.

† consentiens aduersario tuo citô, dum es
a in via cum eo, ne forte tradat te aduersarius
b ¶ In tenebras exteriores.
iudici, & iudex tradat te ministro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies
a ¶ Id est. nunquam sicut ibi dicit: Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.
c inde dõneç reddas nouissimũ quadrantem.
¶ A Moyse.
d † Audistis quia dictum est antiquis. † non
Mœchaberis. Ego autem dico vobis: quia
a ¶ Et anima eius titillata fuerit quod propassio dicitur quæ & si culpam habet nò tamen crimen. b ¶ Concupiscẽtia est mater adulterij.
e omnis † qui viderit mulierẽ ad concupiscẽ-
b
f dum eam, iam † mœchatus est eam in cor-

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *offendit fratrem, vult pœnam gehẽnæ euadere, debet in hac vita mortali satisfacere. Et hoc est quod dicit.* Esto consentiens, &c. *Id est fratri læso qui habet aduersum te. Esto consentiens per ipsius placationẽ.*

1 Dum es in via cum eo. *Id est, in præsenti vita.*

2 Ne forte tradat, &c. tradat te ministro. *Id est, diabolo qui est exequutor diuinæ iusticiæ.*

3 Et in carcerem mittaris. *id est, in pœnam infernalem.*

4 Amen. *Id est, fideliter.* 5 Dico tibi: non exibis. *id est, nunquam exibis quia in inferno nunquam est possibilis redditio.*

5 Audistis quia dictum est. *Hic consequẽter saluator dat intellectum præcepti negatiui, quo prohibetur nocumentum alicui ratione personæ. ſ. vxoris. Et primo ponit huius præcepti intellectũ. Secundò, infert quoddã correlarium, ibi:* Si ergo oculus tuus. *Circa primũ ad-*

MORALITER.

✠ dici præceptũ diuinum quod accusat ipsum. Et etiam cum hominibus in vita præsenti. Prou. 6. c. *Cum ambulaueris tecum gradiuntur, &c.* Munus autẽ hominis discordantis à precepto diuino non est accep

uertendum, q. Iudæi per illud præceptũ: Non cõcupisces vxorẽ proximi tui, *intelligebãt signa exteriora tantũ prohibita. vt sunt tactus impudici, & oscula & huiusmodi. Et ideo sic exponebant* Non concupisces vxorem, &c. *Id est. signa cõcupiscentiæ nõ facies. Similiter per illud præceptum.* Non mœchaberis: *intelligebãt actum mœchiæ tantum esse prohibitum: & sic concupiscentia latens omnino in corde non expressa signo vel facto, nullum est peccatum. Sed hoc irrationabile: quia actus exteriores vel signa non habent rationem peccati nisi inquantum sunt voluntarij, vt prædictum est. Et ideo saluator excludens hunc errorem dicit.*

6 Omnis qui viderit. *Quia videre absolutè non est malum, sed inquãtum ex eo sequitur concupiscẽtia interior. Et ista concupiscentia sic procedit: quia primo ex aspectu mulieris causatur cõcupiscentia in appetitu sensitiuo, qui dicitur sensualitas, & præuenit actũ rationis*

est acceptum Deo. Ipse etiam per præceptum quod transgreditur coram summo iudice accusatur & etiam condemnatur.

Non mœchaberis, &c. Omne peccatum mortale mœchia spiritualis est qua peccator cum diabolo relicto sponso proprio fornicatur.

de suo. †Quòd si oculus tuus dexter † scan- 1
a ¶ Ne noceat errore vel exemplo. b ¶ Ne aspicias, quo male pereas.
a dalizat te, erue eum, & proiice abs te. Expe- 2
a ¶ Ille quem habes, vt vnum membrum. 3
dit enim tibi, vt pereat vnum membrorum
¶ Tu & ipse.
tuorum, quàm totum corpus tuum mitta- 4
¶ Operatio prospera.
b tur in gehennam. Et si dextera manus tua 5
c scandalizat te, abscinde eam, & proiice abs
a ¶ Ille quem tu habes vt membrum. ¶ Actiua vel contemplatiua vita, sine adiutor.
te. Expedit enim tibi, vt pereat vnũm mem-
a ¶ Tu cum illo. ¶ Tu cum illa vel illo.
brum tuorum, quam totum † corpus eat in
a ¶ Ita abundantior iusticia, quia ibi licet dimittere, hîc non nisi causa fornicationis.
d gehennam. Dictũm est autem: † Quicũque 6
a ¶ Permissio fuit non præceptum.
e dimiserit vxorem suam, dẽt illi libellum
a ¶ Non soluo sed suppleo.
repudij. Egõ autem dico vobis: quia om-
a ¶ Non concubinam.
nis qui dimiserit vxõrem suam, excepta

a *Erue eum.* Ad literam nullum membrum erui præcipitur: sed interior visus qui dexter, & exterior qui siniſter dicitur, per ſtudium pij laboris ſi nocet eſt reuocandus vel remouẽdus: & etiam longe faciẽdus, vt ſcilicet nec in memoria habeatur. Eruitur oculus cum frangitur malus vſus. Proiicitur, cùm ex toto annihilatur, nec intrare permittitur.

✠ Avgvstinvs. Quicquid eſt quod ſignificat oculus, ſine dubio tale eſt, quod vehementer diligitur. Solet enim ab his qui vehementer volunt exprimere dilectionem ſuam, ita dici, diligo eum vt oculos meos. Quod autem additum eſt dexter, fortaſſe ad agẽdum vim dilectionis valet, Amplius enim formidant homines dextrũ amittere: vt iſte ſit ſenſus, Quicquid illud eſt quod ita diligis, vt pro dextro oculo habeas, *ſi ſcandalizat te*, id eſt, ſit tibi impedimẽto ad veram beatitudinem, erue *eum, &c.*

b *Dextera manus tua.* Proſpera operatio, vel aliquis adiutor ſtrenuus intra vitæ negocia: qui ſi ſcãdalum eſt in lege Dei, melius eſt illo præciſo ſaluari, quã cum illo damnari.

Dextera manus, eſt actio: oculus, contẽplatio in qua ſcandalizamur, dum ex infirmitate ad purum contemplari non valemus. In hac pro deſidia & torporis ocio, in alia pro ſeculi frequentia & occupationis tædio illaqueamur. Et nota ſi quis non poteſt frui contemplatiua, non torpeat ocio ab actiua, vel, nedum occupatur actibus creſcat ab interna dulcedine, cum melius in contemplatiua poſſit proficere. *Si dextera tua.* i. ſi dum exequaeris opera miſericordiæ in actiua cadis in alia vicia, dimitte eam actiuam, & tranſi ad aliud.

✠ Avgvstinvs. Dextera manus, dilectiſſimus eſt amicus, adiutor & miniſter in operibus diuinis.

✠ Athanasivs. Non de membris corporis hoc dixit dominus, ſed de amicis & cognatis: membra namque ſumus inuicem. Si igitur habes amicum cuius tanta ſit tibi neceſſitas quãta ſit vel dextri oculi vel manus, iuxta dictum Iob, Oculus eram cæcorum: ſi videris ab ipſo damnũ inferri animæ tuæ, abſcinde eum.

c *Abſcinde eam, &c.* Si quis hoc prædicat de membris, affectu pietatis non debet audiri. Sed vt improbitas morum & prauitas actionũ inde reſecetur, vt quidquid in oculo mẽtis de via iuſticiæ & morum probitate nos ſubuertit, & quidquid contra operationem virtutum extra pulſat proculpellatur.

d *In gehennam.* Nomẽ gehẽnæ in veteribus non inuenitur: ſed prius à domino ponitur. Cui⁹ nominis occaſio eſt. Idolum Baal fuit iuxta Ieruſalem ad radicem mõtis Moria vbi Siloa fuit. hæc vallis irrigua fuit & nemoroſa & plena delitiis, & locus in ea, idolis conſecratus: populus autẽ Iſrael adeo inſaniuit, vt relicto templo ibi immolarẽt, & filios ſuos incenderent dæmoniis. Et dicebatur locus iſte gehẽnon, id eſt, vallis Ennon. Comminatur autem Deus ſe impleturũ locum illum cadaueribus, vt vocetur poliandrũ, id eſt, tumulus mortuorum. huius ergo loci nomine futura ſupplicia deſignantur.

e *Det illi.* Scripſit Moyſes in Deuteronomio, quòd ſi vxor nõ placet viro propter aliquã fœditatẽ, dimittat eam. Quod Chriſtus exponit ob duriciã maritorum dici, nõ vt cõcedatur diſſidium, ſed vt tollatur homicidiũ. Melius eſt enim diuidi quã per odium ſanguinẽ fundere Chriſtus verò ſolam fornicationem excepit, cæteras moleſtias iubet pro fide coniugij & caſtitate ſuſtineri. Non eſt dimittere, contempta carnaliter, cum vxore ſpiritualiter viuere: hîc iubet vxorem non dimitti, qui alibi dicit: *Qui non oderit patrem & matrem, & filium, &c. non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Ideo dictum eſt: quia in regno Dei nulla eſt conditio vitæ præſentis: quam qui nõ oderit, & vt finiatur optauerit, nondum diligit regnum Dei. Odit ergo nõ homines, quos potius vult ſecum permanere, ſed corruptibilem coniunctionem in vxore: legem miſeram naſcendi & moriendi in parentibus. Amat verò æternum eſſe ſibi & omnibus illis. Sicut diligit inimicum, non in hoc quod inimicus & malus, ſed quòd homo vt ſecum ſit ſaluus.

☞ Chrysost.

† infra 18. b 24. q. 3. c. illud. Libro 1. de ſerm. dom. cap. 24.

† Obſtaculo tibi fuerit & infra. Gehennæ nomen à quo & qua re primò poſitum ſit

† corpus tuum mittatur.

† Deu. 24 a infra 19. b. Marc. 1. a. Luc. 16. b.

Deut. 24. a. Repudij libellus qua re à Moyſe permiſſus.

Luc. 14. f.

contẽplatiuus ab operibus actuæ vitæ nõ abſtineat.

Vbi ſupra. Quæſt. 69. ad Antiochum.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *& ſic non eſt peccatum, nec veniale nec mortale. Cuius ratio eſt, quia talis motus ſenſualitatis non eſt in poteſtate hominis, & per conſequens non eſt peccatum: ſed retentio huius concupiſcentiæ poſtquam percepta eſt, bene eſt peccatum: vnde dicit Auguſtinus: Non eſt in poteſtate noſtra quibus viſis tangamur: ſed eſt in poteſtate noſtra ea reſpuere vel acceptare. Et ſic patet quod prædictus modus ſenſualitatis non eſt peccatum ſed materia exercendæ virtutis, ſi ei reſiſtatur per rationem Si autem teneatur per delectationem moroſam abſque conſenſu tamen, tunc eſt peccatum, ſed veniale. Si autem ſequatur conſenſus in animo, tunc eſt peccatũ mortale, etiam antequam exprimatur facto vel ſigno. Et ideo de tali cõcupiſcentia quæ eſt conſenſus dicit Saluator: iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.*

1 Quod ſi oculus tuus. *Hic ex prædictis concludit correlarium, ſcilicet quòd illud quod facit hominem ruere in talem conſenſum prædictum eſt ſollicitè vitandum: & quia aſpectus impudicus eſt huiuſmodi. Ideo dicit:* Quòd ſi oculus tuus dexter ſcandalizat. *id eſt, facit te ruere in prædictum conſenſum.*

2 Erue eum. *Non eſt ſic intelligendum, quòd homo ad vitandum concupiſcẽtiam debeat ſe aliquo membro ſibi à Deo dato priuare: quia per hoc non ſanatur concupiſcentia quæ interius viget. Similiter quia per viam aliam poteſt adhiberi aliquod remedium efficacius, ſcilicet per voluntatem actus membrorum illicitos reprimentem. quia membra corporis mouẽtur actus ſuos per voluntatem: & ideo erutio oculi hic accipitur metaphoricè. Oculus enim erutus non pateſt exire in actum videndi, & per conſequens ille bene ſibi oculum eruit qui ipſum ab actu videndi impudico per voluntatem reprimit.*

Aliter exponitur: Oculus dexter. *id eſt, viſio bona de genere, ſi ſit alicui occaſio ruinæ, debet eam relinquere, & à ſe reſcindere Verbi gratia: Si aliquis vadit ad aliquod collegium mulierum cauſa prædicationis vel conſilij dandi: hoc eſt bonum de genere: tamen ſi ex hoc percipiat occaſionem ruinæ ſibi imminentis per ortum alicuius familiaritatis malæ vel tentationis periculoſæ, debet illud opus bonum de genere dimittere. Ratio autem ſubditur:*

3 Expedit enim tibi vt vnum membrum. *Prædicto modo, ſcilicet actum illicitum quamuis delectabilem deſerendo. Vel ſi accipitur pro bono de genere, melius eſt illud dimittere.*

4 Quam totum corpus. *id eſt, quam tota congeries bonorum operum per grauem lapſum pereat occaſione illius particularis boni.*

5 Et ſi dextera. *Sicut dictum eſt de oculo, ſic de manu dupliciter poteſt intelligi. Vno modo ſic: quia ſi eſt occaſio ruinæ per tactum impudicum, abſcindenda eſt, prohibendo talem actum per voluntatis imperium. Alio modo ſic: quòd per manum intelligatur bonum opus de genere: quod eſt relinquendum, ſi ſit occaſio ruinæ, ſicut ſi aliquis alicui mulieri det eleemoſynam, vt ex hoc contrahat cum ea familiaritatem periculoſam: debet primum dimittere, quamuis ſit bonum de genere ne perdat maius bonum continentiæ.*

6 Dictum eſt. *Hic dat intellectum cuiuſdam permiſſi in lege, ſcilicet de libelli repudij datione. de quo ſcribitur Deut. 24. n* Si acceperit homo vxorem, & non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam fœditatẽ, ſcribat libellum repudij, quam dabit in manu illius, & dimittet de domo ſua. *Credebant autem Iudæi, quòd hoc eſſet ſimpliciter licitum. ſed hoc eſt falſum: quia cum ſecundum totam vitam indiuiſibilitas ſit de ratione coniunctionis matrimonialis, vt dicetur infrà 19. ideo hoc permittebatur: non quia licitum, ſed ad euitandum maius malum, ſcilicet vxorcidium. Minus enim malum erat quòd vxores dimitterent, quã quòd eas interficerent: & ideo nõ erat licitum vxorẽ dimittere, niſi propter fornicationem. tunc enim licitum eſt eam dimittere quantum ad cohabitationẽ & debiti redditionem: manet tamẽ vinculum per totam vitam. Et ideo dicit: quòd ſi di-*

MORALITER.

✠ 1 *Quod ſi oculus.* Iſte eſt conſiliarius: Manus dextera eſt ſpecialis amicus, qui debent à ſe præſcindi, ſi ſint in periculum ſcandali.

2 *Quicunque dimiſerit vxorem.* Vxor nullo modo dimittenda eſt deſurſum deſcẽdens ſapientia de qua dicitur Sap. 8. a. *Hanc quæſiui mihi ſponſam aſſumere.* Multi tamẽ dant ſibi libellum repudij, & aſſumunt ſibi ſapientiam mundanam, quæ terrena eſt, animalis, & diabolica, vt dicitur Iacobi 3. d.

Reddes

CHRYSOSTMVS. Permisit Moyses dari libellum repudij, ne propter odium funderetur sanguis. Permisit fieri mala, ne fierent peiora: & hoc permittendo non Dei iustitiam demonstrauit, sed à peccato abstulit culpam peccandi, vt quasi secũdum legem agentib. peccatum, non videatur esse peccatum. Si ergo permissum est repudium, malum quidem, tamen licitum. Hac ratione apostoli præceperunt secundas nuptias propter incontinentiam hominum. Permisit nõ præcepit: Quod permittimus nolentes præcipimus: quia malas hominum voluntates ad plenum prohibere non possumus.

A Hom.12. in Math.

†adulteriũ cõmittit.

a causa fornicationis, eam mœchari facit: &
b a ¶ Quia debet manere innupta, vel viro reconciliari. b ¶ Item in hoc non soluo. sed suppleo legem.
qui dimissam duxerit, † adulterat. Iterum 1
audistis: quia dictum est antiquis: †Nõ per-
c iurabis: reddes autem domino iuramen- †
a ¶ Longe facio à periurio, dum iurare prohibeo.
d ta tua. Egõ autem dico vobis: non iura- 2
¶ Sermo fidelis pro iuramento debet haberi. ¶ Iustum. 3
e re omnino: neque per cælum, quia thro- 4
f a ¶ Et ita in eum Deum iuras. b ¶ Per peccatorem.
nus Dei est: neque per terram, quia scabellũ 5
a ¶ Quando iuras per eam, nõ propter eam: sed quia culturæ Dei deputata est.
est pedum eius, neque per Ierosolimam, 6
g quia ciuitas est regis magni. Neque per 7

a *Causa fornicationis.* Quia in hoc fides castitatis & connubij rumpitur: & ille non facit eam mœchari, sed ipsa causa est reatus sui. Si autem pro fornicatione dimittit, à fornicatiõe debet esse immunis, nec aliam ducere licet dum illa viuit.

Fornicationis causa. Fœminę, quæ fornicata est, vel viri, ne fornicetur scilicet si vxor cogat ad idololatriam, vel ad auaritiã: vel ad alias illicitas concupiscentias. Non enim fornicatio est tãtum stupri: sed generaliter quæ à lege Dei aberrare facit.

B Hom.17.in math. li.de monogamia

b *Et qui, &c.* ✠ CHRYS OST. Non dicas, qm̃ vir suus eam dimisit, quia etiam postquam dimissa est, remanet dimittẽtis vxor.

✠ TERTVLLIANVS. Adulteratur, quia viuam carnem sibi immiscet super viuam pristinam, quã Deus aut coniunxit in duos aut coniunctam deprehendit. Ideoq; abstulit repudium quod ab initio non fuit, vt quod ab initio non fuit, muniat duorum in vnã carnem perseuerantiam, ne necessitas vel occasio tertiæ concarnationis irrumpat, soli causæ permittens repudium, si fortè præuenerit cui præcauetur.

Hom.17.operis imperfe.

✠ CHRYSOST. Ille qui dimisit vxorem suam, si alteram duxerit, tunc se constituit criminis reum, qui adulteram fecit ex coniunge: hic verò accipiendo alienam, adulter effectus est.

epistola ad Amandum

✠ HIERONYMVS. Quandiu viuit vir, licet adulter sit, licet sodomita, licet omnibus vitiis coopertus: & ab vxore propter hæc scelera derelictus, maritus, eius reputatur, cui alterum virum accipere non licet.

Per quæ iurandum.

c *Reddes autem.* Si iurare contigerit: per creatorem iurabis: non per creaturam. Hoc enim per quod iurat quilibet veneratur: hoc amat hoc timet. ideo lex præcipit vt non iuretur nisi per Deum. Iudæi enim per angelos & Ierusalem & elementa iurantes, creaturas venerabantur honore Dei. Sicut ergo victimas Deo immolabant, ne eas idolis immolarent, sic paruulis concessum est iurare per Deum, non q̃ rectè hoc fiat: quia melius est hoc Deo exhiberi, quã creaturis. Christus verò omnino iurare prohibet. i. ne qs quasi bonum appetat iusiurandum, & assiduitate iurandi labatur in periurium: Iurat enim Paulus dum Deum testem facit, non q̃ bonum sit iurare, sed quòd necessarium, dũ nisi iuretur, homines sunt pigri credere, quod est eis vtile.

D Rom.9.a.

Qui non iurat peierare nõ potest: sicut qui non loquitur, non potest mentiri.

d *Ego au.* Docet nil tam vile in creaturis quod quis peierare debeat, dum à summo vsq; ad imũ iuramentum vetat. i. à cælo vsq; ad capillum. In Deum peierare conuincitur, cuius thronus est cælum, & cuius est quidquid est. In cælo dicitur Deus sedere, terrãq; calcare, non q̃ habeat membra sic locata, sed quia in corpore mũdi maxima spẽs est cæli minima terræ. Dicitur sedere quasi ex cellẽtiori põtior pulchritudini: minimam iudicet, & ordinet in infimis, Sedes enim Dei iudiciũ significat. Mysticè. Cælum, est anima iusti, terra, peccatoris. Et quia spiritualis omnia iudicat, & à nemine iudicatur. sedere dicitur. Peccator, quia per iustitiam in infimis ordinatur, & sub lege ponitur. scabellum pedum dicitur.

Adulteriũ mittratur. † Le.19.ca. 22.q.1.c. habemus. & c. si peccatum.

E Mysticè 1. Cor.2.d.

✠ CHRYSOSTOMVS. Nemo frequenter iurat, qui non aliquando periuret: sicut qui fecit consuetudinem multa loqui, aliquando loquitur importuna.

Hom.12.operis imperfect. li.19.ca.23. cont.faust.

✠ AVGVSTINVS. Quia verò periurare grauè peccatum est, longius autem remotus est à periurio, qui nec iurare consueuit, quàm qui verum iurare procliuis est, maluit nos dominus non iurantes: non recedere à vero, quàm verum iurantes appropinquare periurio.

e *Per cælum.* Illi vel cælum plus aliquid suspicabantur, vel per illud iurantes non putabant se iuramento teneri: ideo sententiam sic temperat, vt & cęlum creatura Dei credatur, non plus aliquid: & quia thronus eius est periurium timeatur. Sic & de terra, quia scabellum pedum eius. Qui ergo per creaturam iurat, illi debet iuramentum qui eam creauit & regit, nec alij rectè putatur reddi.

Non iuremus per creaturas vt veneremur eas vltrà quam debemus per eas, vt viles existimemus, vt scilicet eum per eas iuremus nihil iurare putemus.

f *Neque per terram.* Alij per salutem Pharaonis, qui Dei iudicio positus est in infimis. Non est potestas nisi à Deo: & in hoc Deum iuras.

Gen.42.ca. Rom.13.a.

g *Neque* Quod non est tuum opus, sed Dei: & ita in minimis Deum iurando, periurium incurrere potes.

Qui p̃ caput iurat, illi debet cuius figura & potestas in eo manet.

F

a Quia

NICOLAVS DE LYRA.

✠ Iudęorũ error de iuramẽti liciti & illiciti obseruatione.

missa nubat alteri, committit adulterium: & similiter qui eã duxerit.

1 Iterum. *Hic dat intellectum cuiusdam præcepti primæ tabulæ, quo prohibetur periurium. Circa hoc autem errabant Iudæi credẽtes, quòd solum iuramentum mendax esset prohibitum, & quòd iuramentum illicitum esset seruandum, sicut Act.23.e. dicitur, quòd quidam Iudæi iurauerunt inter se interficere Paulum antequam comederent vel biberent, & credebant se teneri ad impletionem iuramenti. vnde Iudicũ 11.a. Iepthe ex promissione domino facta immolauit filiam suam. vbi dicunt cõmuniter doctores, quòd non placuit Deo. Ex quo patet, quòd iuramentum vel votum de illicito factum, non est obligatorium. Similiter iuramentum incautum quod fit sine necessitate credebant esse licitum, immo etiam per se bonum: propter hoc quod scribitur Deu.6.c. Dominum Deum tuum timebis. Sequitur: Et per nomen illius iurabis sed hoc patet esse falsum: quia nomen tantæ sanctitatis accipere sine causa importat irreuerentiã diuini nominis. Quod autẽ dicitur Deut. 6.b.* Per nomen illius iurabis: *non est dictum propter hoc quòd consuetudo iurandi sit licita sine necessitate, vt ipsi dicebant: sed ad excludendam iurationem per idola: vt ibidem dicitur, quæ in nullo casu est licita. q.d. si occurrat necessitas iurandi, tunc iurabis per nomen Dei, & non per nomen idoli: propter quod dicit saluator.*

2 Ego autem. *i. ex quacumque causa: quia hæc est incauta iuratio. Per hoc tamen non excluditur iuratio in necessitate: quia negatio ibi præponitur signo vniuersali affirmatiuo, quod æquipollet suo contradictorio postposita autem æquipollet suo contrario vnde, Non omnis, valet quidam non omnis non, valet nullus. Hic autem non dicitur: omnino non iurare: quia esset sensus, quòd in nullo casu esset iurandum, quod est falsum: quia quilibet tenetur superiori requirenti per iramentum dicere veritatem, aliter periret veritas iustitiæ in multis: Sed dicitur hic:*

3 Non iurare. *Et ideo non est sensus quòd in nullo casu esset iurandum, sed quandocumque deest necessitas. Non ergo excluditur omne iuramentum, vt visum est, sed excluditur iuramentum incautum. Et quia non solum incautè iurare per nomen domini est illicitum, sed etiam iurare per creaturas eidem modo est illicitum, inquantum in eos relucet virtus diuina. Ideo subdit:*

4 Neque per cælum. *i. principaliter ibi relucet gloria Dei.*

5 Neque per terram. *i. infima creatura, sicut scabellum est inferior pars sedis.*

6 Neque per Ierosolymam. *i. ipsius Dei tui est regnum, ad cuius cultum erat deputata ciuitas Ierosolyma.*

7 Neque. *quia. s. est opus diuinum, non tuum: Quod probat dicens.*

✠ 1 Quia

MORALITER.

✠ † *Reddes autem.* Iuramento verò debitè facto concurrentibus comitibus quæ sunt iustitia, veritas & iudicium, fit Deo reuerentia. Heb.6.c. *Homines per maiorem sui iurant.* Et ideo aliqui dixerunt quòd iuramentum per Deum erit frequentandum, quod est falsum, quia ex tali frequentatione acquiritur habitus, quo de facili fit iuramentum illicitum. Ideo subditur.

2 *Ego autem dico, &c.* id est ex omni causa vel modo, sed solum concurrentibus tribus præmissis,

† 1 Oculum

☞ a *Quia non,&c.* Hæc prędicta cum ſint ardua & difficilia, nemo A ſine ſpiritu fortitudinis ſeruat. Compellit ad perfectionem, dum tollit iurandi occaſionem.

lib. de habitu mulie bri. ✠ CYPRIANVS. Dominus tuus dicit, *Non potes capillum vnum album facere aut nigrum*, & tu ad viuendum domini voce vis te eſſe potiorem, audaci conatu, & ſacrilego contemptu? Crines tuos inficis: malo præſagio futurorum, capillos iam flammeos auſpicaris.

b *Eſt,eſt, non, non.* Ideo bis dicit, vt quod ore dicis, operib. probes: Quod verbis negas, factis non comprobes vel confirmes.

† Etiam ét Non penitus iurare prohibuit, ſed occaſione periurij: Quod perfectius eſt docuit oſtendens quod vlterius eſt à malo eſſe. Apoſtolus iurat, vt fidem perſuadeat: eccleſia etiam pro fœdere pacis ac fidei ſuos iurare concedit. Sed Chriſtus quod perfectius eſt docuit, quod infirmitatis indulſit, quod ſuperſtitioſum reſecauit.

1.Co.10. d. †vltrà hæc adiũgitur.

† Exo.21.c.

† Luc. 6.d. 23.q.1.c.1.

B Veritas euangelij iuramentũ non recipit ſed alterius infirmitas id cogit, dũ veritati non credit.

c *A malo eſt* Non quidem malum, quia & ſi nõ bonum, tamen neceſſarium, ſed à malo eſt, non tuo ſed illius à quo cogeris iurare: id eſt ab infirmitate illius quæ malum eſt.

Lex vltionẽ inſtituit d *Auditis.* Auguſtinus. Lex modum vltionis inſtituit: oculum pro oculo. Quod ſi dici poteſt iniuſtorum iuſtitia eſt, nõ quia iniqua eſt vltio quam lex ſtatuit: ſed quia vitioſa eſt libido vlciſcendi: magiſq; ad iudicem pertinet hoc inter homines diſcernere, quàm bonum hominem ſibi expetere. hic enim redderet malum pro malo. Iudex non: ſed pro dilectione iuſtitiæ, iuſtum pro iniuſto, quod eſt bonum pro malo, quod etiam Deus iudex facit.

Quod dicit, *oculum pro oculo: dentem pro dente:* non alterum vult tollere ſed vtrumque conſeruare, dum minatur talionem. Quam etiam cum modo facit. vt iniuriam vindicta non tranſeat; & hæc eſt pacis inchoatio, & quaſi iuſtitiæ inceptio.

Perfecta pax. Perfecta pax eſt nullam velle vindictam, quam facit gratia euangelij quæ iubet non tantum nihil mali reddi, ſed nec reſiſti: vt ſuſtineatur, bonumque rependatur.

e *Non reſiſtere.* Iuſtitia legis, rudes, inſtruit in initio iuſtitię id eſt non plus quàm eſt illatum reddere. Iuſtitia euangelij (quæ ducit homines ad regnum) eſt non reſiſtere malo. *Non reſiſtere.* vt ipſe idem: *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde.* Et Dauid: *Si reddidi retribuentibus mihi mala.* Ierem. *Et maxillam dedi per.* Ecce idem dominus legis & euangelij.

infra 11.d. Pſal.7.a. Thren. 3.d.

Malum tẽporale fit tripliciter. Malum temporale dicit, quod tribus modis fit. Cruciatu corporum de quo dicit: *Si quis te percuſſerit.* Damno rerum. vnde ait: *Et ei qui vult tecum: &c.* Angariis operũ, vnde ait: *Et quicumque angariauerit te, &c.*

Hom.18.in math. ✠ CHRYSOSTOMVS. Non dixit, non reſiſtere fratri, ſed malo, oſtendens, quòd illo vtique inſtigante talia perpetrentur. Quid igitur? Non oportet nos reſiſtere malo? Oportet quidẽ, ſed nõ hoc

C modo, verum eo quo præcepit: vt ſcilicet nos ad iniurias ſuſtinendas præbeamus: ſic enim illum profecto ſuperabimus. Nec enim aliquando ignis igne, ſed aqua vtique ignis extinguitur.

in apolog. c.36. & 37. ✠ TERTVLLIANVS. Malè velle, malefacere, maledicere, aut malę cogitare de quoquam ex æquo vetamur. Cui bello ñ idonei non propti fuiſſemus etiam impares copiis, qui tã libenter trucidamur? Potuimus & inermes, nec rebelles, ſed tantummodo diſcordes, ſolius diuortij inuidia aduerſus vos dimicaſſe. Si enim tanta vis hominum, in aliquem orbis remoti ſinũ abrupiſſemus à vobis ſuffudiſſet vtique dãnationem veſtram tot qualiumcunq; amiſſio ciuium, imò etiam & ipſa deſtitutione puniſſet.

† Iaco.5.c. 22.q.1.c.ita ergo.& e.ſi peccatum & q.5.c. fi. De elect.c. ſignificaſti De iureiu. c.&ſi Chriſtus.

f *Præbe illi.* Non tantum non repercutias, ſed ſi vult alteram ferire patienter feras. hoc de iniuria corporis. De neceſſariis autem ſi perdideris vnum, ſine tolli & reliquum: Quid ergo de ſuperfluis.

† Alapa cæderit. ✠ AVGVSTIN. Valeant exempla intelligendarum ſcripturarũ, velut cum legimus in euangelio, accepiſti alapam, para & alterã maxillã. Exemplũ enim patientię nullũ excellentius q̃ domini. At cum ipſe alapa percuſſus eſſet, nõ ait Ecce altera maxilla, ſed ait, ſi male dixi, exprobra de malo: ſi autem bene, cur me cœdis?

E li. de mendacio c. 15.

g *Alteram.* ✠ CHRYSO. Primũ indigna res eſt, vt hõ fidelis ſtet in iudicio antè cõſpectũ iudicis infidelis. Nã & ſi infidelis nõ eſt, certè ſecularis eſt. Et qui te venerari debuerat propter dignitatem fidei, iudicatte ꝓpter neceſſitatẽ cauſę, & pdes dignitatẽ Chriſti, propter negotiũ mundi. Deinde ꝓpter lucẽ neceſſe eſt, vt coram eo te abiicias. Demũ omne iudicium, irritatio cordis eſt & cogitationũ malarũ. Si ſemel ĩ iudiciũ ingreſſus fueris, ñ iam deſideras vt veritas cauſæ appareat, ſed vt quocumq; modo victor exiſtas.

Hom.12.operis imperfe. *Et quicumque, &c.* Hoc non tam pedibus quam parato animo.

Hiſtorialiter enim hæc nec in Ieſu nec in ſanctis inuenimus ſed ſi quis cogit te ſeruire & ſolatium ſibi impendere, compaſſionis affectu paratus eſto multò plus impendere. Ita docet verus medicus, quos ad ſalutem ægrotorũ dirigit mãſuetè tolerare, quod illi intulerint ex infirmitate. Et tria ponit Quia iñ hoc numero notatur perfectio: vt qui hoc impleuerit perfectam iuſtitiam ſe habere nouerit. Nec in his vindicta prohibetur quæ fit ad correctionem, quæ & ipſa pertinet ad miſericordiam, nec impedit propoſitum manſuetudinis. Sed hoc non conceditur, niſi ei cui poteſtas ordine data eſt & ſine ira, vt pater in filium. Myſticè hæreticus diſputando ſi dextrum dogma vulnerauerit, præbe ei & alteram dexteram, Iuſtus enim non habet ſiniſtram, i. oppone ei aliud de ſcripturis teſtimonium. Et tãdiu dexteras para, donec laceſcat vel ſi quis contemnit in nobilitatem Dei, ꝙ Chriſtianus es, q̃ eſt dextera, tolerabilius ſit tibi contemni nobilitatem ſeculi, quæ eſt ſiniſtra, alteram dicit non ſiniſtram, ſed alteram dexteram quia iuſtus totus dexter eſt. Sicut de Aioth legitur vtraque manu pro dextera vſus eſt: dum interiot & exterior virtus Deo offertur.

Myſticè

Iudicũ.3.b.

F

a ¶ Quamuis ad te nihil magis videatur pertinere. b ¶ Quomodo noſtrum eſt qui poteſtatem faciendi vel commutandi non habemus.

a caput tuum iuraueris: quia nõ potes vnũ ca- 1

a ¶ Qui iurare prohibuit loqui docet. ¶ Quando neceſſitas non cogit.

pillũ albũ facere aut nigrum: † Sit autem ſer 2

a ¶ De re quæ eſt. b ¶ De re quæ non eſt.

b mo veſter, † a eſt eſt, b non non: quod autem 3

a ¶ Quia aliquando neceſſe eſt iurare & Paulus iurat licet à malo fiat. b ¶ Neque hic legem ſoluo.

c d † his a abundantius eſt, à malo eſt. Audiſtis b 4

a ¶ Scilicet reddet. b ¶ In lege retributio.

quia dictum eſt: † a oculum pro oculo, den- †

e tem pro dente. Ego autem dico vobis, non 5

a ¶ Gratia in euangelio. b ¶ Quod agitur ſpiritu manſuetudinis. ¶ Non peccato, ſed temporali. De quo ſubdit: Si quis te percuſſerit. c ¶ Diſputando.

reſiſtere malo. † Sed ſi quis te † c percuſſerit in 6

a ¶ Conſcientiam, quæ ſecundum Deum eſt culpando, quod in nobis præcipuum eſt. ¶ Tuam. b ¶ Non offerendo, ſed non reſiſtendo. c ¶ Totum corpus ad affligendum.

f dexteram maxillam: prębe illi & alteram

g

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Quia non. *vult dicere in omnibus iſtis, quòd ſicut per Deum non eſt iurandum incautè, & ſine neceſſitate, ita nec per creaturas: quia cum quælibet crertura ſit opus diuinum qui iurat per creaturam, iurat per Deum. Sequitur:* 2 Sit autem. *ſimpliciter affirmando veritatem, & negando falſitatem. & patet quòd loquitur in cõi modo loquendi inter homines, Per hoc quòd dicit:* Sermo, &c. *Secus autem eſt in caſu vbi requiritur veritas à ſuperiori ꝓ iuramentum. Quod autem ſubditur:* 3 Quod au. *quia eſt ibi malum culpæ, vel ex parte iurantis, quando iurat ſine neceſſitate, vt dictum eſt. Si autem iuret in neceſſitate requiſitus, tunc ſemper eſt ibi malum pœnæ à parte requirentis: quia ex infirmitate humana quæ eſt quædam pœna generi humano inflicta, procedit quòd homines non credunt ſibi mutuo ſimplici verbo abſque iuramento. Similiter ex parte requirentis aliquãdo eſt ibi malum culpæ quando, ſ. requirit iuramentum ſine neceſſitate.*

4 Audiſtis. *Hic conſequenter ponit intellectum cuiuſdam præcepti iudicialis: errabant enim ibidem Iudæi credentes quòd vindicta eſſet propter ſe appetenda. hoc eſt falſum, quia velle pœnam alicuius abſolute, non poteſt habere rationem boni: ſed ſolum inquantum appetitur propter aliud, ſ. propter ordinem iuſtitiæ ſeruãdum, vel propter illius correptionem qui deliquit, vel propter terrorem aliorum. vt videntes talem puniri à malis coerceantur: vel propter aliquod huiuſmodi. Vbi ergo nullum bonum tale ex pœna alicuius æſtimatur euenire, ſed magis timetur deſcandalo vel de maiori malo ſuſcitando, tunc tenetur homo deſiſtere à vindicta quærẽda: & hoc eſt neceſſitatis. Si autem citra talem caſum deſiſtat à vindicta quærẽda, eſt ſupererogationis. Et quãtum ad vtrumque dicit.* 5 Ego au. *Iſtud non reſiſtere in aliquo caſu eſt præceptum & in aliquo conſilium vt viſum eſt: & aliquando nõ reſiſtere eſſet malum, quando. ſ. per hoc daretur audacia malis hominib. ſimplices opprimendi: & põt eorum malicia ſine periculo occurri.*

6 Sed ſi quis. *Loquitur in illo caſu in quo ex reſiſtentia ſurgeret maius malum: tunc debet habere animum præparatum ad ſuſtinendum maius malum ſibi illatum, quam quòd ex reſiſtentia ſua ſuſcitaret maius ſcandalum & maius malum. Exemplum habemus in hoc quòd eccleſia non repetit decimas in terris in quibus non conſueuerunt dari, propter ſcandalum euitandum. vnde præelegit læſionem talis damni, ad euitandum periculum maioris mali: & ſi hoc facit eccleſia, multò fortius debet hoc facere vna ſingularis perſona. Ei eodem modo intelligendum eſt quod ſequitur.* Et ei qui vult tecum in iudicio contendere. *Similiter aliud verbum quod ſequitur.* ✠ 1 Et

MORALITER.

✠ † *Oculum. &c.* Secundum Dei iudicium pro oculo corporis impudice reſpiciente excecabitur oculus mentis in tenebris gehennę. Pro dente verò detractoris mordente, reddetur dens ſerpentis antiqui antiqni crucians æternaliter in loco inferni.

6 *Sed ſi quis.* Hieron. Iuſti nihil habent ſiniſtrum. Eſt ergo ſenſus moralis. Si hæreticus te per vnam autoritatem ſacræ ſcripturę impugnauerit, obiice ei aliam vnde confuſus ſit.

† *Et ei*

a ¶ Altercationis.

a † Et ei qui vult tecum in iudicio contende- †
a ¶ Vestem interiorem. b ¶ Spiritu fortitudinis.
b re, & tunicam tuam tollere, dimitte ei &
a ¶ Exterius. b ¶ Non solum tua sine altercatione, sed teipsum ei præbe.
pallium. † Et quicumque te † angariauerit 1
a ¶ Vt sis paratus non tam pede quam animo. b ¶ Quia parum est omnia tolerare, nisi des beneficium, addit.
c mille passus, vade cum illo & alia duo. Qui 2
d
a ¶ Rem, vel correptionem. ¶ Quia iucundus homo qui miseretur & com. dispo. ser. suos in iudi. quia in æternum non commebitur.
e petit à te, dà ei: & † volenti mutuare a te, ne a- 3
f uertaris. Audistis quia dictum est: † Dili- 4
g
a ¶ Beneficium quod inchoantis iustitiæ est.
h ges proximum tuum, & odio habebis ini-
a ¶ Maleuolum, quod est infirmis permissum, non præceptum.
i micum tuum. Ego autem dico vobis: dili- 5
a ¶ Quod perfectum est non impossibile. b ¶ Non solum non odiatis.
¶ Hæc est latitudo consummatæ charitatis. ¶ Non tamen vitia.
c ¶ Vitia odio: natura dilectioni est habenda.
k te inimicos vestros, benefacite his qui ode- 6
l runt vos, & orate pro persequentib. & † ca- 7

a † Et ei qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. † Et quicumque te † angariauerit mille passus, vade cum illo & alia duo. Qui petit à te, dà ei: & † volenti mutuare a te, ne auertaris. Audistis quia dictum est: † Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis: diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persequentib. & † calumnian-

† Ecclesia tribus modis impugnatur.

li. ad scopulam.

li. 2. contra epist. Parmeni.

Dilectio inimicorum.

non auferatur pœna à iudicib. infictæ.

† adegerit miliarium vnum.

sermone 6. de tempore.

† Leu. 19. d.

in Psal. 138.

aduersus vigilantiũ.

† offendendi cibus.

1. Cor. 5. d.

lib. 1. de sermone do. in mõte c. 47.

1. Ioh. d.

Peccatum ad mortem

Peccatum nõ ad mortem

F

Vnde

a Et ei qui. Consilium est antequã contendas. Licet quidem infirmis sua repetere, sed non contendere: Lucas econuerso qui aufert vestem etiam tunicam, noli prohibere. Quod non de his solis, sed de omnibus temporalibus faciendum est.

Luc. 6. e.

b *Tunicam tuam.* Vel tunica, est anima quam si quis perdere noluerit, dimittat pallium id est corpus ad martyrium. Spiritualiter, doctor tunicam tollit, cum interiora vitia facit confiteri, vt est inuidia, superbia, & huiusmodi. Ille addit: *Et pallium:* qui & exteriora vt furtum & fornicationem non erubescit confiteri.

† 14. q. 1. ca.

† 23. q. 1. ca.

c *Mille passus.* Hoc est iter sabbati, quo designatur perfectio spiritualis: quia non licet in sabbato seruile opus facere.

† Cupientem mutuũ accipe ne auerteris.

d *Alia duo.* Vadit & alia duo qui dum corpore tantum in seruitutem redigitur. spiritu & anima idest ratione & voluntate re

B digi est paratus.

e *Da ei.* Quæ honestè & iustè possunt dari. Si deest facultas, da affectum verbo vel obsequio. *Da ei.* Ita, sc. vt nec tibi noceat, nec alij: pensanda est enim iusticia. Ita enim omni petenti da bis, & si non id quod petit, sed melius cum iniustè petentem correxeris.

Duo præstandi gña

f *Et volenti.* Duo genera præstandi complectitur. Vel enim beniuolè damus, vel reddituro commodamus. Et quandoque qui donat, non vult commodare, quasi nihil mercedis in eo sit cum rem acceptam debitor persoluit. Sed veré ille qui etiam hoc iubet, retribuit. Dicit ergo: *Ne auertaris* i. nec alienes voluntatem tuam. *Hilarem enim datorem diligit Deus*, sic & spiritualis doctor verbi

2. Cor. 9. b.

Intoto corpore legis nò est scriptum hoc sed deprauatio Iudæorũ est. Sermone 1. de ieiunio decimi mensis.

diuini fœnus auditoribus debet accommodare, vt boni operis retributionem ab illis possit accipere, & à deo mercedem sperare.

g *Audistis.* Qui legem implere venit, in fine ad charitatem plenam perducit, quæ est impletio legis.

✠ Leo. Martyr. proximi nomine, non in tãtùm diligendi sunt qui nobis amicitia & propinquitate iunguntur, sed omnes homines cum quibus nobis natura communis est, siue illi hostes sint, siue socij, siue liberi, siue serui.

h *Odio habebis.* Forsitan intelligẽdum est iuxta hoc quod supra. *Oculum pro oculo, &c.* Vel subtrahendo officia humanitatis.

C i *Diligite.* Contra ecclesiam pugnatur tribus modis: odio, verbis, cruciatu corporis. Ecclesia ecõtra diligit. benefacit, orat. Hoc est nouum mandatum, hoc de filiis iræ facit filios Dei vnde sequitur: Vt sitis fil. Adoptio filiorum sola charitate acquiritur.

✠ Tertvllianvs. Amicos diligere, omnium est, inimicos autem solorum est Christianorum.

✠ Avgvstinvs. Præcepta euangelica de dilectione inimicorum, & misericordia impendenda proximis, eatenus intelligẽda sunt, ñ vt peccati relaxetur impunitas, sed vt delinquenti correctio & naturæ minister subsidium: donec per sententiam iudicis, adepta spe correctionis, malorum tollatur exercitium.

✠ Idem. Sed dicet aliquis quis potest diligere inimicos? Prius te dilexit impium Deus tuus, qui nunquam fuit impius. Tu autem etiamsi iam non es impius, fuisti tamen aliquãdo, quia nemo fit iust⁹ nisi ex peccatore.

E

✠ Hilarivs. Religiosum est odium quo quis oderit inimicos Dei.

in Psal. 138.

✠ Hieronymvs. Iniuriam meam patienter fero, iniuriam autẽ Dei ferre non possum.

k *Benefacite.* Ministrando cibum mentis vel corporis. Quod facit etiam qui dicit cum huiusmodi nec cibum sumere. Omnia enim ea spectant, vt fratres fiant. Singulis singula opponuntur, vt omnes partes malicia bonitate vincantur. Videntur contra esse imprecationes prophetarum quæ non dicuntur voto optantium, sed spiritu præuidentium.

1. Cor. 5. d.

l *Orate pro.* Aug. Non ait hoc pro fratrib. in quib. sunt aliquando peccata persequutione inimicorum grauiora. vnde cum Iohannes dixisset: *Si quis scit fratrem suum peccare non ad mortem, oret & dabit Deus illi vitam*: subdit: *Est autem peccatum ad mortem non pro illo dico, vt roget quis.* Vbi apertè ostenditur quosdam fratres esse pro quibus orare non iubemur. Peccatum ad mortem est, cum post agnitionem Dei per gratiam Christi oppugnat aliquis fraternitatem, & aduersus ipsam gratiam qua reconciliatus est Deo, inuidiæ facibus agitatur quod forasse est peccatum in spiritum sanctum. Peccatum non ad mortem, est si quis non amorem à fratre alienauerit, sed officia fraternitati debita per aliquam animi infirmitatem non exhibuit.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et quicumque. *In casu autem vbi non occurrit tale malum, sic sustinere non est necessitatis, sed aliquando est supererogationis: & in aliquo casu esset malum, vt in prædictis est determinatum.*

2 Qui petit. *Semper enim petenti dandum est, quia dari debet res vel verbum, secundum quòd dicit Aug. quia si iustè petit, nõ debet sibi denegari qui petit: Si autẽ irrationabiliter petit: dandum est verbum, docendo eum de irrationabilitate suæ petitionis. Doctrina enim est quoddam donum bonum. vnde Aug. exponens hoc verbum dicit: Tunc enim melius aliquid dabis, cum iniustè petẽtem correxeris. Et eodem modo exponitur quod subditur:*

3 Et volenti. *Mutuando si rationabiliter petit. vel rationem reddendo si irrationabiliter petit.*

4 Audistis. *Hîc dat intellectum præcepti de dilectione proximi: super quod fundatur lex inquantum ordinat ad proximum: quia in præcepto charitatis tota lex pendet & prophetæ. In hoc Iudæi errabant. Ex hoc enim quod præceptum est. Leuit. 19. d.* Diliges amicum tuum sicut te ipsum. *arguebant odire inimicum, sed hoc est falsum: quia omnis homo ex charitate diligendus est, inquantum ad imaginem Dei creatus est: & capax ipsius per cognitionem & amorem. Amicitia enim charitatis fundatur super communicationem superna beatitudinis, & ideo omnis creatura intellectualis quæ in actu vel potentia est beata, est ex charitate diligenda. Mali autem homines quandiu sunt in potentia veniendi ad beatitudinem: & ideo licet eorum malicia sit odienda, ipsa tamen natura possibilis beatificari est diligenda. Et hoc est quod dicit Saluator.*

5 Diligite. *bona scilicet gratiæ & gloriæ eis optando. Alia verò nò sunt eis optanda, nisi in quadam generalitate, inquantum valent ad eorum salutem: quod soli Deo est notum: quia omnibus aliis potest homo bene vel male vti & ideo circa hoc non est determinatè aliquid petendum. Sequitur.*

6 Benefacite. *Benefacere est effectus dilectionis. & ideo sicut tenemur in effectu salutem eorum modo debito & possibili procurare.*

7 Et orate. *optando scilicet eis bona gratiæ & gloriæ. Alia autem bona in speciali optare vel facere, non est necessitatis, sed supererogationis. Ad prædicta autem facienda etiam inimicis, hortatur nos exemplo Dei.*

✠ 1 Qui

MORALITER.

✠ † *Et ei qui vult.* Ioseph in manibus Ægyptiæ dimisit pallium, ne tunicam amitteret castitatis, quæ cingulo constringitur austeritatis.

1 *Et quicumque.* Moraliter in via Dei proficisci primò est angariosum: sed per assuefactionem & Dei auxilium leue fit & gaudiosum, ita quòd tũc homo plus facit quàm sit ab eo requisitum: Et quia non solum oportet bene pati, sed etiam bene agere. Subditur:

2 *Qui petit.* Quod exponit Augustinus dicens: Donum si petit, id quod potest & debet dare, vel verbum te excusando, si aliter petit, & tunc ei aliquid melius dabis, cum petentem iniustè correxeris. Vel aliter potest intelligi de scientia quæ non est petenti deneganda: quoniam auarum dedignatur possessorem & in alios translata crescit.

4 *Diliges.* Secundum Aug. Inimicus iste diabolus intelligendus est, qui præcisus est totaliter à Dei consortio & sanctorum. Homo viator quantumcunque malus potest ad Deum reuerti, ideo diligendus est ex charitate. Propter quod subditur:

5 *Diligite.* Et quoniam valde difficile est in bonis operibus patenter factis vanam gloriam totaliter euitare, ideo subditur: † *Attendite, &c.*

✠ MOR

☞ Vnde Christus ait: *Pater ignosce illis: non enim sciunt quid faciunt.* Nondum enim gratiæ spiritussancti participes, societatem ierant fraternitatis. Luc.23.c. Hæc differentia à Iuda Petrum negantem diuidit, non quia non sit ignoscendum peccati, sed quia tanta est labes illius peccati, vt deprecandi humilitatem subire non possit; etiamsi peccatū suum mala conscientia agnoscere & enumerare cogatur: vt Iudas cum dixit: *Peccaui*. infra. 27.b. facilius desperans cucurrit ad laqueum, quam humilitate veniam petiit: Quod propter magnitudinem peccati iam ex damnatione peccati tales habere credendum est: & huic pœnitentiæ non ignoscit Deus: cum etsi peccasse fateantur, & fecisse mala vehementer eos pœniteat, tamen huiusmodi affectiones mentis habent vt se non humilient ad petendam veniam. † 18.d.c.fi. De pœ.dis. 3.c.iuxta tū De conf.d. 4.cap. nec quéquam. † Luc. 6.e. Peccatum nō ad mortem

Mouere autem potest, quod Iohannes in epistola de dilectione Dei & proximi tantum monere videtur, vt fratres diligamus, cum dominus dicat & pro inimicis orandum. Sed fratres intelliguntur non solum qui iam credunt, sed qui crediturí sunt pro quibus orandum est, vt fraterno fœdere nobis socientur. 1.Ioh.3.c. † 23.q.3.ca. ex

✠ Avgvstin. Ar legimus in Apocalypsi martyres orare vt vindicentur. Sed hinc non oportet moueri. Quis enim audeat affirmare, cum illi sancti candidati se vindicari petierint, vtrum contra ipsos homines, an contra regnum peccati petierint. Nam ipsa est syncera & plena iustitiæ, & misericordiæ vindicta martyrum, vt euertatur regnum peccati, quo regnante tanta perpessi sunt. Destruitur autem peccati regnum, partim correctione hominum, vt spiritui caro subiiciatur, partim damnatione perseuerantium in peccato, vt ita iustitia ordinentur, vt iusti: cum Christo regnantibus molesti esse non possint. lib.1. de sermone domini in mōte.c.43.

a ¶ Non enim natura sumus sed gratia. ¶ Re quod iam es in spe. ¶ Vt dignitatem suam heredes intelligant.

a lumniantibus vos, vt sitis filij patris vestri
a ¶ Qui similiter facit. b ¶ Id est in sanctis electis. c ¶ Hoc exemplum pietatis est, quamuis & spiritualiter possit accipi. d ¶ Iustitiæ. vnde dicitur. Vobis orietur sol iustitiæ, vel hunc visibilem.
c qui in cælis est, † qui solem suum oriri facit 1
a ¶ Beniuolos & malignos. b ¶ Imbrem doctrinæ vel pluuiam vt terra fru.
super bonos & malos, & pluit super iustos
a ¶ Amare amantem naturæ est. inimicum charitatis.
& iniustos. † Si enim diligitis eos qui vos di-
a ¶ Ex dilectione, in cælo nullam, & sic hic: de his enim potest dici: Recepistis mercedem vestram. ¶ Nullam. Merces filiorum sola adoptio est.
ligunt, quam mercedem habebitis? Nonne
a ¶ Qui publica vectigalia exigunt, vel publica negocia seculi & lucra sectantur. b ¶ Salutatio est quædam species orationis.
d & publicani hoc faciunt? Et si salutaueritis
e a ¶ In hoc non plus facitis, quam gentiles ex humano affectu hoc facientes.
fratres vestros tātum, quid amplius facitis?
a ¶ Gentiles quales geniti sunt. ethnos Græce, Latine gens. b ¶ Vt filij patris esse mereamini.
† Nonne & ethnici hoc faciunt? Estote er- 2
a ¶ Ecce ad quod culmem prouehit suos. ¶ Secundum modum hominum vt quæratis prodesse inimicis. b ¶ Imitatione non æqualitate. c ¶ Tota trinitas hic intelligitur per patrem. ¶ Adoptionis. ¶ Per gratiam.
f go vos perfecti, sicut & pater vester † cæle- 3
a ¶ Secundum quod Deus per naturam.
stis perfectus est.

a *Filij.* non degeneres. quasi diceret: Accepta potestate operib. agite vt sitis filij renascendo per charitatem. 1.Ioh.3.a. Sap.5.b. Amos. 4.c.

b *Patris.* Iam dicitur pater. Videte, vt sitis filij renati ex Deo qui est charitas.

c *Qui solem.* hunc visibilem. Nam inquiunt in libro Salomonis, *Sol iustitiæ non illuxit nobis.* Et de pluuia doctrinæ propheta dicit: *Super vnā ciuitatem pluit, & non super alteram. Solem suum.* Quasi dicat. Quem fecit, cuius propriè sunt omnia quę de nihilo creauit. Quid ergo nos faciemus de his quæ de munere eius accepimus?

d *Publicani.* Exactores Romanorum quos Iudæi sic vocant, quia de republica curam gerebant. dicuntur & nomen traxisse à publio Romano, rege, qui prius eos ordinauit.

e *Et si salutaueritis.* Si pro his tantum oraueritis, qui aliqua affinitate vobis sint cōiuncti, quid amplius habet beneficium vestrum quam infidelium? Oportet fratres diligere, & humiliter salutare: sed parum est.

f *Perfecti.* in charitate Dei & proximi. Cumulus perfectionis diligere etiam inimicos, & orare pro illis, sicut & Christus fecit. † qui in cælis est

✠ Clemens Alexand. Deum oportet imitari quoad eius fieri potest, ab eo qui est cognitione præditus. li.4.stromalum.

✠ Gregorivs. Nysse. Nulli est natura diuina, nulli potentia, nulla sapientia imitabilis: bonitatis tamen mansuetudinis iustitiæque ac humanitatis diuinæ typos aliquos quomodo effingi posse non inficias iuerim. lib.de professione Christiana

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Qui solem. *Beneficia enim communia non subtrahit malis hominibus, qui tamen ei inquantum in eis est inimicantur. Arguit etiam hoc exemplo gentilium infidelium, qui suos amicos diligunt, & eis bene faciunt. Si ergo supra ipsos mercedē beatitudinis volumus habere, debemus plus propter Deum facere: dilectionem etiam ad inimicos extendendo modo prædicto. & hoc est quod concludit in fine.*

2 Esto. *legē. s. euangelicā q̄ est lex amoris, cōseruādo, vt sitis perfecti.*

3 Sicut. *qui beneficia largitur etiam malis hominibus: ita quòd propter eorum maliciam non deserit beneficē etiam circa ipsos: ita nec vos circa inimicos, modo tamen prædicto intelligendo: quia aliquando est necessitatis, aliquando supererogationis.*

ADDITIO I.

In c.5. vbi dicitur in postil. Prima ergo beat. dicitur pauptas spiritus.

Circa harum beatitudinum declarationem quædam à sanctis doctoribus traduntur etiam ad sensum literalem pertinentia, quæ videntur ab inuicem discordare. Nam Aug. in lib. de sermone domini in monte, attribuit beatitudines hic enumeratas donis spiritussancti. Ambrosius autem super Lucam, attribuit beatitudines ibi enumeratas quatuor virtutib cardinalib. & sic beatitudines huiusmodi non distinguerentur à virtutib. seu à donis. quod videtur incōueniens: cum quædam enumerantur inter beatitudines quæ nec sunt virtutes nec dona, sicut paupertas & luctus. S. Tho. verò in 1.2. art.1. in cor. q. sanctorum sententias concordans, concludit beatitudines distingui à donis & virtutib. Non sicut alij habitus distincti ab eis, sed sicut actus distinguuntur ab habitib. Et quia dona spiritussancti eminentiora sunt virtutib. cardinalib. idcirco Ambro. exponens beatitudines turbis propositas, attribuit eas virtutib. cardinalib. Augustus. autem exponens beatitudines discipulis propositas in monte, tanquam perfectioribus attribuit eas donis spiritussancti. Consequenter circa præmia quæ attribuuntur huiusmodi beatitudinibus, videtur inter sactos aliqua differentia. Ambrosius. enim super Lucam, tenet huiusmodi præmia ad futuram beatitudinem pertinere. Aug. verò in sermone domini, asserit ea ad præsentem pertinere vitam. Chryso. verò in suis homeliis quædam dicit ad futuram pertinere vitam, quædam verò ad præsentem. S. Tho. verò q ea. ar. 2. in cor. q. concordans sanctorum sententias dicit, quòd spes futuræ beatitudinis potest esse in nobis propter duo. Primò propter aliquam præparationem ad futuram beatitudinem per modum meriti. Secundò per quandam inchoationem futuræ beatitudinis imperfectā, vt in viris sanctis etiam in hac vita. Et exemplificando dicit, quòd aliter habetur spes fructificationis arboris, cum virescit frondibus, & aliter cum iam primordia fructuum incipiunt apparere. Vnde in proposito ea quæ ponuntur, tanquā præmia possunt intelligi, vel ipsa beatitudo perfecta: & sic pertinet ad vitam futuram, vel aliqua inchoatio beatitudinis. sicut est in viris sanctis etiam in hac vita: & sic pertinet ad præsentem vitam. Nam regnum cælorū, vt dicit Aug potest intelligi perfectæ sapientiæ initium, secundū quod incipit in viris sanctis spiritus regnare. Possessio enim terræ significat affectum bonum animę requiescentis per spem in stabilitate hæreditatis æternæ per terram significatæ. Consolantur etiam in hac vita sancti, sanctum spiritum qui paracletus dicitur, participando. Saturantur etiam in hac vita illo cibo de quo dominus dicit: Cibus meus est, vt faciam voluntatem patris mei. In hac etiam vita consequuntur homines misericordiam Dei, simpliciter & purgato oculo mentis per donū intellectus Deus quodammodo per fidem videri potest. Similiter & in hac vita qui motus suos pacificant ad similitudinē Dei accedentes. filij Dei nominantur. tamen hæc omnia perfectius erunt in patria. Hæc & multa alia ad hanc materiam pertinentia, reperies nota. tradita in S. Tho. parte & q. alle, Ioh.4.c.

ADDITIO. II.

In e.c. vbi dicitur in postil. Beati mundo cor. qm̄ ipsi Deum vide.

Munditia cordis seu purificatio sequitur fidē veram, sicut effectus sequitur suam causam. Primū enim principium purificationis cordis est fides, iuxta illud apostoli Petri: Fide purificans corda eorum. *Ac. 15.c. Non ergo rectè dicitur, quòd primum conueniens mūdis corde est visio Dei ænigmatica per fidē in præsenti, prout ait postillator: in quo etiam videtur variare modum suæ expositionis in hac parte, secundū quem præmia hic promissa referuntur ad aliam vitam tātum. Melius ergo videretur dixisse & magis propriè, quòd mundi corde sunt illi, quorum corda per veram fidem mundantur seu purificantur. Tales enim de occultis & diuinis supra modum communem hominum illustratur, iuxta illud: Plurima supra sensum hominis ostensa sunt tibi: Eccl.3. Quib. conuenienter additur præmium, cum dicitur:* Quoniam ipsi Deum videbunt. *Habitantibus enim talem mūditiam per fidem secundum quam nunc per speculum in ænigmate Deum vident, rectè promittitur visio Dei simpliciter, quæ est facie ad faciē, secundū autoritatem Apostoli per ipsum alle. 1. ad Co.13. Nam sicut munditia oculi corporalis disponit ad clare videndum, sic munditia oculi intellectualis per fidem ad claram Dei visionem disponit.*

ADDIT

A

ADDITIO III.

In eo.ca.vbi dicitur in postil. Beati qui persequutionem patiuntur,&c.

Nulla videtur facta mentio in litera circa hanc beatitudinem de hoc quod huiusmodi patientes lætanter sustineant persecutiones. Non enim dixit: Beati qui persequutionem patiuntur lætanter seu gaudenter: sed solum beatificauit persequutionem patientes propter iustitiam, vt patet in litera. Illud etiam quod sequitur: Gaudete & exultate, &c. *refertur ad sequentem beatitudinem in qua dicitur*: Beati eritis. cum maledixerint vobis, &c. *Nec etiam ibi dicitur, quod talia tolerent gaudenter: sed exhortatur eos ad hoc, vt gaudeant. Vnde melius videtur hîc dici secundum sanctum Thomam vbi supra art.3. in responsione ad 5.arg. quod octaua beatitudo est firmitas quædam omnium beatitudinum prædictarum, ac si diceret: Beati qui sic firmiter se habent ad prædictos actus beatitudinum, vt ab ipsorum iustitia non recedant propter persequutiones. Et ideo in repromittendo præmium huius beatitudinis redit ad caput scilicet quod sicut in prima beatitudine fuit repromissum regnum cælorum, sic in hac octaua idem repromittit, vt intelligatur huic octauæ beatitudini conuenienter omnia præmia attribui, tanquam omnium aliarum firmitatem habenti.*

ADDITIO. IIII.

In eo.ca.vbi dicitur in postil. Et ideo primò minor pœna determinatur cum dicitur: *reus erit concilio.*

B *In Bibliis nostris communiter habetur sic*: Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo Racha, reus erit concilio. *Et super talem literam videtur fundari gloss. ordinaria & sententiæ sanctorum doctorum de hac materia loquentium. Vnde mirandum est, vnde postillator habuit, vt iste ordo transmutaretur. Imponit enim reum fore concilio ei qui irascitur, & reum fore iudicio ei qui dixerit Racha: quod videtur nullum habere fundamentum in litera. Circa intellectum tamen huius triplicis distinctionis, quam Saluator noster hîc posuit: plures sunt & diuersæ, tam sanctorum quam aliorum exponentium sententiæ, prout in glossis possent haberi: salua tamen semper sanctorum & doctorum reuerentia, iste passus aliter potest exponi. Ad cuius euidentiam sciendum, quòd hoc dictum* רקה *Racha est Hebraicum, vt Hieronymus dicit: & idem significat quod vacuus seu vacuum. Et potest dupliciter intelligi. Vno modo idem dicit quod homo vacuus, quoad cerebrum vel intellectum. & sic (vt Chrysostomus dicit) quantum ad sensum verbi idem est dicere, fatue & Racha. Alio modo potest intelligi de vacuitate seu inopia temporalium facultatum. Et isto modo accipitur Iudic.11. vbi legitur: Congregatique sunt Iepthe viri inopes. Vnde vbi translatio nostra habet inopes. Hebraica veritas habet* ריקים *Rechim, quod est plurale huius nominis singularis Racha. Et isto modo intelligendo non est vocabulum contumeliosum. Possibile enim est hominem esse*

C *inopem sine aliquo vitio seu culpa sua. Primo autem modo intelligendo idem est quod stultus seu fatuus, quod est manifestè contumeliosum seu conuitiatiuum. Vnde rectè qui Racha dixerit fratri suo, reus est concilio: hoc est, requiritur congregatio iudicum ad examinandum seu inquirendum per circunstantias facti quo prædictorum modorum intelligendum sit verbum prædictum. Si primò vt puniatur: si verò secundò vt liberetur. Vnde in hac triplici distinctione Saluator noster nobis ostendit, quòd iustitia euangelica abundantior debet esse in his quæ committuntur in proximum, plus quàm iustitia Pharisæorum in tribus. Primò in hoc, quòd reatus iniuriantis facto (sicut homicidæ) æquiparetur reatui eius qui occidit tantum ex proposito cordis. Vnde sicut secundum Pharisæos, qui occiderit, reus erit iudicio: sic secundum euangelium omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Secundum, quia cum quis verba profert proximo quæ possunt intelligi ad contumeliam dicta, licet habeant alium intellectum quo possint intelligi sine iniuria, nihilominus inquirenda seu examinanda sunt. & ideo: Qui dixerit Racha, reus erit concilio scilicet ad examinandum quomodo debeant intelligi. Tertium, qui dixerit verba manifestè contumeliosa, vt Fatue, reus erit gehennæ ignis, In quo ostenditur magna*

† ex *excellentia euangelicæ iustitiæ respectu Pharisaicæ. Illi enim † in talibus verbis condemnabant saltem ad mortem vel grauem pœnam. Saluator vero inquantum charitati contrariantur, eos condemnat in gehennam ignis: quæ est maxima & noua condemnatio & propriè euangelica: sicut & regnum cælorum est maxima & noua repromissio euangelica. Pœna enim ignis æterni gehennæ, sicut & præmium regni cælorum in antiquis documentis minimè inuenitur ita clare traditum.*

REPL

REPLICA. In ca.5. vbi agitur de beatitudinibus specialiter, D *cum dicitur*: Beati mundo corde. *postil. dicit, quod pro mundicia cordis in præmium repromittitur visio Dei per fidem ænigmaticam in præsenti, & per aspectum facialem beatificam in futuro. Bur. putat contrarium huius demonstrare, & arguit sic: Fides est præuium principium cordis munditiæ: Igitur non sequitur eam tanquam repromissa. Antecedens patet per illud Petri Act.15.c.* Fide purificans corda eorum. *Sed istud argumentum potius videtur tentatiuum quam demonstratio, quia laborat in æquiuocis. Nam purificatio allegata, fuit spiritus sancti infusio in signo visibili, & fuit fidei præcedentis testimonium, vt clarè habetur ex litera allegata. Fides autem per illam purificationem confirmatam præcessit illam purificationem, non vt purificationis principium, sed solum, vt tempore prior. Non autem omne prius tempore est principium & causa posterioris. Illa autem fides sic prior tempore purificatione hîc allegata habuit suam munditiam cordis præuiam tanquam beatitudinem de qua hîc sermo: cui munditiæ illa visio per fidem repromittitur. Nam si est fides formata necessario præsupponit suam formam tanquam principium, quæ est dicta munditia. Quod sic patet. Nam secundum Apostolum, Christus per fidē habitat in cordib. nostris, non autē habitat in cordib. subditis peccatis. Igitur requirit cordis munditiam, non vt sit illius purficationis principium, sed vt ab huiusmodi purificatione sumat præcedentis parificationis testimonium. Secus est de fide informi, per quam Christus non inhabitat: in paruulis enim baptizatis mundatio ab originali præcedit fidem formatā. Hæc igitur fides præcedit purificationem per Burg. allegatam. Hæc resolutio materiæ patet, si auctoritas per Burgen. truncatim allegata debitè videatur. Dicit enim Petrus, ibi*: Elegit Deus per os meum gentes audire euangelium & credere. *Ecce fides ex auditu, & munditia cordis pro Christi inhabitatione per fidem prærequisitam, quam munditiam ipsa fides sequitur tanquam repromissa, vt visio Dei ænigmatica, prout dicit postilla. & sequitur in loco allegato. Et qui nouit corda Deus testimonium perhibuit, dans eis spiritum sanctum sicut & nobis: & nihil discernit inter nos & illos, fide purificans corda eorum. Ex quibus patet fidem incipientium præcedere fidem perfectorum, & claritatem vel munditiam cordis incipientium præcedere illam purificationem perfectorum. Sunt enim gradus huiusmodi virtutibus iuxta status incipientium, proficientium, perfectorum, & etiam sunt gradus illuminationum, ierarchicarum, & tetarchicarum: ideo in præsenti, mundo cordi promittitur illustratio visionis ænigmaticæ quæ per fidem est: mundiori clarior, mundissimo clarissima: & hoc si in hac vita poni potest clarissima, & in futuro secundum gradum similiter repromittitur mundis cordibus visio facialis. Nec in hoc modo dicendi postil. cecidit à modo communi suæ expositionis, quia quamuis repromissa nouæ legis referat ad futurum, tamen repromissorum prægustationem non excludit. Et ita resoluit hanc materiam sicut Thomas concordando dicta sanctorum doctorum, prout, Burgensis eum allegat circa principium huius capituli.* F

In eo.ca.vbi dicitur. Beati qui persequutionem patiuntur,&c. postil. addit per modum gl. lætanter, quia si cum tristitia & difficultate plus videtur ad virtutem fortitudinis quam ad beatitudinem pertinere. Circa quod rationabiliter additum arguit Burgen. argumentum suum consuetum hæreticis modernis familiare, dicens: Lætanter non habetur in litera. igitur, &c. Et vt postillator non habeat viam euadendi illud quod sequitur: Gaudete & exultate. Burg. exponit de hortatione Christi, non de lætitia passorum. Quod dicere modicum valet, quia illa exhortatio non habet respectum ad actum, sed ad præmium promissum: vnde etsi hîc in litera non exprimitur, tamen habetur ex alio passu scripturæ, quia lætanter pati pertineat ad hāc beatitudinem: quia dicitur Act.v.g. Ibant Apostoli gaudentes. *Etiam si debemus distinguere beatitudines à donis & virtutibus secundum actuum excellentiam, prout doctores communiter distinguunt, dicentes quòd virtutum actus sunt modo humano, beatitudinum autem modo super humano: oportet huiusmodi subintelligere, quòd hæc beatitudo sit habet modum superhumanum, quòd pati sit gaudenter: quia cum agone pati est modus humanus, & per consequens virtutis actus, non beatitudinis.*

In eo.c.vbi dicitur: Qui irascitur fratri suo,&c. *postil. attendens variam sanctorum & aliorum in hac parte expositionem, posuit suam. Et vt esset intelligibilior, transposuit pœnas ex rationabili ordine, in quo puto eum non esse reprehensibilem. Burgen. tamen seruato ordine pœnarum ponit aliam expositionem satis competentem. Vtrobique est eadem veritas sententiæ, cum diuersa tamen applicatione.*

CAP

CAP. VI.

A *Ttendite,&c.* Qui hucuſque præcepit de miſericordia, nunc præcipit de cordis mundicia qua Deus videtur. Si enim non ſimplici intentione, ſed pro hominum laude, non probantur à Deo opera miſericordiæ. Laus hominum non debet appeti, ſed ſubſequi, vt exemplo alios inuitet. Hactenus de iuſtitia euangelij, quæ eſt ſuper iuſtitiam Scribarum & Phariſæorum. Nunc qua mundicia cordis eadem iuſtitia debeat impleri: quod in eleemoſyna ſeruatur & oratione. Nō enim monet hîc vel orare vel eleemoſynam facere: ſed quo animo debemus facere. agitur enim hîc de mundando corde.

In conſtit. monaſticis cap.11. ✠ BASILIVS, Inanis gloria expugnatu difficilis & callida noſtræ ſalutis inſidiatrix, quæ vel in ipſius cæli connexis inſidiarum aduerſum nos collocatrix, virtutes ramis in cælum vſque licet expanſis ac porrectis adornatas profligare, pertinaciſſimè contendit.

B b *Vt videamini.* Non prohibet videri vt Deus laudetur, ſed videri vt ipſi laudentur.

ſermon.59. de tẽpore. † De pœn. di.3. ca.cauendum. ✠ AVGVSTINVS. Cauete, inquit, veſtram iuſtitiam facere coram hominibus, id eſt, hoc animo iuſtè viuere & ibi conſtituere bonum veſtrum vt vos videant homines: alioqui mercedem non habebitis. Non ſi ab hominibus videamini. Nam vbi erit quod in principio huius ſermonis dictum eſt, vos eſtis lux mundi, ſed ſi propterea rectè viuatur vt ab hominib. videamini.

lib.19. moral.ca.18. ✠ GREGORIVS. Aliquando ſancti viri compelluntur coram hominibus bona facere, aut eadem hominibus ſua facta narrare: ſed ad eum finem omnia referentur, vt non ipſi eiſdem operibus, ſed pater eorum qui in cælis eſt, debeat glorificari.

ſermone 9. ✠ PETRVS. CHRYSOLOGVS. Sed dicet aliquis, Ergò in conuentu, in plateis, in triuiis neganda eſt miſericordia? Non prębendus eſt victus? planè in omni loco & in omni tempore facienda eſt miſericordia, præbẽdus eſt victus, nuditas eſt tegẽda, ſed ſic quomodo docuit miſericordiæ autor, vt miſericordia nō terræ ſit nota, ſed cælo: non hominibus ſit inſinuata ſed Deo. In plateis in
C triuiis ſuum pietas habet ſecretum: econtra platea, triuium eſt, cum in ſecreto facit hypocrita nihil ſecretum. Deus monẽdo, ſic D vota culpat, non loca: ſenſum, non opera: ſtudium, non datorem: iudicat non vbi facias, quando facias, ſed qualiter facias, quia Deus de cordibus, non de manibus facta metitur.

c *Apud patrem veſtrum.* cuius gloriam filij quærere debent, & omnia bona ad hoc vt placeant ei, referre.

CAP. VI.

a ¶ In his autem omnibus finem iuſtitiæ ne ponatis in hominum laude. b ¶ Id eſt opera iuſtitiæ quæ abundat plus quam ſcribarum & phariſeorum.

a b Ttẽdite ne † iuſtitiam veſtram faciatis 1 2 3

a ¶ Appetendo laudem eorum.

b coràm hominibus, vt

a ¶ Hoc fine. b ¶ Hoc enim deputatur pro mercede cuius amore fit.

videāmini ab eis āliocquin mercedem non † habebitis apud pa-

a ¶ Cuius amore non feciſtis.

d trẽm veſtrum qui in cælis eſt. Cum ergo fa- 4

a ¶ Eleemoſyna eſt pars iuſtitiæ. b ¶ Noli velle innoteſcere. c ¶ Ad gloriam tuam.

e cis eleemoſynam, noli tuba canere ante tẽ,

f a ¶ Hypocrita eſt qui ſimulat quod non eſt repræſentator alterius perſonæ.

ſicut hypocritæ faciunt in ſynagogis & in

¶ Eo fine.

vicis, vt honorificentur ab hominibus.

a ¶ Merces ſua laus humana quam acceperunt.

g Amen dico vobis, † receperunt mercedem 5

a ¶ Et non Dei. b ¶ Quia ſunt aliqui qui fauorem quærunt cum aliqua mercede æterna. 6 7

ſuam. Tē autem faciente eleemoſynam,

a ¶ Non ſe miſceat laudis appetitus vel vitium aliquod. b ¶ Dum præcepta Dei implere contendis.

h neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera

a ¶ Id eſt in bona conſcientia, vbi homo non videt. ¶ Nihil extra quærat, ſed abſcondatur, ſic quod vita tua cum Chriſto ſit abſcondita.

i tua, vt ſit eleemoſyna tua in abſcondito:

d *Cum ergo.* à toto in partes, vt exponat quæ bona non ſint pro hominum laude facienda.

e *Tuba canere.* forſitan conuocandi gratia hoc fecerunt: vt omnes irent quaſi ad ſpectaculum. † eleemoſynam

f *Ante te.* Ante ſe tuba canit qui ante alios vult laudari: vt appareat maior illis.

g *Receperunt.* à Deo cordis inſpectore fallaciæ ſupplicium. de quib. dicitur: *Recedite à me operarij dolofi: non een enim meum habuiſtis: ſed opera mea non feciſtis.* † habeti

h *Neſciat.* Siniſtra, vitia: dextera, virtutes. Quod ergo agit virtus, neſciat elatio, vel vana gloria, ſeu aliquod vitium: ſed lux rectæ operationis fuget tenebras peccati. Pſal.6.c. Luc.13.f. E

Siniſtra eſt delectatio laudis: dextera intentio implendi præcepta Dei. Cum ergo conſcientiæ facientis eleemoſynam propræcepto Dei implendo miſcet ſe laudis appetitio, iam ſiniſtra eſt conſcientia operis dextræ. Cum verò ſola cupiditate alicuius terreni volunt aliqui miſericordes videri, ſola ſiniſtra operatur: quod prohibet dominus dũ nec per miſceri permittit. In bona autem conſcientia multi faciunt eleemoſynam, qui non habent aliquid quod exterius dent.

li.1.of.c.9. ✠ AMBROSIVS. Sunt qui iactantiam ſolam decore largitatis affectẽt, vt eo ſe probatos vulgo velint, quod ſibi nihil relique rint: non recondunt in futurum: & quia illic receperunt mercedẽ ſuam, illic ſperare nõ poſſunt. Sunt qui opes ſuas tumultuario mentis impulſu, non iudicio perpetuo. vbi eccleſiæ cõtulerunt, poſteà reuocandas putarunt: quibus nec prima merces rata eſt, nec ſecunda: qa nec prima iudiciũ habuit, & ſecunda habuit ſacrilegiũ.

i *In abſcondito.* In abſcondito eleemoſyna fit, quæ nullis miſcetur tenebris: lux intus eſt, tenebræ extra.

☞ a *Videt* F

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. VI.

✠ ATtendite. *Poſtquam Saluator regulauit hominis operationem, hic regulat ipſius affectionem, & primò reſpectu Dei, ſecundò reſpectu proximi, ibi: c. ſeq.* Nolite. *Prima in duas: quia primò regulat affectionem hominis excludendo ab operibus eius intentionem vanæ gloriæ. Secandò ſollicitudinem auaritiæ, ibi:* Nolite theſaurizare. *Prima in duas, quia primo dat intentionem ſuam in generali, ſecundo applicat magis in ſpeciali, ibi:* Cum facis eleemoſynam. *Circa primam partem aduertendum, quod ſecundum quod dicit Philoſophus 2. ethicorum. Bonum contingit vno modo, malum autem omnifariam: quia ad hoc quod actus humanus ſit bonus requiritur bonitas generis & circunſtantiarum: ſed redditur malus ex quolibet defectu iſtorum. & ideo non ſufficit, quod actio ſit bona de genere, ſed requiritur quod fiat recta intentione. bonitas enim finis eſt circunſtantia principalis. & ideo opus quantumcumque bonum de genere, ſi fiat intentione vanæ gloriæ: redditur malum: propter quod dicit Saluator.*

1 Attendite. *i. diligenter conſiderate.*

2 Ne iuſtitiam veſtram. *i. opera bona de genere quæcunque fuerint illa, quia omnia continentur ſub iuſtitia generaliter dicta.*

3 Faciatis coram hominibus. *gloriam ſcilicet & laudem humanam ex talibus quærendo. Per hoc autem non prohibetur, quòd opera bona fiant coram hominibus ad proximorum ædificationem & Dei gloriam, quod eſt bonum & meritorium, vt ſupra dictum eſt. Sed quia hîc loquitur de imperfectis, qui de facili in vanam gloriam efferuntur, ideo conſulit eorum bona opera occultanda. ſupra autem loquebatur prælatis qui ſunt in ſtatu perfectionis: propter quod non eſt æſtimandum, quòd de facili ferantur in vanam gloriam. ideo dixit eorum opera in publico fienda ad aliorum ædificationem. Sic luceat lux veſtra, vt ſupra dictum eſt. Aliquid enim bene eſt conſulendum viris perfectis de quorum ſecuritate confiditur: quod non eſt conſulendum imperfectis & paruulis, de quorum debilitate timetur.*

5 Amen dico. *i. firmiter & fideliter aſſero.*

6 Receperunt. *ſ. Ex quo enim intentio fertur ad homines tantum, non eſt aliquid à Deo iuſtè expectandum.*

4 Cum ergo. *Hîc applicat in ſpeciali. & primò excludit intentionem vanæ gloriæ ab operibus miſericordiæ. ſecundò ab actibus latriæ, ibi:* Et cum oratis, *tertiò ab operibus pœnitentiæ, ibi: Cum ieiunatis. Dicit ergo primò:* Cum ergo facis eleemoſynã noli tuba canere ante te. *hoc eſt ad laudem hominum manifeſtare. Ad cuius intellectum ſciendum, quòd apud Iudæos vtebantur tubis, ſicut apud catholicos campanis. & ideo ſicut videmus, quòd in aliquibus locis pulſatur campana pro eleemoſyna recipienda. ita apud Iudæos ad hoc faciendum vtebantur tuba: ſed hypocritæ non faciebant hoc principaliter propter pauperum vocationem, ſed magis ad propriam oſtentationem vt patet in litera cum dicit: Vt honorificentur, &c. Rationem autem prohibitionis ſubdit:* Amen dico, &c. *Modum autem conuenientem faciendi eleemoſynam ſubdit, cum dicit:*

7 Te autem faciente, &c. *Modus faciendi eſt quando fit ſecretè: per hoc inuens, quòd talia ſunt facienda propter Deum tantum. vnde ſubditur.* ✠ 1 Et pa

MORALITER.

✠ 1 *Attendite.* Et illud quod ſequitur,

6 Cum

6 *Cum ergo facis. Chriſoſt.* Si bonorum quæ facis vis inſpectores habere, ecce habes non ſolum angelos & archangelos, ſed etiam Deum vniuerſorum.

✠ 1 Cum

a *Videt in abscondito.* Videre Dei est approbare. Illa autem tantum approbat quæ sunt abscondita, quæ extra sunt non placent ei neque approbat.

b *Et cum ora.* Ad superiora coniungitur hæc sententia. Supradixerat: *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus*: hîc subdit: *Et cum ora.* Nõ prohibet orare, sed in orando hypocritis similes esse.

c *In angulis.* quasi absconsores precum, & tamen in plateis vt videantur, & per hoc amplior gloria.

Allego. In angulo orat qui in abscondito se orare simulat: & tamen in platea cum famam captat.

Anguli platearum sunt vbi via per transitum viæ ducitur, & quadriuium reddit. Non enim nefas est videri, sed appetere videri.

d *Receperunt.* In his non solum vera merces praua intentione euacuatur: sed vitium simulationis & irrisionis contra Deum augetur.

e *Tu autem.* Hoc simpliciter intellectum, docet vanã gloriam mundi fugiendam. Sed magis videtur præcipi, vt inclusa pectoris cogitatione, labiisq; compressis oret Deum. Cubiculum autem est cordis secretum. Ostium, carnalis sensus: per quem hæc exteriora improbè se ingerunt, & turbæ phantasmatum orãtib. obstrepũt. Parum est ergo cubiculum intrare, si importunis cogitationib. ostium patet. Sed resistendum est carnali sensui, vt oratio spiritualis ex intimis cordis dirigatur ad Deum.

Cubiculum est secretius mentis arcanum: ad hoc pulsat sapientia dicens, *Sto ad ostium & pulso*: fides aperit, spiritus intrat & exaudit.

In fide interiori & dilectione oratur Deus: non strepitu verborum, sed deuotione virtutum. *Intra.* totum hominem interiorem colligendo in se.

f *Clauso ostio.* Sensibus clausis, ne turbæ phantasmatum exteriorum occurrant.

Vel ostium vocat amorem vel timorem huius seculi. Sicut enim omne bonum ex timore & amore est Dei, sic omne malum ex amore & timore seculi. His clausis, id est ablatis ora.

✠ Chrisostomvs. Quid ergò, inquis, In ecclesia non oportet orare? Et valde quidem sed cum hac voluntate vt illum vnum intuearis, qui habet donandi quod petieris potestatem. vbique enim Deus, quo aliquid facias intuitu spectat.

✠ Cyprianvs. Quod ergò in abditis & secretis vel semotis locis & cubiculis orare nos docuit, hoc magis conuenit fidei vt sciamus Deum vbiq; esse præsentẽ. audire omnes & videre, & maiestatis suæ plenitudine, in abdita quoq; & occulta penetrare.

g *Patrem.* Quem intus habes per fidem. vnde: *Apud me oratio Deo vitæ meæ.*

h *Orantes autem.* Sicut hypocritarum est ostendi & placere hominib. ita Gentilium est multiloquium, à quib. & Cœpit. Hi enim exercendæ linguæ magis operam dant, quàm menti mundandæ: vt hoc nugatorij officij genus, etiam ad Deum prece flectendum transferant, putantes q̃ sicut orator iudicem: ita & ipsi Deum flectere queant.

Gentibus erat necessaria verborum multiplicitas propter dæmones, qui nescirent quid illi peterent, nisi illorum verbis instructi. Dãnat autem multiloquium de infidelitate, sed non multas lachrymas, non multas obsecrationes in cordis puritate: quod sancti faciũt. Et legitur fecisse qui pernoctauit in oratio. Sed verbotenus sine affectione vacuas aures Dei adimplere malum est, quasi in hoc audiamur.

✠ Chrysostomvs. Si paucis orandum est, cur parabolam proposuit Luc. 18. ad montem semper esse orandum. Vtrunq; faciendum est, vt nec in longum verba proferamus, & tamen assiduè deprecemur. Siquidem & Christus & Paulus iussit breues sed crebras fieri orationes ex paucis interuallis.

Cassianvs. Vtilius censent (patres) breues quidem orationes, sed creberrimas fieri. Illud quidem vt frequentius dominum deprecantes iugiter eidem inhærere possimus. Hoc verò vt insidiantis diaboli iacula, quæ infligere nobis tunc præcipuè cum oramus insistit, succincta breuitate vitemus.

✠ Avgvstinvs. Dicuntur fratres in Ægypto crebras quidem habere orationes, sed eas tamen breuissimas & raptim quodammodo iaculatas, ne illa vigilanter eiecta, quæ oranti plurimum necessaria est, per productiores moras euanescat, atque hebetetur intentio. Absit ab oratione multa locutio, sed non desit multa præcatio, si feruens perseuerat intentio.

i *Putant enim.* Putantes quod persuasibilibus verbis Deus mulceatur. Vel si absens est vocetur: & quod nescit, verborum ambagibus doceatur.

a ¶ Qui est discretor intentionum.

a & pater tuus qui videt in abscõdito reddet 1
b tibi.* Et cum oratis, non eritis sicut hypocri 2
a ¶ Vt melius videri possint. 3
c tæ, qui amant in synagogis & in angulis pla- 4
a ¶ Non humiliati. b ¶ Hoc fine: quia in hoc constituunt finem orationis.
tearum stantẽs orare, ut videantur ab homi
a ¶ Laudem hominum. ¶ Quam petierunt.
d nibus. Amen dico vobis receperunt mercede 5
a ¶ Non Dei. b ¶ Non extra quærendo Deum. ¶ Quem diligis, fide teneas.
e dem suam. Tu autem cùm oraueris: intrã in 6
a ¶ Repulsis omnibus quæ improbe se ingerunt. b ¶ Sic ora vt filius, secundum quod renatus, & ad quod renatus. c ¶ Qui adoratur in spiritu & verit.
f cubiculum tuum, & clauso ostio orã patrem 7
g tuũ in abscõdito: † & pater tuus, qui videt in
a ¶ In cordis intimo. b ¶ Fructum orationis & mercedem fidei. c ¶ Vult Deus vt oretur: ideo, vt desideranti det, & ne vilescat quod dederit.
h abscondito, reddet tibi.* Orantes aũt nolite 8
i †multũ loqui, sicut ethnici faciũt. Putãt enim, 9

a *Nolite*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et pater tuus. *s. Deus, qui est pater omnium per creationem, & iustorum per gratiæ adoptionem.*

2 Qui videt. *quia ipse solus videt intentionem cordium:* reddet ti.

3 Et cum oratis. *Hic consequenter excludit indebitum modum circa actũ latriæ. Inter actus latriæ actus communior est oratio. & ideo quod de ipsa hic dicitur: de aliis actibus latriæ intelligitur. Ideo circa orationem primò excludit indebitum orandi modum. Secundò concludit modum debitum ibi: Sic autẽ orabitis. Prima in duas. quia primò ab actu orandi excludit vanæ gloriæ intentionem, & secundò quorundam gentilium errorem, ibi:* Orantes autem. *Ad euidentiam primæ partis considerandum, quòd duplex est oratio. Quædam publica, quæ fit à ministris ecclesiæ. & ista nõ debet fieri in occulto, sed magis in palam in loco communi. s. ecclesia coram populo: quia pro tota communitate offertur: & ideo populus in hoc conformare se debet ministris ecclesiæ, ipsum Deum deprecando secundum modum cõgruum & sibi possibilem. Non possent autem in hoc se ministris ecclesiæ conformare. nisi prædicta oratio ministrorum ecclesiæ fieret in publico prædicto modo. vnde de tali oratione non loquitur hîc Saluator. Alia est oratio priuata: & talis magis debet fieri in secreto duplici de causa. Prima causa, quia oratio est eleuatio mentis in Deum: mens autem humana citius & melius eleuatur in Deum, quando in secreto loco homo constituitur: & à tumultib. aliorum separatur. Alia causa est ad euitationem vanæ gloriæ, quæ de facili insurgit quando oratio in publico fit. & hoc est quod dicit Saluator:* Et cum oratis non eritis sicut hypocritæ, qui amant in synagogis & in angulis plastantes orare. *Dicit stantes, vt magis apparerẽt ex modo se habendi. In synagogis & in angulis platearum, ex ratione loci: quia synagoga est locus communis, vbi conueniebant Iudæi ad audiendum verbum Dei, vel aliqua ratione huiusmodi: Et dicitur à syn quod est con, & goge quod est populus: quia ibi conueniebat populus.*

4 Et in angulis platearum. *Plateæ istæ dicebantur atria quæ erant prope templum, vbi conueniebant homines ad orandum, vel ad audiendum doctores: & ideo erat locus communis. Consequenter ostendit debitum modum orandi, cum dicit:*

5 Tu autem. *i. locum secretum.*

6 Et clauso ostio. *ne veniat multitudo impediens eleuationẽ mentis in Deum, & mouens ad elationem mentis.*

7 Ora patrem. *patet litera.*

8 Orantes autem. *Hic excluditur error gentilium circa orationem Credebant enim quidam gentiles, qui vocabantur Ethnici, quòd ex multiplicatione verborum compositorum in oratione aliquid manifestaretur ipsi Deo, quod prius esset sibi ignotum: & per consequens mutaretur ad aliquid agendum, cuius prius volebat contrarium. Vtrunque illorum est erroneum: quia in Deo nulla cadit mutatio vel ignorantia. Hunc autem errorem excludit Saluator dicens:* Orantes autẽ nolite multum. *Ex quo patet, quòd non prohibet multiplicationem verborum absolutè, sed ad illam intentionem quam habebant Ethnici, quæ est dicta. & hoc est quod subdit:*

9 Putant enim. *Possunt tamen multiplicari verba in oratione duplici de causa. Vna est, vt per significationem verborum deuotorum*

✠ *animus*

MORALITER.

3 *Cum oratis. Chrisosto.* Est autem oratio quoddam spirituale tributum, quod offert anima Deo, de visceribus suis. Quanto ergo glorioſior est, tanto cautius est seruanda, ne propter homines facta vilescat.

8 *Orantes autem.* Aliud est sermo multus, aliud diurnus affectus. Absit ab oratione multa loquutio, sed non desit multa precatio: sed feruens affectio perseueret.

✠ *Sic ex*

Hom. 20. in math.

Apoc. 3. a.

Quare oratio priuata fienda in deserto.

Oratio duplex est.

† 11. q. 3. ca. audi.

* in propatulo, seu in manifesto. † balbutire

* in propatulo. vel in manifesto.

Hom. 2. de fide Annæ.

lib. de monasticarum inst. c. 10.

epist. 121.

Gentilium error circa orationem

Verborum multitudo quo & qũ in oratione est habẽda.

a *Nolite ergo aſſimilari eis.* Non enim apud Deum agendum est verbis,ſed rebus,intētione cordis,affectu ſimplici. Quæ cum dicimus,non eum docemus.ſed nos tempore orandi recordamur.

b *Scit enim pater.* Cur ergo ſcienti loquimur?Non vt noſtræ faciamus indicium voluntatis,ſed vt excitemus piæ deuotionis obſequium.

Ideo non eſt opus narrare ſed obſecrare: quod eſt obſequium iuſtitiæ. Vult enim Deus rogari & venerari,vt bonitas eius deriuetur ad plurimos,& ſtatus iuſtitiæ ſeruetur apud ſubiectos.

c *Pater noſter.* Beda. Inter cętera ſalutaria monita & diuina, quibus conſulit credentibus,formam orandi propoſuit, diſciplinā tradidit.In hac oratione non docetur, quæ neſciat Deus, ſed quæ vult præſtare ſuppliciter veneratus. Vnde & orationem compoſuit breuibus verbis, vt ſit nobis fiducia cito annuendi,quod breuiter vult rogari. Quibus nec opus eſſet ad eum qui omnia nouit,ſed vt noſter affectus qui cum Deo agit, diſcerneret res quas oraret, non verba quæ diceret, vnde non his ſolū verbis oratur,ſed & aliis contentis ſub eodem, & non alio ſenſu:quib.etiam cor noſtrū accēditur.Et hi ſunt veri adoratores,qui filij per gratiā adorant patrē in ſpiritu & veritate.

B

Orationis dominicæ excellētia.

Nulla oratio magis ſpiritualis eſt, quàm illa quæ ex ore filij qui eſt veritas,proceſſit. *Pater noſter.* Cui non timore,ſed amore hæreditatis ſeruimus. Dum pater dicitur, de adoptione cogitemus, vt patri pium affectum rependamus. Dum dicitur noſter, fraternitatis admonetur,cum ſit communis adoptio omnib. Nemo dicat meus, quod propriè filio conuenit, cui pater eſt per naturam.vnde alibi:*Vado ad patrem meum*, ſpecialiter per naturam; & veſtrum, coniunctum per gratiam. *Pater noſter dicitur.* quod commune omnibus,nemo dicat meus: quod ſolum Chriſto conuenit:qui filius eſt per naturam, aliis conceditur communis gratia adoptionis.

Ioh.7.d.

Monetur nobilis & diues, non ſuperbire contra minores. Non enim verè poſſunt dicere pater noſter,niſi fratres ſint. Cauēdum etiam eſt cuique à ſordibus,ne tanto patre ſit indignus, Antiquis, vt ſeruis dicitur dominus: nunc per gratiam pater,in quo fiducia. Quid negabit filiis,qui iam dedit quòd pater eſt?

lib.de oratione.

✠ Tertvllianvs. Noui teſtamenti nouam orationis formam determinauit Oportebat enim in hac quoque ſpecie nouum vinum nouis vtribus recondi. Cæterum quicquid retrò fuerat,aut demutatum eſt, vt circunciſio : aut ſuppletum vt reliqua lex aut impletum vt propheria:aut perfectum,vt fides ipſa.Sed &

C

oratio dominica breuiarium totius legis.

breuitas iſta.magnæ ac beatæ interpretationis ſententia fulta eſt: quantumque ſubſtringitur verbis, tantum diffunditur ſenſibus. Neque enim propria tantum orationis officia complexa eſt, vel venerationem Dei,aut hominis petitionem,ſed omnem pene ſermonem domini,omnem commemorationem diſciplinæ,vt revera in hac oratione breuiarium totius legis comprehendatur.

D

lib.2.de ſermone Do. in monte cap.8.

✠ Avgvstinvs. Nuſquam inuenitur præceptum populo Iſrael,vt diceret pater noſter,aut oraret patrem Deum,ſed dominus eis inſinuatus eſt, tanquam ſeruientibus, hoc eſt, ſecundum carnem adhuc viuentibus.Hoc autem dico cum mandata legis acciperēt,quæ obſeruare iubebantur.Nam prophetę ſæpe oſtendunt eundem dominum, patrem eorum eſſe potuiſſe,ſi ab eius mandatis non aberrarent.Sicut eſt illud, *filios genui & exaltaui,&c.*

Iſaiæ 1.

✠ Tertvllianvs. Appellatio iſta (patris) & pietatis & poteſtatis eſt.

vbi ſupra

✠ Gregorivs. nyssenvs. Nam quali dicenti pater noſter, opus eſt animo? quanta fiducia? quali conſcientia?vt vbi Deum quoad eius fieri poteſt,per eas appellationes quæ in illo animaduertentur,ad intellectum inenarrabilis glorię quaſi manuductus mente conciperet, atque didiceret quod diuina natura, quodcunque tandem ea ſit ipſa bonitas ſit,ſanctimonia, exultatio,potentia,gloria,puritas, æternitas, ſemper eodem modo atq; ſimiliter ſe habens.

lib.de oratione.

E

✠ Avgvst.De quotidianis autē breuib. leuibuſq; peccatis ſuis ſine qb.hæc vita non ducitur, quotidiana oratio fideliū ſatisfacit.

in henchiridio c.115. oratio dominica deber peccata venialia.

d *In cœlis.* Spiritualibus,vt ad ſpiritualitatem in qua habitat feſtinare diſcamus,& cœleſtia ab eo quæramus.

✠ Petrvs chrysologvs. Hoc cum dicis, non ſic habeas quaſi non ſit in terris:non ſic accipias,quaſi ſit loco clauſus,qui claudit omnia, ſed intellige eſſe tibi genus in cœlo, & age vt ſancte viuendo ſancto patri reſpondeas.

Hom. 4. operis imperf.

✠ Chrysostomvs. Vult vt ſciamus nos habere patrem cœleſtem,vt erubeſcamus nos terrenis rebus ſuſternere.

e *Sanctificetur nomen tuum.* Videnda eſt harum diſtinctio ſeptem petitionum. Nam cum vitia noſtra temporaliter agitur ſperaturque æterna,priora ſunt dignitate æterna, his tamen prius accepis. In his ſeptem petitionibus omnia bona præſentis vitæ vel futuræ continentur, in quibus eſt ordo mirabilis, vt in Iſaia legitur: Sicut ſeptem dona ſancti ſpiritus á ſummis incipiunt, & vſque ad initium ſapientiæ decurrunt, ita ordo præcum à ſummis vſque ad finem,vt à malis mundi liberemur,extenditur. Si autem in vtriſque à fine incipimus,ad perfectionem fit ordo aſcēſionis. Si autem à ſummis (quia hoc de ſupernis accipimus) fit ordo deſcenſionis.Sed quia per hæc nos ab imis ad ſumma conſurgimus, ſeptem beatitudines quæ per eadem dona quæruntur, de imis gradatim ad ſumma perueniunt. In præcibus ergo eſt vt impetremus do.

Ex Aug.li. 2.de ſermone dom.in mō.e c.17.

F

a ¶ Verbis cor accenditur,& in precibus ſerenatur.

a quòd in multiloquio ſuo exaudiantur. Nō-
b lite ergo aſſimilari eis: Scit enim pater ve- 1
ſter, quid opus vobis ſit, antequam petatis

a ¶ Sic ergo docendi eſtis quid petatis,& ſi aliis verbis : tum ſic. ¶ Vt doceo,& quomodo doceo,& quid doceo. b ¶ De malis remouendis, & bonis acquirendis. c ¶ Breuis captatio præmittitur:Pater noſter qui es in.

c eum. Sic ergo vos orabitis: Pater noſter qui 2

¶ Sanctis. ¶ In ſecretis. a ¶ Tales fac in quibus ſanctus appareas. ¶ Donum eſt ſapientia, virtus vero pax. b ¶ Quo filij dicimur. c ¶ In nobis, vt qui in baptiſmo ſanctificati ſumus,in eo quod cœpimus perſ.ueremus.

d es in cælis Sanctificetur nomen tuum. 3 4 5 6
e

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *animus melius eleuetur in Deum. Alia cauſa eſt, vt homo in Deum eleuetur non ſolum mente, ſed etiam corporali voce: ſecundum illud*

Pſal.83.a. *Pſal.* Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. *Non tamen poteſt dari ibi regula certa: ſed debet homo talibus verbis vti in oratione, quantum percipit homo, quòd faciant ad deuotionis excitationem. Si autem econtrario percipiat, quòd multiplicatio verbo-*

Luc.11.a. De pœ.diſ. 3.c.de quotidianis. *rum diſtrahat mentem eius, debet ceſſare à verbis, & orare Deum affectibus mentis. Hoc tamen intelligendum eſt in oratione priuata, vt dictum eſt, quia oratio publica debet eſſe in verbis, vt poſſet percipi ab aliis. Sequitur.*

1 Scit enim pater veſter. *Hoc additur ad excludendū illorum gentilium falſum intellectum ſecundum quem putabant aliquid Deo notificari de nouo, quia omnia ſcit ab æterno.*

Quæſtio *Sed quæritur, quare oratur Deus, ex quo per orationem nihil ſibi manifeſtatur, nec animus eius in aliquo mutatur & ideo videtur, q; fruſtra oretur. Dicendum, q; prædeſtinatio diuina eſt præparatio gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro: & ideo cum ſit æterna, ſicut ab æterno prædeſtinauit aliquem ab beatitudinem, ita præordinauit modū per quem daret ſibi illam beatitudinem ſcilicet per merita ſua & orationem. & ideo non fruſtra orat Deum, quia oratio eſt illud per quod ex ordinatione diuina debet cōſequi gratiā & gloriam. & eadē eſt ratio de omnib. aliis bonis: qa cadunt ſub ordine diuinæ prædeſtinationis.*

2 Sic ergo, *Hic docet Saluator modum orandi conueniētiſſimum. Ad cuius intellectum ſciendum, q; oratio ſecundum Damaſcenum, eſt petitio decentium à Deo. In hac autem oratione exprimitur quidquid decet hominem petere à Deo, & quidquid decet Deum dare homini. Et ſimiliter ordinatiſſimè hoc deſcribitur quia illud quod maximè deſiderari debet ab homine & peti à Deo, primò ponitur: & quod debet peti ſecundariò, in ſecundo loco: & ſic conſequenter vſque in finem. Illud autem quod primò cadit in appetitum hominis eſt beatitudo. Secundò illud per quod homo beatitudinem cōſequitur. & illud ſecundò petitur, ibi: Fiat voluntas tua. Circa primum conſiderandum, quòd beatitudo dupliciter dicitur. Vno modo obiectiuè ſcilicet ipſa bonitas diuina in ſeipſa, per cuius fruitionem effimur beati, & ideo bonitatem ipſam diuinam præ omnibus amare debemus, & per conſequens gloriam eius & honorem præ omnibus deſiderare & hoc eſt quod petimus in prima petitione, cum dicitur:* Pater noſter qui es in cœlis, ſanctificetur nomen tuum, *Dicitur enim:*

Oratio ſecundū Damaſcenum Oratio dominica omnia petenda decenter complectitur.

Beatitudo dupliciter dicitur.

3 Pater. *omnium generaliter ratione creationis. Additur:*

4 Noſter. *quia eſt pater ſpecialis iuſtorum per gratiam adoptionis.*

5 Qui es in cœlis. *quia licet ſit in omnibus per eſſentiam, præſentiam & potentiam, eſt tamen ſpeciali modo in iuſtis per gratiam: tamen ſpecialiſſimè excellentia eius relucet in beatis per gloriam.*

6 Sanctificetur nomen tuum. *non petimus, quòd aliqua ſanctitas ei de nouo accreſcat, quia hoc eſt impoſſibile: ſed quòd ſanctitas quæ*

✠ ei de

MORALITER.

✠ 2 *Sic ergo* Glo.Non ſolum his verbis oratur,ſed etiam aliis ſub eodem ſenſu conceptis.

3 *Pater noſter* Aug. Admonentur hîc diuites vel genere nobiles, vt cum facti fuerint Chriſtiani, non ſuperbire aduerſus pauperes

peres & ignobiles: quoniam ſimul dicunt Deo, pater noſter, quod non poſſunt ſic piè dicere, niſi ſe fratres eſſe cognoſcant.

6 *Sanctificetur nomen tuum.* Chryſoſt. Digna eſt Deum deprecantis oratio, nil petere ante patris gloriam, ſed omnia eius laudi poſtponere.

✠ b *Adu*

mus dona:in donis,vt operemur mandata. De operatione beatitudinis sequuntur.In æterna vita trium primarum petitionum impetrationes fiunt,licet hîc incipiant. nam & sanctificatio nominis ab ipso humili aduentu agi cœpit, & aduentus regni in fine mundi manifestabitur: & perfectio voluntatis ipsa perfectione nostræ beatitudinis & seculi terminatione complebitur. Ethæc tria consummata in æternũ manebunt: reliqua quatuor ad istã vitam pertinent. Panis enim spiritualis etsi æternus, tamẽ pertinet ad hoc tempus in quantum quotidie ministratur animæ.Et forsan ideo panis dicitur,quia laborando & differendo discitur. Tunc erit vt potus, quando sine labore hauretur.Et nunc peccata nostra nobis dimittuntur & dimittimus.Et nunc tentationes vitam nostram infestant.Et liberatio à malo ad hanc vitam pertinet, quam iusticia Dei mortalem meruimus,vnde gratia eius liberabimur.

† De cõ. di. 2.c. in calice.

B

Videtur autem iste septenarius numerus illi congruere,ex quo totus iste sermo manauit. Si enim timor Dei est, quo beati sunt pauperes spiritu,quoniam ipsorum est regnum cælorum:petamus vt in nobis sanctificetur nomen domini timore casto permanente in seculum seculi. Si pietas est qua beati sunt mites, quoniam ipsi possidebunt terram;petamus vt veniat regnum, vel in nos,vt mitescamus, nec ei resistamus: vel de cælo in terras in claritate aduentus vbi lætabimur, sicut dicitur: *Venite bene. patris mei.* Si scientia est qua beati qui lugent,quoniam ipsi consolabuntur:petamus vt fiat voluntas,vt consentiat caro spiritui:quia non est luctus nisi quia ista contra se confligunt, vt cogamur dicere: *Infœlix ego homo,quis me libe.de corpe.mor.huius?* Si fortitudo est qua esuriunt & sitiunt iu.quoniam ipsi sa.oremus vt detur nobis panis quotidianus,quo fulciti,ad istã satietatẽ perueniamus.Si consiliũ est,quo beati sunt misericordes,quoniam ipsi mise.conse.dimittamus & nobis dimitti oremus. Si intellectus est quo beati sunt mun.cor. quoniam ipsi deum vi.oremus vt nõ induci in tentationem per aspera vel blanda,ne non sit simplex cor, dum non simpliciter bonum petat in omnibus quæ agit. Si sapientia est qua beati sunt pacifici quoniam fi.Dei vo.oremus liberari à malo. Liberatio enim facit liberos.i.filios, vt dicamus spiritu adoptionis, abba pater. Amen, significat in omnibus his petitionibus indubitanter à domino tribui quod petitur,si vltimæ conditionis pactum seruare non negligimur.vnde subdit:Si dimiseritis,&c. *Sãctifice.* Hîc spiritum sapientiæ oramus,ne à sanctificatione nominis primus in aliquo descrepemus: sed patris nomen in filiis moribus & vita ostendatur.

Infra.125.c

Rom. 7. d.

C

Mar. 14. d.

Nomẽ patris in nobis est,qui filij dicimur:quod petimus sanctificari.Non vt ipse sanctior sit.sed vt in nobis operetur augmẽtum suæ sanctificationis:nam sanctificatio filiorum nomini eius attribuitur. Ita dicitur sanctificari sicut clarificari & magnificari in nobis, *Sanctificetur* id est ita sicut est sanctum,habeatur hominibus:& ita innotescat illis Deus,vt non putent aliquid sanctius.

lib.2.de sermone domini in mõte.10.

✠ Avgvst. Hoc nõ sic petitur,quasi nõ sit sanctũ nomẽ Dei sed vt sactũ habeatur hominibus,id est,ita illis innotescat Deus, vt non existimẽt aliquid,sanctius quod magis offendere timeant.

✠ Cyrill. Hierosolymit. Sanctum est nomen Dei siue dicamus, siue non dicamus:quia verò in his qui peccant aliquando profanatur:idcircò petimus in nobis sanctificari: non vt ex eo quod non fuisset tale,esse incipiat:sed vt in nobis sanctificatis&, qua sanctificatione digna sunt facientibus, sanctum fiat.

catechesi.5

D

✠ Tertvll. petimus vt nomen Dei sanctificetur in nobis, qui in illo sumus:simul & in cæteris quos adhuc gratia Dei expectat, vt supensa enuntiatione, non dicentes, sanctificetur in nobis,in omnibus dicimus.

lib.de oratione.

a ¶ Donum est intellectus,virtus vero mundicia cordis.
b ¶ Donum,consilium,virtus,misericordia.

a b Aduẽniat regnum tuum. † Fiat voluc ¶ Donum fortitudo,virtus esuries & sitis iusticiæ.
d tas tua, sicut in cælo, & in terra. Panem

1 2 3 4 5

a *Adueniat regnum tuum.* Hîc spiritus intelligentiæ petitur,quo mundatur cor vt deus videatur:Duricia & potestas diaboli excluditur,& in futuro perfectius,cum euacuauerit omnem principatũ & potestatem, & tradetur regnum deo patri. Congruè sequitur,vt post adoptionem filiorum regnum petamus quod filiis debetur.

E

Regnum Dei semper est:sed veniat i. manifestetur hominibus à quibus vt lux cæcis nõ videtur,quod nullus ignorare poterit,cũ filius iudicare venerit.In quo regnabunt & sancti vt dicitur, *Percipite reg.quod vo.pa.&c.*

Infra.25. c.

Spiritu intelligentiæ regnum futurum ingredientibus declaratur,& mundicia cordis attribuitur, per quam deus ibidem regnãs sicut est videbitur, vbi spiritus sapientiæ complebitur. Septima sanctificatio nominis eius.In perfectione senarij aduentus regni poscitur, vt curramus omnes in virum perfectum: deinde in eo quiescentibus sanctificetur ipse in nobis, dum nos in illo sanctificamur. Eius requiem iure poscimus in nobis sanctificari, vt perenniter in eo sanctificati requiescamus. in qua sanctifiatione pax beatitudinis firmatur & plena sapientia donatur.

F

✠ Petrvs Crysologvs. Petimus vt qui sibi regnauit semp,modo regnet in nobis,vt & nos in illo regnare possim⁹.

sermo. 71. lib. de oratione.

✠ Tertvllianvs. Cum regnum Dei quod vt adueniat oramus, ad consummationem seculi tendat, optamus maturius regnare, & non diutius seruire.

b *Fiat voluntas tua.* Hîc petitur spiritus consilij, per quem voluntas Dei inquiritur,vt à nobis impleatur.

Voluntas Dei in terris sicut in cælo spiritu consilij regitur.Nobis etiam opus est spiritus consilij:vt volũtas Dei dirigatur in nobis,vt misericordes in re esse possimus. Voluntas Dei semper fit. sed oramus vt libertas nostri arbitrij societur per gratiam suæ voluntati quæ est sanctificatio nostra & vita æterna. Voluntas Dei est præceptorum eius custodia.

c *Sicut in cælo.* Sicut in angelis, ita in omnibus. Vel sicut iustis, ita in peccatoribus conuersis. Vel sicut in Christo,ita in ecclesia. Vel sicut mente seruio legi Dei,ita & in carne.

Secundum spiritum cælum: secundum carnem terra sumus. Oramus ergo vt sicut in cælo.1 in spiritu:ita in terra fiat voluntas: vt caro & spiritus sit homo spiritualis de quo dicitur: *Cor meũ & caro mea ex.in deum.vi.* Nec tantum oratur vt bona velimus, sed fiat voluntas in nobis, vt viuamus tibi,non nobis,Hæc tria perfectius habentur in futuro sed hîc interim ex parte oramus, vt postea pfectius habeãtur. Quatuor sequẽtia pẽsentis vitæ sũt pẽsidia.

Ro.7. d.

Psal. 83. c.

d *Panem.* Esuries iusticiæ vt ad saturitatem pertingat, fulcitur

☞ spiritu

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *ei æternaliter inest,reluceat amplius in creaturis: & primò & principaliter quæratur in operibus humanis, secundum quod dicit Apostolus.1.ad Cor.10.* Omnia in gloriã Dei facite. *Alia est beatitudo dicta formaliter quæ est actus vltimate & perfectè coniungens nos Deo.s. visio & fruitio. & illud est quod secundò loco petimus à Deo, vt.s.simus:participes suæ bonitatis,quod fit in visione beata. & hoc petimus cum dicimus.*

1 Adueniat. *& bene dicitur, adueniat, quia non possumus ad eam venire per gratiam & gloriam,& nisi ipse primò veniat ad nos Vnde Aug.super Ioh.Ille enim venit quem gratia Dei preuenit.Et Ioh.6.e.* Nemo potest venire ad me,nisi pater qui mi.me trax.eum.

Diuisio.

2 Regnum tu, *Beatitudo enim æterna bene dicitur regnum, quia ibi habetur plena & perfecta copia omnium bonorum.*

3 Fiat uo.tu. *Hîc consequenter petitur illud per quod possumus beatitudinem cõsequi.Et hoc dicitur dupliciter.vno modo directè & per se:alio modo indirectè quasi per accidens, cuiusmodi est remotio impedimenti.secundum ponitur ibi:Et dimitte no. Adhuc prima in duas: quia ad assecutionem beatitudinis facit aliquid dupliciter.vno modo principaliter. alio modo quasi instrumentali. secundum ponitur. ibi: Panem nost. Illud per quod principaliter consequimur beatitudinem est impletio voluntatis diuinæ per sanctam operationem. Et quia frequenter voluntas eius est nobis incognita, & quando cognoscitur adhuc sumus impotẽtes & pigri ad implendum,ideo tertiò petimus:* Fiat uo.t. *i,tu spires nobis virtutem & propositum adimplendi tuum bene placitum. Additur autem,*

4 Sicut in cæ.&c, *Beati enim qui sunt in cælo. quia sunt coniuncti immediatæ regulæ diuinæ.ideo nõ possunt deficere nec deuiare à diuina voluntate, & ideo nos qui sumus in via qui non sumus sic coniuncti petimus vt diuina gratia hoc suppleat in nobis,tenendo voluntatem nostram in conformitate ad suam in operibus nostris,sicut conformantur illi qui sunt in cælis.*

5 Panem *Hîc petitur illud per quod instrumentaliter ducimur ad beatitudinẽ,& hoc accipitur dupliciter. vno modo prout aliquid est instrumentum ipsius Dei, & sic sacramenta ecclesiæ sunt quædam instrumenta,quibus sanctificamur, & ad beatitudinem ducimur:vnde dicuntur vasa gratiæ.omnia autem sacra ordinantur ad sacramentum eucharistiæ: quod petimus quarto cum dicimus:* Panem. *Dicitur autem superstantialis,quia transcẽdit vitam corporalem & dat vitam æternam.Ioh.6.e.Ego sum pa.vi.qui de cæ.d.si quis mã. ex hoc pa.vi.&c.& petendo hoc sacramentum petimus omnia alia, quæ ordinantur ad ipsum, vt patet in.4.sen. & Luc.5.vocat eum* panem

✠ quotidia

MORALITER.

✠

1 *Adueniat re.tu.* Ad Christum qui est Dei regnum non veniemus ad gloriam,nisi prius ad nos veniat per gratiam.

2 *Fiat vo.tua.* Augusti.id est obediatur præceptis tuis ab hominibus terrenis,sicut in cælo ab angelis sanctis

3 *Panem.* id est eucharistiam,quæ reficit animam,naturam corporis transcendentem,& quotidie profidelibus offertur.

spiritu fortitudinis. Ideo oramus: panem nostrum quotidianum
A da nobis: sine quo fame moreremur.

Panis, corpus Christi est, vel verbũ Dei vel ipse deus quo quotidie egemus, vel qui est super omnes substantias.

Ioh.6.c. Hic est panis viuus qui de cæ. descen. cuius naturæ sublimitas super omnes substantias est.

lib.5. d. sacramentis. cap.4. ✠ Ambrosivs. Dixi vobis cum de sacramentis tractarem, quod ante verba Christi quod offertur panis dicatur: vbi Christi verba deprompta fuerint, iam non panis sed corpus appellatur. Quare ergo in oratione dominica, quæ postea sequitur ait, panem, nostrum: panem quidem dixit sed ἐπούσιον hoc est super substantialem. Non iste panis est qui vadit in corpus, sed ille panis vitæ æternæ, qui nostrã substantiam fulcit.

a ¶ Qui solus potes. ¶ Dum dicitur hodie. b ¶ Vt liberi redeamus ad patriam.

a nostrũ †supersubstantialem dã nobis hodie:
b ¶ Donũ, scientia, virtus, luctus. a ¶ Conuersis. b ¶ Quib. tenemur. ¶ Peccata.
c †Et †dimittẽ nobis debita nostra, sicut & 1
d a ¶ Veniam petentibus. b ¶ Donum, pietatis, virtus, mansuetudo. 2
c ¶ Ego pacto, aliter nullus totius orationis est fructus.
e nos †dimittim⁹ debitoribus nostris. Et ne nos 3
a ¶ In tentationem inducitur, qui tentatione frangitur. ¶ Donum, timor, virtus, paupertas.
f inducas in tentationem, †sed libera nos 4 5

lib.2. de sermone domini in mote c. 12. ✠ Avgvstinvs. Panis quotidianus, aut pro his omnibus dictus est, quæ huius vitæ necessitatem, sustentant, aut pro sacramenta corporis Christi quod quotitie accipimus, aut pro spirituali cibo, de quo idem dominus ait, *operamini non cibũ qui perit &c.*

Ioan.6. lib. de oratione. ✠ Tertvll. Christus panis noster est, quia vita Christus & vita panis. Ego sum inquit, panis vitæ. Panis est sermo Dei viui
B qui descendit de cœlis: tum quod & corpus eius in pane cenisetur, hoc est corpus meũ. Itaque petendo panẽ quotidianum, perpetuitatem postulamus in Christo, & indiuiduitatem a corpore eius. panem enim peti mandat, qui solum fidelibus est necessarius: cætera enim nationes requirunt.

Ro.8.f. a *Nostrum.* Quia Christus noster est factus, & deus pater cum Christo omnia nobis donauit. Ideo oramus vt quod nostrum est per donum, quotidie detur per effectum.

Eccle.44. b *Supersubstantialem.* vel quotidianum. Quia qui edunt me adhuc esu. Hic quotidianus, in patria æternus. Hic panis assiduè per fidem & charitatem interius reficere debet: quia sine eo nemo viuere potest. Vel panis dicuntur spiritualia præcepta, quæ semper sunt exercenda vel conseruanda.

c *Et dimitte.* Post cibum petit veniam peccatorũ, vt qui à Deo pascitur, in Deo viuat, & ad vitam æternam perueniat.

Sciẽtiæ donum quotuplicis vtilitatis. Cum dicimus: *Dimitte no. de nostra:* spiritum scientiæ rogamus, quo delicta intelligimus, quæ sine spiritu scientiæ non intelligũtur. Scientia quippe ad vsum temporaliũ pertinet, quæ virtus est, in vitandis malis, & petendis bonis, vt nostra & aliorum contagia ploremus, bona cupiamus. Magni sunt isti tres gradus. nã qui
C liberatur à malo, iam hæret summo bono, liberatus petit liberatorem, ne iterum ducatur in tẽtationem. Sed quia in hac vita nec iust⁹ sine peccato viuit: sic petit inde liberari, vt sciat quid ex charitate fratribus debeat. Sed quia nondum visione Dei fruimur, cibus in via est necessarius, vt quandoque ad patriam veniamus. Vnde panem petimus ad quem nemo peruenit sine spiritu fortitudinis, tudinis. Vbi ergo fortitudo, ibi esuries iusticiæ. Æternus enim cibus plenitudo est iusticiæ. Quotidianus, dum quotidie illam esurientes implemus. D

✠ Etvhymivs. Sciens quam lubrica esset natura nostra, ad peccatum, agnoscens quoque & post regenerationis lauacrũ rursum nos offensuros, iubet pro peccatis deprecari, quæ & debita nominauit. Debitum scilicet & peccatum quasi eadẽ res obnoxium reddunt hominem sicut & æs alienum.

✠ Tertvll. Debitum in scripturis delicti figura est, quod perinde iudicio debeatur, & ab eo exigatur, nec euadat iustitiam exactionis.

d *Sicut.* Ecce qua cautione constringimur, in qua etiam nos adinuicem ad misericordiã inflectit, & peccantibus in se veniam promittit, & nobis & per nos aliis veniam promittit.

Culpæ veniam non debemus negare. vnde. *Cum oratis, remittite si quid habetis aduersus aliquem: aliter enim pater vester non dimittet vobis peccata vestra.*

Pecuniam alicui repetere conceditur, sed debita peccatorum petenti veniam nunquam iustè negamus.

e *Et ne nos in.* Sed spiritu scientiæ illustra, vt sciamus quibus malis inuoluimur, & vt lachrymæ prosint rogamus: *Dimitte nobis debita* nostra. *Et ne nos.* Non quòd ipse inducat, sed quia deserit & ire permittit. Non verò precatur non tentari, sed nec ad modicum vinci. Tentatiò enim est necessaria ad coronam. *Et ne nos.* deserens in tentatione sinas vinci: etsi sinas tentari, sine qua nullus probatus est. E

Et ne nos inducas. ✠ Tertvll. id est, ne nos patiaris induci ab eo qui tentat. vbi supra.

✠ Cyrillvs Hierosolymit. Est tentatio velut torrens transitu difficilis. Qui in eo non submergũtur, optimi natatores facti, traiciunt: Qui secus affecti sunt cum primum in tẽtationem sunt ingressi, submerguntur vt cum Iudas in auaritiæ tentationem est, non eam superauit, verùm submersus est, & corpus & animam. catechesi.5.

f *Sed li.nos.* Hæc vna petitio, tantum continet quantum omnes superiores.

Vt spiritu timoris Dei omnia noxia intus & exterius pellantur: & sub paupertate beatè viuamus. *Sed li.nos.* In illam quæ nondũ est ne sinas induci, & ab ea in qua sumus ducti, libera: quo facto nihil est metuendum, nihil restat orandum. F

✠ Gregor. Nyssenvs. Videtur Dominus multis vocabulis illũ malũ nominare, iuxta differentias prauarum efficientiarũ & improborũ exercitiorũ. Vocat enim diabolũ, Belzebub, Mammonam, principem mundi, homicidam improbum, patrem mendacij. Talis igitur natura non est, sed propria malicia. lib.de orat.

Petrvs

† quotidianũ, vel aduenientẽ.
†De cõ.di. 2.c.in calice.
† remitte.
lib. de oratione.
† remittimus.
†De pœ.di stin.4.c.dicit dominus.
De cõ.di.2. c.panem.
Psal.25.a.

NICOALVS DE LYRA.

quotidianũ, quia quotidie ipsum sumimus per ministros ecclesiæ qui hoc sacramentum accipiunt pro se & pro tota communitate. Alio modo accipitur instrumentum ad consequutionem beatitudinis ex parte animæ: & sic cum corpus sit instrumentum animæ seu organum, per consequens vita corporalis instrumentaliter facit ad consequutionem supernaturalis beatitudinis, inquãtum anima non exercet opera meritoria nisi in corpore quia tempus meriti durat tãtum ad tempus huius vitæ. Ad vitam autẽ corporalem necessario requiritur sufficiẽtia victus. & hoc petitur cum dicitur: Panem no. *& in hoc intelliguntur peti omnia vitæ necessaria.*

1 Et di.no. *Hic consequenter petitur id per quod consequimur beatitudinem sicut per remouens prohibens. Et diuiditur in duas: quia primò facit quod dictum est: secundò reddit rationem cuiusdam dicti, ibi:* Si enim dimiseritis. *Prima adhuc in tres: quia à beatitudine cõsequenda primò prohibet nos peccatũ cõmissum. secundò peccatum de proximo cõmittendũ. & tertiò illud quod est ad vtrũque inclinatiuũ. Secundum ponitur ibi: Et ne nos indu. tertium ibi: Sed libera nos, &c.*

Illud ergo quod primo & principaliter impedit nos à consequutione beatitudinis est peccatum iam commissum: quia ad beatitudinem ingredi non possumus donec peccatum commissum sit totaliter dimissum, & quantum ad culpam & quantum ad pœnam: & ideo hanc dimissionem petimus quinto loco, cum dicimus: Et dimit. *Additur.*

2 Sicut & nos di. *quia hæc est regula nobis imposita, quòd sicut volumus nobis dimitti peccatum nostrum, ita debemus proximo dimittere peccatum in nos commissum. Ista tamen dimissio potest intelligi dupliciter. Vno modo quantum ad offensam, & hoc est necessitatis, quia tenemur omnes diligere ex charitate. Alio modo quantum ad iniuriam, & hoc non est necessitatis, licet sit supererogationis. Sicut enim pecuniam ablatam non tenetur quis auferenti dimittere, sed petere potest, sic iniuria sibi illata potest recompensationem per emendã petere secundum ordinem iusticiæ.*

3 Et ne nos. *Secundò impedit nos à beatitudine peccatum: quod formidatur de proximo committendum. & hoc contingit quando sumus positi in graui tentatione: cui probabiliter timemus succumbere: & ideo sexto petimus hoc à nobis amoueri cum dicimus:* Et ne.n. indu. *i. induci permittas.*

4 In tenta. *Non enim petimus vt non tentemur. quia tentari non est malum sed magis est ad virtutis exercitium, quando viriliter resistitur. propter quod dicit psal. Proba me domine & tenta me. sed petimus ne in tentationem inducamur. i. ne ab ipsa deuincamur.*

5 Sed libe. *Tertiò impedit nos illud quod est inclinatiuum ad duo prædicta: & hoc est fomes peccati: quæ est quædam pœna ex peccato primi parentis derelicta. Et hoc malum pœnæ & alia mala pœnitentis vitæ inquantum potest nos ad peccatum inducere, septimò petimus amoueri, & ab eis liberari cum dicimus:* Libe. nos. *Sequitur in fine.*

Amen

MORALITER.

† *Et di no.* Ego. vt profecto bonum quod à Deo compuncti petimus: hoc ipsum primum proximo conuersi facimus.

1 Et ne. Aug. Aliud est tentari: aliud in tẽtationem induci. Nam sine tentatione nemo probatus est. & ideo non petimus nos non tentari, sed in tentationem per consensum non induci.

2 *Sed libera.* Chryso. hoc malum vocat diabolum propter excellentiam suæ maliciæ.

Si enim

✠ Petrvs Chrysologvs. Ille qui natura cœlestis fuit, nunc est nequitia sperititualis, ætate maior seculo, nocendi vsu tritus, lædendi arte peritissimus.

✠ Chrysost. Malum hìc diabolum vocat docens nos cum eo habere prælium, nullo vnquam fœdere dirimendum.

✠ Theophyl. Non dixit, libera nos à malis hominibus: non enim tam illi nos iniuria afficiunt, quàm malignus dæmon per eos.

¶ Commendat conditionem. ¶ Vos qui estis quasi dij. a ¶ Qui in hoc quod peccant homines sunt.

a à malo*. Amen. †Si enim dimiseritis hominibus peccata eorũ, dimittet & vobis pater vester cœlestis delicta vestra. Si autẽ non dimiseritis hominibus*, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. Cum autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes.

¶ Ecce fiucia magna. ¶ Iudicium sine misericordia fiet eis qui non faciunt misericordiam.

a ¶ Id est ipsa vultus tristibia ostentare ieiunium. b ¶ Repræsentatores alterius personæ. ¶ Qui nou virtutibus studeut: sed fauorem vulgi excitant.

a ¶ Pro, demoliuutur: hoc enim proprie oe exulibus. b ¶ Finem intentionis vt supra reprehendit hic. ¶ Vt dissimiles aliis videantur, & ipsa vilitate vltra homines prædicentur.

† Exterminant enim facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, †quia receperunt mercedem suam. †Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, & fac faciem tuam,

a ¶ Laudem quam voluerunt, non adoptionem filiorum. b ¶ Sic vni dicit, quasi omnibus.

a ¶ Caput vngit qui spirituali lætitia interius pinguescit.

1 2 3 4 5 6

A sermo. 70. Hom. 20. operis imperf.

†errata, lapsus. Marc. 11. c.

*delicta vestra.

B

† quia. Desa. vnvnico.

C

Precibus laborandum est, vt dona percipianmus ex gratia. Donis agẽdum, vt veniamus admerita. Pro meritis beatitudo speranda: alioquin nec sine præcibus fidei ad dominum, nec sine meritis ad beatitudinem peruenitur. Nihil deest quod his septem petitionibus non contineatur: siue ad præsentem siue ad futuram pertineat vitam.

Orationis dominicæ compendiosi tas. Isa. 10. f.

Satis compendiosè tradidit Christus, non modo disciplinam mãdatorum, sed & pre cum & donorum, vt paucis verbis memoriæ res multiplices & necessarias commendaret, & sic simplicitas † dei, sufficientiam salutis suæ cito addisceret: & prudentia ingeniosorum amplius profunditate mysteriorum stupescere. Hinc Isaias: *Sermonem breuiatum faciet dominus super terram.* Quoniã ita breuiauit, vt memoriter capi possit: ita rebus impleuit, vt nemo sine gratia spiritussancti percipere possit.

b *Si e. dimi.* Formam imposuit qualiter velimus iudicari. Vnde indulgentibus coram Deo fiducia respondet impetrandi: exigentes verò, pœna remordet vltionis vel damnationis.

Deus mauult inuenire cui indulgeat quàm quem puniat. ideo in nostra potestate posuit qua conscientia iudicium Dei quisque prouocet erga se, & quomodo sententiam tanti discriminis possit temperare. Omnes debemus, & indulgentia patris omnibus est necessaria, ideo ex animo aliis dimittamus, vt maiora seu plura nobis relaxentur.

Hoc in fine concluditur, vt certum sit nobis quid in orationibus promiserimus: neque aliud exigit iudex quem rogamus, nisi vt tales simus fratribus, qualem eum nobis poscimus. Et qui hoc nõ facit dupliciter reus est. primò, quia peccauit & debet: deinde, quia admonitus à iudice, fratri non indulget.

Vnde: *Cum oratis, remittite si quid habetis aduersus aliquem: aliter enim pater vester non dimittet vobis.* Mar. 11. c.

c *Si autem non.* Nulla excusatio relinquitur, quia vnusquisque secundum hanc sententiam in futuro iudicabitur. Ex hoc patet, quòd vnusquisque in sua infidelitate condemnatur.

lib. 2. de sermone do. in monte cap. 13.

✠ Avgvstinvs. Ad tam magnum tonitruum, qui non expergiscitur, non dormit sed mortuus est. Qua frõte igitur hanc ad deum orationem fundis, qui spiras vindictam in proximum? An tibi ipsi vindictam hæc dicẽdo accersis. Nam si non abiures omne odium, id ipsum autem depreceris, *Dimitte nobis sicut dimittimus*, num idem idipsum erit ac si dicas, Vindex esto peccatorum meorum, quia ego vindictam sumere decreui.

D

d *Cum ieiunatis.* Postquam docuit quomodo orandum sit, docet de ieiunio quod iterum pertinet ad mundiciam cordis, ne non sit simplex ad deum, Deũ ad exteriora rapitur:

* Quia tuũ est regnum & põtentia in secula seculorum. Hom. 15. operis imperf.

✠ Chrysost. Omniũ malorum praua & forriora sunt tria. Gula, auaritia, & vana gloria. Ad uersus quæ dominus tentationis suscipiens bellum, pugnauit pro nobis. Cõtra gulam pugnauit in heremo, contra auaritiam super montem, contra vanam gloriam super templũ. Itẽ omniũ bonorũ fortissima sunt tria aduersus tria mala inuenta Eleemosyna contra auaritiam, oratio contra vanã gloriam, ieiuniu contra gulã.

E

e *Nolite fi.* Non prohibet virtutem, sed fictã virtutis speciẽ.

† obscurát.

Bonum est ieiunio pro peccatis tristes esse ad pœnitentiam, & humiliare animam nostram. vnde: Cor cõtritum & humiliatum Deus nõ despiciet Sed tristiciam quæ pro laude est, prohibet. Vnde non ait simpliciter: Nolite ieiunare. sed addit, sicut hypocritæ tristes.

F

Psal. 50. d.

✠ Tertvll. Hæc conditio facti eadem est atque ista quam superius dixit, cum facis eleemosynam. &, cum oratis. Ita nimirũ illa intelligenda sunt, vt pietati & Christiano obsequio necessaria. Quis enim verè Christianus est sine istis?

lib. de ieiunio.

✠ Idem An verò quia ieiunium hypocritarum à Christo reiicitur, & prohibetur, ideò ieiunandum omnino nõ esse intellexit? Cur ergò docuit quã se regula ieiunaturus dirigeret? Cur ipse ieiunasset? Cur Apostolos post ascensionẽ ieiunaturos prædixisset?

✠ Basilivs. Hoc præceptum ad eos pertinet qui Dei mãdatum ob eam causam exequi student, vt spectentur ab hominibus, quò videlicet à vitio humanæ gloriæ liberentur.

in regulis breuiorib. quæst. 223.

✠ Bernardvs. Qui magis impius, an profitẽs impietatẽ, an mentiens sanctitatem? Nonne is qui etiam mendacium addit, geminat impietatem.

in apolog. ad Guilelmum Abbatem.

f *Exterminant.* i. extra. terminos humanæ conditionis obducunt Sicut de nitore vestium iactantia est: sic de nimio squalore & macie. Demoliri est quasi dissipare: & venustatem vultus quasi ad nihilum redigere.

g *Facies suas.* Luctuosis sordibus in quibus etiam iactantia est: & magis sub specie religionis decipiunt.

Nota non debere oues pelles suas deponere sed vestiri, si aliquando lupi eis se contegunt.

h *Vnge ca. tu.* Spirituali lætitia mentem refice diebus abstinentiæ: vt dilectionis odor fragret in operibus misericordiæ. Conscientiam laua lachrymis: vt sit munda coram deo. Non enim sufficit opus misericordiæ sine munda conscientia: nec hoc sine illo. Palestinis mos erat in festis caput vngere: ergo caput vnge. i. festiuũ & hilarem te exhibe: & mentem spirituali oleo refice: & de ieiunio non quæras laudem exterius. Sed quia sic à seculo auerteris, coram Deo gaudeas: & sic faciem. i. cor mũdabis à sordibus: quibus remotis: Deum videre licebit. *Vnge caput tuum.* Ecce nõdum omnia in nouo Testamento ad literam. Ridiculi enim essent in

ieiunio

NICOLAVS DE LYRA.

1 Amen. *quod est verbum optatiuum respectu præcedentium.*

2 Si enim dim. *Hic redditur ratio cuiusdam dicti in prædicta oratione in quinta petitione, vbi dicebatur.* Dimitte no. *& patet sententiam ex prædictis ibidem.*

3 Cum au. ieiu. *Hic excludit intentionem vanæ gloriæ ab operibus pœnitentiæ di.* Cum au. ieiu. no fieri sicut hypo. *Dicitur enim hypocrita ab hypos quod est sub, & crisis quod est aurum, quia sub auro vel honestate exterioris conuersationis habet absconditum plumbum falsitatis. Sequitur.*

4 Tri. *Isti enim ostendunt quandam faciei tristiciam: vt simulent pœnitentiæ rigorem: ideo subditur:*

5 Ex. *Exterminare enim est extra terminos ponere: & ideo illi facies exterminant qui quandam tristiciam extra modum solitum aliorum demonstrant: vt religiosi præteris appareant. Vel aliter.*

Sicut fiunt quandoque vnguenta ad decorandum faciem, quibus vtuntur mulieres ad simulandum pulchritudinem: ita fiunt quædam vnguenta ad exterminandum prædicto modo faciem: & forte talibus vtebantur ad simulandum pœnitentiam: sicut etiam trutanni talibus vtuntur ad extorquendum pecuniam per quæstum. Subdit autem debitum modum ieiunandi, cum dit.

6 Tu autem &c. vnge caput tuum: *id est signa læticiæ prætende: talibus enim vnguentis & lotione corporis vtebantur Iudæi in diebus solennibus & festiuis.*

MORALITER.

1 *Si enim dimi. &c* Cyprianus: Excusatio tibi nulla est in die iudicij: cum secundum tuam sententiam iudiceris: & quod feceris: hoc ipse patieris.

2 *Cum au. ieiuna.* Leo Papa: Non sunt casta ieiunia quæ non de ratione continentiæ veniunt, sed de arte fallaciæ.

3 *Tu au cum ie. vn.* Per caput Christus intelligitur: per faciẽ propria conscientia: quæ lauanda est confessione: Christus autem vngendus deuotione.

5 *Cum*

ieiunio oleo delibuti:sed spiritu amoris eius, cuius passionibus debemus participare nos macerandum, mens debet inungi & non oleo adulationis:aliter vana sunt ieiunia.

Ieiunium quare & quomodo sit faciẽdũ.

Christus factus est vnguentum nobis: quod effusum per passionem mortis:ecclesiam suam suo odore impleuit. Ideo non alterius causa ieiunare debemus: sed eius perfusi spiritu per abstinentiam macerantes carnẽ eius passioni participemus. Illo ergo vngamur: vt opera misericordiæ cumulentur: & charitas interius diffundatur:quia sine illo calix nostri ieiunij nõ inebriatur affectu pietatis.

Deo ieiunat qui pro amore eius se macerat & quod sibi subtrahit alteri largitur.

* in propatulo.

B

a *Faciem tuam laua ne videaris*

lib.1.de cõpunctione cordis.

✠ Ephrem. Si uis lauare faciem tuam, dilue eam lacrymis, & ablue eam fletibus vt in conspectu Dei & sanctorum Angelorũ eius cũ claritate refulgeat.

b *Et pater tuus*. Pater per fidẽ intus est:& remunerat in abscõdito facta. Ibi ergo ieiunandum quo ipse videat Et necesse est vt ieiunans sic ieiunet,vt ei placeat quem in pectore portat.

C

epistola.82 sui.

✠ Ambro. Qui sunt qui meritum ieiunij excludunt? Nonne gentilium vox est,Mãducemus, bibamus, eras enim moriemur?

sermone de ieiunio.

✠ Cyprianvs. Quotquot viros virtutum vidimus,siue ieiunio non legimus ascendisse. Quotquot à Deo aliquid obtinere conati sunt,ieiunio incubuere & lacrymis, nec defuit prouentus.

lib. de virgi.

✠ Athanasivs. Per ieiunium & obedientiam in paradisum qui volet, redibit.

c *Nolite thesaurizare*. Ad mũdiciã cordis terrena erogari p̃cipit.

Nolite thesaurizare. Qui ieiunat, vel seruando quod non edit: vel gloriam quærendo:in terra theraurizat. Qui propter deum in cælo.i.in æternitate. Et si specialiter de eleemosyna moneatur tamen de omni opere virtutum accipitur: Quia quidquid pro Deo fit in eo æternaliter recipiemus. Erugo metalla consumit: tinea vestes:quod ab his intactum est, tollunt fures. His tribus modis, omnis auaricia condẽnatur: p̃reunt enim omnia quę possidẽtur.

Moraliter.

Moraliter. Si qd in carne gerimus:thesauros in terra cõdimus, dũ precios̃os corporis sensus in terrenis desideriis occupam⁹:quos erugo.i.libido consumit. Porro indumẽta morum,ira & superbia, & cætera vitia destruũt:quibus si quid restat,dæmones furantur.

D

Omne terrenum vel erugine consumitur, vt aurum & argentum: vel putredine & vermibus soluitur,vt vestis. vel quod ab his immune est à furibus tollitur:vt lapides præcios̃i. In his ergo omne genus auaritię reprehẽditur.

Rabi Erugo significat superbiã quæ decorẽ virtutum obfuscat.

Tinea quæ vestes latẽter rodit: inuidia est quæ & studiũ lacerat bonum: & cõpactionẽ vnitatis dissipat. Fures sunt hęretici & dę mones qui semper ad hoc sunt intenti vt spiritualibus spolient.

Allego.

E

d *Thesauri autem*.q.d. cum ieiunatis aut aliquid boni operis agitis: ibi recondite vbi corruptio non possit accedere.

✠ Leo. Ieiunium siue eleemosyna, non tam est purgatio animæ, quàm carnis afflictio: magisque ad auaritiã quam ad continentiam referendum est.

sermone 4. de ieiunio. 10. mensis.

✠ Origenes. Inuenimus in quodam libello ab Apostolis dictum, Beatus qui ieiunat, vt alat pauperem. Huius ieiuniũ valde acceptum est apud deum, imitatur enim illum qui animam suã posuit pro fratribus suis.

Hom.10.in Leuiticũ.

F

e *In cælo*.i omnẽ spẽ in cælestib⁹ ponite: fide gradiẽtes: charitatem amplectentes *In cæ*.i. in spirituali firmamento: quod non transit. *Cælum & terra trãsibunt: verba autẽ mea nõ transibunt*. Si ergo cor est in cælo: mundum est quia mũda sunt cælestia. Si autẽ in terra volutatur: quomodo mũdum est.i.si quid agit vt terrena consequatur: quomodo mundũ est? Si etenim illa in genere suo mũda tamẽ sordescit res dignior dum inferioti miscetur: vt aurum argento: argentum plumbo.

†Luc.11.c. tuus. Infra.24.c.

f *Vbi enim est thesaurus*. Si in terra: cor est deorsum. Si in cælestibus, cor est in Christo fixum.

g *Lucerna*. Prosequitur mundiciam cordis. Sicut oculus membra ad operandum dirigit, sic intentio & lux fidei omnes virtutes. Lucerna est lumen in testa, sic charitas in fide. Cum fides cessabit, sola charita luxerit De exteriori, docet officium interioris hominis, intentione mentis & luce fidei omnes virtutes illustrantur, vt reddant lucidum corpus.

Item ad mundiciam cordis per se hoc capitulum est, vel gratia priorum operum quæ palam apparent.

h *Si fue*.o. Si pura intentione, quæ potes bona agis, opera sunt ☞ lucis,

a ¶ Hominibus ieiunat, qui fauorem eorum captat. ¶ Visibilibus.

a ciem tuam laua, ne videaris hominibus ie- 1

a ¶ Cælesti. ¶ Qui est inuisibilis. b ¶ Per fidem corde. ¶ Vel so.

iunans: sed patri tuo, qui est in abscondito: 2

a ¶ In conscientia vbi ipse est. 3

b & pater tuus, qui videt in abscondito, red-

a ¶ Pendet de hoc quod dictum est ne videaris ho.ie. b ¶ Diuitias reponendo, spem vobis collocare in terrenis.

c d det tibi.* Nolite thesaurizare vobis thesau- 4

d a ¶ i. in transitoriis. b ¶ i. superbia. c ¶ Inuidia. d ¶ Dissipat & consumit.

ros in terra, vbi erugo & tinea demolitur, & 5 6

a ¶ i. hæretici & dæmones qui semper ad hoc sunt intenti, vt spiritualibus expolient.

vbi fures effodiunt & furantur. Thesauriza-

a ¶ Non mihi, cui non prodest, sed vobis. b ¶ In spiritualibus & æternis.

e te autem vobis thesauros in cælo, vbi nec 7

a ¶ Quia futuræ diuitiæ sanctorum incorruptibiles sunt. b ¶ Dissipat, & in nihilum redigit. c ¶ Quia ibi aduersus electos Dei nulla diaboli fraus prævalebit.

erugo nec tineat demolitur: & vbi fures nõ

a ¶ Vniuersaliter, de pecunia, & omnibus voluptatibus huius seculi, huiusmodi thesaurus est gula: huiusmodi libido & similia.

f effodiunt, nec furantur. Vbi enim est the- 8 9

g saurus tuus, ibi est & cor tuum. † Lucer- 10

h na corporis tui est oculus tuus. Si fuerit 11

NICOALVS DE LYRA.

1 Ne ui.h.*i.ad gloriam hominum quærendam.*

2 Sed pa.tuo.*cælesti.s.cuius gloriam debes tantum quærere in operibus tuis.*

3 Qui est in ab. *quia deus in præsenti vita non potest videri à nobis: licet sit præsens vbique. Cætera patent.*

Diuisio.

4 No the. *Hic excludit ab affectione hominis peccatum auariciæ: Et diuiditur in duas partes: quia primò ostendit propositum in actu exteriori: secundo in actu interiori, ibi*: Ideo dico vobis ne sol. &c. *Prima in tres: secundum tres rationes per quas excludit immoderatã congregationem diuitiarum, secunda ponitur ibi*: Vbi est the.tu. &c. *tertia ibi*: Nemo potest du do. ser. *Prima ratio accipitur ex defectu tesauri temporalis. Thesaurus enim nihil aliud est quam congregatio diuitiarum. Congregantur autem diuitiæ propter sufficientiam vitæ habendam: sed thesaurizatio, indebita recte inducit contrarium: quia reddit hominem insufficientissimum: quia talis thesaurizatio est quæ fit ex auaritia: & ex amore diuitiarum in se. ille autem qui sic cõgregat diuitias non audet eis vti: sed iuxta eas ducit miseram vitam, & dimittit eas putrefieri. & ideo dicit Hie. in epistola ad Paulinum: Antiquum dictum est: Auaro deest tam quod habet, quàm quod non habet: & talem modum thesaurizandi excludit saluator cum dicit.*

No.th.uo. *vbi erugo & tineat demolitur.*

5 Eru.*i.æris rubigo: & in hoc tangitur corruptio diuitiarum artificialium: vt auri & argenti & cæterorum metallorum.*

6 Et ti. *Hic tangitur corruptio diuitiarum naturalium vt bladi & vini & vestimentorum & consimilium.*

7 Et vbi &c. *Hoc dicitur propter lapides præcios̃os: qui licet non possint rubiginari nec à vermibus corrodi: tamen possunt à latronibus tolli. Ex prædictis patet quòd thesaurizatio quæ fit ex causis honestis non est interdicta à saluatore tanquam illicita: vt quando aliquis thesaurizat ad bona opera facienda: vt constructio ecclesiarum, releuatio pauperum, & huiusmodi: vel propter rempublicam seruandam & consimilia.*

8 Thesaurizate autem vobis thesauros in cælo. *Per hoc concludit excellentissimum modum thesaurizandi: quando scilicet bona tẽporalia & transitoria consummuntur in pios vsus, & sic commutantur in bona spiritualia & æterna: & per consequens incorruptibilia: & hoc est thesaurizari in cælo: & patet litera.*

9 Vbi est e. *Hic ponitur secunda ratio ad excludendum thesaurizationem inordinatam temporalium: & accipitur ista ratio ex quodam affectu malo ipsius: qui est excæcatio mentis: Ad talem enim thesaurizationem sequitur totalis conuersio mentis ad amorem diuitiarum: & hoc est quod dicit*: Vbi est *ad hanc conuersionẽ sequitur auersio à Deo: & quia intellectus illuminatur per coniunctionem ad Deũ: ideo ex tali auersione obtenebratur. Et quia intellectus dirigit omnes alias potentias in suis actibus: cum sit oculus hominis interioris: ad hoc sequitur obtenebratio & obscuritas in omnibus operibus humanis propter quod, subditur.*

10 Lucerna corporis tui *Metaphorica est loquutio, ac si diceret: Sicut oculus corporalis dirigit opera corporalia: quia dirigit pedẽ ad ambulandum, manus ad operandum, & sic de aliis: ita oculus mentis per intentionem rectam dirigit opera humana: inquantum in eis est ratio boni moralis: & ideo dicit.*

11 Si ocu.tu.fu.sim. *i. intentio mentis recta.*

MORALITER.

✠ 1 *No. th.* Ra. Erugo significat superbiam quæ decorem virtutum obfuscat. tinea quæ latenter vestes rodit, inuidiã quę bonum studium lacerat. fures sunt hæretici & dæmones qui semper sunt intenti nos bonis spiritualibus spoliare.

2 *Lucerna*. Remi. Per lucernam ecclesiæ rector significatur, qui ✠ bene

lucis, etiam si non ita hominibus videatur. Si peruersa intentio
A est, prauum est quidquid agitur, etsi videatur rectum.

Oculus vnus & simplex est. s. charitas quæ modo lucet in fide sicut in testa.

Si au.ocu. Si intentio non est ex fide, totus homo interior tenebrosus est. Quia quod non est ex fide, peccatum est.

a *Tene.e.* Quando quidem intẽtio sequens opus informat. Ergo si bona quæ agis quia mala intentione fiunt tenebræ sunt, quid ea quæ per se mala sunt, & mala intentione fiunt?

b *Si ergo lu.* Intentio quæ facimus quodcunque: que in no-
B bis est nota: lumẽ dicitur, exitus verò rei incertus est, vt cũ quid alicui do vel ago nescio vtrum cedat ei bono an malo: & ideo tenebras vocat. Dicit ergo: Si intentio quæ facis (quæ tibi nota est) appetitu temporalium sordidatur: quantò magis ipsum factũ cuius dubius est exitus? quia etsi bene cedat alij, quod non bona
C intentione facis, nihil tibi proderit: quia quomodo feceris tibi imputatur, non quomodo illi euenerit.

✠ Hieronymvs. Lippiẽtes solent lucernas videre numerosas, simplex oculus & purus simplicia intuetur & pura.

✠ Hilarivs. Si lumen cordis simplex & lucidum manebit, claritatem æterni Luminis corpori tribuet, & splendorem originis suæ, corruptioni carnis infundet. Si autẽ obscurum peccatis & voluntate nequam fuerit vitiis mentis natura corporis subiacebit. Quod si cupiditates in animam grassentur, quantò peccatis addictiora nostra corpora erunt?

✠ Chromativs. Lucerna fides est. Quia sicut lucerna incedentium in nocte gressus illuminat, ne in foueas ambulantes incedant: ita & in hac seculi nocte, splẽdor fidei omnes vitæ nostræ gressus illuminat, ne in foueas peccatorum incidamus. Quod si hæc fides nostra peccatorum tenebris cæcetur, totum, corpus nostrum tenebrosum redditur.

Hom.21. operis imperf.

✠ Chrysost. Quid ergo tibi diuitiæ profuerint, si hîc vitiis anima obtenebretur? Quid enim prodest auratis armis milites refulgere, cum ducitur rex ipse captiuus? Quod lucrum est ornatæ depictæque nauis, cum ipsius mergitur imperator.

c *Nemo p.* Q.d. non poteritis ad oculum hominum bona agere, & ex his deo placere. Non simul in cælo & in terra thesaurizare, nec & vitiis & virtutibus deseruire. Quidquid facis, vel ex amore Dei vel seruitute diaboli.

Cum regnum Dei & diaboli dissideant inter se, in vtroque nemo potest simul militare: vnde qui baptizantur, diabolo ab renũ- D
ciant & operibus eius.

✠ Tertvll. Nemo miles ab infœderatis & hostibus domini sui cibaria captat, nisi profugus & proditor.

a ¶ Intentio, cuius merito opera lucis an tenebrarum sunt discernuntur.
b ¶ Vnum & purus, de quo in canticis: Vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum id est charitate. c ¶ i. congeries virtutum, vel actio tota.

[a] [b] [c]
1 oculus tuus simplex, totum corpus tuum lu-
2 cidum erit. Si autem oculus tuus nequam
¶ Intentio peruersa.
3 a fuerit, totum corpus tuum tenebrosum
4 b erit. Si ergo lumen quod in te est, tenebræ
a ¶ Mala quæ fiunt intentione peruersa. b ¶ Q. Non possum thesaurizare & Deo seruire.
5 c sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt? † Nemo
e ¶ i. in cælo & in terra thesaurizare. ¶ Vitiis & virtutibus.
b ¶ Inter se dissidentibus.
6 d potest [a] duobus dominis seruire: Aut eñ vnũ
¶ i. diabolum.
odio habebit, & alterũ diliget: aut † vnũ susti
¶ i. deum. ¶ i. diabolum. a ¶ Deum postponit, & si diligat eius mandata.
b ¶ Exprimit qui sunt duo domini
7 e nebit, & alterum contemnet. Non potestis
f a ¶ Bonus dispensatur non est seruus. b ¶ i. diuitiis. Habere quidem licet eas, sed non seruire eis. c ¶ Ne cura eorum retrahamini ab æternis, quia nihil sunt.
g h Deo seruire, & mammonæ. Idẽo dico vobis 8

d *Aut enim vnum odio.* Nihil est medium. Quidquid enim facis, aut ex amore Dei, vel ex seruitute diaboli.

Augustinus Diabolus enim semper est odio habendus: Deus verò diligendus. Nec enim aperte aliquis vnquam Deum odio habuit: sed omnes se eum amore fatentur, & diaboli nomen execrantur, quàmuis vitiosi eũ quasi tyrannum super se dominantem sustineant: Deum verò odio non habent, sed contemnunt, victi concupiscentia sua, & persuasione diabolica. lib. 2. de semo. Domini in monte ca. 22. †Luc. 19. c. 26 di. c. acutius. 21. q. 1. c. 1. De pœ. dist. 5. c. 1.

e *Aut vnum sustinebit. August.* Non quidem diligit: nemo enim diabolum diligit, sed sua cupiditate implicatus patitur eum: vt si quis ancillæ alienæ coniunctus propter suam cupiditatem durã patitur seruitutem: etsi non amet illum cuius ancillam diligit. E

f *Alterum Contemnet.* Non quidem odio habebit: nullius enim conscietia Deum potest odisse quod retractauit idem Aug. dicẽ. Non video fuisse dicendum: Multi enim sunt de quibus scriptum est: *Superbia eorum qui te oderunt, &c.* lib. 1. retractat. ca. 19.

g *Et mammona.* Mammona Syra lingua, diuitiæ, quibus seruire, Deum negare est. Non dicit, habere: quod fieri licet, vt bene dispenset, sed seruire quod est auari. Dicitur hoc nomen esse dæmonis qui præest diuitiis, non quòd in eius ditione sint: sed quòd his vtitur ad decipiendum, irretinendo laqueis diuitiarum. Psal. 73. d. Mãmona.

✠ Irenaevs. Mammonas secundum iudaicam loquelam, qua & Samaritæ vtuntur, cupidus est, & qui plus quam oportet habere vult. lib. 3. cap. 8. F

✠ Chrysost. Non dixit, nemo potest habere Deũ & diuitias, sed nemo potest Dei & diuitiarum seruus esse. Aliud est enim habere diuitias, & diuitiis seruire. Hom. 16. in Math.

h *Ideo. dico vobis.* Quia non potestis deo seruire & mammonæ. Ne sitis solliciti, quod est seruire diuitiis Contemptum seculi, & fiduciam futurorum toto sermone præcepit, dum & mala sustinere & non vlcisci, & inimicos diligere iussit, & humanam gloriam fugere. Nunc vult confirmare per fidem in spe æternorum, quia plures sunt quos amor præsentium, & desperatio futurorum torpentes facit.

In

NICOLAVS DE LYRA.

1 Totum corpus tuum. *i. congeries operationum.*

2 Si autem oculus tuus fue. nequam. *i. intentio peruersa & mala.*

3 Totum corpus tuum tene. erit. *i. tota congeries operationũ tuarum erit mala, etiam si actio sit de genere bona: Sicut dare eleemosynam mulierculæ, vt posset eam ad amorem illicitum attrahere, est malum simpliciter, propter malitiam intentionis peruersæ: propter quod subdit.*

4 Si ergo lumen. *i. si actio bona de genere, quæ est quasi quoddam lumen, efficitur mala propter defectum intentionis bonæ.*

5 Ipsæ te. quan. erunt. *q. d. multò magis, quia actio mala de genere, quæ est quasi quædam tenebra si tamen huic superueniat intentio mala, est multo deterior quàm prima: vt si aliquis mœchetur cum aliqua, vt possit eius pecuniam furari, omnis talis tenebrositas procedit ex immoderata congregatione diuitiarum: propter quod est merito fugienda.*

6 Nemo potest du. &c. *Hîc ponitur tertia ratio: quia illud est merito fugiẽdum ab homine, per quod impeditur obsequium Deo debitum, ad quod obligatur homo ex beneficio creationis, & ex aliis beneficiis: sed impeditur per congregationem diuitiarum inordinatam: ergo &c. Minor autem huius rationis declaratur, cum dicitur in litera:* Nemo potest duo. do. seruire. *quod est intelligendum quando sunt contrarij disparati, & non subalternatim positi: sic est in proposito, quia auaricia quæ est seruitus idolorum non potest stare cum obsequio diuino. & ideo concludit.*

7 Non potestis Deo ser. & mã. *Mammona enim lingua Syra nomẽ est diuitiarum, vel nomen dæmonis qui tentat de cupiditate diuitiarum: Auarus autem qui thesaurizat inordinate, seruit vtrisque, & ideo non potest simul Deo seruire. Illi autem qui impiis operibus diuitias expendit non seruit diuitiis, sed magis diuitiæ seruiũt sibi: quia eis vtitur sicut instrumentis ad opera virtutum: quia secundum quod dicit Amb. super Lucam. Sicut diuitiæ sunt impedimenta reprobis, ita probis sunt adiumẽta virtutis, & ideo talis potest simul seruire Deo, & vti ipsis.*

8 Ideo di. uo. *quia non solum congregatio diuitiarum quantum ad actum exteriorem deordinat hominis affectum, sed etiam sollicitudo acquirendi deordinat quantum ad actum interiorem: ideo consequẽter excludit sollicitudinem superfluam circa talia acquirenda. Et diuiditur in duas partes: quia primò facit quod dictum est per quædam exempla & secundò per rationes, ibi:* Nolite ergo. *Circa primum aduertendum, quòd duo sunt quæ requirũtur ad sufficientiam vitæ præsentis scilicet nutrimentuum, sine quo homo non potest viuere absolutè, & vestimentum sine quo nõ potest bene viuere: & ideo circa ista solet homo magis sollicitari. Primò ergo excludit sollicitudinem circa vtrunque in generali, secundò circa quodlibet per se sumptum in speciali, ibi:* Respicite volatilia. *Circa primum aduertendum, quòd natura non potuit prouidere homini de tegumento & defensione, sicut prouidit aliis animalibus: vt pote auibus dedit plumas ad cooperimentum,*

Diuisio.

Vita præsens quo sustẽtatur. Brutis animalibus ne cessaria prouidit natura & non homini rationali: & quare

MORALITER.

bene oculus dicitur: quia plebi subiectæ quæ per corpus intelligitur, salutaria videre debet. Si ergo ecclesiæ rector errauerit, quanto magis subiectus sibi populus deuiabit?

7 *Non pot.* Hiero. Nõ dicit qui habet diuitias, sed qui seruit diuitiis: Qui enim diuitiarũ seruus est custodit eas, vt seruus dominum: qui autem earum seruitutis excussit iugum, distribuit eas vt

In sudore vultus paratur panis, sed labor est exercendus, sollicitudo tollenda est, quæ mentẽ perturbat: dum timet ne aut possessa dispereant aut elaborata non contingant.

Gen.3.b.

a *Animæ vestræ.* Id est animalitati cui hæc necessaria sunt. Totam spem Deo committite, quia nihil nisi quod decreuit ille potestis acquirere vel retinere.

Anima hîc ponitur pro vita. quæ cibo sustentatur vt ibi: *Qui amat animam suam, perdet eam.*

* & quid biturifitis. Iohã.12. d.

Animalitas cibo alitur: & ponitur hîc pro vita: viuit cum pæcoribus. quam qui perdit propter Christum, inueniet eã spiritualem in vitam æternam.

lib.2. pædagoge.c.10.

✠ Clemens Alexan. Ipse dominus in animum & corpus & tertio loco in ea quæ sexterna sunt præcepta diuidens propter corpus quidem externa comparare consulit: corpus autẽ administrat per animam autem erudit. *Ne solliciti sitis*, inquit,

† magis præstatis.

quid comedatis. Hæc autem particula, quid, cibi varietatem expulit. Id enim significatur ex scriptura, Ne solliciti sitis quænam comedatis de his enim esse sollicitum, est nimia plura habendi cupiditas, & delitias arguit. Sed si comedere per se solum cogitetur, est argumentum necessitatis, & defectus repletio. Quod autem amplius est, ex superfluo est. Quod est autem ex superfluo, esse à diabolo declarauit scriptura.

b *Nonne anima.* Non vita propter escam, nec corpus propter vestimentum, sed econtra. Ideo non sit sollicitus animus, vt percipiat quod propter se creatum est.

Quasi dicat, Qui dedit maiora, id est vitam & corpus, dabit & minora, id est victum & vestes. In his promissis veritatis nemo dubitet: Sit homo quod esse debet, mox adduntur ei omnia propter quem sunt facta.

c *Respicite.* Hoc ad escam. Sancti merito comparantur auibus quia cælum petunt, & quidam ita remoti sunt à mundo, vt iam in terris nil agant, sed sola contemplatione iam in cælo degunt. De quibus dicitur: *Qui sunt hi, qui vt nubes volant &c.* Isa.60.b.

Hæc exempla non prohibent prouidentiam, ne laboret, sed sollicitudinem, vt tota fiducia vestra sit in Deo, cum & aues sine cura viuant

d *Et pater vester.* Exaggerat fiduciam filiorum & confirmat: quia si bonitas patris etiam ad illa se extendit, quanto magis ad filios adoptionis?

e *Quis autem vestrum. &c.* Illi autem curam regendi corporis relinquite, qui illud ad hanc mensuram fecit peruenire.

f *Et de vestimentis*, Non quod laborare & prouidere hoc non deceat sed. omnis sollicitudo abiicienda est, & spes in Deo habenda est.

†sollicitus existens. Luc.52.b.

✠ Clemens Alexand. Pudet me vt verecundè dicam, cum videam tantum opus effundi ad tegenda pudenda. Vetus enim homo qui erat in paradiso, ramis & foliis dimetiebatur tegumentum pudoris, nunc autem cum nobis oues fabricatæ sint, ne similiter ac oues simus insipientes.

vbi supra.

g *Considerate lilia agri*, Exhortationem de indumento satis congruo confirmat exemplo.

h *Quo. nec Salomon in.* Quæ purpura regum, quæ pictura textricum potest floribus comparari? Ipse color dicitur operimentum florum, sicut dicimus: operuit istum rubor.

☞ *Si enim*

¶ Quia hoc est diuitiis seruire.

a ne solliciti sitis animæ vestræ, quid manducetis: *neque corpori vestro, quid indua- 1

¶ i. vita.

b mini. Nónne anima plus est quàm esca: & † 2

c corpus plus quàm vestimentum? Respicite 2

a ¶ Quæ perpetuo non erunt. b ¶ Dei prouidentia aluntur absque cura.

a b volatilia cæli. quoniam non serunt, nec me- †

a ¶ Tunc multo magis vos qui filij estis.

d tunt, neque congregant in horrea: & a pater 3

a ¶ Tunc multo magis vos, qui rationales estis quibus promittitur æternitas. b ¶ Quia rationales, & in filios adoptati.

vester cælestis pascit illa. Nónne vos † ma- 3

e gis pluris estis illis? Quis autem vestrum 4

a ¶ Sua sollicitudine & sagacitate.

† a cogitans potest adiicere ad staturam suã

a ¶ Supra de esca, hîc de vestimento.

f cubitum vnum? Et de a vestimentis, quid sol- 5

a ¶ Hoc de indumento.

¶ Non sunt hæc allegorica, sed vt de minoribus persuadeantur maiora.

g liciti estis? Considerate lilia agri, quomodo 5

a ¶ Coloribus se ornando. b ¶ Vt indumenta sibi conficiant. †

a b crescunt. Non laborant, neque nent. Dico 9 7

a ¶ Tamen. ¶ Qui præ aliis floruit.

h a autem vobis, quoniam nec Salomõ in om- 8

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *mentum, vngues & rostra ad defensionem: similiter brutis animalibus pelles & pilos pro indumẽto, cornua & dentes & huiusmodi pro armis: quia in talibus non est nisi natura sensitiua, quæ est ad vnum determinata: & ideo de talibus potuit eis prouidere sufficienter natura. Homo autem rationalis naturæ est, quæ non est determinata ad vnum: sed habet viam ad disperata, & contraria. & ideo non potuit sibi sufficienter prouidere natura quæ de se est determinata ad vnum: sed loco huius homo habet intellectum, per quem potest cogitare diuersas artes & modos faciendi sibi vestes, & arma, & manus ad operandum talia: & ideo oportet hominem de talibus sollicitari: quia tamen homo rationalis est, ideo ista sollicitudo debet esse moderata secundum regulam rationis rectæ: & talem sollicitudinem non excludit hîc saluator, cum sit pars prudentiæ: aliter sequeretur, quòd homo tentaret Deũ, si expectaret ab eo consequi omnia necessaria: omittendo quod debet fieri circa hoc via humana, sed sollicitudo quæ hîc prohibetur est deordinata & superflua per quam postponuntur bona spiritualia, vt magis videbitur postea. Et hoc est quod dicit hîc Saluator.*

1 Ne solliciti sitis. *superfluè. s. & inordinatè de cibo & vestimento: quia hoc non est necessarium: Quod probat exemplo: quia corpus & animam quæ sunt maiora beneficia Deus dat nobis sine sollicitudine nostra: ergo & illa quæ sunt minora, videlicet cibum & vestimentum, dabit sine sollic[illegible]sine, vel cum sollicitudine moderata.*

2 Respicite volatilia. *Hic probat de vtroque in speciali: & primò de cibo, secundò de vestimento, ibi:* Quis autem vestrum cogitans. *Primum ostendit per exemplum auium, quæ non serunt neque metunt, & tamen dominus sufficienter pascit illas cum sollicitudine conuenienti suæ naturæ. multò fortius hominem sufficienter pascet cum sollicitudine conuenienti suæ naturæ quæ est secundum regulam rationis rectæ: propter quod subditur.*

3 Nonne vos magis plu. estis il. *i. natura humana est maioris ponderis coram Deo? quia animalia facta sunt propter hominem: finis autem nobilior est his quæ sunt ad finem.*

4 Quis autem vestrum. *Hic probat de vestimento: Et ponit duplex exemplum. Primum accipitur ex eo quod est intra hominem scilicet, magnitudo corporis, quam Deus dat homini sine sollicitudine sua: quod patet, quia quamcunque aliquis sollicitetur de augmentatione sua, non potest addere ad staturam suam cubitum vnum. cum ergo vestimentum competat maius vel minus homini secundum quantitatem corporalem, & quantitas datur ei sine sollicitudine sua, per consequens & vestimentum conueniens absque sollicitudine superflua. & hoc est quod concludit interrogatiuè. Et de vestimentis &c. Secundũ exemplum accipitur ex eo quod est extra hominem. s. ex terræ nascentibus: quod ponit cum dicit.*

5 Considerate li. agri, quomodo crescunt. *sine sollicitudine eorum, & secundum quantitatem suam à Deo vestiuntur. propter quod dicit.*

6 Non laborant *s. ad ornandum se.*

7 Neque nẽt *idest filant: ad faciendum sibi vestimentum: & tamẽ optimè vestiuntur. Quod probat:*

8 Quoniam nec Salo. *i. licet fuerit rex potentissimus, vt patet. 3. Reg. tamen non fuit ita bene vestitus, quia licet ars imitetur naturam: tamen opera artis non assequuntur perfectionem operum naturæ, & ideo tinctores pannorum non possunt facere colorem ita viridem sicut natura in terra nascentibus. Ex hoc igitur concludit, quòd Deus sufficienter vestiet hominem absque sollicitudine superflua. propter quod dicit.*

✠ Si enim

MORALITER.

✠ 1 *Ne solli. si animæ.* Non dicit vt manducetis, sed quid manducetis. Manducare nanque necessarium est ad sustentationem naturæ: Sollicitari verò circa sumptuositatem cibi vel delectationem gulæ. Et idem dicendum de veste.

† *Nonne anima plus &c.* Hiero. Qui maiora præstitit, vtique & minora præstabit.

2 *Respici.vo.cæ.* id est verè contemplatiuos.

† *Quoniam non se..* se negociis secularibus implicando, & dominus pro eis sollicitatur ad necessaria ministrando.

5 *Conside.li..* idest verò castos.

† *Quomodo crescunt.* scilicet non solum labore suo, sed etiam Dei dono, Sapiens. 8. *d. Et cognoui quia non possum esse continens, nisi Deus det.*

✠ Si enim

ni gloria sua coopertus est, sicut vnum ex i-
a stis. Si enim fœnum agri, quod hodie est, & 1
a ¶ Ornat.
b cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit, 2
a ¶ Procurabit in necessariis. b ¶ Scilicet vestiet. ¶ Qui ad imaginem Dei estis ad æterna vocati. c ¶ Non ait nolite quærere. 3
c quanto magis vos modicæ fidei? Nolite er- 4
d 5
a ¶ Id est talium cura nolite impediri quominus cælestibus insudetis.
e
f go solliciti esse, dicentes: quid manducabi-
mus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? 6
g Hæc enim omnia gentes inquirunt: Scit enim 7
h 8
a ¶ Dum patrem audis, ne dubites de voluntate. ¶ Qui bonis filiis viscera sua non claudit.
i
b ¶ Et dat nisi infidelitas vestra auertat.
pater vester *, quia his omnibus indigetis.
a ¶ Summa hæc vestra sit intentio.
b ¶ Præcipue. ¶ Omnia propter illud facite. ¶ Non quòd post ista, sed quia summum quod propter se & extra quod nihil petitur.
c ¶ Vt per eum non per vos
¶ Quod & dat. nisi infidelitas vestra auertat.
iusti estis, per iusticiam venitur ad regnum.
¶ Iusticia regni est quam supra docuit: Nisi abundauerit iusti. &c.
k †Quærite ergo primum regũ Dei & iusticiã 9
a ¶ Vtenda in via propter illud non propter se
b ¶ Quia intentionem æternorum hæc comitantur.
c ¶ Quia omnia adiicientur.
† l ei, & hæc omnia adiicientur vobis. †Nolite 10 11

* cælestis. † Luc. 12. d.

a ¶ Procurabit in necessariis. Dei estis ad æterna vocati. b ¶ Scilicet vestiet. ¶ Qui ad imaginem c ¶ Non ait nolite quærere.

a ¶ Id est talium cura nolite impediri quominus cælestibus insudetis.

a ¶ Summa hæc vestra sit intentio.
b ¶ Præcipue. ¶ Omnia propter illud facite. ¶ Non quòd post ista, sed quia summum quod propter se & extra quod nihil petitur.
c ¶ Vt per eum non per vos
¶ Quod & dat. nisi infidelitas vestra auertat.
iusti estis, per iusticiam venitur ad regnum.
¶ Iusticia regni est quam supra docuit: Nisi abundauerit iusti. &c.

a ¶ Vtenda in via propter illud non propter se
b ¶ Quia intentionem æternorum hæc comitantur.
c ¶ Quia omnia adiicientur.

a ¶ Ornat.

a ¶ Procurabit in necessariis. Dei estis ad æterna vocati. b ¶ Scilicet vestiet. ¶ Qui ad imaginem c ¶ Non ait nolite quærere.

B d *Modicæ fi.* Quicunque in aliqua promissione dubitat, modicus est fidei, & quantò plus dubitat, tantò minus inuenit ea pro quibus sollicitus fuit.

e *Nolite ergo solliciti &c.* Plenius inculcat & reuoluit, quod à principio sermonis docuit, vt

C absque sollicitudine viuamus, *Nolite ergo solliciti esse.* Hìc videntur argui hi qui spreto victu vel vestitu communi, lautiora sibi vel austeriora præ his cum quibus viuunt alimenta quærunt vel indumenta.

f *Solliciti esse.* Sollicitudo suffocat verbum Dei, ne fructum referat: & facit similem gentili id est infidelem.

g *Hæc enim om.* Quid ergo amplius habet à gentili: cuius infidelitas animum sollicitat, & curis vitæ huius fatigat?

h *Gentes.* Quibus de futuris cura non est, sed filiorum est quærere regnum.

Hom. 23. operis imperf. ✠ Chrysostomvs. Sicut Paulo antè gentium exemplo eos ad perfectioré charitatem inuitauit dicens, *Si enim diligetur &c. nonne Ethnici hoc faciunt?* Sic nunc commemoratione gentilium eos ad id quod perfectius erat, inuitauit. Et quæ, inquit, am-

Hom. 16. in Mathæum. plior est fiducia vestra in Deum quam gentium?

✠ Idem. Quia in rebus humanis (gentes) fortunam esse credunt, vndè non prouidentia Deivitam suam gubernari æstimant, sed incertó euentu Ideò timent & desperant.

i *Scit e.* Prouisa sunt hæc à Deo, qui nouit nobis hæc in via sua esse necessaria. *Pater vester.* Sic filios de bonitate & prouidentia patris securos reddit, absque cura scilicet.

k *Quærite er. p.* Hìc apertè ostendit ista non esse petenda tanquàm bona nostra. etsi necessaria. Regnũ autẽ Dei petendũ est & in eo finis noster est ponẽdus, propter quẽ omnia faciamus: verbi gratia: Manducemus vt euangelizemus, nõ euãgelizamus vt mãducemus. Cũ dicit primũ, significat hoc posterius, non tempore sed dignitate. Illud enim petendũ est, hoc propter illud necessarium. ergo primum quærite regnum Dei. i. præponite omnibus rebus cæteris. Vt autẽ hoc quæratis, non debet subesse sollicitudo, ne illa desint: Scit enim (vt

E dixit) pater vester, quia his indigetis: & ideo non subdit, deinde ista quærite: sed ait: hæc apponentur. i. consequentur sine vllo impedimẽto, si illa quæritis. Nec ait: illa dabuntur: sed apponentur: quia aliud est quod principaliter datur aliud quod superadditur, quia intentione æternitas, in vsu debet esse temporalitas: & illud datur, hoc superadditur. Regnum Dei quæramus, sectando iusticiam eius.

F Iusticia verò regni est, omnia quæ Christus docuit obseruare. Regnum quærere, est ipsam iusticiam operibus implere, ideo tantum vt Deus glorificetur, & vt nos ei per omnia placeamus. † 12. q. 1. cã. habemus.

Regnum Dei summum bonum est: & ideo quærendum. Quæritur autem fide, spe, & charitate

✠ Gregorivs. Magis se dominus quàm ea quæ condidit vult amari æterna potius quàm terrena postulari, sicut scriptũ est, Quærite primũ regnũ Dei &c. Qui enim ait, non dabuntur, sed adiicientur profectò indicat aliud esse quod principaliter datur, aliud quid superadditur. Quia enim nobis in intẽtione ęternitas, in vsu verò temporalitas esse debet, & illud datur, & hoc nimirũ ex superabundanti superadditur. Et tamen sæpe homines dum bona temporalia postulant, æterna præmia non requirunt; petunt quod adiicitur, & illud non requirunt vbi adiiciatur. lib. 15. moral. cap. 23.

l *Et hæc omnia.* Quia omnia sunt filiorum: & ideo hæc omnia adiicientur, etiam non quærentibus, quibus si subtrahuntur, ad probationem est: si dantur, ad gratiarum actionem: quia omnia cooperantur in bonum,

☞ *Solliciti.*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Si enim fœnum agri &c. *i. in præsenti.*

2 Et eras in cli. mit. *Id est in futuro: ponetur in furno: quia in aliquibus terris loco lignorum vtuntur stipulis & talibus ad calefaciẽdum furnum. Vel aliter: Clibanus accipitur hic pro acerno in quo congregatur fœnum desiccatum, quia admodum furni seu monticuli eleuatur, vnde & clibanus à cliuo dicitur: Et tamen,*

3 Deus sic vestit. *fœnum ipsum sollicitudine sua.*

4 Quanto magis modi. fi vos. *S. sine sollicitudine superflua. Vocat autem eos qui nimis sollicitantur de talibus modicæ fidei: quia ex defectu fidei procedit talis sollicitudo superflua: Non autem sollicitudo rationabilis & moderata, sed magis includitur: quia sicut natura auium est, prædicto modo viuere, & terra nascentium crescere, sic natura hominis est viuere secundum dictamen rectæ rationis: ad quod sequitur ipsum debere sollicitari sollicitudine moderata ad quærendum ea quæ nõ dedit sibi natura: vt vestes, & arma & similia, vt prædictum est.*

5 Nolite ergo sollici. esse, *Hìc excludit sollicitudinem superfluam per rationes duas: Secunda ponitur ibi:* Nolite ergo. *Prima accipitur ex parte diuinæ prouidentiæ. Ad cuius euidentiam considerandũ, quòd aliqui dixerunt prouidentiam diuinam esse tantum circa superiora, & non circa actus humanos, in quorum persona dicitur Iob. 22. b.* Circa *b.* Circa cardines cæli perambulat, nec nostra considerat; & *ex hoc dicebant quod homo circa necessaria vitæ debebat multum sollicitari: & hoc est quod dicit:*

6 Hæc enim omnia gen. *i. gentiles diuinam prouidentiam circa actus humanos negantes circa talia immoderatè sollicitantur, sed vos nolite sic dicere.*

7 Quid manducab. *non quia non debeat homo sollicitari moderate, sed intendit excludere sollicitudinem immoderatam, quæ procedit ex gentilium errore: ideo sequitur,*

8 Scit e. pa. ue. *i. diuina prouidentia se extendit ad omnia quamtũcunque minima & per consequens circa ea quæ sunt homini necessaria: & sic seruientibus sibi talia sufficienter ministrabit: propter quod concludit.*

9 Quæri. ego. pri. re. *i. spiritualia bona? Et quia primum relatiuè dicitur ad secundum, patet quòd non excludit sollicitudinem omnino circa necessaria vitæ, sed ostendit quòd homo principaliter debet de spiritualibus sollicitari, & secundo de temporalibus: propter quod subditur:*

10 Et hæc om. adiici. uo. *suppositâ tamen sollicitudine debito modo habita, vt dictum est.*

11 Noli. er. *Hic ponitur secunda ratio ad hoc, & accipitur ex temporis congruentia. Sicut enim cuilibet negotio requiritur tempus*

✠ *debitum*

MORALITER.

✠ 1 *Si enim fœ.* per fœnum virens ad horam, & post mittendum in ignem significantur vanè glorioſi ad tẽpus florentes, & post ignẽ gehennę ęternaliter sustinentes. Igitur si eis Deus dat tanta bona in terra, suis electis dabit in cælo multo maiora.

5 *Noli ergo solli.* exponatur vt supra.

6 *Hæc enim omnia &c.* sollicitudine nimia: quia non considerant Dei prouidentiam extendi ad hæc inferiora.

9 *Quærite &c.* id est cælestia bona.

† *Et iustitiam eius.* per quam peruenitur ad illa.

10 *Et hæc omnia adiicientur vobis &c.* Chrisosto. in homel. Non dicit dabuntur sed adiicientur, vt discas præsentia nihil sunt ad magnitudinem futurorum.

11 *Nolite iu.* i. tanquàm certi de vita vestra: quia sicut dicit Sen. Omnis dies sicut vltima est ordinanda

a *Solli.* Timore, mœrore, & anxietate curarũ quæ mẽtẽ perturbãt.

A b *In craſtinum.* i. In futurum, depræſentibus cõcedit: vnde Apoſtolus: *Nocte ac die operabamur ne quem grauaremus.* De futuris quæ diuina procurat ordinatio, non conuenit ſollicitari, ſed præſentia ſuſcipientes, curam futurorum quæ incerta eſt, Deo relinquamus, cui de nobis cura eſt. Curam autem præſentium

B maliciam vocat, quia pœnalis eſt: pertinet enim ad hanc mortalitatem, quã peccando meruimus, quæ in ſe ſatis oneroſa eſt: Nec debemus ſuperaddere malum noſtræ ſollicitudinis. Nemo debet ſcandalizari, ſi quem iuſtorum viderit neceſſaria ſibi ſuiſque procurare, nec iudicet eum de craſtino cogitare, quia ille qui hoc præcepit cui miniſtrabant angeli, propter hoc ex emplum dandum loculos habuit: vnde neceſſaria vſibus præberet, quorum cuſtos erat Iudas. Hinc ſequitur: Nolite iu &c.

✠ Avgvstinvs Die craſtino temporalia & fluxa bona intelligenda eſſe monet, quæ ſatiare minimè poſſunt: ſed & ſæpius repetenda eſſe videmus.

c *Dies.* Non quem fecit dominus: ſed cui maledixit Iob & Ieremias ſcilicet quem diabolus inuenit.

✠ Avgvstinvs. *Craſtinus dies ſollicitus erit ſibi ipſi*, id eſt, vt cum oportuerit ſumas cibum, vel potum, vel indumentum cum ipſa ſcilicet neceſſitas vrgere cœperit.

a ¶ Non labor & prouidentia damnatur, ſed ſollicitudo mentem ſuffocans. b ¶ Id eſt futurus. ¶ Tunc enim de ipſo, & non ante curabitis.

a b ergo ſõlliciti eſſe in craſtinum. Craſtinus[1] a b enim dies ſollicitus erit ſibiipſi. Sũfficit diei[2]

a ¶ Non eget alterius. b ¶ Dies malus non eſt, ſed in eo fiunt mala.

c d † malicia ſua.

a ¶ Non peccatum, ſed labor & anguſtia ſeculi.

d *Sufficit.* Et quia cura præſenti mentes obruitur, non debet germinari malicia Dei.

✠ Avgvstinvs. *Sufficit &c.* Id eſt, ſufficit quod ſumere vrgebit neceſſitas ipſa.

‡ afflictio. Auguſt. li. 2. de ſermone do. in monte ca. 26.

D lib. 2. de ſermone do. in monte. cap. 25. Iob. 3. a. Iere. 20. d.

vbi ſupra.

E

Vbi ſupra.

F

NICOLAVS DE LYRA.

debitum ad hoc quod bene fiat, quia conditio temporis eſt quædam circunſtantia actus debiti: igitur cuilibet ſollicitudini adhoc quod ſit debito modo ordinata, requiritur tempus debitum, vt imminente meſſe eſſe tempus debitum ſolicitudinis circa fruges colligendas & imminente vindemia eſt tempus ſollicitudinis vindemiarum: & ideo ſi aliquis præoccuparet tempus ſollicitudinis vindemiæ de ipſa ſollicitus in temporis meſſis, eſſet inordinata ſollicitudo ex parte temporis: quod faciunt illi qui ſunt immoderatè & ſuperfluè ſolliciti: & hoc eſt quod prohibet di. Nolite ergo ſol. eſſe in cra *i. in futurum, ſolicitudinem. ſ. futuro tempori debitam inordinato præoccupando. Quòd enim craſtinum aliquando accipiatur pro futuro patet Ioſue. 22. f.* Cras dicent filij veſtri filiis noſtris &c. *i. in poſterũ tẽpus. Sequitur.*

1 Craſtinus enim di. &c. *i. tempus futurum habebit ſollicitudinem ſibi congruam & debitam: ſicut patet quòd ex variatione temporis occurrerunt varia fienda de quibus homines debent tunc ſollicitari. ideo ſubdit.*

2 Suffi. diei ma. ſ. *i. cuilibet tempori ſollicitudo ſua. Quæ quidẽ ſollicitudo dicitur malicia, quia eſt quoddam malum pœnæ: in ſtatu enim innocentiæ non indiguiſſet homo tali ſollicitudine.*

C

CAP. VII.

Nolite iu. De dubiis, quia de manifeſtis iudicatur, & non de illis, de quibus incertum eſt, quo animo fiant: de quibus nemo ſine periculo iudicat.

Iudicium temerariũ eſt, quãdo quibus commiſſum non eſt, iudicant, ſiue ſit de manifeſtis, ſiue de occultis. Cõmittitur autem iudicium, vel magiſtris eccleſiæ vel principibus terræ. Hi ergo ſi de manifeſtis iudicent, quæ ſcilicet ſunt conuicta vel confeſſa, non temere iudicant. Si autem de incertis, temere iudicant: hæc iudicia prohibet.

Nolite cõdẽnare & non condemnabimini. Ne vetera quidem exemplaria legunt. Roma. 8. e.

a *Nolite iu.* Duo ſunt in quibus temerarium iudicium cauendum eſt. Sunt enim quædam media & incerta, quo animo fiant, quæ & bene & male poteſt fieri. Neſcimus enim qualis futurus eſt, qui nunc apparet malus: de cuius correctione deſperare, eumque abiectum reprehendere temerarium iudicium eſt.

b *In quo enim.* Quaſi diceret: In qua voluntate benefeceris, in ea liberaberis: & in qua male, in eadem punieris. De his enim agitur in quibus vel temerè iudicantes offendimus, vel recte agentes

CAP. VII.

a

Olite iudicare, & non[1]

a ¶ A deo. ¶ Alias non iudicabimini.

a iũdicabimini: nolite condemnare, & non condemnabimini. † In[2]

a ¶ Id eſt ipſum iudicium eſt cauſa quare à deo iudicemini. ¶ Bono vel malo.

quo enim iũdicio iu-

a ¶ Id eſt pœnis iudicij tui mali punieris. b ¶ Id eſt iuxta menſuram culpæ erit menſura pœnæ & ſi æternæ.

c dicaueritis, iudcãbimini: † & in qua mẽſura menſi fueritis, † remetietur vobis.

agentes excuſamur. & ideo addit: *In qua menſura.* Et iuſtè quorum voluntas non habuit finem peccandi, quàmuis cũ fine peccauerint, non habent finem vltionis: & quibus iudicium fuit ſine miſericordia, ſine miſericordia iudicabuntur. *In quo enim.* Non quòd Deus temere iudicet nos, & iniqua menſura rependat: ſed eſt ac ſi dicat: Ipſa temeritas iudicandi, & iniqua menſura tibi nocet, te punit: & ſæpe non illũ de quo hæc agis: tale eſt. Qui gladio percuſſerit, gladio. i. peccato huius, rei peribit.

c *In qua menſura.* Poteſt in hac menſura in qua aliud menſuratum eſt, vt triticum: aliud menſurari, vt hordeum: & alia quantitas, vt ſi vnus modius de vno, centum de alio. Ita facit deus, & non inique vt illi inæternum.

Et ipſa infamia vel malum quod tuleris, cauſa eſt cur pœnam debitam incurras.

Iuſtè qui æternaliter peccato perfrui volunt, æternam pœnam & inueniunt: quorum voluntas non habuit finem peccandi, nec habebit finem torquendi.

† Luc. 6. f. 2. q. 1. c. deus. † Rom. 1. a. † Mar. 4. c. De accu. c. qualiter. † Luc. 8. f.

Quid

NICOLAVS DE LYRA. CAP. VII.

Nolite iu. Hic Chriſtus regulat affectum hominis circa proximum & primò reſpectu mali: ſecundò reſpectu boni, ibi: Nolite ſanctum dare ca. Prima in duas: quia primo oſtendit quòd proximus non eſt temerariè iudicandus: ſecundò quòd homo non eſt temerariè arguendus, ibi: Quid vides fe *Circa primum aduertendum, quòd iudicium vno modo eſt actus iuſticiæ qui pertinet ad iudicem ſecularem vel eccleſiaſticum: & de hoc non loquitur hic. Alio modo accipitur iudicium prout aliquis aliquibus ſignis malè iudicat de proximo. Et quia iſtud vt in pluribus procedit ex mala affectione: quia qui male afficitur ad aliquem, male interpretatur facta eius: & hoc prohibet di.*

Quot modis aliquis de proximo male iudicat.

1 Nolite iu &c *i. vt non incurratis peccatũ mortale per quod ſitis digni in iudicio condemnari. Ad intellectum huius ſciẽdum, quòd aliquis poteſt iudicare malum de proximo multipliciter. Vno modo ex euidentia facti: cum aliquis iudicat aliquem homicidam: quia vidit eum interficere hominem: & hoc nullum eſt peccatum. Alio modo ex ſignis ſignis euidentibus, vt ſi aliquis iudicet aliquem fornicatorem: quia vidit cum aliqua, nudum cum nuda, ſolum cum ſola: & hoc ſimiliter nullum eſt peccatum. Tertio modo ex ſignis leuibus, & in hoc iudicio triplex eſt gradus. Primus eſt quando leuibus ſignis aliquis dubitare incipit de bonitate fratris: & hoc peccatum veniale eſt: quia procedit ex humana infirmitate, & hoc non vocatur iudicium proprie, ſed ſuſpicio. Secundus gradus eſt, quando ex talibus ſignis firmiter tenet in animo quòd frater ſit malus: & hoc propriè dicitur iudicium: quia iudicium importat firmam ſententiam: & hoc eſt peccatum mortale, ſi malum quod iudicat de fratre ex leuibus ſignis ſit de genere peccati mortalis: peccatum enim mortale eſt quod contrariatur charitati. Quod autem aliquis prædicto modo iudicet fratrem, eſt contra charitatem fraternam. Tertius gradus eſt quando ex leuibus ſignis non ſolum prædicto modo iudicat: ſed etiam procedit ad punitionem fratris ſicut de facto: hoc eſt grauius: quia non eſt ſolum contra charitatem: ſed etiam contra iuſtitiæ equitatem: & de talibus intelligitur verbum prædictum:* Nolite iu. & c.

2 In quo enim. *i. ſecundum menſuram temeritatis in iudicando malum de fratre ſecundum hoc erit vindicta pœnæ.*

✠ Quid

MORALITER.

1 *Nolite &c.* Hilarius exponit hoc de terminato iudicio contra Deum, quo aliqui Deum iudicant iniuſtum, quãdo vident bonos deprimi & impios exaltari. Iudicia nanque Dei ſemper ſunt iuſta licet nobis occulta.

† Quid

a ¶Leuius quid quod conturbat oculum mentis, sed non obcæcat.

a †Quid autem† vides festucam in oculo fra 1

a ¶Grauius crimen. b ¶Interiori intentione mentis. c ¶Consideras.

tris tui, & trabem in oculo tuo non vid es? 2 3

b †Aut quomodo dicis fratri tuo: frater sine 4

a ¶Trabes alia litera.

eiiciam festucam de oculo tuo: & ecce trabs

a ¶Appetens videri quod non es. b ¶Redi ad cautelam tui: primum te curans: deinde fratrem.

c est in oculo tuo? †Hypocrita, eiice primum 5

a ¶Antea cæcus, quia caligine peccati pressus.

trabem de oculo tuo, & tunc videbis eiicere

a ¶Monet dispensatores ecclesiæ, ne dent sanctum canibus. b ¶Verbum prædicationis, quod non debet corrumpi.

d festucam de oculo fratris tui. †Nolite san- 6

a ¶Non facile inuenies, quod ei placeat qui margaritas calcat.

ctum dare canibus, neque mittatis mar-

a ¶Quia non possunt resipiscere ab immundicia. b ¶Contemptores veritatis vilipendant: ¶Porci.

garitas vestras ante porcos, ne forte con- 7

a ¶Ad voluptates & vitia.

e culcent eas pedibus suis, & †conuersi di- 8

a ¶Canes impugnando veritatem. b ¶Fidei vestræ simplicitatem. ¶Fidem. vestram: Non arcana Dei, quæ incorruptibilia sunt. ¶Ita mundatis oculis ad Deum & proximum Petite. c ¶Fide. ¶Vires.

f rumpant vos. † Petite, & dabitur vobis: 9 10

a Quid autem vides. Ecce moderamen iudicij, vt præuentus maioribus, alium nō iudicet de minoribus. Multi enim præuenti maioribus, leuiora in fratre magis volunt vituperare & damnare quā emendare. Vt si pleni odio vel inuidia vel malicia, damnent in eo quòd delinquit ira: quæ est vt festuca, odium, & trabs. Iratus alicui vult aliquando eum corrigi, qui odit, hoc velle nequit: & ideo impossibile dicitur vt festucam fratri demat, qui trabem gestat prius ergo trabs odij, inuidiæ, simulationis & totius maliciæ reiicienda est, vt sic misericorditer respectu Dei non nostri fratrem possimus increpare: vt si ue profitilli correctio siue non, nostamen de simplicitate nostri oculi simus securi. *Quid autem.* Oculus qui in paradiso post culpā est reseratus, apartè videt non vt proficiat, sed vnde in deterius cadat. Vidit enim iactantiā vanæ laudis, dum sibi cæcus aliis

B vult mederi. *Quid autem.* Apertus oculus malè videt, scilicet, iactantiam sui dum alij vult mederi. Sed cæcus si non valet intueri, dum in hoc deterius cadat.

Vix inuenitur aliquis ab hoc vitio alienus: quia vnusquisque suis fauens, aliena facilè reprehendit: & aliena grauius tolerādo quam sua, sumit autoritatem arguendi sine exemplo suæ emendationis.

Salutem in eo quod temere iudicant in oculo habent trabem.

b *Aut quomodo dicis fratri tuo*: id est non poteris minus (vt irā) in fratre emendare, donec maius id est odium vel inuidiam pueris de corde tuo.

c *Hypocrita eiice.* Hi enim odio & liuore suscipiunt omnia accusare, & volunt videri cōsultores sine exemplo emendationis suæ. Non enim est idoneus doctor ali mederi, qui nondū se sanauerit.

Augustinus. Si vis aliquem reprehendere, primum vide vtrum similis sis ei. Quòd si es, pariter ingemisce, & non eum tibi pariter obtemperare, sed pariter conari mone. Quòd si non es similis, tamen quia olim fuisti vel esse potuisti, condescende & non ex odio, sed ex misericordia argue. Raro ergo & nō sine magna ne

C cessitate obiurgationes sunt adhibendæ: & nō nisi respectu Dei, remota prius ab oculo trabe.

d *Nolite sanctum.* Purgato oculo possunt dispensatores ecclesiæ alios castigare, sed non sanctum canibus dare: quia sicut periculosum est abscondere, ita prodigum est canibus dare. Talibus mystica non sunt aperienda sed velo tegenda sancta sanctorum: a- D pertiora vero & quasi viliora, dici possunt. *Nolite.* Eadem dicitur sanctum & margarita, id est euangelium & sacramenta ecclesiastica. *Sanctum*, quia natura inuiolabile, nec debet ab aliquo corrumpi. *Margarita*, quæ in abscondito latet: & de figuris. q. apertis conchis eruitur, gemma est præciosa quæ non potest corrumpi. Canes vere sunt qui oblatrant, & quod integrum est dilacerāt. Porci qui vilipendunt & conculcant. Vel canes ad vomitum reuersi, porci nondum conuersi: - frater.

E

f *Petite.* His gradibus via, veritas, & vita legitimè certantibus præstatur Christus est via qua ambulatur, veritas qua inuenitur, ostium ad quod pulsatur, vt ad ipsum per ipsum ingrediamur.

Aug. Idem est petendum quod & quærendum: & ad quod vt ingrediamur est pulsandum. id est panis viuus & regnum cæleste & iusticia eius docuit quid petamus, modo præbet cōfidentiam, vt nihil hæsitantes petamns. Petimus fide, per eam ad Christum euntes. Quærimus spe: qua attingimus vsque ad interiora. Pulsamus charitate, dum laboribus insudamus. vt quod petimus & quę rimus cōsequamur. Primū pete vt habeas: post quære vt inuenias, F inuenta obserua, vt introeas. A principio sermonis filios regni iusticiam docuit, & animos à sollicitudine remouit. Regnum autē primum quærere, est ante omnia & super omnia Deum diligere, & deinde opus dilectionis perficere. Augustinus. Petite. Quasi conscius suæ infirmitatis dicat: Quòd sanctum iubes abscondere, quásve Margaritas dare vetas: quas me habere non sentio?

Contra

† Luc. 8. f. † animaduertis.

† 1. q. 1. c. multi. 3. q. 7. para. idē testatur.

† 32. q. 6. in prin.

† Luc. 11. b. Ioh. 16. e. Iudicandi alios vitiū paucis abest.

Reprehensorum doctrina. Li. 2. de sermone Domini in monte.

† Luc. 6. c. Vbi supra. cap. 33.

† 43. dist. c. 2. 11. q. 3. c. nolite 1. & ca. quando 23. q. 4. cap. quidem. 24 q. 1. ca. quia hæc sola De pœ. d. 1. c. nōnullis. † canes. Hom. 24. in Matth.

Diuisio.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Quid autem vides, &c. *Hic ostendit quòd proximus non est temere arguendus. Hoc autem contingit, quando ille qui arguit est in consimilibus culpis vel maioribus: quia talis correctio non procedit à charitate, sed ex præsumptione: quia ordo charitatis incipit à seipso. Aduertendum tamen, quòd crimina arguentis, aut sunt publica, aut occulta: si publica, peccat dupliciter arguendo, peccato, scilicet præsumptionis, & peccato scandali. Si autem sint occulta, tunc peccat primo modo tantum. Si tamen iste qui arguit primo pœniteat, & postea frater humiliter arguat non peccat. Dicit ergo:* Quid autem, &c. *id est, peccatum minus in oculo fratris tui. id est, in conuersatione & conscientia eius.*

2 Et trabem. *id est maius peccatum.*

3 In oculo tuo. *id est in teipso non consideras. Trabs enim est adulterium respectu fornicationis simplicis: & sic de aliis.*

4 Aut quomodo dicis, &c. *hoc dicunt mali prædicatores & mali sacerdotes, qui sunt irretiti maioribus peccatis, quam illi quos volunt corrigere.*

5 Eiice primum. *quia hic est ordo charitatis quòd à seipso incipiat.*

6 Nolite sanctum dare canibus. *Hic regulat affectum hominis ad proximum*

proximum respectu boni conferendi, quia malis hominibus in peccato obstinatis ex affectione carnali, non sunt sacramenta ministranda, vel secreta fidei reuelanda infidelibus obstinatis: quia ex prædictis sequitur contemptus sacramentorum ecclesiæ, & derisio fidei catholicæ & occisio ministrorum: & hoc est quod di.

7 Ne fortè, &c. *videlicet diuina sacramenta, vel fidei secreta: quæ dicuntur hic Margaritæ propter eorum præciositatem: & peccatores dicuntur porci, propter eorum immundiciam.*

8 Et canes. *Id est obstinati infideles.*

9 Disrumpant vos. *hoc est interficiant.*

10 Petite & dabitur. *Postquam saluator dedit legem euangelicam, hic ostendit eam obseruabilem. Hæc enim est de conditionibus legis scilicet quòd sit obseruabilis Ad obseruationem ipsius tria faciunt, imploratio diuini auxilij, conatus liberi arbitrij, euitatio mali consortij: & ideo ista tria ponit per ordinem, secundum ponitur ibi:* Intrate per angustam portam: *tertium ibi:* Attendite à falsis prophetis. *Prima adhuc in duas: quia primo ostēdit quid requiritur ad hoc quòd oratio sit exaudibilis ex parte orationis: & secundo ex parte ipsius orantis ibi.* Omnia ergo. *Circa primum sciendum quòd oratio est exaudibilis tribus concurrentibus. Primum est quòd sit pia: id est de*

✠ *pertinenti*

MORALITER.

✝ 1 *Quid autem.* Chrisostomus. Laici peccatum modicum est & festuca quantum ad peccatum sacerdotis quod trabi comparatur.

6 *Nolite sanctum.* Chrisostomus. Quia baptismus & alia sacramenta non sunt danda nisi fidem habentibus: mysteria veritatis quæ sunt Margaritæ non sunt dandæ nisi desiderantibus veritatē & cum humana ratione viuentibus: si enim porcis eas miseris id est cœnosæ vitæ delectatione grauatus, non intelligent preciositatem earum, sed æstimabunt eas similes fabulis mundialibus, & eas actibus suis carnalibus conculcabunt.

10 *Petite & dabitur vobis.* Petimus orando, quærimus rectè viuendo, pulsamus perseuerando.

✝ *Aut quis*

☞ A Contra hæc subiicit, Petite. q.d. infirmus pedibus prius petat, vt sanetur, post quærat vt inueniat viam quæ ad propositum ducat. deinde cum illuc venerit, vt aperiatur pulset. Sic prius est petitio sanitatis vt vires dantur animo: quibus quod præcipit implere possit. Viribus acceptis, secunda est inquisitio viæ. Quid enim sunt vires per deuia euntes? Cum autem via ad destinatum perduxerit, tertia est pulsatio, vt quod clausum est possit aperiri: & hoc bene congruit. Cum enim beata vita actione & cognitione compleatur. actio desiderat facultatem virium, cognitio manifestationem rerum. Horum primum petitur, secúdum quæritur. illud vt detur, hoc vt inueniatur. Sed in hoc secundo prius est cognitio vię quam possessionis. Et qui veram viam inuenerit perueniet ad possessionem, quæ tãtum pulsanti aperietur.

Vbi supra. Augustinus. Operosè quidem quid ista tria inter se differant exponendum putaui, sed longè melius ad instantissimam petitionem omnia referuntur. Hoc quippe ostendit vbi eodẽ verbo omnia cõclusit dicens: Quantò magis pater vester qui in cælis est, dabit bona petentib. se. Non enim dixit petentibus & quærentibus & pulsantibus.

† Dona. B

† Luc. 6. c. 1. d. in pr. n. 30. d. c. possideret. 10. q. 1. ca. placuit.

✲ Didymvs Cùm vera sit expositio saluatoris, *Petite & accipietis*. quare multi orantes non exaudiuntur? Quoniam qui via congrua ad petendum venit, nihil relinquens eorum quæ pertinent ad impetranda quæ cupit, omnia percipit quod sibi dari rogauit. Si quis autem extra intentionem tradite petitionis poscere videatur, iste neque petere modo debito creditur, & ideò non percipit quod petit. Nam doctor dicat, omnis qui ad me accedit causa doctrinarum, habebit disciplinas eorum: attendere ad doctorem de ipsis accipiendum est, hoc est, vt etiam desiderium habeat doctrinarũ, vt exerceat & meditetur eas, & summa intentione respiciat ea quæ à magistro dicuntur, & naturam habeat bonam, Ille indubitanter percipit doctrinam, quam magister dare promisit. Qui ergo scientiam & virtutem petunt nec accipiunt, dicendum illis est, quia ipsi non propter ipsa bona petunt, sed vt per ea laudentur.

In cap. 4. epist. Iacob.

C ✲ Rvpertvs. Hîc opus est tali fortitudine quam habuit Iacob, quando cum Angelo luctatus est. & victor extitit. Fortitudo illa fuit gemitus inenarrabilis, fletus fuit spiritus contribulati. Vnde cum dixisset Oseas de Iacob, *Inualuit ad Angelum* & confortatus est, addidit, *Fleuit & rogauit eum*. Lucta pulcherrima est, tandiu perseuerare petendo, donec accipiat.

Sermone 5. de verbis Domini. ✲ Avgvstinvs. Vt agnoscat Deus mendicos suos agnoscamus nostros. Et cogitemus quando petitur à nobis, qui petunt, à quibus petunt, quid petunt. Qui petunt? homines. à quibus? abhominibus. Qui petunt? mortales. A quibus petunt? à mortalibus. Qui petunt? fragiles. A quibus? à fragilibus. Qui petunt. Miseri. A quibus. A miseris. Excepta substantia facultatum, tales sunt qui petunt, qui petunt, quales à quibus petunt. Quam frontem habes petendo ad dominum tuum, qui non agnoscis parem tuum; D

a *Omnis enim, &c.* Vt præbeat constantiam perseuerandi, diligentiam quærendi, fiduciam impetrandi addit. *Omnis* &c. Supra docuit quid petamus, regnum, scilicet. Hic confidentiam vt nihil hæsitantes petamus: Non denegat se petentib. qui sponte obtulit se non petentibus: & quærentes inuenient eum qui non quærentibus dedit vt inuenirent, & pulsantibus aperiet, qui clamat, *Ecce ego sto ad ostium & pulso.* Apo. 3. d.

b *Aut quis.* Explanat quid petendum sit, & ex humana circa filios beneuolentia diligentiam patris circa nos commendat. Petentibus Christum recta fide nõ datur lapis offensionis nec duricia cordis. Ita si petieritis patrẽ vestrum charitatem sine qua nil sunt cætera, vt sine pane inops est mensa, cui contraria est cordis duricia. E

c *Si piscem.* Per piscem fides quæ sub fluentis spiritussancti nutritur.

Piscem dicit inuisibilium fidem: vel propter aquam baptismi, vel quia de inuisibilibus locis capitur, vel quia fluctibus huius mundi non frangitur. In euãgerio Lucæ sequitur compara- Luc. 11. b:
tio oui & scorpionis. In ouo spes accipitur, quia in eo nondum F
est fœtus perfectus: sed fouendo speratur. In scorpione cuius aculeus retro timendus est, accipitur contrarium spei, scilicet retro aspicere, cum spes se debeat in anteriora extendere.

d *Si ergo vos.* Quandoquidem patres bona tribuunt filiis, ergo multo magis pater noster qui bonus est incomparabiliter bona dabit petentibus se filiis.

e *Nostis bona.* Secundum sensum eorum bona qui ea pro bonis habent, quanquam & in rerum natura bona sunt, & ad vitam istam pertinentia, quæ malus non de suo dat, *Domini enim est terra, &c.* Vel apostoli mali dicuntur, quantum ad se respectu Dei qui solus bonus, ex quo omnes boni. Psal. 23.

Constat quòd à Deo non nisi bona percipimus, qualiacunque nobis videantur: Omnia enim electis in bonum cooperantur, & omnium bonorum spiritualium distributor est, vt onera charitatis impleantur.

f *Dabit bona.* id est spiritum sanctum. Vel bona scilicet æterna, quæ non dantur nisi filiis.

g *Petentibus se.* Omnium bonorum spiritualium distributorem vt opera charitatis impleantur. Vnde subdit.

h *Omnia ergo, &c.* Quia amare amantem naturæ est. non amantem verò cogi beneficiis ad amorem, perfectionis Christi est. Cum nos priores, vt nobis fieri velimus aliis facere iuberet, mox eundem sensum astruit dicens: *Omnia ergo quæcunque, &c.* id est, bona quæ vultis accipere ab aliis, eadem facite illis vt charitas proximi impleatur quæ sine dilectione rectè non potest perfici. Et ideo addit: *Hæc est lex & prophetæ.* quia nec

☞ Deus

a ¶Spe. b ¶Vitam. c ¶Charitate. ¶Ad ostium quod est Christus: & in uento instate.

1 quærite[a] & inuenietis: pulsate[b], & aperietur[c] 2

¶Non enim diffidendum. a ¶Pie & perseueranter. b ¶Qui non accipit, constat eum non bene petere. ¶Pie & perseueranter.

a vobis: Omnis enim qui petit[a], accipit: & qui

a ¶Pie & perseueranter. b ¶Ostendit per simile quid sit petendum.

b quærit inuenit: & pulsanti[a] aperietur. Aut[b] 3

quis est ex vobis homo, quem si filius suus

a ¶Charitatem, vel Christum qui est panis qui de cælo descendit. b ¶Cordis duriciam.

petierit panem[a], nunquid lapidem porri-

a ¶Inuisibilem fidem inter aquas scripturæ latitantem.

c get ei? Aut si piscem[a] petierit: nunquid ser-

a ¶Infidelitatem. ¶Venenum perfidiæ. ¶Amatores sæculi.

d pentem[a] porriget ei? Si ergo vos cùm sitis

¶Vtilia. ¶Non vestra.

e mali, nostis bona † data dare filiis vestris:

Cuius est omne quod est.

quantò magis pater vester qui in cælis est 4

f ¶In sanctis. a ¶Aeterna quæ dantur filiis tantum. ¶Spiritum sanctum bonum. b ¶Quia regnum cælorum 5

g querendum est & iusticia eius, ergo, &c. 6

h dabit bona[b] petentibus se. † Omnia ergo †

NICOLAVS DE LYRA.

✲ *pertinentibus ad salutem: secundum est quòd sit perseuerans, id est non interrupta per aliquid orationi contrarium: quia non cessat orare, qui non cessat bene facere: Tertium est quòd oret pro se. quia licet aliquis pia & perseueranter oret pro alio, tamen effectus orationis posset impediri propter maliciam illius pro quo oratur: sed tribus prædictis concurrentibus semper exauditur: & hoc est quod notatur in tribus verbis hic positis.* Petite, *scilicet piè.*

1 Quærite. *perseueranter.*

2 Pulsate & aperietur vobis. *Ex quo patet, quòd loquitur de oratione facta pro se cum dicit:* Et aperietur vobis. *Et quia iustis tribus concurrentibus semper exauditur:* Omnis enim qui petit. *Sequitur,*

3 Aut quis ex vobis homo, *vbi declaratur, quod prædictum est per exemplum: quia si homines qui tam proni sunt ad malum, & ideo dicuntur mali: tamen filiis suis petentibus ab eis bona dant illis multo fortius.*

4 Pater vester qui in cœlis est, *qui ex natura sua est bonus, per essentiam*

5 Dabit bona petentibus se. *scilicet gratiam & gloriam.*

6 Omnis ergo. *Hic ostenditur per quid oratio est exaudibilis à parte orantis: Quod fit quando iustè viuit, faciendo alteri quod sibi vult fieri: & hoc est quod dicitur:* Omnia ergo quæcunque vultis. *Omnia enim præcepta ordinantia hominem ad proximum, non sunt nisi quædam conclusiones deriuate ex isto principio: sicut in speculatiuis hoc principium. De quolibet affirmatio vel negatio se habet ad omnia quæ sequuntur ex ipso, & propter hoc subditur.*

✲ Hæc

MORALITER.

✝ 3 *Aut quis ex vobis homo.* Remigius. Per panem, intelligitur specialis doctrina: per piscem, baptismatis vnda: per lapidem, ignorantia: per serpentem, diaboli astutia designatur.

† *Omnia ergo.* Augustinus. Voluntas namque non est nisi in bonis. Nam in malis cupiditas dicitur propriè, non voluntas.

✝ Hæc est

☞ Deus ſine proximo, nec proximus diligitur ſine Deo quia non ex
A odio vel ex inuidia iudicandus eſt proximus : ergo qua charitate velletis moneri facite aliis.

a *Vt faciant vobis homines.* Quia addit, homines : dicit tantum de dilectione proximi. Vnde nec ſubdit, tota lex, relinquit verò de dilectione Dei. Quòd ſi dixiſſet: Omnia quæcunque vultis fieri vobis facite aliis vtrunque complexus eſſet, in quibus tota lex propter ſalutem hominũ ſcriptum eſt in prophetis & lege.

b *Intrate.* Etſi difficile ſit, vt aliis facias quod tibi vis fieri tamẽ ſic faciendũ eſt vt intremus.

c *Per angustam* Angusta quæritur, nec ab omnibus inuenitur.
† Luc. 13. c. Nec omnes qui inueniunt per eã ingrediuntur : quia capti ſeculo retroeunt.

Quamuis charitas ſit lata, tamen per anguſta & ardua abducit hominem à terra. Quid anguſtius illo foramine, quòd vnus
B ex militibus in latere Chriſti aperuit: per quas tamen anguſtas
† Quoniã. portas iam penè totus mundus intrauit.

d *Et ſpacio* Hanc etſi non quærant, oẽs tamen inueniunt, quia in ea nati. Voluptas vt meretrix importuna ſuis oblectamentis omnes inuitat: & ideo multi intrant per eam.

e *Quam.* Satis anguſtum eſt omnia prætermittere, vnum ſolũ diligere vnum quærere ad vnum quotidie pulſare proſpera non ambire aduerſa non timere,

f *Et pauci.* Si pauci inueniunt, pauciores per eam intrare contendunt. Nemo intrat ſine labore, & ſine animi puritate.

g *Attendite.* Cum dixiſſet arctam viam à paucis inueniri, ne forte ſui implicarentur erroribus pſeudo prophetarum adiecit: Attẽdite. *Attendite.* Quod ſupra latam portam dixit, falſos prophetas apertius dicit. *Attendite* Licet hoc de omnibus qui aliud habitu & ſermone, aliud opere oſtendunt, poſſit accipi tamen ſpecialiter
C de hæreticis qui quadam pietatis veſte tecti, venenato animo & intentione nocendi lupi ſunt rapaces vel exterius ſi copia datur perſequendo vel interius corrumpendo.

Lib. de præſcript. aduerſus hæretic. ✠ TERTVLLIANVS. Quinam ſunt iſtę pelles ouium niſi nominis Chriſtiani intrinſecus ſuperficies? Qui lupi rapaces, niſi ſenſus & ſpiritus ſubdoli, ad infeſtandum gregem Chriſti intrinſecus deliteſcentes? Qui pſeudo prophetę niſi falſi prædicatores? Qui pſeudo apoſtoli, niſi adulteri euangelizatores? Qui Antichriſti interim & ſemper niſi Chriſti rebelles?

contra nouatores capit. 36. ✠ VINCENTIVS LIRINENSIS. Quid eſt veſtitus ouium, niſi prophetarum & Apoſtolorum proloquia, quæ iidem ouili

a ¶Voluntas hîc de bonis tantum dicitur. ¶Dictante charitate.

a quęcunque vůltis vt faciant vobis homines

a ¶Id eſt diliges proximum tuum ſicut teipſum. b ¶Quantum ad proximum diligendum. c ¶Id eſt in hoc vno impletur. d ¶Spiritualiter intellecta.

& vos facitẽ illis. Hęc ĉſt enim lex & prophe 1

a ¶Ad vitam. b ¶Etſi hæc dura: labores, iaiunia: tamen amantibus iugum ſuaue eſt. ¶Charitatem. c ¶Quam pauci inueniunt.

b 2
c tæ. † Intrãte per ânguſtam portãm: quia la- 3

a ¶Sæculi voluptas. b ¶Vbi nulla corporis anguſtia. ¶Errantium via.

d ta portã & ſpaciôſa via eſt, quæ ducit ad per

¶Non quærunt eam quia ſponte ſe offert.

ditionem, & multi ſunt qui intrãt per eam.

¶Sed. ¶In ingreſſu. ¶In progreſſu.

e † Quàm anguſta porta & arcta via quæ du- 4

¶Quia.

f cit ad vitam, & pauci ſunt qui inueniunt

a ¶Et quia pauci inueniunt ergo. ¶Diligenter cauete. b ¶Quid ergo ab illis vbi nec ſpes. ¶Qui in humilitate ambulant ex falſa religione. 5

g eam. Attẽditeà falſis prophetis qui veniũt 6

¶Vt decipiant. 7

h ad vos in veſtimentis ouium, intrinſe-

a ¶Et ideo cauete, ne vos dilanient blanditiis & ſimulationibus.

b ¶Quomodo illi dinoſcuntur?

i cůs autem ſunt lupi rapaces. † A frůctibus

uili quadam ſinceritate, agno illi immaculato, tanquam vellera D
quædam texuerunt? Qui ſunt lupi rapaces, niſi ſenſus hæreticorum feri & rabidi, qui caulas Eccleſiæ ſemper infeſtant, & gregem Chriſti quaqua poſſunt, dilacerant? Sed vt fallacius incautis ouibus obrepant, manente luporum ferocia, deponunt lupinam ſpeciem, & ſe diuinæ legis ſententiis, velut quibuſdam velleribus obuoluunt, vt cum quiſque lanarũ mollitiem præſenſerit, nequaquam aculeos dentium pertimeſcat.

h *Ad vos. in.* In conſpectu hominum ſimiles miniſtris iuſticię dum ieiunãt, orant, eleemoſinas dant: ſed nõ ſunt eorum fructus, quia pro vicio eis reputatur.

i *A fructibus eorum.* Hieronymus. Non à veſte, ſed ab operib. quod de manifeſtis accipitur. Quomodo ab eis? quia vt ſpina non facit vuam : ſic bona arbor bonum fructum, mala malum, & non econuerſo. *A fructibus eo* E
rum. quia fideles opprimunt, Deum ſi non verbis, factis blaſphemant. Maximè autẽ per impatientiam diſcernuntur in tempore aduerſitatis. Ieiunia enim & orationes ſunt ſimulatis ſicut & bonis, ſed non debent oues pelles ſuas deponere, & ſi aliquando eis lupi ſe contegant.

✠ HILARIVS. Blandimenta verborum & manſuetudinis ſimulationem, admonet fructu o- † De regul. iud. c. 2.
rationis expendi oportere: vt nõ qualem quis verbis referat, ſed qualem ſe rebus efficiat, ſpectemus.

✠ VINCENTIVS LIRINENSIS. *A fructibus eorum, &c.* Vbi ſupra. F
Id eſt cum cœperint diuinas illas voces, non iam proferre tantum ſed etiam exponere : nec adhuc iactare ſolùm ſed interpretari: tunc amaritudo illa, tunc acerbitas, tunc rabies intelligitur, tunc nouitium virus exhalatur, tunc prophanæ nouitates aperiuntur, tunc primum ſcindi ſepem videas, tunc transferri patrum terminos, tunc catholicam fidem cædi, tunc eccleſiaſticum dogma lacerari.

✠ CHRYSOSTOMVS. Scire oportet quia ſunt omnino falſi Hom. 19. o-
Chriſtiani. Nam nulla res perdit Chriſtianos magis quam hæc, peris imp.
quia quoſcunque viderint dici Chriſtianos, quaſi Chriſtianos eos æſtimant. Sed fortè dicis, quomodo dicere illum poſſum non eſſe Chriſtianum, quem video Chriſtum confitentem, altare habentem, ſacrificiũ corporis & ſanguinis Chriſti offerentem, ſcripturas ſanctorum legentem, omnẽ ſacerdotij dignitatem habentem? Simia hominis habet membra, & per omnia hominẽ imitatur, nunquid propterea dicenda eſt homo? Sic hæreſis omnia habet & imitatur eccleſiæ myſteria, ſed non ſunt eccleſiæ.

☞ *Nunquid*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Hæc eſt enim lex & prophetæ. *Hic ponitur ſecundum quod requiritur ad legis euangelicæ impletionem. ſc. liberi arbitrij conatus: quia lex datur de actibus virtutum, & maximè lex euangelica, quæ eſt perfectiſſima: Virtus autem eſt circa bonum & difficilè: & ideo ad impletionem eius requiritur conatus hominis, & hoc deſignatur, cùm dicitur.*

2 Intrate per anguſtam portam. *quia lex euangelica eſt porta intrandi ad gloriam. Dicitur autem angusta propter artitudinem virtutis quæ conſiſtit in medio, & ſecundum quòd dicitur. 2. ethicor. Difficilè eſt attingere medium : ſed facile eſt deuiare à medio : ſicut ſagittantibus difficilè eſt percutere ſignum, ſed facilè eſt deuiare à ſigno. Et ſic eſt de bono virtutis: quia bonum contingit vno modo, malum autem omnifariam. Ad hoc enim quod actus ſit virtuoſus oportet quòd ſit bonus de genere, & ex omnibus circunſtantiis, quod difficilè eſt concurrere: ſed actus efficitur malus ex ſingulis defectibus : quod facile eſt contin*

eſt contingere: & hæc deſignantur cum dicitur.

3 Lata eſt porta & ſpacioſa, &c. *quia multi inueniuntur defectuoſi, ſecundum quod ſcribitur Eccl. 1. d.* Stultorum infinitus eſt numerus: & pauci valde inueniuntur virtuoſi. *& hoc eſt quod ſubditur.*

4 Quam anguſta porta, &c. *& patet.*

5 Attendite à falſis prophetis. *Hic ponitur tertium, quod requiritur ad impletionem legis euangelicæ, ſcilicet vitatio falſæ doctrinæ dicens.* Attendite. *id eſt diligenter cauete.*

6 A falſis prophetis. *id eſt doctoribus hæreticis. Propheta enim vno modo idem eſt quod proloquutor: & quia venenum non propinatur niſi melle tinctum. ideo ſubditur.*

7 Qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium. *quia falſam doctrinam palliant apparentia uirtutum. Et quia non poſſunt vitari niſi cognoſcantur, & non poſſunt cognoſci ex apparentia exteriori, ideo ſubdit vnde debeant cognoſci ſcilicet ab operibus. propter quod dicit:* A fructibus eorum cogno. &c. *Sequitur.*

✠ Omnis

MORALITER.

✠ 1 *Hæc eſt enim lex & prophetæ.* Qui proximum diligit legem impleuit.

3 *Lata eſt porta quæ ducit ad perditionem.* id eſt diabolus extenſione ſuperbiæ dilatatus.

4 *Quam*

4 *Quam anguſta.* hoc eſt Chriſtus humilitate conſtrictus.

5 *Attendite.* Hoc exponi poteſt de dæmonibus in angelos lucis ſe transferentibus, vt iuſtos decipiant. ideo dicitur 1. Io. 4. a. Nolite credere omni ſpiritui : ſed probate ſpiritus, vtrum ex Deo ſint.

✠ *Omnis*

2 *Nunquid.* Alleg. Spinæ & tribuli ſunt hæretici à quibus nullus ſapientum ſanctitatem vel veritatem poterit inuenire: ſed cõſcindunt & cruentant approximantes. Vel ſpinæ & tribuli: curæ ſunt ſeculi, punctioneſque vitiorum. Vua & ficus, dulcedo nouę conuerſationis quam Chriſtus in nobis eſuriit, & feruor dilectionis, qui lætificat cor hominis.

Non ergo de ſpinis & tribulis vua & ficus: quia mẽs adhuc veteris hominis conſuetudine preſſa, poteſt ſimulare non ferre fructus noui hominis. Quod ſi aliquando dicta vel facta malorũ proſunt bonis, non hoc faciunt mali, ſed fit de illis conſilio Dei: quia nõ eorum fructus eſt ſed vitis quæ ſuper ſpinas aliquando exuberat. Sed carpendus eſt botrus, ſpina cauenda. Vitis Chriſtus. Sui palmites, qui ferunt vuas, ideſt opera ſpiritus quæ inebriant mentem.

B Hom. 19. operis imp. ✠ CHRISOSTOMVS. Sicut botrus multa in ſe grana ligno mediante ſuſpendit, ſic & Chriſtus multos ſibi fideles per lignũ crucis tenet adiunctos. Similiter & ſicut ficus multa grana vno tegmine tenet incluſa, ſic & multos fideles quodam dulcis charitatis amplexu vna tenet eccleſia.

b *Sic.* id eſt ſecundum prædictam impoſſibilitatem: quia de mala radice non poteſt fructus ſuauitatis erumpere. Expectandi ſunt boni fructus de bona arbore. Arbor bona vel mala, non natura quæ in omnibus bona à Deo eſt creata ſed voluntas bona vel mala. Fructus, opera quæ nec bona malæ volũtatis. poſſunt eſſe, nec mala bonæ voluntatis. Fructus bonæ arboris gaudium, pax, patientia, longanimitas, &c. quos fructus non niſi bona voluntas parturit. Sic e contrario malos mala intentio nutrit.

C c *Non poteſt.* Non ait: non poteſt mala arbor bona fieri, vel bona mala: quia Paulus de perſequutore factus apoſtolus, & anima manente integra natura, affectu voluntatis corrumpitur, vel in melius mutatur.

Volũtas vniuſcuiuſque arbor bona vel mala. Et ſicut arbor radicatur in terra, ſic voluntas in anima.

Fructus malæ arboris. Fructus malæ arboris ſunt opera carnis. ſcilicet fornicatio, immunda, luxuria.

d *Omnis arbor.* Hac ſententia hypocritas & pſeudo prophetas damnat. & quod ſupra docuit de cordis mundicia, hoc exemplo confirmat quod nemo de mala intentione fructum bonum percipit, nec de bona niſi bonum metit.

D

a ¶Vt ſi ſuper eos pendeant vites, non tamen de eis: quia non ſunt in vitæ.

a eorum cognoſcetis eos. Nunquid colligunt

¶Non. ¶Vt de ſpinis non colliguntur vuæ.

b de ſpinis vuas, aut de tribulis ficus? Sic om- 1

a ¶Voluntas bona. ¶Voluntas mala.

nis arbor bona fructus bonos facit, † mala †

a ¶Non enim aliter.

c autem arbor fructus malos facit. † Non po-

a ¶Dum bona eſt. ¶Quia à radice, fructus arboris pullulat. ¶Dum mala eſt.

teſt arbor bona fructus malos facere. Neq;

¶Sed non impune. ¶Anima.

d arbor mala fructus bonos facere. † Omnis 2

arbor quæ non facit fructum bonum, † exci

a ¶De numero fidelium ſeparabitur. b ¶Qui paratus eſt diabolo & angelis eius. c ¶Quia mala arbor non poteſt facere fructum bonum.

e detur & in ignem mittetur. Igitur ex fructi- 3

f bus eorum cognoſcetis eos. † Non omnis 4

¶Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant.

g qui dicit mihi dñe domine, intrabit in regnum cælorum, ſed qui facit voluntatem 5

a ¶Qui modo ſanctos per fidem inhabitat, perducit eos ad viſionem pacis.

patris mei qui in cælis eſt, ipſe intrabit in re

h gnũ cælorum. Multi dicent mihi in illa die: 6

a ¶Vt Balaam & Caiphas. b Quaſi organo noſtro tu prophetaſti.

domine domine, nonne in nomine tuo 7

a ¶Vt in actibus apoſtolorum filij ſacerdotis exorciſtæ.

prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia 8

a ¶ Ecce non magnum eſt virtutes operari.

eiecimus? & in tuo nomine virtutes multas 9

e *Igitur ex fructibus.* Quaſi di. a falſis prophetis attendite, & ex fructibus eos cognoſcite.

Ex fructibus. Quia licet dicant: Domine domine, nõ continuo ſunt credendi. Hoc autem dicũt, vt à vobis recipiantur. Verè dicere dominus Ieſus, eſt in corde credere, ore confiteri, operibus atteſtari: nã vnum ſine altero negare eſt.

† putris, marcida.

† Lucæ. 6. g

f *Non omnis qui dicit.* Sicut cauendi ſunt qui habent ſpeciem bonæ vitę propter dogma nequitiæ, ſic & hi e contrario, qui cũ integre fidei & doctrinæ ſint tur piter viuunt. Vtrunque enim neceſſe eſt, vt & opus ſermone & ſermo operibus comprobetur.

† ſuprà 3. c. De deciſ. c. quamuis. † exciditur & in ignem mittitur.

E

† Luc. 6. g.

g *Qui dicit domine domine.* Iter regni Dei eſt obedientia, nõ nominis nuncupatio. Non eſt hoc illud verè & propriè dicere vbi prolatio diſcordat à voluntate. de quo Apoſtolus ait: *Nemo poteſt dicere domin⁹ Ieſus niſi in ſp. ſ.*

1. Cor. 12. a. -ipſe intrabit in regnum cælorum.

h *Multi dicent.* Maximè autem cauendum eſt ab his qui propter nomen Chriſti etiam miracula habent, quæ cum propter infideles dominus fecerit, monuit tamen ne à talibus decipiamur: putantes ibi eſſe inuiſibilem ſapiẽtiam, vbi eſt viſibile miraculum vnde adiungit: *Multi dicent.* Quam mundo ergo & ſimplici oculo opus eſt, vt inueniatur via ſapientiæ inter tot deceptiones.

Non ſolum qui verbotenus nominant non recipiuntur, ſed etiã hi qui ſine operibus & prophetant: & dæmonia eiiciunt & virtutes faciunt. Sicut cauere monuit à falſis prophetis, ita ab his qui dæmonia eiiciunt & virtutes faciunt. Prophetare virtutes facere, dæmones eiicere: interdum non eſt meriti illius qui operatur: ſed inuocatio nominis Chriſti hoc agit ad damnationẽ inuocantis: vel ob vtilitatem eorum qui videt vel audiunt: & licet deſpiciantur qui faciunt: Deus tamen cuius inuocatio facit honoratur

F

Numquam

NICOLAVS DE LYRA.

1 Omnis. arbor, &c. *Arbor bona dicitur hîc homo habens voluntatem bonam: & talis vt ſic ſemper facit opus bonum, Et ſimiliter arbor mala eſt homo malam voluntatem. & iſte ſemper facit malum actum. Sicut enim ſedens inquantum ſedens non poteſt ambulare, vnde in ſenſu compoſito falſa eſt: quia ſequeretur quod ſederet & ambularet ſimul. in ſenſu tamen diuiſo eſt vera quia ille qui ſedet nunc poteſt poſtea ambulare: ſic habens bonam voluntatem, dum retinet eam non poteſt malè agere, quia ad bonitatem voluntatis requiruntur omnes circunſtantiæ bonæ. homo tamen habens bonam voluntatem tunc poteſt eam dimittere, & ſic malè agere. & propter hoc ſubditur.*

2 Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, &c. *ſcilicet in morte quando à vita præſenti ſeparabitur.*

3 Et in ignem, *ſcilicet gehennæ: & ſic apparebit fructus talis arboris. propter quod repetit:* Igitur exfru.e. &c.

4 Non omnis qui di. *Oſtenſo quid requiritur ad legis impletionem, oſtendit conſequenter quòd alia non ſufficiunt ſine iſtis ad ſalutem: qa inter alia illa quæ videntur magis ſufficere ad hoc eſt confeſſio fidei vel operatio miraculorum vel prophetia: vel iſta coniuncta ſimul, & tamen non ſufficiunt. Confeſſio enim fidei ſine operibus non ſufficit, qa talis fides mortua eſt, vt dicitur Iacob. 2. & hoc eſt qd dicit.* Non omnis qui dicit mihi do. do. &c. *confitendo fidem catholicam, niſi adſint opera.*

5 Sed qui facit voluntatem. *Similiter prophetia non ſufficit ad ſalutem, quia aliquando datur malis hominibus, ſicut ipſi Balaam, vt patet Nu. 24. Et ideo dicit.*

6 Multi dicent mihi in illa die. *ſcilicet iudicij extremi.*

7 Nonne in nomine. *Similiter nec eiectio dæmonum: quia aliquando per malos homines talia fiunt ad inuocationem nominis Chriſti, ad declarationem virtutis Chriſti, licet ipſi inuocantes ſint mali. ſicut habetur Act. 19. quòd quidam infideles eiiciebant dæmones dicendo:* Adiuro vos per Chriſtum quem Paulus Prædicat. *Verumtamen: quia tales indignè aſſumunt nomen Chriſti, ideo ſuper ipſos aliquando datur poteſtas dæmoni, ſicut in eodem cap. dicitur, & hoc eſt quòd dicitur:*

8 Et in nomine tuo dæmonia. *Similiter nec miraculorum operatio, quæ ſimiliter aliquando per malos fiunt ad inuocationem nominis Chriſti: non propter merita inuocantium, ſed ad fidei Chriſti confirmationem. & hoc eſt quod dicitur.*

9 Et in tuo nomine virtutes multas fecimus. *Ratio autem omniũ prædictorum eſt, quia ſunt gratiæ gratis datæ quæ dantur principaliter ad vtilitatem communem eccleſiæ, & non ad vtilitatem ſingularis perſonæ. & ideo aliquando per malos homines à Deo nobis dantur: ſicut bona eleemoſina aliquando datur à bono domino, mediante malo ſeruo. per quod ſubditur.*

Et tunc

MORALITER.

1 *Omnis arbor bona, &c.* hoc eſt homo radicatus in charitate.

† *Mala autem arbor, &c.* hoc eſt homo radicatus in iniquitate.

4 *Non omnis qui dicit mihi Domine domine, intrabit in regnum cælorum.* Hoc enim facto dicuntur hypocritæ ſanctitatem exterius ſimulantes.

6 *Multi dicent in illa die, &c.* Iſti ſunt bene docentes, & malè viuentes.

Omnis

☞ ✠ CHRYSOSTOMVS. Cosidera quæ in nomine dicunt non in spiritu: quia in nomine Christi multi ambulant, qui non habẽt spiritum Christi, seducendi causa. Ideò non ex nomine Christi cognoscendi sunt Christiani, sed ex spiritu Christi.

Hom. 19. operis imp. A

✠ GREGORIVS. Nonnunquam etiam hæretici miracula faciũt, sed vt hîc præmia afflictionis suæ abstinentiæque recipiãt, videlicet, laudes quas quærunt. Vnde redemptoris voce dicitur, *Multi dicent in illa die. &c.* Qua sententia datur intelligi, vt in hominibus charitatis humilitas non autem debeant virtutum signa venerari. Vnde nunc sancta ecclesia etiam si qua fiant hæreticorum miracula, despicit: quia hæc sanctitatis specimen non esse cognoscit. probatio nã que sanctitatis, non est signa facere, sed vnumquenque vt se, diligere, de Deo autem vera cognoscere, & de proximo meliora quam de seipso, sentire.

Lib. 20. moral. cap. 8.

† Luc. 13. f.

a *Nunquam noui vos.* Non nouit lux tenebras. i. non aspicit: quia si aspiceret tenebræ non essent.

B

✠ CHYSOSTOMVS. Sicut omnes homines naturaliter cognoscunt Deum, non autem videntur verè cognoscere quia nõ dignè colunt, & hæc secundum naturam cognitio, non autem secundam voluntatem: Sic & Deus naturaliter omnes cognoscit, sed nõ eos videtur velle cognoscere, quia non eos diligit quasi factor facturam, quasi dominus proprios seruos. Ethoc est secundum naturam cognoscere non autem ex voluntate, quia omne malum extraneum est à Deo.

Vbi suprà.

† Marc. 1. c. Luc. 2. g. & 4. c.

b *Qui operamini iniquitatem* Non qui operati estis, ne tollat pœnitentiam, sed qui in iudicio, licet non habeatis facultatem peccandi, tamen habetis affectum.

c *Omnis ergo.* Q. d. omnia prædicta bene tenenda sunt, quia qui tenet assimilabitur Christo: qui non tenet, diabolo,

d *Qui autem* quæ in monte habita sunt: Quod dicit vt ostendat

C sermonem in monte habitum, omnibus præceptis: quibus Christiana vita informatur esse perfectum.

e *Assimilabitur.* Quia sicut Christus de personis variis vnam ecclesiam constituit, erudit, regit, in vitam dedicaturus æternam, sic iste variis virtutibus perpetuam mansionem sibi ædificat, & in futura dedicatione cum Christo lætabitur.

f *Viro.* Illi qui dicit: vt sapiens architectus fundamentum posui in Christo.

g *Qui ædificauit.* Ille ædificat in Christo, qui quod audit ab illo facit.

h *Supra petram.* à qua Petrus nomen accepit pro firmitate fidei. id est super seipsum, ædificauit ecclesiam.

✠ ATHANASIVS. Qui ædificauit domum supra petram, Sanctus Petrus est. Petra, Christus: domus, fides: ventus, diabolus. Qui verò super arenam ædificauit, Iudas est, arena siquidem est sterilis.

D

Li. quæst. ad Antiochũ quæst. 43.

✠ THEOPHILVS ALEXANDRINVS. Petra Christus est intelligendus; domus vita hæc præsens innixa Deo: flumina & venti, impetus persecutionis: arena, hæresis in qua quicquid ædificatum fuerit, cadit.

Lib. 1. allegoriarum.

✠ CHRYSOSTOMVS. diabolus incipiens ædificauit domum suam super arenam. Domus enim eius ante Christum fuerunt omnes gentes. Inconstãtia infidelitatis dicitur arena id est, idololatria, quæ per varias idolorum culturas semper est dispersa. Ideo tales dicuntur arenę non terra: quia terra fructum facit, arena sterilis est. Deindè terra vnita est & constricta, arena, grana non conueniunt sibi, nec adhærent, ad inuicem: sic sunt omnes infideles populus autem Dei, non solum vnitus est tanquam terra, quæ quamuis compacta sit, tamen solubilis est, sed sicut lapis indissolubilis. Tertiò quia diaboli populus non numerabilis est, sicut arena: Dei autẽ ex multis pauci sunt electi. pluuia est doctrina quæ hominem irrigat vt iustitiam operetur. Venti, ex parte quidem mala, sunt immundi spiritus: ex parte bona spiritus diuersarum virtutum. flumina, ex parte quidem mala, sunt homines immundo spiritu pleni & in verbositate instructi philotophi, oratores, &c. Ex parte autem bona Euangelistæ doctores, &c.

Hom. 20. peris imp. † Luc. 6. g. † assimilabo eum. † Luc. 6. g. † assimilatur.

E

i *Et des.* Tribus modis diabolus impugnat, carnis concupiscentia, exterioribus mundi oblectamentis, vel per se, cum vniuersos ventus impulsionum laxat.

Homo tribus modis à diabolo impugnatur.

k *Pluuia.* Concupiscentia, à qua quisque tentatur, quæ sensum rigorem fidei emollit, quæ si non proficit, maiora flumina eueniunt.

F

l *Qui audit verba mea, &c.* exterius. Et ideo non habet excusationem, sed est ruina eius magna: quia monita salutis contempsit,

m *Viro stulto.* de quo dicitur: Inimicus homo hoc fecit, cuius opera omnia instabilia sunt, & ruinæ patent.

Infrà. 13. d

n *Super arenam* Qualiacunque sint quæ super concupiscentiam vitiorum fundantur, non stabunt.

o *Et cecidit fuitque ruina eius magna.* Omnis conscientia quæ fixa in Deum spe non permanet, in tentationibus non valet subsistere. & tanto amplius agitur, quãto plus in his quæ mundi sunt à superioribus disiungitur: & verè omnes mali vel fictè boni, ingruente qualibet tentatione peiores fiunt.

☞ CHRYSO

1 a ¶Qui aliquando dicere dissimulaui.
a fecimus? & tunc cõfitebor illis: quia nun-
1 a ¶In nullo approbaui, sed reprobaui.
b quam noui vos. † Discedite à me omnes qui
a ¶Quia non hos nouit: igitur eos qui mandata eius custodiuit, & hoc est, ergo.
c operamini iniquitatem. † Omnis ergo qui
2 a ¶Intelligit. b ¶Non sonum.
d e audit verba mea hæc, & facit ea, † assimila-
a ¶In futurum prouidenti. b ¶Aurum, argentum vel lapides præciosos. ¶Vnam cœlestem.
f bitur viro sapienti, qui ædificauit domum
¶Christum. a ¶Aereæ potestatis impugnatio.
g h i suam supra petram: & descendit plũuia, &
3 4 5
a ¶Potentum persecutio. b ¶Minæ, blandiciæ, vel maligni spiritus.
k venerunt flumina, & flauerunt venti, & ir-
5 6
a ¶Hæc omnia. b ¶Aedificium virtutum. c ¶Alias suam.
d ¶Quia stat fundata, non sibi sed Christo tribuitur.
7
ruerũt in domum illam, & non cecidit. Fun-
8
a ¶Quæ ergo cadit, non ædificatur in Christo.
l data enim erat supra petram. † Et omnis qui
9
audit verba mea hęc, & non facit ea, † simi-
a ¶Gentili vel Iudæa vel diabolo. b ¶Qui non prouidet.
m lis erit viro stulto qui ędificauit domum suã
a ¶In spe terrenorum qui arenæ comparantur, propterea quia labiles & à vento suat sito mutabiles. ¶Quæ est fluida.
n super arenã: & descendit pluuia, & venerũt
10
a ¶Maligni spiritus.
flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in
a ¶Periit. b ¶Ite maledicti in ignem æternum. ¶Quia æterna,
o domum illam, & cecidit, fuitque ruina eius
11
a ¶Quia nihil imperfectionis habet hic sermo.
magna. † Et factũ est cũ cõsummasset Iesus
12

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et tunc confitebor. *noticia scilicet approbationis, sed reprobationis. propter quod sequitur:* Discedite, &c. *& patet litera.*

2 Omnis ergo. *Postquam Saluator posuit legis suæ explicationem, & ostendit eius obseruationis possibilitatem, hic consequenter inuitat populum ad obseruationem: quia eius auditio inutilis est, nisi sequatur operis impletio & hoc est quod dicit:* Omnis ergo. *id est bonorum operum constructionem.*

Psal. 6. c.

3 Supra petram. *id est Christum. Talis enim facit opera bona de genere & recta intentione: quæ duo requiruntur ad impletionem legis euangelicæ.*

4 Et descendit pluuia, *id est tentatio carnalis lasciuiæ.*

5 Et venerunt flumina. *cupiditatis & auariciæ.*

6 Et flauerunt. *vanitatis & superbiæ.*

7 Et irruerunt in domum illam. *per importunitatem tentationis.*

8 Et non cecidit. *à stabilitate scilicet. Cuius ratio subditur cum dicitur:* Fundata enim erat. *& per oppositum.*

9 Omnis qui audit verba mea, &c. super arenam. *id est super mobile fundamentum. Quod facit omnis qui intentionem suam ponit supra aliud quam supra ipsum Deum: quia omnis creatura mutabilis est.*

10 Et descendit pluuia. *patet ex prædictis. Sequitur.*

11 Fuitque ruina eius magna, *quia primò ruit in foueam culpæ & postea in foueam gehenne quæ ruina est magna, quia irreparabilis omnino.*

12 Et factum est. *Hic ponitur conclusio omnium præcedentium vbi*

✠ Admira

MORALITER.

✠ 2 *Omnis.* Vir sapiens est humilis. Prouer. 11. a. Vbi humilitas, ibi & sapientia. Vir autem stultus. est superb. quia stultus dicitut quasi statu altus. Omnis autem superbus altiorem se reputat, quam sit in veri

in veritate. Sapiens igitur ædificat supra petram id est. Christum, omnia opera sua bona faciens propter ipsum. Stultus autem ædificat super arenam, quę est terra mobilis. nam opera sua facit propter gloriam humanam, quæ est instabilis.

10 *Et descendit pluuia, & venerunt.* per quam significatur tentatio

✠ carnalis

Vbi supra. ✠ CHRISOSTOMVS. *Ruina magna.* Quomodo magna? Sicut A Domus quæ validum habet fundamentum, si pars aliqua tecti † 23.q.1.ca. ideo. ceciderit, ruina magna non erit si autem fundamentum casum passum sit, tunc est ruina magna quia totum venit deorsum: Sic Christianus si fornicat⁹ sit, &c. cecidit quidem, tamen ruina eius magna non est, quia iterum pœ- D nitentia surgere potest, vt Dauid. Si autem de fundamento fidei aliquid passus sit, id est, si ad gẽtiles aut hæreticos transierit, tũc est ruina eius magna, quia totus funditus ruit.

a verba hæc, admirabantur turbæ super do- 2
a ¶Vt dominus Moysi addebat quæ minus erant, vel commutabat figuras in lucem.
ctrina eius. † Erat enim docens eos sicût po- 3
a ¶Qui tantum ea quæ in lege data sunt infirmis, docuerunt.
testatem habens, & non sicut scribę eorum & pharisæi.

a *Turbæ.* vel aliqui in turba, quia infideles, vel potius omnes de excellentia sapientiæ.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *ostenditur eminentia doctrinæ Christi per hoc quòd dicitur.*

1 Admirabantur turbæ. *quia vt patet ex prædictis, docebat eminẽtissimas virtutes, & imperfectionem legis supplebat: & non solũ terrena bona sed cœlestia promittebat. Doctrinam etiam suam mirabiliter confirmabat. propter quod dicitur.*

2 Erat enim docens, &c. *Sic autem non docebãt Iudæorum periti, scilicet scribæ & pharisæi.* E

MORALITER.

✝ carnalis lasciuiæ. Per ventos verò tentatio superbiæ. per flumina verò impetus tribulationis humanæ. per hæc autem ædificium humilis non leditur, sed ædificium superbi totaliter dissipatur.

2 *Erat enim docens eos sicut potestatem habens.* id est suam doctrinam confirmans per opera miraculosa. Cæteri doctores qui non possunt hoc facere doctrinam suam confirmare debent per opera virtuosa.

B

CAP. VIII.

✠ *Vm autẽ descendisset.* Post descensionem domini de monte quantum interuallum fuerit antequam Capharnaum intraret non apparet. In ipso autem interuallo Leprosus mundatus est: quod Matthæus suo loco dicit (Lucas verò alibi recordatus est) qui post verba illa dicit Christũ intrasse Capharnaum, non tamen ostendit post quantum temporis interuallum.

† Marc.1.d. Luc.5.c.

Luc. 5.e.& 7.a.

a *Cum autem descendisset.* Secundum Lucam & in campestri loco sermonem quem iam forsitan supra habuerat ei fecisset.

Luc.7.c.

Sequutæ sunt. Alij propter charitatem, alij propter doctrinam, alij propter admirationem & curationem.

Phil.2.a. Mystice autem. *Cum autem descendisset.* id est cum se exinaniret formam serui accipiens, sequutæ sunt eum turbæ multæ: quia qui prius in Iudæa notus erat, tunc in vniuersa terra mirabilis factus est. Quod autem post præcepta manum extendens leprosum sanat, significat eos qui de illis præceptis implendis dubitant, suo auxilio ab huiusmodi varietate mundare, Non exprimitur certus curationis locus: vt ostendatur non vnum populum alicuius ciuitatis, sed omnes sanare.

Hom.5. in diuersos. ✠ ORIGENES. In montem scilicet nequaquam ascendere poterant turbæ: quia quos delictorum sarcina deprimit, ad mysteriorum

CAP. VIII.

a Vm autem descendis- 1
set † Iesus de monte,
a ¶Quæ ad altiora ascendere non valuerunt. ¶Aliæ à prædictis.
sequtæ sunt eum tur- 2
a ¶Qui nec ipse eum lepra tam alta audire poterat, sed sanatur vt possit implere.
bæ multæ: & eccè le- †
a ¶Cum humilitate postulat.
b prosus veniens adora
a ¶In voluntate potestatem tribuit.
c bat eum, dicens: Domine, si vis potes 3
a ¶Qui misericordiæ prætendit affectum.
d me mũdare. † Et extẽdens Iesus magnum 4

steriorum sublimia nisi abiecto onere scandere minimè valent. Idcircò & filij Israel primitus in montem ascendere non pote- -Iesus. rant, quia Ægyptiaca grauati cõuersatione præpediebantur, sed solus Moyses ascenderat, & pauci cum eo seniorum Israel.

b *Adorabat eum, dicens: Domine.* priusquam peteret, cultum diuinitatis ostendit.

c *Si vis potes me mundare.* De voluntate non quasi pietatis incredulus) dubito: sed quasi meæ colluuionis conscius non præsumo.

Vbi supra. † 25.q.1.c. ideo. De pœ.dis. 1.para. hoc idem. & c. voluissent. Hom.21.operis imperfect. F

✠ ORIGENES. Hoc igitur idem est ac si dicat, domine tu qui dignè adoraris, qui meritò coleris, te quidem ego vt dominum adoro, adeoque te dominum dico per te enim omnia facta sunt voluntas tua opus tuum est.

✠ CHRYSOSTOMVS. Non de voluntate Christi dubitat, sed de iudicio voluntatis. Christus enim cum sit bonus, nociua non vult præstare, etiamsi rogetur. Nec enim omnibus expedit corporalis integritas. Quoniam ergo nesciebat, vtrum expediret ei curatio illa, nec ideò ambigebat de voluntate illius, ignorans iudicia misericordiæ illius, dixit, *Si vis potes me mundare.*

Hom.21.operis imperfect.

d *Extendens.* Post sermonem & miracula facit, quibus sermo apud auditores confirmãtur.

☞ *Tetigit*

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. VIII.

✠ 1 CVm autem descendisset. *Lege data: hic consequenter ponitur eius confirmatio per miracula in hoc ca. & sequen, & est similis processus in vtroque, sed in hoc cap. principaliter ponuntur quædam miracula ad confirmationẽ euangelicæ legis. In sequenti verò ponuntur quædam miracula ad declarationem deitatis ipsius legislatoris, ibi:* Et ascendens Iesus *in hoc ergo cap. sic procedit quia primo euangelista describit quædam miracula ad credentium vocationem. secundò quædam miracula ad vocatorum confirmationem, ibi:* Et ascendente eo. *Prima in duas. quia primò ponitur miraculorum operatio. secundò quorundam ad fidem Christi conuersio, ibi:* Vide. Ies. turbas. *Prima in tres: quia primo describitur curatio leprosi, & secundo paralytici, ibi:* Cum autem introisset Capharnaum. *tertio laborantis calore febrili, ibi:* Et cum venisset Iesus. *Prima in duas: quia primo ponitur curatio leprosi. secundo miraculi manifestatio, ibi:* Et ait illi Iesus. *Ad euidentiam dicendorum considerandum, quod duplex est doctrina. Quædam quæ non excedit facultatem intellectus humani: & ista debet per rationes demonstratiuas confirmari. Alia est doctrina excedens facultatem humanam: & ideo non potest confirmari per rationem euidentem: propter quod oportet quod confirmetur per opera diuinæ virtutis ostensiua, quia cum Deus non possit esse testis falsitatis, si talia inducuntur ad confirmationem alicuius doctrinæ, sequitur eam infallibilem veritatem continere. Talis autem est doctrina euangelica: & ideo eius confirmatio facta est per miracula, & hoc est quod dicitur:* Cum autem descendisset Iesus de monte. *in quo legem euangelicam promulgauerat.*

2 Sequutæ sunt eum turbæ, &c. *quia aliqui sequebantur eum ex deuotione propter sanctitatem suæ doctrinæ aliqui autem ex curiositate vt viderent miracula & audirẽt noua aliqui vt ei insidiarentur, sicut pharisæi: & aliqui vt ab eo curarentur, sicut infirmi: de quibus erat iste de quo sequitur.*

3 Domine si vis. *vbi confitetur eius potentiam, in quo apparet huius leprosi fides & deuotio, ex quo sequuta est eius curatio. vnde subditur.*

4 Et extendens. &c. *Licet autem posset curare solo verbo, tamen apposuit manum quia humanitas Christi erat quasi organum seu instrumentum ipsius diuinitatis. & ideo sicut artifex mediante instrumento operatur, sic virtus diuina in Christo per applicationem humanitatis aliqua faciebat, vt eam coniunctam diuinitati declararet. Sed quæritur hic, quare tetigit Leprosum, cũ hoc esset in lege prohibitum? Dicendum quod non erat prohibitũ. Leprosum tangere ei qui ex tactu suo poterat curare, sicut Elias & Eliseus non fecerunt contra legem tangendo mortuos ad resuscitandum, vt habetur. 3.Re.17. & 4.Reg.4.* Quæstio.

✠ Et ait.

MORALITER.

✝ † *Ecce leprosus veniens Adorabat eum dicens.* Per istum leprosum qui confitebatur se immundum, & Christum potentem ad se mũdandum dicentẽ: *Domine si vis potes me mundare.* significatur peccator verè pœnitens & ad Dei misericordiam confidentet recurrens. ideo subditur.

4 *Et extendens Iesus manum tetigit eum dicens, &c* per quod significatur, quòd talis manus diuinæ misericordiæ protenditur eius crimina relaxando.

✝ *Et ait*

a *Tetigit.* Non quia sine tactu sanare posset, sed vt indicet se nõ A subiectum esse legi, sed dominum legis, qui non timet cõtagium. *Tetigit.* propter humanitatem vt nos doceret nullum spernere pro aliqua corporis maculatione.

Apparet supra legem (quæ leprosum excludit) esse gratiã, quæ sanat eum vt ait. *Nõ veni soluere legem sed adimplere, &c.*

a ¶Contra legem quam superat gratia, in quo humilitas. b ¶In hoc pietas. c ¶In hoc maiestatis potentia.

Vbi suprà. ✠ ORIGENES. Tetigit Christus, vt ostenderet quia omnia munda mundis, quia aliorum aliis non adhærent inquinamenta, neque extranea immunditia immaculatos coinquinat.

a b [a]tetigit eum, dicens: [b]Volo: †mundare. Et con

a ¶Quia dixit, & facta sunt. ¶Nihil est medium inter præceptum & opus.

[a]festim mũdata est lepra eius. Et ait illi Iesus 1

a ¶Forma nostri est, ne nos iactemus de bonis operibus. b ¶Non erat necesse, vt sermone iactaret quod corpore præferebat. c ¶Disciplina nostri est vt nos ostendamus sacerdoti nostro.

c d Vade, [a]nemini dixeris: sed † vade, ostende te 2

e a ¶Non debent auferri signa priusquam veniant significata. 3

f †sacerdoti, & offer munus quod præcepit †

a ¶Silicet vt credant virtutem Dei magnam esse. b ¶Hoc miraculum factum est sanato leproso continue.

g Moyses in testimoniũ illis. †[b]Cum autem in 4

a ¶Fide & desiderio scilicet. b ¶Alienigena.

h troisset Capharnaum, [a]accessit ad eum cen- [b]5

a ¶Per internuncios. b ¶Nullus alius pro seruo. c ¶Seruus.

turio, [a]rogans eũ, & dicens: [b]Dñe †puer meus

a ¶Non in vno tantũ miserabilis quod iacet, sed quod est paralyticus, & quod torquetur. hæc enim omnia cum dolore nominauit. b ¶Repentina diaboli egressione.

[a]iacet in domo paralyticus, & malè [b]torque

a ¶Scilicet virtute. virtus enim Christi præsens fuit quæ suscitauit eum.

i tur. Et ait illi Iesus: Ego [a]veniã & curabo eũ.

k Et respondens centurio ait: Domine, non 6

a ¶Ecce humilitas.

sum dignus, vt intres sub tectum meum:

b *Volo.* Eo sanauit genere quo fuerat obsecratus. deinde imperat: *Mundare.* Ecce potestas.

†Sacerdotibus. Vbi supra. ✠ ORIGENES. Hoc idem est ac si dicat, Confitens profiteris me, si voluero, posse: magnificè credis magnificè etiam mundaris. Non dubitasti credere, non

B tardo sanare. Atque vt magnam tibi gratiam ostendam ad te manum porrigo, Medicus sum cœlestis, corpora cum animabus, sanare possum.

Lib. 3. de fide cap. 17. ✠ DAMASCENVS. Caro domini diuinis actionibus ditata est, propter purissimam ad verbum vnionem, nequaquã proprietatem naturaliũ excedentiũ sustinens. Non enim secundum propriam actionem sed propter vnitum sibi verbum diuina operatur, verbo per eam, propriam manifestans actionem.

†23. q. c. noli. de cons. dist. 2. quotidie,

c *Vide nemini.* Tacere iussit, nec tamen tacere potuit. Non quod aliquid voluit & non potuit sed dat exemplum, vt sui in magnis quæ faciunt latere velint: sed vt prosint aliis, prodantur inuiti. *Ne mini dixeris.* Hunc tamen Marcus vbi quòd hoc prædicasse dicit, quasi euangelista factus sit.

Marc. 1. b.

Ho. 26. operis imperf. ✠ CHRYSOSTOMVS. Quomodo, inquit, alibi prædicari permisit sua miracula? Tum permisit, cum patris gloriam plenius sanctificandam agnoscet, Vetuit vero, cum nondum agnoscetur, ne fortè sui ipsius humanæ gloriam quærere videretur.

C d *Vade.* Mittit ad sacerdotes propter humilitatem, vt sacerdotibus deferat honorẽ quibus lex iubet mundatos munera offerre, & vt videntes credantur ei: vel si non credunt, inexcusabiles sint. & ne legem frangere videretur.

e *Ostende te sacerdoti.* vt sacerdos non legis ordine, sed gratia Dei supra legem curatum esse intelligat.

f *Offer.* quia legem non soluo, quia nondum cœpit verũ sacrificiũ.

g *In testimonium* id est domino credant si impietatis lepra discedat. *In testimonium* spiritualis curationis, offerendum est munus spirituale homo ipse.

D Typicè. Leprosus genus humanum significat plenum lepra: ꝙ extenta manu, id est verbo Dei humanam cõtingente naturam, à prisci erroris varietate munda tur, vt diu abominabiles & sequestrati iam queant tẽplo reddi. *Templũ Dei sanctum est, quod estis vos.* & sacerdoti offerri: de quo dicitur: *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.* Et offerant pro emundatione corpora sua, ostiam viuentem sanctam, Deo placentem.

† mundus esto supra. 5. b. 1. Cor. 3. d. Psal. 109. a. Rom. 12. a.

h *Accessit ad eum.* Lucas rem vt gesta est narrãs, dicit eum misisse seniores Iudæorum. Sed Matthæus causa breuitatis, eũ cuius fides laudatur, cuius desiderium & voluntas defertur, maluit, pru

Lucæ. 7. a. † Luc. 7. a. †93. dist. c. dominus.

E denter dicere accessisse, quam eos: per quos mandabat. Vt mulier: quia credidit, magis, dicitur tetigisse Christum, quam turbæ quæ comprimebant Ita centurio quo magis credidit, eo magis accessit. Tria dicit, iacet paralyticus torquetur, & vt animæ suæ angustias indicet, & dominum ad misericordiam commoueret. Et hæc ei gloria, quòd sic rogauit pro seruo: In quo discamus sic misereri conseruis.

supr. 5. c. †familus.

✠ ORIGENES. puer meus. Quasi diceret, Mihi iste seruus est, & ego creatori. Iste me super terram, & ego magnum in cœlis habeo dominum. Si ergò eius non misereor, quomodo ille mei non miserebitur.

i *Ego veniam & curabo eum. Et respondens centurio ait:* Magna humilitas quòd seruum dignatur visitare, quòd fides Centurionis meruit, qui ex gentibus credit: & humilitas, quòd se indignum iudicat cuius tectum intret, & prudentia, quòd vltra carnem diuinitatem latentem videt. Ad filium reguli venire noluit, ne diuitias honorare videretur. hîc seruilem conditionem ne spernere videatur, mox ire consensit.

Qui verbo curare potuit, propter humilitatem visitare dignatur. & tamen in medio itinere verbo sanat, ne non propter humilitatem, sed ob impotentiam virium corporaliter ire putaretur. F

k *Non sum dignus.* Propter conscientiam vitæ gentilis, magis timet grauari præsentia quam iuuari, quia & si erat fide præditus nondum tamen erat sacramentis imbutus. Sed quod nec infirmitas nostra præsumit gratia dare nouit.

☞ Nam &

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et ait. *Hîc ponitur miraculi manifestatio, quæ facta est ordinatè. Scriptum enim erat in lege Leuiti. 14. quòd mundatus à leprà non debebat restitui ad communem habitationem hominum, nisi prius iudicaretur mundatus per sacerdotis iudicium: & facta oblatione domino pro eius mundatione. Et ideo Iesus ait illi.*

2 Vide nemini dixeris. *ſ. antequam ea quæ scripta sunt in lege cõpleueris. Præcepta enim ceremonialia habuerunt cursum suum vsque ad Christi passionem, vt suprà vsum est. Et ideo vsque tunc Christus ea obseruauit, vt patet in sua circuncisione, & ea obseruare aliis præcepit, vt patet in hoc leproso cui dixit.*

3 Vade ostẽde te sacerdoti, &c. *Per hoc etiam figurabatur. quòd peccator qui per leprosum figuratur, licet sit mundatus à lepra peccati per contritionẽ, tamen adhuc tenetur se ostendere sacerdoti per confessionem. Qualis autem erat oblatio leprosi mundati, in lege habetur Leuiti. 14. & ibi debet exponi.*

4 Cum autem introisset Capharnaum. *Hîc ponitur secundum* Diuisio. *miraculũ. scilicet curatio paralytici. Et diuiditur in duas partes: quia primò describitur huius centurionis fides & deuotio. Secundò ex hoc infertur conclusio, ibi:* Audiens Iesus. *Circa primum aduertendum, ꝙ iste centurio ad cuius preces seruus eius curatus est, non erat Iudæus sed Gentilis, ibi positus à Romanis ad custodiam principalis ciuitatis Galileę scilicet Capharnaũ quia tota illa terra erat subdita Romanis. propter quod Iudæi coram Pilato dixerunt:* Non habemus regẽ nisi Cæsarem. *Et ideo quia Iesus erat Iudæus, ipse nõ venit ad eum in persona propria, reputans se indignum ad hoc impetrandum: sed misit ad Iesum principes Iudæorum, vt dicitur Lucæ. 7 vt per eos curationem serui sui facilius impetraret. Et quia quod per amicos facimus, quodã modo per nos ipsos facimus. ideo Matthęus dicit eum venisse ad Iesum, non quia in persona propria venerit, sed per intermedios, & sic est intelligendum quod dicitur hîc.*

Euangelistæ concordantur de centurionis accessu ad Iesum.

5 Accessit ad eum. *ſcilicet per amicos. Dicitur autem cẽturio, quia habebat centum homines in armis sub se, ad custodiam illius terræ, ne forte vellent contra Romanos rebellare. Iste ergo centurio auditis Christi miraculis firmiter credidit, quòd poterat sanare seruum eius, qui erat ei valde charus, vt dicitur Luc. Ideo de eius sanatione sollicitus. Iesus autem sciens eius fidem & deuotionem, respondit ei per internuncium scilicet:* Ego veniam. *Cum autem esset in via, misit centurio nuncios obuiam ei, vt dicit Lucas: dicentes ex parte eius*

6 Domine non sum dignus vt intres. *Erat enim homo gentilis.* ✠ *& abomi-*

MORALITER.

✠ 1 *Et ait illi Iesus: vide nemini dixeris sed vad ostende te saderdoti.* per hoc innuens, quòd ecclesiæ ministri non debent gloriam hominum quærere, sed Dei.

† *Et offer munus, &c.* nam à peccatis mundatus debet esse Deo valde gratus.

4 *Cum autem introisset.* Iste gentilis erat, in Christum tamen credebat: aliter eum pro sanatione sui pueri non rogasset. ideo per ipsum primitiæ Gentium significantur credentes in Christum, & laborantes ad conuersionem aliorum de quibus fuit Lucas euangelista, & Dionysius Ariopagita. & alij plures: per hoc autem quòd Christus subdidit

✠ *Non inue*

☞ ✠ Avgvstinvs. Dicendo se indignum, præstitit dignum, non in cuius parietes, sed in cuius cor Christus intraret, Neq; hoc diceret cum tanta fide & humilitate, nisi iam illum quem timebat intrare domum suam, corde gestaret. Nã non erat magna fœlicitas, si Dominus Iesus intraret in eius parietes, & non esset in pectore eius.

A Sermon. b. de verbis domini.

✠ Origenes. Quando igitur diuinum hoc & incorruptum accipis epulum: quando vita, pane & poculo frueris, manducas & bibis corpus & sanguinẽ domini, tunc Dominus sub tectum tuum ingreditur. Ita ergo humilians temetipsum, imitare hunc Centurionem, & dicito, *Domine non sum dignus, &c.* Vbi enim indignè ingreditur, ibi ad iudicium ingreditur accipienti.

Hom. 7. in diuersos.

† alterius potestati subditus.

¶Magna fides, quæ Dei dicere, credit esse facere.

sed tantũ dic verbo, & sanabitur puer meus: 1

a ¶Ecce prudentia. b ¶Scilicet habens alium dominum.

a Nam & ego homo sum † sub potestate con- 2
b
stitutus, habens sub me milites: & dico huic 3

a ¶Mira fides in gentili.

vade, & vadit: & alio, veni, & venit: & seruo 4

a ¶Ita angeli tibi seruiunt. b ¶Quod suam intelligit maiestatem.

meo fac hoc, & facit. Audiens autem Iesus 4

a ¶Non vt turbati animi, sed docentis nos, quos opus est moueri de hniusmodi & mirari.

miratus est, & sequentibus se dixit: † Amen 5 6
dico vobis, non inueni tantam fidem in Is- 7 8

a ¶Etsi à prophetis edocti. ¶Præsentis temporis, inuenit enim in antiquis.
b ¶Vnde prædico vobis, quòd mul. ad exemplum istius, in quo fides gentium præfiguratur.

b rael. Dico autem vobis q; multi ab oriẽte & 9

¶Ex omni genere. ¶Ad fidem. ¶Requiescent feliciter epulaturi.

occidẽte venient, & recũbent cum Abrahã
c & Isaac & Iacob in regno cœlorum: filij au- 10

¶Iudæi in quibus ante regnabat dominus. ¶A facie domini.

d tem regni eiicientur in tenebras exteriores: 11

✠ Cassianvs. Nos dignitatis eius apice sublimati sumus, si non quibus volumus, cogitationibus abducamur, sed his quibus spiritualiter delectamur, immorari & inhærere malis quidem suggestionibus imperantes, Abite, & ibunt, Venite & venient, Seruo quoque nostro corpori, ea quæ continentiæ sunt, iniungamus, & sine vlla contradictione deseruiet.

D Collat. 6. cap. 5.

b *Ab oriente & occidente venient & recumbent.* Vel oriens, qui illuminati statim transeunt. Occidens: qui passiones vsque ad mortẽ tolerant. Per istas duas partes mundi ex quibus gentes vocandæ erant designantur.

– constitutus.

✠ Avgvstinvs. Solue quę stionem quomodo dominus dicat, *quam arcta via ad vitam & pauci inueniunt.* Nunc, *multi ab oriente, &c.* Et apoc. 7. *Multitudo quæ numerari non poterat.* Et hoc, quia ipsi boni, virique christiani, qui per seipsos multi sunt in comparatione multorum falsorũque itidem pauci sunt. Pauca grana respectu paleæ. Et tamen Abrahæ dicitur, *multiplicabo semen tuum, sicut stellas cœli.*

Lib. 3. capi. 36. contra Cresconiũ.

† Luc. 7. b.

E

c *Filij autem regni eiicientur.* quia in hoc mundo fruuntur beneficiis Dei, secundum illud: *Pluit super iustos & iniustos.* Nunc videntur in facie domini, sed tunc minimè.

d *In tenebras exteriores.* Quia à domino foras expellentur. id est in æternam noctem: quia hîc sponte ceciderunt in exteriores. id est in cœcitatem mentis. Per fletum qui est oculorum, & stridorem dentium nota veram resurrectionem corporum. Dentes stridothe: qui hîc de edacitate gaudebant. Oculi flent, qui per concupiscentias vagabantur. Fletus de ardore, stridor dentium de frigore solet excitari, quia ibi transibunt ab aquis niuium ad calorem nimium. Vel stridor prodit indignantis affectum, quo sero pœnitet quod deliquit pertinaciter.

F

Mystícè. Centurio, significat electos ex Gẽtibus, quasi centenario milite virtutum stipatos: q nihil terrenum, sed sola æternæ salutis gaudia sibi suisque quærunt. Centenarius enim, quia à læua transit ad dexteram, in cœlestis vitæ significationem poni cõsueuit. Talis ergo meriti viri pro his necesse est vt supplicent, qui hoc seruitutis spiritu tenentur, vt perfecta charitas foras mittat timorem. Domus autem in quam non audet eum inuitare, gentilitas est propter fœtorem idololatriæ: neq; enim gentibus corporalis præsentia Christi exhibita est sed verbum fidei misit eis per apostolos, & ab infidelitate sanauit.

B

Vel milites & serui centurionis, virtutes sunt naturales, quarum copiam multi ad Deum venientes secum deferunt, vt Cornelius dicitur vir iustus & timens Deum.

C

✠ Cas

✠ *& abhominabile erat Iudæis comedere & bibere cum Gentilibus & etiam domos eorum intrare, vt habetur Act.* 11. *Et forte iste qui Gentilis erat, idola in domo sua habebat: & ideo ex humilitate Christum ab ingressu domus suæ repellebat, dicens.* Domine non sum dignus vt intres sub, &c. *Et ex altera parte firmiter credebat, quòd absens solo verbo seruum suum curare poterat, propter quod dixit:*

1 Tantum dic verbo & sanabitur puer meus. *Quod probat per hoc quod subditur.*

2 Nam & ego, &c. *id est licet habeam aliquos sub me qui mihi debeant obedire, tamen sum subditus maiori potestati, videlicet præsidi & imperatori: & tamen subditi obediunt mihi ad nutum.*

3 Et dico huic vade, &c. *Et ex hoc intelligitur sequens conclusio, scilicet hæc: Ergo tu qui non es subiectus alicui potestati, potes præcipere infirmitati, & eam eiicere: & sic solo verbo seruum meũ curare,*

4 Audiens. *Hic ex dictis infertur quædam conclusio, quia ex fide huius gentilis & infidelitate Iudæorum concludit saluator vocationem gentium ad fidem, & reprobationem Iudæorum: & hoc est quod dicitur:* Audiens au. Ies. *s. verba Centurionis expressiua tantæ fidei.*

Quæstio.

5 Miratus est. *Sed quæritur: Quomodo in Christo fuit admiratio, quę consurgit in homine ex alicuius incogniti & insoliti inspectione. Christus autem ab instanti cõceptionis plenus fuit scientia, nec aliquid de nouo cognouit: ideo: videtur q; in ipso admiratio secundũ rem non fuit sed tantum secundum apparentiam: quia ad modum admirantis se habuit, vt dicunt aliqui. Nec ibi fuit falsitas, quia hoc fuit ad designandum aliquod verum, s. fidem centurionis, & infidelitatem Iudæorum.*

In Christo duplex sciẽtia.

Sed melius dicitur, q; fuit in ipso verè admiratio: ad ostendendum veritatem humanæ naturæ in eo. Ad cuius euidẽtiam sciendum quod in Christo ponitur duplex scientia. Vna diuina, quæ est æterna, & secundum hanc non potest esse admiratio: quia nihil cognoscitur ab eo de nouo. Alia humana vel creata: & hæc est duplex. Vna, visionis rerum in verbo, quia anima Christi ab instanti conceptionis cognouit omnia in verbo, quæ cognoscit verbum notitia visionis, & hæc sunt omnia quæ habent esse secundum quamcunque differentiam temporis, cuiusmodi sunt præsentia præterita & futura. & secundũ hanc scientiam in Christo non fuit admiratio sicut nec innouatio. Alia est scientia in Christo qua cognoscit res in ꝓprio genere, & hæc est duplex. Vna habitualis: & in ista non est aliqua nouitas, quia ab instanti conceptionis fuit anima Christi perfectè repleta habitibus omnium scientiarum. Alia experimentalis, sicut aliquis habens habitum scientiæ per doctrinam, postea experitur per intuitionẽ in effectu. Et isto modo in anima Christi erat aliquid de nouo cognitum, & sic ex inspectione illius hoc modo incogniti prius poterat in ipso admiratio de nouo causari. Et sic factum fuit in proposito. Sequitur.

6 Et sequentibus. *id est discipulis suis:* Dixit.

7 Non inueni. *id est in populo Iudaico: quia licet aliqui de Iudæis firmiter crederent. s. discipuli sui tamen principales illius populi non crediderunt, & multitudinem ab eius fide auerterunt, vt inferius patebit. Et ideo concludit saluator.*

8 Amen. *id est fideliter.*

9 Dico autem vobis q; multi, &c. *quia multitudo gentilium in diuersis partibus orbis existentium per prædicationem apostolorum conuersa est ad fidem, & sic perceperunt gratiam & gloriam.*

10 Filij autem. *id est Iudæi: ex quibus Christus natus est, & quibus principaliter missus est ad prædicandum eis cœlestis regni euangeliũ.*

11 Eiicientur in tenebras exteriores. *quia repulerunt fidem Christi, & sic remanent in peccatis suis obstinati: & sic eiiciuntur ad pœnas inferni, quæ dicuntur tenebræ exteriores: quia tenebræ primę sunt tenebræ culpæ, aliæ autem sunt gehenne. Sed quæritur: quomodo sint ibi tenebræ cum ibi sit ignis qui de natura sua est lucidus? Dicendum, quòd ille ignis describitur in medio terræ: & ideo fumosus est & obscurus. Item non lucet ad ostendendum damnatis aliquid ad eorum cõsolationem, sed ad eorum desolationem, ideo dicuntur ibi esse tenebræ exteriores. Sequitur.*

Quomodo in inferno tenebræ.

✠ Ibi erit

† 7 *Non inueni tantam fidem in Israel. Dico autem vobis, quòd multi ab oriente, &c.* significatur deuotio getilium ad Christi fidem, & obduratio Iudæorum.

† *Et cum*

a Ibi erit fletus & ſtridor dentium. Et dixit Ieſus centurioni, 1
a ¶ Cuique ſicut credit ita fit. ¶ Pro menſura fidei, quia credidit omnia poſſe, indicat per fidē meruiſſe. 2
b ¶ Probatur fides domini dum ſanitas ſerui ſequitur. 3
vade, & ſicūt credidiſti fiat tibi. Et ſanatus eſt puer † ex illa
a ¶ Oſtendit non ſequi ordine prædictum miraculum, quia ante ſermonem montis fuit factum. 4
b hora. * Et cùm veniſſet Ieſus in domum Petri, vidit ſocrum e- 5
c ius iacentem & febricitantem, & tetigit manum eius, & dimi 6
d
e ſit eam febris, & ſurrexit & miniſtrabat eis. Veſpere autem †
f facto obtulerunt ei multos dæmonia habentes, & eiiciebat 7
¶ Per iram & odium.
ſpiritus verbo: & omnes male habentes curauit, vt adimple-
retur quod dictum eſt per Iſaiam prophetam, dicentem. †
a ¶ Non vt ſibi haberet, ſed vt à nobis auferret. b ¶ A nobis ſcilicet abſtulit.
¶ Q ſuſcepit vt medicus.
Ipſe infirmitates noſtras accepit, & ægrotationes noſtras 8 9

* Et reuerſus centurio in domum ſuam in illa hora inuenit filiū ſuū ſanum.

† in illa

† in vlterioꝛem ripam.

Sermon. 18.

✻ PETR. CHRYSOLOGVS. Ad domum Petri non inuitauit diſcumbēdi voluptas, ſed iacentis infirmitas: non prandendi neceſſitas, ſed ſalutis occaſio: diuinæ virtutis opus, nō humani pompa conuiuij. In domo Petri non vina, ſed lachrymæ fundebantur: turbabat ibi familiam non cura conuiuij, ſed cura languentis: febris ibi, non edacitas æſtuabat: vnde illuc Chriſtus non epulas percepturus, ſed vitam redditurus intrauit, Deus quærit homines, non humana, &c.

Febris.

c *Et febrici.* Febris Græcè, feruor Latinè dicitur: & ſi quando hæc paſſio faciat tremere naturæ eſt humanæ.

Lucæ 4. f.

d *Et teti.* Lucas dicit, quòd rogauerunt pro ea. Chriſtus modo rogatus, modo vltro curat oſtendens ſe contra vitiorum quoque paſſiones, & precibus fidelium ſemper annuere, & ea nonnunquam quæ ipſi in ſe non intelligunt, vel intelligenda dare, vel piè petentibus etiam non intellecta dimittere: vt *Delicta quis intelligit: ab oc. m. mun. me. d.* Pſal. 18. d.

e *Et ſur.* Naturale eſt febricitantibus incipiente ſanitate laſſeſcere, & moleſtiam ægritudinis ſentire. Sed ſanitas quæ à domino datur hæc tota ſimiliter edit, & etiā eo robore cōfirmat, vt adiutoribus ſuis continuò miniſtrare ſufficiat.

Domus Petri circunciſio eſt eius apoſtolatui cōmiſſa: Socrus ſynagoga, quæ quodammodo mater eſt eccleſię Petro commiſſæ. Hæc febricitabat, quia inuidiæ æſtibus laborabat perſequens eccleſiam. Cuius manum tangit dominus, quando carnalia eius opera in ſpiritualem vſum conuertit: & ita erecta miniſtrat in ſpiritu.

MORAL. Quæque anima quæ concupiſcentiæ carnis ſeruit, quaſi febribus æſtuat. Sed manu miſericordiæ tacta, per continentiam laſciuiam refrenat, & ſicut ſeruierat immundiciæ modo ſeruit iuſticię.

f *Veſpere aut.* Occaſus ſolis, mors eſt Chriſti, per quam plures ſanauit dæmoniacos, quam ante viuens in carne ægrotos.

☞ *Videns*

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Ibi erit fle. *In fletu duo ſunt ſcilicet triſticia animi ex qua procedit fletus, & ſecundum hoc fletus eſt in damnatis generaliter, tam in dæmonibus quam in hominibus. Aliud eſt ex parte corporis ſcilicet lachrymarum reſolutio, & turbatio cerebri & oculorum: & iſta non poſſunt eſſe in ſpiritibus ſeparatis, ſed poſt reſurrectionem quantum ad aliquid erunt in hominibus damnatis, quia ibi erit prædicta cerebri & oculorum turbatio: ſed non erit ibi lachrymarum fluxus à capite vel reſolutio, quia ceſſante motu cœli ceſſabit omnis generatio & corruptio. Ex quo patet vlteriùs quòd ibi erit.*

2 Stridor den. *Quia non importat aliquam corruptionem, ſed tantum doloris oſtenſionem. ſequitur:*

C 3 Et dixit Ieſus Centurioni: vade, & ſicut credidiſti, &c. *Scilicet perfectè: ſic.*

4 Fiat tibi. *In ſanatione ſerui tui: vnde ſequitur.* Et ſa. eſt, &c.

5 Et cum veniſ. *Hic ponitur tertium miraculum de ſanatione ſocrus Petri, & primò ponitur hoc miraculum in ſpeciali: & ſecundò ex hoc concluduntur multa miracula in generali, ibi:* Veſpere autem facto. *In prima igitur parte dicit ſic:* Et cum veniſſet Ieſus in domum Petri. *Saluator enim noſter cum corpus paſsibile ad noſtram ſalutem accepiſſet, aliquando declinabat ad loca familiarium ſibi & deuotorum ad quietem habendam poſt labores: & iſto modo venit ad domum Petri.*

6 Vidit ſocrum eius iacentem & fe. &c. & ſurre. miniſtr. *Quod non potuit fieri niſi diuina virtute. Natura enim non operatur in inſtanti, & ideo licet à febribus virtute naturæ poſsit homo curari: non tamē ita ſubito & perfectè, quòd poſsit ſtatim opera conſueta facere, ſicut dicitur hic.* Et ſurrexit & miniſtrabat eis.

7 Veſpe. autem fac. *Hic ponuntur ad confirmationem legis euangelicæ multa miracula in generali: quia audito hoc miraculo, omnes qui in eadem villa detinebantur variis languoribus, ſunt Chriſto oblati, & ab eo curati, & ſic adimpleta eſt prophetia Iſa. 53. vbi dicitur ſic:* Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. *Ad cuius intellectum conſiderandum, quòd Chriſtus qui venerat ad ſalutem humani generis, in tantum accepit infirmitates noſtras inquantū valebant ad opus noſtræ ſalutis. Ad hoc autem non faciunt defectus ſcientiæ & gratiæ ſed magis contrariantur: & ideo Chriſtus non accepit defectum ignorantiæ, & fomitis inclinantis ad peccatum: quia contrariantur plenitudini ſcientiæ & gratiæ quæ fuerunt in anima Chriſti ab inſtanti conceptionis. Aliorum autem defectuum qui non repugnant ſcientiæ & gratiæ: aliqui ſunt, qui ſequuntur totam naturam humanam, & ſunt materiæ exercendæ virtutis ſicut paſsibilitas, mortalitas, fames, ſitis, & ſimilia, & talia aſſumpſit Chriſtus in propria perſona, quia facie bant ad opus noſtræ redemptionis. Alij ſunt defectus qui non ſequuntur totam naturam humanam, ſed aliquam in particulari, & hos non aſ-* F *ſumpſit Chriſtus in propria perſona: quia huiuſmodi contingunt dupliciter. Vno modo ex debilitate virtutis formatiuæ, & ex defectu materiæ, ſicut ſunt partus monſtruoſi: & hi non habuerunt locum in Chriſto, quia corpus eius fuit formatum ex puriſsimis ſanguinibus virginis Mariæ: & ſic non habuit locum defectus vel inordinatio materiæ. Fuit etiā formatum virtute ſpiritus ſancti infinita: & ideo non habuit ibi locum defectus virtutis deformatiuæ. Alio modo contingunt ex defectu regiminis, ſicut febris morbus caducus & conſimilia: vel à Deo inferuntur propter peccatum. Et iſta in Chriſto non poterant habere locum, in quo non potuit eſſe defectus alicuius debiti regiminis vel peccatum. Aſſumpſit tamen iſta in perſona aliena quodammodo, inquantum miſericorditer talia curauit: & ſic euangeliſta exponit dictum prophetiæ Iſaiæ dicentis.*

8 Ipſe infirmitates noſtras accepit. *Scilicet quantum ad illos defectus, quos aſsumpſit in propria perſona.*

9 Et ægrotationes, &c. *Scilicet quantum ad illos defectus humanæ naturæ, quos patienter ſupportauit, & potenter curauit: non tamen in*

✻ *propria*

MORALITER.

✻ 5 *Et cum veniſſet Ieſus in domum Simonis Petri, &c.* Per ſocrum Petri quæ mulier erat, ſenſualitas ſignificatur, quæ mulier ab Auguſtino vocatur: ipſa verò iacet febricitans concupiſcentiæ calore. Per Chriſtum autem qui eſt imago patris, ratio, ſecundum quam homo factus eſt ad imaginem Dei, ſignificatur. Igitur moraliter ſocrus Petri ſanatur, cum ſenſualitas per rationem ad debitum ordinem moralis virtutis reuocatur ideo ſubditur.

† *Et miniſtrabat eis.* Quia ſenſualitas reformata virtute morali, miniſtrat & ſeruit rationi.

7 *Veſpere autem, &c.* Per quod ſignificatur quòd hora mundi veſpertina Chriſtus venit dæmones eiicere, & infirmitates hominum curare.

a portauit. Videns autem Iesus turbas multas circum se, iussit
b discipulos ire † transfretum. † Et accedens vnus scriba,
c ait illi : Magister sequar te quocunque ieris. Et dicit eis
d Iesus. Vulpes foueas habent,& volucres cœli nidos:filius au-
e tem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Alius au-
f

a ¶ Sustinuit in cruce. b ¶ Post sanationem istorum.
a ¶ Literæ occidentis seruus.
a ¶ Hoc desiderans quod Simon magus.voluit emere vt de miraculis lucraretur.
a ¶ Dolositas latet in te profunda. b ¶ Elatio nidum fecit cor tuum.
a ¶ In te locum mea humilitas. ¶ Humi itatem mortis. b ¶ Quem ad discipulatum vocabat,dignus in quo diuinitas quiescat.

a *Videns autem Ie.* Manifestum est alium esse diem quo iussit A ire transfretum,non eum qui sequitur illum, in quo socrus Petri sanata est:quo die Lucas Marcúsque eum in desertum exisse affirmant.Iussit ire transfretum,significans vt amaros sæculi fluctus transeamus.

Hom 28.in Matth. ✠CHRYSOSTOMVS. Vidésne iterùm quanto studio ostentationē fugiat. Nam cæteri quidem dicunt dæmonibus eum præcepisse, ne dicerent quod ipse esset. Matthæus autē dicit quod turbas remouebat:quod faciebat, partim nos docens humilianſq; partim ne Iudæi pestiferæ veneno inuidiæ tabescerent,monens nihil prorsus ad ostentationem nobis esse faciendam.

b *Et accedens.*Quod Matthæus dicit hoc factum quando iussit B ire transfretum:Lucas verò ambulantibus illis in via: non est contrarium:quia via ambulabant vt venirent ad fretum.

c *Magister.*Quasi vnus sit de pluribus. Et ipse liberator erat, non spiritualiter auditor.

*Magister.*Non dixit domine, sed magister:vnum de pluribus magistris æstimans.

Sermon.19. ✠PETRVS CHRYSOLOGVS. Decipit, non accedit, qui promittit Dominum incautè sequi. Sed ad omnia posse quis promittit?Dixisset potius,sequar te quocumque iusseris:humanius certè quocunque volueris. Sic autem dicit, quocumque ieris,qui inter se & Dominū,quid interfit ignorat.Sic dicit,qui Christum Deum non intelligit sed magistrum. Petrus per mare sequitur,& submergitur ad passionem sequitur,sed negat. Et si Petrus sic deficit,sic succūbit ad pauca,iste quis est qui se ad D omnia sequi dominum sic promittit?

d *Vul.fo.ha.*Quasi dicat. Quid me propter lucra sæculi vis sequi:cum ita sim pauper,vt nec hospitiolum quod meum sit,habeam?Vel, iste miraculis commotus, propter inanem iactantiā sequi voluit, quā significāt aues cœli. Finxit obsequiū discipuli in quo vulpes. Reclinatio capitis, humilitatem suā significat, quæ in illo simulatore & superbo locum non habebat. Vel vulpes hæreticos significāt, qui non virtute Dei confisi dolis seducere nituntur.Aues malignos spiritus elatos, qui in cordibus Iudaici populi nidos & foueas,id est,domicilia habent. In talibus diuinitati Christi non est locus. Mysticè.

E

✠CLEMENS ALEXANDRINVS. Vulpes itaque foueas habent, quia qui eos in effodiendis & infodiendis versantur diuitiis, homines prauos & terræ filios, vulpes appellauit. lib. 4. stromatum.

✠RVPERTVS. Quanti hodie sunt, propter quos horum meminisse oportuit, quorum in cordibus cum in ore sanctam conuersationem profiteantur, maligni spiritus ita cubant,sicut vulpes in foueis,& locus in eis non est,vbi Christus caput suum reclinet.

e *Filius autem hominis non habet, &c.* Cum homines vocent eum filium Dei, ipse seipsum vocat filium hominis, humilitatis causa.

f *Alius autem.*Nota hunc vocatum esse à Iesu.

☞ *Domine.*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *propria persona assumpsit.*

1 Videns autem Iesus tur. *Hic ex doctrina & miraculis prædictis ponitur aliquorum conuersio ad Christum.Et diuiditur in duas partes:* Diuisio *quia primò notatur Christi recessus ad desertum locum, & secundò, istorum conuersorum accessus ad Christum ibi.*Et accedens vnus. *Circa primum aduertendum,quòd quia Christi actio nostra erat informatio:ideo Christus legitur à turbis receßisse ad desertum locum, vt daret prædicatoribus verbi diuini exemplum. Vna causa fuit ad habendum* Rom.8.d. *quietem post labores suos & discipulorum suorum, vt habeatur Mar.* Lucæ.9.g. *6.d.*Venite seorsum i.. desertum locum & requiescite ibi pusillum. C *Erant enim qui veniebant & redibant multi,nec spacium manducandi habebant.Alia causa fuit propter orationem,ostendens quòd prædicator verbi diuini aliquando debet vacare seorsum contemplationi, vt ibi hauriat in deuotione quod postea effundat populo in prædicatione:vnde & Moses aliquando ascendebat in montem ad dominum,& aliquando descendebat ad populum:& hoc habetur Luce 6.c.* In diebus illis exiit in montem Iesus solus orare,& erat ibi pernoctans in oratione Dei.*Tertia causa fuit ad fugiendum populi applausum.Ioā. 6.b.*Iesus autem cum cognouisset quia venturi essent vt raperēt eum,& facerent eum regem: fugit iterum solus in montem. *Ista ergo triplici de causa,vel saltem aliqua earum dicitur hic.* Videns Iesus turbas multas,&c.*Nimis scilicet opprimentes & applaudentes.*

2 Iussit discip.&c.*Id est,vltra mare Galilææ in locum magis secretū.*

3 Et accedens. *Hic ponitur quorundam discipulorum accessus ad Christum.Quorum vnus accedebat ficte:& ideo repellitur.Secundus verè,& ideo recipitur,ibi.*Alius autem de discipulis.*Circa primū considerandum,quòd vnus de his qui audierāt prædicationem Christi & viderant miracula,qui erat scriba,id est,literatus,considerauit quòd si esset familiaris Christo, quòd posset magnam pecuniam colligere ab his qui à Christo curarentur per ipsius suggestionem & introductionem: ideo voluit se ei coniungere,dicens.*

4 Magister sequar,&c.*Iesus autem videns eius animum, non respondit ad eius verba tantum,sed ad ipsius animum,dicens.*

5 Vulpes foueas habent:& volu.cœli nidos.*Id est,bruta habent sua latibula in quibus poßunt latere.*

6 Filius aut.ho.*Id est,ego sum ita pauper & non habeo domicilium vbi vbi poßim reclinare me.q.d.sibi.Cur vis me sequi propter lucrum temporale?& sic cōueniēter à Christo repellitur.Sed quæritur hic,quare Christus in paupertate voluit viuere?quia sicut diuitiæ sunt impedimenta reprobis,ita probis sunt adiumenta virtutis.Nihil autē faciens ad virtutē debuit Christo deficere:ergo videtur q̄ debuit diuitias tēporales habere. Dicendū,q̄ Christus multis de causis in paupertate vixit:duæ tamē præ cæteris videtur valere.Prima causa, quia Christus venit ad prædicandū. veritatē in mūdo,secundùm q̄ ipsemet dixit Ioan.18.g.*Ego in hoc natus sum,& ad hoc veni in mūdū,vt testimoniū perhibeā veritati:*prædicatio autē impeditur per administrationē bonorū temporalium: F propter quod Christus apostolis ad prædicandū mißis dixit.inf.10.a.* Noli te poßidere aurū & argentū,&c.*q.d.ista impedirēt vos à prædicatione & spiritualiū administratione.Ipsi autem apostoli,Act.6.a.dixerūt.*Nō est æquū nos relinquere verbū Dei,& ministrare mensis.*Cōsiderate ergo fratres ex vobis viros boni testimonij septē,quos constituamus super hoc opus:nos autē orationi & ministerio verbi insistātes erimus.Ex quibus patet,q̄ administratio tēporaliū impedit prædicationis officium. Et ideo, quia Christus voluit prædicatoribus euāgelij debitā formā viuendi tradere,ideo voluit in paupertate viuere.Secunda causa est, quia sicut Christus mortalitatem nostrā aßūpsit,vt per eā nobis immortalitatē conferret,& sic paupertatē nostrā voluit aßumere,vt per eā nobis æternas diuitias tribueret. Et hāc causam tangit Apostolus 2. Cor.8.b.Scitis gratiā domini nostri Iesu Christi,quoniā egenus pro nobis factus est, vt illius inopia diuites essemus.Tertia autē ratio potest addi, ne conuersio fideliū facta per Christū posset ascribi diuitiis seu potētiæ seculari.Ad argumētū dicēdū,q̄ aliquid bene est actus virtutis secūdū inferiorē statū, quod tamē est impeditiuū actus virtutis ad altiorē gradū.Sicut debitus vsus matrimonij est impeditiuus virginitatis,& eodē modo administratio temporalium bene est impeditiua perfectæ sequelæ Christi, inquantum impedit actum contemplationis.Propter quod dicitur in lib. de ecclesiasticis dogmatibus.Bonum est facultates cum dispensatione erogare,sed melius est intentione sequendi Christum totum simul donare,& absolutum à sollicitudine cum Christo egere.*

Quare Christus voluit in paupertate viuere

Prima causa

Secunda causa

Tertia causa.

7 Alius autem.*Hic describitur conuersio alterius ad Christū,qui veniebat verè sed imperfectè,& ideo à Christo recipitur & perficitur: & hoc est quod dicit.* Alius autem de discipulis eius. *Scilicet Christi: non quòd adhuc esset perfectè discipulus,sed volebat fieri.*

✠ Ait illi

MORALITER.

✠ 1 *Videns autem Iesus tur.circum.se,&c.*Per hoc docuit prædicatorem euangelij applausum populi declinare.

3 *Et accedens vnus,&c.* Iste secundum literalem sensum sequi Christū volebat:quia per hoc habere miraculorū gratiā sperabat,& ea vti ad lucrū tēporale:propter quod Christus repulit ipsum. Ergo per eū significantur quærentes intrare religionē possessiones habētiū,nō ex deuotione quod est bonū,sed vt ex paupertatibus diuites fiāt,&ex cōtemptibilibus honorati:ideo de talibus dicitur. 5 *Vulpes fou.ha.*Id est, dolosi dæmones & superbi habent in vobis habitaculum,sed non Christus.

7 *Alius autem,&c.* Et per hoc quod dixit ei.

✠ *Sequere*

☞ A *Domine.* Ille qui ingessit se, vocat eum magister, vt elatus pharisæus, alter qui receptus est, dominum vocat humiliter, sicut publicanus.

Luc.9.g. Sermo7.de verbis dñi in Matth.

✠ AVGVSTINVS. Quãtum mali in illo, tantũ boni videbat in isto. Ideò & istum tacentem & nihil promittentem inuitat vt sequatur. Nouit dominus qui sunt eius.

Lib.3.stromatum.

✠ CLEMENS ALEXAND. Dicit dominus Philippo, *Sine mortuos sepelire mortuos suos.*

b *Dimitte mortuos.* Addit Lucas: *Tu autem vade & annuncia regnum Dei.* In quo notatur prætermittenda esse minora bona pro maioribus.

Sermo. 19.

✠ PETRVS CHRYSOLOGVS. Non pietatis obsequiũ negat, sed diuinã præponit humanis affectibus seruiruté. Hoc enim non primum esse debuit sed secundum: & terrenus pater cœlesti postponendus est.

Libro 4.de Trinitate cap.3.

✠ ATHANASIVS. Dominus in hac sententia vtranque B mortem cuiuis facilè discernẽdam posuit. Sepeliendum quippe corpus mortuum erat. Sepultores autem eius per infidelitatis impietatem, in anima mortuos intelligit

† Luc.8.d.

c *Suos.* qui culpa exierunt, vt ipsi cum culpa viuunt. Mortuos sepelire, est peccatores in peccato fouere.

Mortuos sepelire

d *Et ascendente.* Qui magna fecit in terra, transit ad mare, vt & ibi faciat: & dominus terræ & maris appareat.

e *Ecce motus.* Non ex se orta est tempestas, sed eius imperio: vt discipuli magis timeant & rogent: & rogantibus ostendat potentiam.

Hom. 6. in diuersos.

✠ ORIGENES. Ingressus nauiculam, fecit turbari mare, vt discipulos mitteret in timorem, vt suum auxilium postularent, suamque potentiam rogantibus manifestaret.

Serm. 20.

✠ PETRVS CHRYSOLOGVS. Sic vbi Christus ecclesiæ suæ Nauim, mare huius seculi transfretaturus ascendit, gentium flabra, C Iudæorum turbines, persecutorum procellæ, vulgi nubes, dœmonum nebulæ sic ruerunt, vt totus mundus fieret vna tempestas. Regum spumabant vnde, feruebant potestatem fluctus, sonabat rabies traditorum, populorum gurgites rotabantur, perfidiæ notabãtur scopuli, mugiebant littora Christiana, lapsorum naufragia vexabantur, & erat totius mundi vnum discrimen, vnumque naufragium D

¶ Non de duodecim. a ¶ Non respuit esse discipulus, sed expleta pietate paterni funeris vult liberior sequi.

a tem de discipulis eius ait illi: Dominẽ permitte me primum ire & sepelire patrem meum. Iesus autẽ ait illi: Sequere me: & di- 1 2

a ¶ Illi carne mortuos condant, tu autem mortuos anima resuscita. b ¶ Culpa, vel non credentes. ¶ Natura. Carne.

b mittẽ mortuos sepelire mortuos suos. Et as- 3
c a ¶ Infirmi & spretores mundi. 4
d cendente eo in nauiculam, secuti sunt eum 5

a ¶ Vt magna virtus liberatoris videatur. 6
e discipuli eius: Et ecce motus magnus factus 7

a ¶ Tanto magis conturbat timor discipulos. ¶ Alias mergeretur.

est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctia

a ¶ Hic homo ostenditur. b ¶ Vt apostolos suscitare faceret. c ¶ Semper vult rogari. ¶ Adeo territi, vt non modeste irruerent & suscitarent.

f bus: ipse verò dormiebat. Et accesserunt ad 8
g eum discipuli eius, & suscitauerũt eum, di-

a ¶ Adhuc paruuli & infirmi.

centes: Domine, salua nos, perimus. Et dicit 9
h eis Iesus: † Quid timidi estis modicæ fidei? 10

¶ Hic Deus ostenditur.

i Tunc surgens imperauit ventis & mari: &

a ¶ Magna potestas, quia de magna tempestate fit magna tranquillitas.

facta est tranquillitas magna. Porro homi- 11 12

E Nauicula, crux Christi: cuius beneficio ad littus patriæ cælestis venimus, in qua vna Christus cum suis passus est. Vnde post ait: *Qui vult post me venire, abneget semet ipsum & tollat crucem suam & sequatur me.* Dormit dum illi nauigãt, quia illis seculum calcãtibus & ad cœlum tendentibus, tẽpus subito dominicæ passionis aduenit: quam Mar. etiã per horam solis ad occasum euntis significat dum dicit: hæc imminẽre nocte gesta fuisse. Suscitant eum, dum visa morte resurrectionẽ quærunt, ne eo diutius sopito, mens eorum pereat. Suscitatus increpat de parua fide di. O stulti & tar. cor. ad credendum, nónne sic oportuit pati Christum? Ventum id est, diaboli superb F

Luc.9.c.

Mysticè. Mare, æstus sæculi.

h *Modicæ.* Si nouistis potẽtem in terra: cur non creditis etiam in mari? Qui parum credit, arguitur: qui nihil, contemnitur.

i *Imperauit.* Cui imperatur, imperãtem sentit. Nota quòd omnis creatura creatorem sentit.

11 Quæ apud nos insensibilia, isti 12 sunt sensibilia.

Mar. 4.d.

Homel. in hoc euangium.

✠ EVSEBIVS ENISSENVS. Ecce verò Christi discipuli non armis sed clamore & orationibus, maris huius procellas deponunt. Sic se defendunt, hæc arma suscipiunt, hoc auxilio se tuentur. B

Quarechristus in naucula dormiebat.

f *Dormiebat.* Dormit in nobis dominus, id est, fides domini, cum negligẽtius agimus, & ideo tẽpestas. Si verò fides resurgit, imperat ventis & fluctibus.

g *Suscitauerunt.* Primũ est Iesus in tribulationibus orationibus excitandus, vt post increpationẽ surgens imperet ventis & mari, & fit tranquillitas magna.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Ait illi. Domine. *Iste autem non petebat vt sepeliret iam mortuum, quia hoc non fuisset sibi denegatum: sed à sequela Christi impediebatur ex amore carnali ad parentes, eum quibus volebat vsque ad eorum mortem esse, & tunc Christo inseparabiliter adhærere. Sed quia parentes non erant in tanta necessitate positi, quòd non posset conuenienter eis per alios ministrari: ideo dixit:*

2 Sequere me & dimitte mortuos, *id est, in infidelitate manentes.*

Parẽtes ingressũ religionis prohibentes spernendi sunt.

3 Sepelire mortuos. *Ex hoc loco patet, quòd aliquis ab ingressu religionis non debet retardari propter parentes affectione carnali. vnde & supra 4.c. Iacobus & Iohannes leguntur secuti fuisse Christum relictis retibus & patre. Propter quod Hieronim. in epistola ad heliodorum dicit: Licet pater tuus in limine iaceat, licet mater tua vbera & pectus ostendat, per calcatum perge patrem, per calcatam perge matrem, & ad vexillum crucis Christi euola. Secus autem esset: si parentes essent in tali necessitate positi, quòd non posset eis conuenienter sine præsentia filij subueniri: tunc non esset ei licitum ingredi religionem dimissa necessitate parentum, quia hoc esset de alieno, Deo facere sacrificium. Ad prædictorum maiorem intelligentiam considerandum, quòd aliter pater tenetur prouidere filijs, & aliter filius parentibus: quia pater cum sit principium filij, per se obligatur ad prouidendum filijs de doctrina & nutrimento, non autem econuerso. Vnde dicitur 2.ad Corint. 12.c. Nec enim debent filij thesaurizare parentibus, sed parentes filiis. Et ideo parentibus non licet ingredi religionem omissa cura filiorum omnino: sed debent de eis curare, vel de cura competenti eis prouidere. filius autem licet non simpliciter teneatur habere curam patris, tenetur tamen per accidens, scilicet si pater sit in casu necessitatis, in quo per alium non possit conuenienter sibi subueniri, & ideo tali casu cessante, potest & debet etiã contra voluntatem parentum intrare religionem:*

4 Et ascendente eo. *Hic ponuntur quædam miracula ad discipulorum confirmationem: & primo in creatura corporali. secundo in spirituali, vt ostendatur Christus dominus totius creaturæ. secundum ponitur ibi:* Et cum venisset Iesus rtrãsfretum. *Primum miraculum fuit in sedatione subita tempestatis ipsius maris per imperium ipsius Christi. vnde dicit sic,* Et ascendente eo. *id est. Christo.*

5 In nauiculam. *vt iret in locũ remotũ propter causas prædictas.*

6 Secuti sunt eum discipuli eius. *transfretantes, scilicet cum eo.*

7 Et ecce motus magnus factus est in mari. *Hoc est factum virtute diuina, vt manifestaretur virtus Christi discipulis eius.*

8 Ipse vero dormiebat. *duplici de causa. Prima vt veritas humanæ naturæ in eo ostenderetur. Secunda, vt discipuli in periculo positi ad ipsum recurrerent. ideo sequitur:* Et accesserunt & suscitauerunt eum dicentes. *Sequitur:*

9 Et dicit eis Iesus. *quasi dicat non debetis timere, cum sim præsens vobiscum quem vidistis tot miracula facere.*

10 Modice fidei? *Discipulos autem suos dicit esse modicæ fidei, quia si perfectam fidem haberent cognoscerent eum tam virtutem habentem in dormiendo, quantam in vigilando: quia somnus & vigilia sunt passiones sensitiuæ partis, secundum quam non competebat Christo facere miracula: sed magis virtute diuina quæ per somnum in nullo impediebatur.*

11 Tunc surgẽs imperauit. *Ex quo patet eius diuinitas: quia miracula faciebat imperando sicut dominus creaturæ: vnde sequitur:*

12 Porrò homines. *ex effectu virtutem diuinitatis eius cognoscentes, ac etiam confitentes.*

Quarechristus in naucula dormiebat.

MORALITER.

✠ 2 *Sequere me, &c.* ostendit quòd carnalis affectus à sequentibus Christum est totaliter dimittendus.

4 *Et ascendente eo.* Moraliter. Nauicula fluctibus operta, est ecclesia militans in persequutionibus posita. Christi verò dormitio est diuina permissio. vnde quãdo vident homines tribulationes iniustas durare, dicũt Deum dormire. qui excitatur, quãdo bonorũ precibus pulsatur. & sic ipso præcipiente fit tranquillitas magna per cessationẽ persequutionis, vel dando patientiam tribulatis. & hæc tranquillitas virtutis melior est quàm tranquillitas corporalis.

✠ 1 Dicentes

boli superbiam strauit. Aquam sedat, id est, rabiem Iudaici populi labefecit. Vel nauicula est præsens ecclesia, in qua Christus cum suis mare seculi transit, ventos dæmonum aquas persequutorum compescit: vnde miremur & gratias agamus.

Luc. 8. d. Quid nauicula

✠ Chrysostomvs. Quamuis infestatione inimici, ecclesia vel seculi tẽpestate laboret, quibus fluctibus pulsetur, naufragium facere non potest, quia filium Dei habet gubernatorem, Angelos remiges, portat choros omnium sanctorum, erecta in medio salutari arbore crucis, flante spiritu sancto, ad portum paradisi, & securitatem æternæ quietis deducitur.

Homel. 23. operis imperf.

a *Qualis est hic, &c.* Origenes. Qualis est iste, maior Moyse, potentior helia? Vnus enim mare virga percussum discidit alius ictu mare Iordanem pertransiit. Iste verò vno verbo mandat illis quæ non habent verba & obediunt ei. Hæc quæ non habent auditum obtemperant.

Hom. 6. in diuersos.

† Mar. 5. b. Lucæ 8. e.

B

b *In regionem Gerazenorum.* Geraza vrbs est Arabiæ iuxta montem Galaad, non longè à stagno Tyberiadis, in quo porci præcipitati sunt. Geraza interpretatur colonum eiiciens, vel aduena propinquans. Hæc est gentilitas quæ diabolum à se eiecit, & quæ prius longè, modo facta est propè, post resurrectionem à Christo visitata per prædicatores.

Marc. 5. a. Lucæ 8. d.

c *Duo habentes.* Marcus & Lucas dicũt vnum, quia eorum vnus fuit clarior & famosior, pro quo dolebat maximè illa regio, & quo sanato fama exiit latior. Sicut per vnum ita per duos accipe Gentes qui de duobus filiis Noe exierunt. Monumẽta animarum sunt corpora, per quæ fœditatem corporum ostendebant.

d *Sæui.* Marcus dicit quòd nullus iam dæmoniacum poterat ligare. Lucas, ruptis catenis indeserto agi, quia Gentes nullo vinculo legum poterant cohiberi. vnde deterius sæuiebant in se, vel in aliis. Nec patuit in eis via prophetis & sanctis autoribus. vel per duos, Iudæos & Gentes accipe, qui non habitabant in domo, id est, in conscientia sua non requiescebant: in monumentis manebant, id est, in operibus mortuis delectabantur: nec sinunt per viam fidei quam impugnant aliquem transire.

Discrepantia euangelistarum.

✠ Evthymivs. In sepulchris libenter morantur dæmones prauam opinionem hominibus immittere volẽtes, quod mortuorum animæ dæmones fiant, sed circa propriorum corporum monumenta remaneant, imò quibusdam adhæreãt. Sed nequaquam id ortodoxo persuadebunt. Si enim hoc verum esset, nullo modo cruciatus diues orasset Abraham, vt lazarum mitteret in mundum, vt fratribus suis significaret, quæ circa se gererẽtur, sed ipse per seipsum hoc eis indicasset.

D

e *Iesu fili Dei* Hilarius. Magis suspicati quàm nosse credendi sunt.

Ambrosius. *Iesu fili Dei.* tantum oportuit: non sicut angelis, per hoc quòd est vita & lux: sed eis terrẽdis per quoddam virtutis effectũ, potentiam eius timent ad pœnam: sed non nouerunt diuini consilij dispensationem. Si enim cognouissent, nũquam dominum gloriæ crucifixissent.

Rom. 1. d.

Credebãt dæmones aliquando illum Dei filium esse, videntes signa. iterũ propter nimiam infirmitatem quam videbant in eo, non credebant.

f *Ante tempus.* Sciebant enim sibi futurã in Dei iudicio damnationem. Verba dæmonum diuersè relata nihil habẽt scrupuli, cum ad vnam sententiam redigi, vel omnia possunt dicta intelligi. Nec quod hîc pluraliter: apud alios singulariter: quia & ibi dicitur quòd legio nominatur: quia multa sunt dæmonia. Marcus dicit porcos ire circa montem: Lucas in mõte fuisse, quia de tanto grege alij circa montem erant: fuerunt enim duo milia, vt Marcus ait:

E

Marc. 5. b. Lucæ 9. e.

g *Torquere nos.* Præsentia Christi tortura est eis. Vel, torquẽtur dum de corporibus eiiciuntur, in quorum tortura delectabantur, sicut præsentia Dei refectio angelorum.

✠ Chrysostomvs. Cum non possent se quod non peccassent excusare, ne ante tempus pœnas darent, formidant. Ita qui terrenis vinculis teneri non poterant, victi nunc veniunt: qui in montes ferocitate se corripiebant, ad campos nunc humiles exeunt: qui aliorum itinera occupantes, neminem transire sinebant, cum Chtistum vidissent, constiterunt.

Homel. 29. operis imperfecti.

h *Mitte nos.* Nota multò minus eos sua potestate nocere hominibus, qui nec pecoribus possunt.

Nisi quis more porci vixerit, diabolus in eum potestatem non accipit, nisi forte ad probandum.

✠ Tertvllianvs. Nec in porcorum gregem diaboli legio

Lib. de fuga in persecutione.

F

C

a ¶ Non discipuli, sed nautæ & cæteri qui erant in naui.

¶ Dormit vt homo: imperat vt Deus.

a nẽs mirati sunt, dicẽtes: Qualis est hic, quia 1
venti & mare obediunt ei? † Et cum venis- 2 3
b set Iesus trans fretum in regionem Geraze-
c norum, occurrerunt ei duo habentes dæ- 4
¶ Legiodem.
d monia exeuntes de monumẽtis sæui nimis, 5 6
ita vt nemo posset transire per viam illam.

a ¶ Non est voluntatis confessio. sed necessitatis extorsio: quia timent eius præsentiam. b ¶ Q. Nobiscum nihil tibi est commune, ne quis ergo dicat, quod in principe dæmoniorum eiicit dæmonia.

Et ecce clamauerunt, dicentes: Quid nobis 7
e & tibi Iesu fili Dei? Venisti huc ante tem- 8
f
g pus torquere nos. † erat autem non longe

a ¶ Significat irrationales & immundos homines.

ab illis grex porcorum multorum pascens:

¶ In monte superbiæ. ¶ De electis.

Dæmones autẽ rogabant eum dicentes. Si †
a ¶ In eos dominari sine, qui in immundicia permanserint.
h eiicis nos hinc, mittẽ nos in gregem porco-

a ¶ Permittit, vt sit occasio salutis hominum per interfectionem porcorum.

rum. Et ait illis. Itẽ. At illi exeuntes abierunt 9 10

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Dicentes qualis est. *q. d. non est homo purus, sed verus Deus.*

2 Quia venti & mare obediunt ei. *sicut creatura creatori.*

3 Et cum venisset. *Hic ponitur miraculum in creatura spirituali in dæmonum eiectione. Et diuiditur in duas partes quia primò describitur miraculi operatio, & secundo ipsius diuulgatio, ibi:* Pastores autem fugerunt. *Describendo miraculum Euangelista, primo tangit locum. Et cum venisset Iesus trans fretum in regionem, &c. id est, vltrà mare Galilææ, quod alibi dicitur stagnum Genezareth, à quadam ciuitate sic nominatum quæ vocatur Genezar vel Genezareth. & est in alio littore ex oppositio Galilææ. Cum esset igitur in regione Gerazenorum.*

Diuisio

4 Occurrerũt ei duo. *Mar. 5. a. dicitur quòd erat vnus. & Luc. 8. d. dicendum quòd non est contradictio: quia secundum veritatem erant duo dæmoniaci, sed vn⁹ erat famosior & sæuior altero: quia in eo erat legio dæmonum, vt ibidem dicitur: & ideo de illo faciunt mentionem Marcus & Lucas: nec tamen negant quin fuerit alius cum eo, quia vnitas concluditur in binario. Matthæus autem facit mentionem de vtroque. Sequitur:*

5 De monumentis exeuntes. *In talibus enim locis habitant dæmoniaci aliquando, vt per hoc dæmones ingerant terrorem hominibus de animabus defunctorum.*

6 Sæui nimis. *non quia dæmoniaci possint, nisi quantum permittit eis Deus, sequitur:*

7 Quid nobis & tibi Iesu fili Dei. *Hoc dicunt magis ex coniectura quàm per certitudinem: quia ille dæmon qui tentauit eum in deserto erat acutioris ingenij, & tamen non potuit scire per certitudinem, vtrum Iesus esset ille qui erat promissus ad salutem mundi & deiectionem diaboli: & multo minus isti poterant hoc scire per certitudinem.*

8 Venisti huc ante tempus torquere nos. *Ad cuius euidentiam considerandum, quòd vsque ad iudicium est tempus meriti & demeriti hominum: & ideo sicut ad illud tempus sancti angeli habitant inter nos ad nostram defensionem, ita mali ad nostram tentationem & impugnationem. Licet autem secum portent ignem suum, tamen reputant se torqueri & affligi quando eiciuntur ab hominibus, ne eis noceant, propter odium quod erga nos habent. Et quia si non possunt hominibus nocere in persona: tamen appetunt eis nocere in substantia ideo rogabant Iesum dicentes.* Si eiicis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum.

9 Et ait illis: Ite. *concedendo eis petionem ipsorum, vt patet per sequentem effectum.*

10 At illi exeuntes abierunt in porcos. *Sed quæritur hîc quare permisit eos intrare in porcos & præcipitare eos? Dicendum, quòd*

Quæstio

✠ *forte*

MORALITER.

✠ 3 *Et cum venisset Iesus trans fretum.* Per duos nimis sæuos possunt intelligi Paulus & Constantinus ante suam conuersionem, qui persequuti sunt acriter ecclesiam, sicut patet de Paulo Act. 8. & 9. Et de Constantino dicitur in legenda sancti Siluestri, Constantinus imperator cum multas strages martyrum dedisset, &c. sed per Christum sanati, fuerunt valde mansueti.

Si eiicis nos mitte nos. Per hoc autem quòd permisit, significatur quòd homines vitam porcinam ducentes, in potestate dæmonum traduntur, & in infernum cum eis finaliter demerguntur.

✠ *Et ascendens*

habuit potestatẽ, nisi eam à Deo impetrasset: tantùm abest v tin
A oues Dei habent. Possum dicere peccatorum quoq; semitas tunc numeratas apud Deum fuisse, nedum capillos sanctorum. Habere videtur diabolus propriam potestatem, si fortè in eos qui ad Deum non pertinent. Cæterum in domesticos Dei nihil illi licet ex propria potestate: quia quando liceat, id est, ex quibus causis, exempla in scripturis signata demonstrant.

Tractatu 6. in Epistо. Ioannis. ✠ AVGVSTINVS. Dimisit in porcos, vt ostenderet diabolum in eis dominari, qui vitam porcorum gerunt.

✠ EVTHIMIVS. Studẽt porcos occidere, vt horum damno contristati domini gregis, Iesum non suscipiant: & ita prædicatione Euangelij non susceptа, tutius ad illam regionem reuertantur, & fiant posteriora illius peiora prioribus.

a in porcos. Et ecce magno impetu abiit to-
¶ Id est valde.
tus grex per præceps in mare, & mortui
b sunt in aquis. Pastores autem fugerunt, & venientes in ciuitatem nunciauerunt hæc omnia, & de his qui dæmonia habuerunt.
c Et ecce tota ciuitas exiit obuiam Iesu: & vi-
d so eo rogabant eum, vt transiret à finibus eorum.

a *Et ecce magno.* Dignior homo bestiis, cum propter salutem duorum hominum duo milia porcorum perierunt. Liberato po- D
pulo Gentium, increduli agunt malos ritus in abditis: cæca & profunda curiositate submersi.

b *Pastor. autem fugerunt.* Quia etiã quidam principes impiorum, & si fugiunt fidem Christi, tamen potentiam eius mirando nunciare non cessant.

c *Exit obuiam* Beda. Prodeuntes, signant quosdam consuetu-
1 ne ligatos, mirari quidem & venerari legẽ Christi, sed nolle pati. vnde transire rogant.

Et inuenerunr hominem (vt Lucæ 8.e.
2 Lucas ait) vestitũ, & sana mente sedere ad pedes Iesu.

d *Rogabant eum.* rogãt non de Ibidẽ 5.b.
3 superbia de humilitate iudicantes se indignos, vt Petrus fecit, 3.Reg.17.b.
& vidua de Elia. Timebant, ne destrueret eos præsentia sanctitatis eius, propter peccata sua, sicut destruxerat porcos.

a *Et ecce*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *forte homines illius terræ peccauerant: & ideo demeruerant istud damnum sibi fieri. Vel aliter dicendum, quòd aliqua fecit ad significandum quoddam aliud, sicut Matth.11. & Marc.11. Maledixit ficui non habenti fructum sed folia tantum: & tamen nulla ratio fuit ex parte arboris quia vt ibidem dicitur, non erat tempus ficorum: & ideò ratio maledictionis fuit ad significandum maledictionem Iudæorum: quorum fructum boni operis quærebat Christus, & tamen non inuenit in eis nisi folia tantum, id est, apparentiam bonorum operum. Sic Christus permisit dæmones intrare in porcos ad significandum, quòd dæmones habitant in immundis hominibus, sicut porcus est animal immundum.*

B 1 Pastores autem fugerunt, & venientes. *Hic ponitur miraculi diuulgatio, quia pastores fugientes venerunt in ciuitatem, & nunciauerunt hæc omnia. Sequitur:*

2 Et ecce tota ciuitas. *ad faciendum sibi reuerentiam.*

3 Et viso eo rogabant eum. *reputabant enim se indignos tanto doctore, sicut superius est dictum de centurione, quod reputabat se indignum tanto hospite. Item quia Christus dimittebat eis illos curatos à dæmonibus ad eorum instructionem. vnde Marc.5. dicitur, quòd Christus noluit quòd ille qui habebat legionem sequeretur ipsum, sed magis prædicaret miraculum factum, & idem intelligendum est de alio qui erat cum eo. Vel aliter potest intelligi, quòd isti Gerazeni ex peccatis suis timebant offendere Christi præsentiam, & per consequens incurrere maiorẽ in pœnam præcedenti, & ideo rogabant eum discedere.* E

CAP. IX.

C Cap. IX.

a *IN ciuitatem.* Ne putes hanc esse Nazareth, quia Marcus dicit hoc
Marc. 2.a. esse factum in Capharnaum. Sed cum Nazareth sit in Galilæa, in quocunque oppido Galileæ sit dicitur esse in sua ciuitate. Sicut regnum in tot ciuitatibus constitutum dicitur Romana ciuitas, ita Galilæa dicitur ciuitas Christi, in qua est Capharnaum quasi metropolis.

†Mar.2.a. Luc.5.d. Ioan.5.a.

b *Offerebant* doctores sunt, qui subleuant & offerũt Christo monendo & intercedendo.

c *Fidem.* Quantum valet apud Deum fides propria, apud quem sic valuit aliena, vt intus & extra sanaret hominem.

d *Confide fili, remittuntur tibi.* Luc.5.d.
Lucas dicit homo. q.d. peccasti Ego Deus dimitto. Et vtrunque dixit Iesus quod vterque euangelista testatur. Humilis dominus filium vocat, quẽ sacerdotes dedignarẽtur tangere. Vel modo dimissis peccatis suis filius.

Prius sanatur anima, nec gratias agit, qui plus desiderauit curã corporis. Ecce modus curationis prius dimittit peccata tollens causam morbi, post curat corpus. F

☞ Quid est.

T ascendens Iesus in † nauiculam transfre-
a ¶ De terra Gerasenorum. b ¶ Non ait in Nazareth, sed Galilæam intellige.
a tauit, & venit in ciui- 1
tatem suam. † Et ecce 2
a ¶ Animam, illecebris carnis resolutam.
b offerebant ei paraly-
¶ In corpore vbi iacet anima. ¶ In voluptate seculi.
ticum iacentem in lecto. Videns autem 3
a ¶ Non vecordiam ægri. b ¶ In hoc innuit si Deum.
c Iesus fidẽm illorũ, dixit paralytico: Confide 4
d

NICOLAVS DE LYRA. CAP. IX.

✠ T ascendens. *In cap præcedenti posita sunt quædam miracula ad confirmationem euangelicæ legis, hic consequenter declaratur virtus legislatoris. Et diuiditur in tres partes: quia primo ponitur huius miraculi perpetratio. secũdo, credentium vocatio, ibi:* Et cum transiret inde. *& tertio eorum confirmatio, ibi:* Hæc illo loquente. *Prima in duas. quia primo in operatione miraculi ad declarationem suæ deitatis fides credentium approbatur. & secundo infidelitas negantium reprobatur, ibi:* Et ecce quidam de Scribis. *Circa primum Euangelista notat loca, vbi factum est hoc miraculum, dicens:* Et ascendens Iesus in nauiculam. *vt scilicet per nauigium de terra Gerazenorum rediret in Galilæam vnde illuc iuerat, vt patet in cap. præcedenti.*

Diuisio

1 Et venit in ciuitatem suam. *scilicet in Capharnaum, quia ibi factum est hoc miraculum, vt Marcus dicit expresse 2.cap. Dicitur autem Capharnaum ciuitas domini, non quia ibi fuerit natus vel conceptus. Sed quia erat principalis ciuitas Galileæ: propter quod centurio ibi manebat ad custodiam totius terræ, vt dictum est cap. præcedenti. Nazareth autem vbi Christus fuit nutritus & conceptus, erat quoddam oppidum vel vicus respectu illius: & ideo dicitur ciuitas ipsius Christi, sicut Parisius dicitur ciuitas alicuius nati in aliquo oppido iuxta Parisium. Vel secũdum alios dicitur ciuitas domini quia in principio suæ prædicationis multa miracula ibi fecit.*

2 Et ecce offerebant ei paralyticum. *Modus autem offerendi hic tacetur, sed exprimitur Marc.2. quia non potentes intrare ad Christi præsentiam propter turbam circunstantem, de tecto domus submiserunt eum in lecto ante Iesum: & hoc fuit magnum signum fidei ipsorum propter quod sequitur:*

3 Videns autem Iesus fidem illorum. *scilicet paralytici & offerentium. quod patet ex hoc quod sequitur.*

4 Dixit paralytico. Confide fili remittuntur tibi peccata tua. *licet enim sanitas corporalis vel aliquid huiusmodi detur alicui propter alienam fidem: remissio tamen peccatorum non datur alicui sine propria fide. Ideo non videntur benedicere qui dicunt, quod ly illorum refertur tantum ad offerentes, ita quod propter offerentium tantum sit sanatus. Dixit autem Iesus.* Remittuntur tibi peccata. *ad modum*

MORALITER.

✠ † *Et ascendens Iesus in nauiculam.* Sequitur:

2 *Et ecce offerebant ei paralyticum.* Per paralysim quæ priuat vsum membrorum corporalium, significatur peccatum mortale, quod priuat actum meritorium. Existens enim in peccato mortali priuatur gressu meritoriæ affectionis, & tactu operationis, & gustu suauitatis cœlestis, & visu diuinæ contemplationis, & auditu diuini sermonis, & odoratu diuinæ consolationis. & cũm superuenit consuetudo, tunc iacet in lecto. Hunc autem offerunt Christo orantes deuotè pro ipso. & ipse offertur, quando

☞ a *Quid est.* Nota infirmitates aliquãdo cõtingere propter peccata: & ideo prius dimittũtur, vt salus restituatur. Quinque modis infirmitates contingunt: vel vt iustis merita per patientiam augeãtur, vt Iob: vel ad custodiã virtutum, ne superbia tumet, vt Paulus: vel ad corrigẽda peccata, sicut Mariæ læpra, & huic paralytico: vel ad gloriam Dei, vt de æco nato & Lazaro: vel ad initium pœnæ, vt Hærodi: quatenus hîc videatur quid in inferno sequatur. vnde: Duplici contritione conteret eos dominus.

† Mar.2.b. Luc.5.e. Iob 2.b. 2.Cor.12.b Num.12.c. Ioh.9.d. Ibidẽ 11.e. Act.12.d. Iere.17.d.

Beda. Quid est facilius, Sed quoniam hoc spirituale nõ creditis, probetur signo visibili quod non minoris constat esse potentiæ, vt in filio hominis latentem cognoscatis potentiam maiestatis, quæ potest dimittere peccata vt Deus.

B

✣ CHRYSOSTOMVS Non dubium quin difficilius sit curare animas verùm quoniam vnum patet, & alterum latet, ideò momentaneam paralytici curationem multi potius mirabuntur.

Hom.30.in Matth.

✣ THEOPHYLACTVS. Arguit fermè eos, dicens, Vos quidem

fili, remittuntur tibi peccata tua. Et ecce 1
a ¶ Quia in prophetis dicit dominus: Ego sum qui deleo iniquitates. ¶ Cum sit homo, quod Dei est arrogat sibi.
quidam de scribis dixerũt intra se: Hic blã- 2
¶ Sed Deum se esse, & occultorum cognitione, & operum virtute indicat. 3
sphemat. Et cũ vidisset Iesus cogitationes
¶ Qua potestate cogitationes vestras video, & peccata possum dimittere.
eorũ, dixit: † Vt quid cogitatis mala in cor- 4
a
dibus vestris? Quid est facilius dicere: di- 5
¶ Quod Deus solus nouit. a ¶ Quod ipsi viderent.
mittuntur tibi peccata tua. an dicere, surgẽ
a ¶ Quia idem est filius hominis & Deus.
& ambula? Vt autem sciatis, quoniam filiũs 6
a ¶ Non ad blasphemantes, sed ad discipulos: & sunt verba Matthæi vel Christi.
hominis habet potestãtem dimittendi pec-
¶ Positus. ¶ Vt maius miraculum sit.
b cata in terra, tunc ait paralytico: Surge, tolle 7
c
a ¶ Ne Christiana fide curatus moreris in perfidia Iudæorum.
d lectum tuum & vãde in domũ tuam, Et surrexit, & abiit in domũ suam: Videntes autẽ 8
a ¶ Iam quodammodo credentes. b ¶ Id est hominem tam potenter operantem inter homines.
turbæ † timuerunt, & glõrificauerũt Deum 9
qui dedit potestatẽ talem hominibus. Et cũ 10 11

quidem putatis me blasphemũ, eo quòd pollicear me remittere peccata, id quod magnum quidem est. Videtur autem vobis, quòd ego per hoc effugium quæram, vt non reprehendar. Ego igitur ex corporis cura fidẽ vobis facio quod animas sanẽ. Per rem minorem quidem, sed quæ difficilior videatur, confirmans peccatorũ remissionem, quæ magna quidem est, sed facilior vobis videtur, eo quod minor appareat.

C

b *Tunc ait paralytico.* Ecce per remissionẽ pœnæ, dimissionem culpæ intellige.

c *Surge.* Surge, est animam à carnalibus desideriis abstrahere. Lectum, est carnem à terrenis desideriis ad voluntatẽ spiritus attollere. Domũ ire, est ad paradisum redire, vel ad internam sui custodiam, ne iterũ peccet.

B

d *Tolle lectum tuum & vade in domum tuam.* Vt quod fuit testimonium infirmitatis, sit probatio sanitatis.

e *Et surrexit.* Magna virtus, vbi sine mora imperium salus comitatur. Vnde meritò, qui aderant relictis blasphemiis stupentes, ad laudem conuertuntur tantæ maiestatis.

☞ a *Vidit*

NICOLAVS DE LYRA.

✣ *modum boni medici, qui primò remouet causam morbi, & tunc postea intendit curationi. Infirmitas autem hæc fuerat inflicta paralytico propter peccatum, & ideo Christus primò remouet causam dicens:*

C Remittuntur. *& ex hoc insinuat eum à paralysi curandum, sicut statim patuit per effectum. Ad maiorẽ prædictorũ intelligentiam sciendum, quod infirmitas corporalis infligitur alicui à Deo multis de causis. Vno modo propter peccati punitionem, sed non propter purgationem. Et talis infirmitas est quoddam præambulum pœnæ gehennæ: & sic inflicta est Herodi, Act. 12 d. vbi dicitur, quòd percussit eum angelus domini, eò quòd non dedisset honorem Deo: & consumptus à vermibus expirauit. Eodem modo fuit de Pharaone, qui per flagella induratus est. Secundo modo infligitur ad peccati commissi purgationem, sicut Nabuchodonosor amentia septem annorum, vt habetur Dan. 4. Et similiter Mariæ Magdalenæ vexatio dæmonum. Tertio modo non propter peccatum commissum, sed gloriam Dei manifestandum, sicut de cæco nato dicitur Ioan. 9. c. Neque hic peccauit neque parentes eius, scilicet vt cæcus nasceretur: sed vt manifestentur opera Dei in illo. Quarto propter humiliationem alicuius ne in superbiam eleuetur, sicut Paulus apostolus dicit de seipso 2. Corinth 12. b.* Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus Sathanæ, qui me colaphizet. *Quinto infligitur propter alicuius probationem, & patientiæ declarationem, sicut patet de Iob 2. Vnde versus: Iob probat, inclinat Paulum, sese manifestat In cæco: purgat Mariam, punit Herodem. Et patet sententia ex dictis.*

Multis de causis infirmitas à Deo alicui infligitur.

1 Et ecce quidam de Scribis. *Hic ponitur reprehensio negantium Christi diuinitatem. & primo ponitur eorum negatio, cum dicitur:* Et ecce quidam de Scribis. *id est, legis peritis.*

2 Dixerunt intra se. *scilicet cogitando, quia verbum intrinsecum est conceptus mentis.*

3 Hic blasphemat. *Blasphemare est creaturæ attribuere illud quod est proprium Dei. Dimittere autem peccatum soli Deo conuenit. Per hoc ergo quod Christo blasphemiam imponebant in hoc quod peccata dimittebat, patet, quia negabant ipsum esse Deum, dicentes eum esse purum hominem, sed Christus consequenter eos conuenienter redarguit, ostendens se esse Deum dupliciter. Primo quia respondit eorum cogitationibus, quas cognoscere per certitudinem soli Deo proprium est propter quod dicit:* Et cum vidisset Iesus cogitationes eorum

MORALITER.

✝ ipsis in orando conformatur. Christus autem fidem illorum aspicit, cum preces eorum exaudit: & paralyticus curatur, quãdo peccatum à Deo sibi dimittitur, & donatur sibi gratia per quam ad actus meritorios resticuitur, & inde Deus glorificatur.

11 *Et cum*

nes eorum dixit.

4 Vt quid cogitatis mala. *imponendo, scilicet falso mihi blasphemiam. Secundo hoc idem ostendit sanando paralyticum per imperium tanquam propria virtute: quod est eiusdem potestatis sicut & peccata dimittere. Licet enim paralysis virtute naturæ aliquando possit curari, non tamen subito nec ita perfectè vt statim homo possit lectum in quo iacet portare: sicut dicitur hic propter quod dicitur,*

5 Quid est facilius dicere: dimittuntur. *quasi dicat æqualis potestatis est vtrunque. Ex quo concludit virtutem suæ diuinitatis perfectam, dicens:* F

6 Vt autem sciatis quoniam filius hominis habet potestatem in terra. *vt Deus, non vt homo purus.*

7 Tunc ait paralitico: Surge, tolle lectum tuum & vade in domum tuam, Et surrexit, & abiit in domum suam. *Sicut enim per literam habentem sigillum declaratur voluntas ipsius scribentis, sic per signum quod est virtutis diuinæ manifestatiuum ostenditur diuina virtus. Alij autem sancti qui fecerunt miracula, faciebant hæc implorando diuinam virtutem, non imperando: & si aliquando in talibus imperabant, hoc non erat in virtute propria, sed exprimendo virtutem Christi, tanquam ministri non domini: sic aliquando imperabant dæmonibus, vt recederent ab obsessis corporibus in nomine Christi & autoritate eius.*

8 Videntes autem turbæ timuerunt. *Hic consequenter ponitur huius miraculi effectus quia turbæ hoc videntes timuerunt imponere sibi blasphemiam.*

9 Et glorificauerunt Deum. *id est, ipsum Christum qui est virtus Dei patris.*

10 Hominibus. *ad eorum, scilicet salutem.*

11 Et cùm transiret inde Iesus, vidit hominem sedentem in telonio. *hic ponitur credentium vocatio. & primo circa eorum vocationem describitur condescensio ad peccatores, secundo ponitur eius reprehensio contra murmurantes, ibi: Et videntes Pharisæi. Circa primum aduertendum, quod vocatio Matthæi, & istud conuiuium fuit ante curationem paralytici, de quo dictum est: sed hic ponitur per recapitulationem. Vel secundum alios vocatio eius fuit ante, & conuiuium eius de quo hic scribitur fuit post: & vt conuenientius describatur conuiuium, eius vocatio repetitur.* Dicit ergo Euangelista, Et cum transiret inde Iesus vidit hominem sedentem. *in quo solebant campsores sedere, quod quidem negocium vix aut nũquam exerceri sine peccato potest, vt dicit Gregor.*

✣ Et ait

MORALITER.

✝ *Et cum transiret inde Iesus, vidit hominem sedentem in telonio.* vocatio Matthæi ad apostolatum, significat vocationem hominis secularis ad religionis statum. Pharisæi verò murmurantes sunt homines maligni, religionis statui detrahentes, quibus bene dicitur.

✝ *Eunles*

a ¶ De Galilæa. b ¶ Non corporeo quam miserentis intuitu. c ¶ Pertinaciter lucris inhiantem.

a trânſiret inde Ieſus, b vidit hominem ſedẽ-
b tem in telonio, Matthæum nomine: & ait
c a ¶ Amodo. b ¶ Non lucra.
d illi: Seqůere mẽ. b Et ſurgẽs ſequutus eſt eum.
¶ Eius Matthæi.
e Et factum eſt diſcumbente eo in domo, ec-
a ¶ Qui publica veſtigalia exigunt, & conducunt, & qui lucra ſæculi, per negocia ſectantur.
f ce multi pûblicani & peccatores venientes
g ¶ Vt ab eo ſpiritualiter paſcantur.
diſcumbebant cum Ieſu & diſcipulis eius.
a ¶ Dupliciter errabant: quia & ſe iuſtos putabant cum ſint ſuperbi, & illos reos, cum iam pœniteant.
Et videntes Phârisæi dicebãt diſcipulis eius:
¶ Quot lex damnat.
h † Quare cum Publicanis & peccatoribus
i manducat magiſter veſter? At Ieſus audiẽs,
a ¶ Q Vos deſino, quia non egere vos putatis. b ¶ Qui gratiam non quærunt.
k ait: † Nôn eſt opus valentibus medicus, ſed
a ¶ Hos iuuo, quia pœnitendo dant locum gratiæ ſed ſi ſanari vultis, Bun. &c. b ¶ A temeritate vituperationis. c ¶ Diligentibus ſcripturas inquirite.
l mâle habẽtibus. Eũntes autem diſcitẽ, quid
a ¶ Teſtimonium de propheta. b ¶ Sine miſericordia. ¶ Sine compaſſione delinquentium.
eſt, † miſericordiam volo, & nõ ſacrificium.
a ¶ Miſericordiam ſequimini ſicut ego. b ¶ Falſo ſe ſe iuſtificãtes, dum in hoc ſunt. c ¶ Peccata attendentes.
m Nôn eĩm veni vocare iuſtos, ſed peccatorẽs.

1 Et ait illi ſequere me. *Matthæum autem talibus occupatum vocauit, vt de gratia Dei nullus deſperet quantuncunque fuerit in vilibus occupatus.*

2 Et ſurgens, &c. *ſine aliqua dilatione, quia ſicut poterat mouere aurem exterius verbo, ita etiam interius mentem inſpirando, Sicut enim paſſioni propinquus illos qui accipiendum ipſum venerant, ſolo verbo proſtrauit, dicens Ego ſum, vt habetur Ioh.18.a. ita ſolo verbo poterat quoſcunque ad ſe trahere: & in hoc apparet virtus diuinitatis in eo.*

3 Et factum eſt. in domo. *ſcilicet Matthæi.*

4 Ecce multi publicani. *Fuerant enim ſocij Matthæi, & ideo recedens ab eis & volens ſequi Chriſtum, fecit eis conuiuium, ſicut de Eliſæo legitur 3.Reg.19. quòd vocatus ab Elia, vt eum ſequeretur ſtauit par boum, & dedit ſocijs ſuis comedere: & ſic ſequutus eſt Eliam magiſtrum ſuum: & hoc modo faciunt qui recedentes à ſocijs faciunt prius eis cautum ſuum, vel ſecundum alios burdonem.*

5 Et videntes Phariſæi. *Hic ponitur reprehenſio contra iniuſtè murmurantes de prædictis, & primò contra Phariſæos, ſecundo, contra Iohannes diſcipulos, ibi: Tunc acceſſerũt. Circa primum ſciendum, quod quod Phariſæi in populo Iudæorũ reputabantur religioſi, vnde etiam in habitu ab alijs quodammodo diſtincti erant, vt videbitur inferius. Videntes igitur Chriſtum cum Publicanis & peccatoribus manducare, indigne ferebant & murmurabant dicentes diſcipulis eius.*

6 Quare cum publicanis, &c. *quaſi dicat vos eſtis fatui, qui talem magiſtrum ſequimini.*

7 At Ieſus audiens, &c. *Reſpondit eis primo per rationem, quia ſenſibiliter videmus, quod medicus familiarius ſe debet habere ad infirmum, qui eo indiget quàm ad ſanum. Cum ergo Chriſtus ſit verus medicus animarum, vt dicitur in Pſalmis: Miſit verbum ſuum & ſanauit eos. ideo familiariter ſe debuit habere ad peccatores, qui ſunt infirmi infirmitate ſpirituali. Secundo reſpondet per autoritatem quæ habetur Oſee.6.*

8 Euntes autem diſcite, &c. *quaſi dicat ite diligenter conſiderate illud quod ſcribitur Oſee 6.*

9 Quid eſt miſericordiam volo, & non ſacrificium. *quaſi dicat ſi hanc ſcripturam conſideretis inuenietis me facere ſecundum ipſam, propter quod concludit.*

10 Non enim veni vocare iuſtos. *licet aliquos iuſtos vocauerit ad augumentum gratiæ, vt Petrum, Andream, & conſimiles.*

11 Sed peccatores. *ſupple vocare ad pœnitentiam.*

☞ 1 Tunc

MORALITER.

8 *Euntes autem diſcite quid eſt, miſericordiam.* Opus enim magnæ miſericordiæ eſt peccatores ad pœnitentiam inducere, ad religionis habitum aſſumendo:

† *Tunc acceſſerunt ad eum diſcipuli Iohannis dicentes.* Per iſtos qui iactauerunt ſe de frequenti ieiunio ſignificantur hypocritæ dicentes cum Phariſæo, Luc.18.b. Ieiuno bis in ſabbato: quibus reſpondetur;

a *Vidit hominem.* Hîc probabilius videtur, quòd prætermiſſa memoret, cum 12. elegit ante ſermonem.

b *In telonio.* Telonos Græcè, Latinè vectigal. Matthæus Hebraicè, donatus, qui tantum munus gratiæ accepit: Leui additus vel aſſumptus, quia diuina electio eum aſſumpſit, & numero apoſtolorum addidit.

c *Matthæum.* Cæteri Euangeliſtæ propter verecundiam non appellant eum vulgo nomine, ſed Leui. Binomius enim fuit. Ipſe autem publicanum ſe nominat, ne quis à ſalute deſperet. Vocationem ſuam prætermiſſam hîc videtur recordari, quia Lucas dicit 12. apoſtolos in monte fuiſſe electos vbi ſermo ſupradictus fuit.

Luc.6.c. d *Surgens.* Beda. Lucas plenius dicit, relictis omnibus ſequutus eſt eum tam corpore quam mente. Non leuitate ductus, ſed veritate operum, & diuina potentia intus operante tractus Perfecta obedientia, & perfecta abrenunciatio, & lucra reliquit, cupidus ſequendi Chriſtum.

B † Mar.2.c. Luc.5.f. Luc.8.b. Ibid.7.c.

e *In domo.* Non dicit cuius, ſed Lucas exprimit: quia fecit ei conuiuium magnum Leui in domo ſua. Quod congruit. Qui enim Chriſtum intus recipit, paſcitur multis delectationibus. Itaque dominus ingreditur & in eius recũbit affectu. Ecce magna humilitas domini eundo ad peccatores. Etiam potentia doctrinæ conuerſione pœnitentium oſtenditur.

† 2.infra c. multi.

f *Ecce multi publicani.* Bonum præſagium: iam eius exemplo multi conuertuntur. Iam poſt ſe multos trahit, apoſtolus & doctor gentium futurus.

2.Par.8.b. Hieronimus. *Publicanis & peccatoribus.* Tertullianus dicit hos fuiſſe ethnicos, dicente ſcriptura: Non erit vectigal pendens ex Iſrael. q. Matthæus non fuiſſet Iudæus, & ille qui cum Phariſæo templum aſcendit, quod non faceret Gentilis. Et Lucas ait: Omnis populus audiens, & Publicani iuſtificauerunt Deum baptiſmo Iohannis baptizati. Dominus autem qui venit ad oues domus Iſrael, qui dixit: *Non eſt bonum ſumere panem fil. & mit. ca.* non conuiuatur cum ethnicis, cum id maximè caueret, ne legem ſoluere videretur, qui & diſcipulis præcepit. In viam gentium ne abieris.

Infra 15.c.

C

g *Peccatores venientes diſcumbebant.* Pœnitẽtes, exemplo Matthæi veniam ſperantes: vnde Marcus dicit hic, quia multi ſequebantur eum.

D Infra 10.a.

h *Quare cum Publicanis.* Omnis quæſtio ex lege, quæ eſt iuſticiæ tenax, miſericordiam non habet. Omnes enim declinauerũt. Sed eius auſteritatem miſſus filius Euangelij gratia temperauit. Prouocat ego ad pœnitentiam peccatores, cuius cibus & potus & ambulatio, & omnia quæ geſſit, ſaluti ſeruiunt.

Marc.2.c.

Pſal.13.a.

i *At Ieſus audiens ait.* Et ſuſceptos pœnitentes amplius in fide confortat, & ſuperbos ad humilitatis & pietatis gratiam prouocat.

k *Non eſt opus valentibus medicus, ſed male habentibus.* Medicus eſt Chriſtus. Valentes, qui ignorantes Dei iuſticiam, ſuam volunt aſtruere. Male habentes, qui conſcientia victi non ex lege, ſed ex gratia quærunt iuſtificari. Per matthæi & Publicanorum vocationem fides gentium exprimitur, qui prius lucris mundi inhiabant, & nunc ſpiritualiter cum domino reficiuntur. Per ſuperbiam Phariſæorum inuidia Iudæorum de ſalute gentium. Hi enim de ieiunio gloriantur, dum Publicani cum domino conuiuantur, quia qui legem ſequuntur, famem cordis patiuntur: ſed qui Dei verbum recipiunt, eſurire non poſſunt.

E

l *Eunies autem diſcite.* Tumentibus de falſa iuſticia conſilium correctionis dat, vt ſcilicet per opera miſericordiæ miſericordiam quærant, & non contemptis pauperum curis per ſacrificia Deum placere confidant. vnde & ſuum miſericordiæ exemplum dat. *Non enim.* Vnde tres parabole addũtur apud Lucam de Oue, & Drachma, & duobus filiis.

m *Non enim veni vocare iuſtos.* Nônne Nathanael & Petrum & Andream & alios iuſtos vocauit? Lucas apertius dicit: *Non enim veni vocare iuſtos, ſed peccatores in pœnitẽtiam.* Vocat ergo iuſtos, vt magis proficiant: peccatores, vt corrigantur. Vel non vocat iuſtos, dum iuſticiæ Dei non ſunt ſubiecti: ſed qui peccata confitentur. *Non enim veni vocare.* Lucas expreſſius dicit, in penitentiam: quia quos operibus iuſticiæ deditos inuenit, vt Nathanael, & Petrum & Andræam, non ad pœnitentiam præteritorum inuitat, ſed

F

☞

uitat, sed ad perfectum vitæ perfectioris vocat: illisverò ad pœnitentiam qui peccatis grauioribus inuoluti erãt. Vel non eos vocat qui iustos se reputant, quia & hi si conuertuntur, iam non iusti sibi videntur.

a *Discipuli autem tui nõ ieiunant.* Iohannes, Marcus & Lucas ita hoc narrant. q. alij aliqui de hoc quæsierint. Vnde sciendum hoc à pluribus esse quæsitum. Tribus de causis reprehẽdendi sunt discipuli Iohannis, quia de ieiunio se iactant, & quia calumniantur quem sciebant à magistro esse prædicatum: & iunguntur Phasæis quos magister eorum condemnauerat. Spiritualiter discipuli Iohannis & Pharisæorum ieiunant, quia qui opera legis vel traditionem hominum sequitur, vel qui etiam vocem Christi tantum aure percipit, abstinens à bonis, ieiuno corde tabescit. Sed qui Christo adhæret, reficitur. Iohannes vinum & siceram non bibit, quia abstinentia meritum auget, cui nulla est potentia naturæ. Dominus autem qui peccata potest condonare, cur à peccatoribus declinaret, quos abstinentibus poterat facere iustiores? Ieiunauit & Christus, ne præceptum delines. Manducat cum peccatoribus, vt gratiam & potestatem intelligas.

b *Nunquid possunt.* Quasi dicat. Facturi estis, vt lugentes ieiunent, quia estis sponsum occisuri. *Nunquid possunt.* De vtroque luctu vel ieiunio, quod est in tribulatione vel gaudio respondet. Cum ablatus erit sponsus, tunc erunt in mœrore & luctu, donec per spiritumsanctum consolatio tribuatur. Quo dono percepto, ieiunium, quod fit per leticiam iam renouati in vitam spiritualem, celebrabunt: nec solum à cibis, sed ab omnibus terrenis.

c *Lugere quamdiu cum illis est sponsus.* Hoc verbo exprimit illud ieiunium quod pertinet ad humilitatẽ tribulationis, illud alterum quod pertinet ad gaudium mentis ad spiritualia suspensæ, & ideo à cibis corporeis alienatæ. sequentibus similitudinibus de panno nouo signat, ostendens quod carnalibus, & ob hoc veterem sensum adhuc trahentibus hoc genus ieiunij non cõgruat, quia dum ita carnales sunt, perfectionem nouæ vitæ habere non possunt. Quod hîc ait lugere, Marcus & Lucas dicunt ieiunare. vnde & ipse: Postea ieiunabunt, non lugebunt.

Sermo.31. ✠ Petrvs Chrysologvs. Interrogatus Iohannes, sponsum esse sic restatus est Christum. Qui habet sponsam sponsus est: amicus autem sponsi, qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Conuenienter ergo discipulis Iohãnis magistri sui voci respondit: vt vel illi crederent, & nõ cogerent tempore sponsi læta tristis intrare ieiunij: quia qui quærit sponsam, ieiunia seponit, relinquit austera, totum se dat gaudiis, epulis indulget, totus blandus totus amabilis incedit, & facit totum quod sponsæ tenera requirit affectio. Christus ergo qui tunc ecclesiam desponsabat, indulgebat mensis, conuiuantibus se non negagabat, donec diuinis humana coniungeret.

d *Et tunc ieiunabunt.* Luctus de absentia sponsi, nec ante incarnationem defuit in patribus, nec post passionem, nisi quamdiu in carne cũ discipulis conuersatus est.

Allegorice. Quamdiu nobiscum est lætamur, cum propter peccata recedit, tunc indicendus est ieiunij luctus.

✠ Tertvllianvs. Certè in Euangeliis illos dies ieiuniis determinatos petãt (Montani) in quibus ablatus est sponsus: & hos esse iam solos legitimos ieiuniorum Christianorum abolitis legalibus & propheticis vetustatibus.

e *Ieiunabunt.* A mundi amore, non solum à cibis. Spirituale enim ieiunium cum sit pars vitæ nouæ, nondum eis conuenit, qui per alia dediti sunt veteri vitæ.

f *Nemo autem.* q.d. carnales nondum fide passionis & resurrectionis solidati, non possunt seueriora continentiæ præcepta sustinere, ne per austeritatem etiam fidem perdant. Sunt ergo discipuli quasi vetus vestis cui inconuenienter nouus pannus assuitur, id est, aliqua pars doctrinæ quæ ad nouæ vitæ temperãtiam pertinet: quia si hoc fiat, ipsa doctrina quodãmodo scinditur, cuius pars de ieiunio ciborum importunè traditur, cum illa doceat generale ieiunium ab omnibus voluptatibus, cuius pannum, id est, partem quæ ad cibos pertinet, dicit non oportere hominibus adhuc veteri vsui deditis impertiri, quia & illinc videtur. q. concisio fieri, & ipsi vetustati non conuenit.

✠ Petrvs Chrysologvs. Antequam legis supelectilem dicit Iudiacis studiis attritam, corruptis sensibus, sectis scissam, puris actibus obsoletam. Pannum rudem Euangelij nuncupat indumentum. Sed audi pannum non scissuræ partem, sed principium texturæ. Tunc enim primum regalis indumenti tela de Christi vellere texebatur, de vellere quod dabat Agnus Dei qui tollit peccata mundi. Sermo.31.

g *Tollit enim* id est, perfectio nouæ vitæ quæ vna est diuiditur, & veteri fides quam habet aufertur, cui perfectio nouæ debebatur.

☞ Neque

* ad pœnitentiam.

† Mar.2.c.

Discipuli Ioh. triplici ratione reprehendedi sunt.

† thalami nuptialis.

Luc.5.b.

† assumentum.

Aduersus psycchico; Cõtra mõtanũ qui ex hoc loco post Pentecosté quadragesimã instituit

† impexi, impoliti

† plenitudo, supplementum.

* a Tunc accesserũt ad eum discipuli Iohannis dicentes: † Quare nos & Pharisæi ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant? Et ait illis Iesus: Nũnquid possunt b filij † sponsi lugere, quamdiu cum illis est sponsus. Veniẽt autem dies, cùm auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt. Nemo autem immittit † commissurã panni † rudis in vestimẽtum vetus: Tollit enim † plenitudinem eius à vestimento & peior scissura fit.

1 a ¶ Superba interrogatio, & plena de supercilio Pharisæorum.
2 3 a ¶ Aufert ieiunium tristiciæ à discipulis propter præsentiam suam. b ¶ Id est, domini.
4 ¶ Apostoli. ¶ Quos de ecclesia genuit. a ¶ Christi. b ¶ Ieiunio affligi, dum eos oportet de sponsi præsentia gratulari: Spirituali enim ieiunio nondum sunt apti, donec me assumpto spiritusancto sint confirmati.
5 a ¶ Tempore passionis.
6 ¶ Non solum à cibis.
7 8 9 a ¶ Si autem hoc solum eis importune traditur quibus ptæualet. vetus consuetudo, cito quod habent auferetur.
10 11 ¶ Veteri scilicet.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Tunc accesserunt. *Hic reprehendit Iohannis discipulos: & primo ponitur eorum interrogatio maligna: secundo. Christi responsio benigna, ibi: Et ait illis Iesus. Circa primum notandum, quòd discipuli Iohannis in tribus deficiebant: primo quia de sua abstinentia se iactabant dicentes.*

Discipuli Ioh. in tribus deficiebant.

2 Quare nos & Pharisæi ieiunamus frequẽter. *quia talia sunt fienda in secreto, vt supra dictum est. cap.6.c.* Tu autem cum ieiunas, &c. *Secundo, quia phariſæis se coniungebant dicentes: Nos & Pharisæi. quia audierãt Iohan. magistrũ suum Pharisæos redarguentem, & dicentem supra cap.3.d. Progenies viperarum, quis demonstrabit vobis fugere à ventura ira? Tertio quia Christum arguebant ex defectu abstinentiæ in discipulis dicentes.*

3 Discipuli autem tui, &c. *Defectum enim discipulorum retorquebant in magistrum, de quo tamen audierant Iohannem dicentem:* Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, *Iohan.1.d.*

4 Et ait illis Iesus. *Hic ponitur Christi responsio, in qua ostendit, quòd ieiunium corporale non competebat suis discipulis pro illo tempore: quia duplex est ieiunium. Quoddam quod ordinatur ad carnis refrenationem, & ad contemplationem disponit: & istud non competebat discipulis Christi, quando erat cum eis corporaliter: & hoc est quod dicit:*

5 Nunquid possunt filij sponsi. *id est, Christi qui est sponsus ecclesiæ.* Lugere, &c. *Sequitur:*

6 Venient autem dies, &c. *quantum ad præsentiam corporalem, scilicet in passione & ascensione in cælum.*

7 Et tunc ieiunabunt. *q.d. tunc competet eis tale ieiunium. Aliud est ieiunium quod ex plenitudine & perfectione cõtemplationis procedit, quale fuit Moysi ieiunium in monte: quanto enim anima est in contemplatione magis eleuata, tanto est pauciori alimento contenta. vnde & 10 ethicorum dicit Philosophus, quòd felix contemplatiuus est paucissimis contentus. Et tale ieiunium nõ competebat discipulis, quia adhuc erant rudes & imperfecti, sed prius debuerunt per charitatem spiritussancti innouari, quod factum est die Pentecostes, quãdo fuerunt per gratiam sanctispiritus innouati, & tunc debuerunt incipere nouum modum viuendi: & hoc est quod dicit Saluator per duplex exemplum: Primum ponitur hîc.*

8 Nemo autem immmittit. *id est. iunctura seu supplementum.*

9 Panni rudis. *scilicet noui, quia in nouitate est spissior.*

10 In vestimentum vetus. *quia hoc causat deformitatem seu pulchritudinem à vestimento.*

11 Et peior. *quia propter deformitatem non coniungitur solide*

✠ 1 *cumvele*

MORALITER.

✠ 5 *Nunquid possunt &c.* q.d. Non. Isti filij sunt de nouo per batismum ex ecclesia & Christo generati, & istis non sunt ieiunia imponenda: quia sicut dicitur Gal.5.d. *fructus spiritus est charitas, gaudium, pax, &c.* sed cum auferetur ab eis sponsus per mortale peccatum, tunc ieiunandum est eis per pœnitentiæ effectum.

8 *Nemo autem immittit commissuram* hîc dicitur nouus pannus rudis. Per quem & per vinum significatur nouitas sacramẽtorum, ecclesiasticorum, quæ non sunt administranda hominibus in vetustate peccatorum manentibus.

✠ *Hæc illo*

a *Neque mittunt.* Eosdem discipulos veteribus vtribus comparat, quos nouo vino.i. spiritualibus præceptis facilius dirumpi, quam id posse continere dicit. Sed post ascensionem accepto spiritu facti sunt vtres noui. Aliter: Vtres veteres sunt Scribæ & Pharisæi. Pannus nouus,& vinum nouum, præcepta euangelij. quæ non possunt sustinere Iudæi, ne maior fiat scissura, cum quibus Galathæ præcepta legis miscebant, vt vtres veteres vinum nouum mittentes. Conueniunt autem hæc præcepta euangelica apostolis, non his qui traditionib. maiorem deprauati sinceritatẽ præceptorum Christi nequeunt custodire.

Distat inter nouum vinum & vestimentum. Vino intus reficimur, veste foris tegimur. Vestis ergo sunt bona opera, quæ foris quibus coram hominibus lucemus. Vinum, feruor fidei, spei & charitatis, quo in conspectu in nouitate sensus int° reformamur.

✠ Avgvstinvs. Ascitæ ab vtre appellari sunt, Abxos enim græcè, latinè vter dicitur, quem perhibentur inflatum & opertum circumire bacchantes, tanquam ipsi sint euangelici vtres noui nouo vino repleti: ac si verò Christus ebrietatem, & Mœnadum bacchantumq; choreas hac sententia suis commendaret.

b *Ecce princeps vnus accessit.* Marcus & Lucas dicunt archisynagogum nomine Iairum & filiam non mortuam sed morti proximam. Sed Matthæus causa breuitatis dicit rogasse, quod constat factum esse: nec attendit verba patris, sed quod cogitauit & voluit. Ita enim desperabat, vt potius velle reuiuiscere, quam nõ putabat viuam inueniri posse. Vtrumque enim petitum est, vt vel morientem saluaret, vel mortuam suscitaret. *Ecce princeps.* Archisynagogus, Moysen significat. Dicitur Iarius id est illuminans vel illuminatus: quia accepit verba vitæ dare nobis.

Videns dominum in carne venturum, cadit ad pedes eius dicens: Quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. Pro filia rogat, id est pro synagoga, quæ sola lege instructa vnica ei erat. quæ lege & prophetis educata, postquam filios Deo generare debuit spirituales, erroribus languens, in peccatis moritur. Prius pro ea patres rogauerunt, tamẽ magna fides gentium prius impetrauit. Synagoga in ciuitate legis, vt in domo in qua vnius Dei cultus est, moritur & suscitatur. Hæc non in domo, neq; in vrbe, à qua per legem excludebatur, sed in itinere domino sanatur. Vnde & apostoli: *Vobis oportebat primùm prædicari verbum Dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos iudicatis eos ad gentes.* Secundum Marcum & Lucam, mulier omnem substãtiam in medicos erogauit, nec curari potuit: quia quantò magis gentilitas vires naturalis industriæ ad philosophos expendit, qui rectè viuendi præcepta hominib. se dare promittebant, tantò minus poterat à sordibus liberari: sed vbi cælestem medicum cognouit adesse, cœpit remedium sperare & querere.

✠ Chrysostomvs. Opus eam sermonibus adiungitur, & Pharisæi magis confunduntur. Nam & qui accessit, synagogę princeps erat, & luctu magno premebatur.

c *Mulier quæ.* Salutem Iudæis paratam, spe certa præripuit gentilitas.

d *Duodecim annis.* Duodecim annis fluxit, sicut & illa filia creuerat duodenis: quia ex quo synagoga cœpit Deo famulari, cœpit gentilitas idololatria & peccato pollui.

e *Accessit.* Credidit, dixit, quia his tribus fide & opere omnis salus acquiritur.

a ¶ Nouæ vitæ mysteria non sunt committenda mentibus nondum innouatis.
a sura fit. Neque mittunt vinum nouum[a] in v- 1
a ¶ Quod si fit, nec rudes mentes hoc pati possunt.
tres veteres: Alioquin rumpuntur[a] vtres, &
a ¶ Ipsa. doctrina nihil prodest. b ¶ Ipsæ mentes pondere præceptorum suffocantur.
vinum effunditur[a]? & vtres[b] pereunt. Sed vi-
a ¶ Noua mysteria mentibus innouatis committuntur. b ¶ Doctrina memoriæ traditur, & mens non est sine fructu.
num nouum[a] in vtres nouos mittunt & ambo[b] 2
conseruantur. † Hæc illo loquente ad 2
b eos, ecce princeps vnus accessit, & ado- 3
rabat eum, dicens: Domine filia mea mo- 4
¶ Incarnatus. a ¶ Misericordiæ vel potentiæ. 5
do defuncta est: sed veni, impone manum[a]
a ¶ Ad deuotionem patrum respiciens, Iudæis prius verbum vitæ per se & per apostolos prædicauit.
tuam super eam, & viuet. Et surgens Ie- 6
sus sequebatur eum, & discipuli eius. † Et ec-
a ¶ Ecclesia gentium.
b ¶ Carnalium delectationum.
c ce mulier quæ sanguinis[b] fluxum patiebatur 7
a ¶ Superabundans vitiis. b ¶ Fide.
c ¶ Post ascensionem. ¶ Quia eum sequitur.
d ¶ Manu fidei.
d duodecim annis, accessit[c] retro, & tetigit[d] 8
e 9

† Mar. 5. c. Luc. 8. f.

li. de hæresib. hære. 62

Mar. 5. c. Luc. 8. f.

Act. 13. g.

Mar. 5. c. Luc. 8. f.

† 5. dist. c. ad eus. de pæn. d. 3. c. inter hæc hircũ. inf.

Hom. 32. operis imperf.

NICOLAVS DE LYRA

✠ C *cum veteri panno: & sic de facili causatur ruptura maior in veteri. Secundum exemplum ponit ad hæc d.*

1 Neque mittunt. *quia tunc est in ebullitione: cætera patent. Et his vult concludere, quòd ea quæ sunt perfectionis magnæ, non sunt imponenda hominibus, donec spoliati fuerint veteri vita.*

2 Hæc illo. *Hic ponuntur quædam miracula ad discipulorum confirmationem. Et diuiditur in duas partes, quia primò narrat ad hæc*

Diuisio *quædam miracula in speciali, secundò, multa concludit in generali, ibi:* Et circumibat. *Prima in tres, secundum tria miracula quæ narrat. secunda ibi:* Et transeunte, *tertia ibi.* Egressis autem illis. *Prima in tres, quia primò incipit narare primum miraculum, secundò interponit quoddam aliud in medio factum, ibi:* Ecce mulier. *tertio reuertitur ad primum, ibi:* Et cum venisset. *Primum autem miraculum fuit de suscitatione cuiusdam puellæ defunctæ: & hoc incipit narrare dicẽs:* Hæc illo, &c. *hoc est ad Iohannis discipulos, reprehendendo eos, vt patet ex præcedentibus.*

3 Ecce princeps. *Qualis autem fuit princeps iste, non exprimitur hic, sed habetur Mar. 5. & Luc. 8. vbi dicitur, quòd erat princeps synagogæ. Iudæi enim habebant tantum vnum templum, vbi poterant offerre & immolare scilicet in Ierusalẽ: sed in aliis ciuitatibus & villis habebant loca determinata, in quibus conueniebat populus ad orandum & audiendum verbum Dei, & tractandum de his quæ pertinebant ad communem vtilitatem populi: & ille qui præerat cuius autoritate congregatio fiebat, dicebatur princeps synagogæ: talis erat iste qui accessit ad Iesum.*

4 Et adorabat eum. *faciendo scilicet sibi reuerentiam debitam dicens.*

5 Dom

5 Domine filia. *Marcus autem dicit, quòd dixit eam esse in extremis. Lucas autem quòd moriebatur: & hoc est verum quando pater* F *recessit ab ea, & venit ad Iesum: sed antequam Iesus veniret ad domum patris eius, filia mortua est: propter quod nuncij superuenerunt de domo. qui dixerunt: Noli vexare magistrum, quia defuncta est filia tua, credentes quòd Christus non posset suscitare eam à mortuis, licet posset eam sanare. Matthæus igitur ista omittit, vt breuius scribat, & accipit patris verbum ab illo tempore quo recipit nuncium: quia assecuratus per Christum dicentem sibi: Confide. vt dicit Marcus: credidit ipsam suscitandam per ipsum.*

6 Et surgens Iesus. *pergens scilicet ad domum eius propter fidei suæ meritum.*

7 Et ecce mulier. *Hic interponitur miraculum de sanatione mulieris emorroissæ, quod fecit Christus in via eundi ad suscitationem puellæ. Quod fecit Christus duplici de causa. Prima fuit, vt ostenderet nobis, quòd non solum in termino, sed in via debemus bonis operibus occupari. Secunda fuit, vt per miraculum factum in via archisynagogus hoc videns certificaretur de suscitatione filiæ suæ in termino: Dicit igitur euangelista.* Et ecce mulier, quæ fluxum, &c. *Hoc exprimitur vt ostendat infirmitatis prolixitatem, & curationis difficultatem.*

8 Accessit retro. *Christus enim erat in turba magna, vt dicunt Marcus & lucas: & ideo non poterat de facili habere accessum ad eum.*

9 Et tetigit fimbriam vestimenti eius. *Christus enim portabat vestimentum suum ad modum Iudæorum. Ad cuius euidentiam sciendum, quòd populus Iudaicus de quo Christus erat nasciturus secundum carnem, debebat pollere, quadam sanctitate speciali*

✠ *præ aliis*

MORALITER.

✠ 2 *Hæc illo loquente.* Princeps iste fuit archisycagogus. per quem significatur archiepiscopus: cuius filia dicitur quælibet suffraganeorum suorum ecclesia: quæ tunc moritur quando errore aliquo liquo in fide vel moribus deprauatur, & tunc archiepiscopus debet erga Deum quantum potest pro suscitatione eius laborare.

7 *Et ecce.* Hæc mulier gentilitatem significat, quæ fœdata fuit effusione sanguinis martyrum temporib. duodecim imperatorum

✠ quorum

a *Si tetigero.* Fimbriam non vestem. Quia non vidit in carne dominum, sed suscepit per apostolos in carnationis verbum. Beatus qui vel extremam partem verbi fide tangit.

✠ HILARIVS. Est autem in simplici intelligentia magna virtutis dominicæ admiratio, cum potestas intra corpus manens rebus caducis efficientiam adderet sanitatis, & vsque in fimbriam operatio diuina procederet. Non enim diuisibilis & comprehensibilis erat Deus, vt corporea re clauderetur.

Hom.32.in Math. ✠ CHRYSOSTOMVS. Nõ apertè sed occultè cum fide vestem ipsius tetigit. Cum fide, dixi: quoniam non dixit, liberabor me ab hac ægritudine, si vestem eius tetigero, an non? Sed non dubitans, sanitatem se ab eiusmodi tactu consecuturam, accessit.

lib.5. ✠ OPTATVS. Videns à filio Dei tantas celebrari virtutes, processit in turbam: videt & modicum, videt & populum: cogebat illam dolor vt medicinam peteret, pudor impediebat ne causam coram masculis indicaret: inuenit consilium tacita fides. Mittam inquit, manum meã & tangam fimbriam vestimenti huius, & sana fiam.

lib.4. in Leuiticum. ✠ CYRILLVS ALEXAND. Sacrificium vnũ & perfectum immolatus est Christus. Huius sacrificij carnem si quis tetigerit continuò sanctificabitur, si immundus est. sanabitur, si in plaga est. Sic deniq; intellexeritis illa quæ pro fluuium sanguinis patebatur: quia ipse esset caro sacrificij, & caro sancta sanctorum: idcirco accessit ad ipsa. Ipsa quidem carnem sanctam contingere non audet: nondum enim mundata fuerat, neque quæ perfecta sunt, apprehenderet: sed fimbriam tetigit vestimenti, quo sancta caro tetigebatur: & fideli tactu virtutem elicuit ex carne, quæ se ab immunditia sanctificaret, & plagam quam patiebatur, sanaret.

lib.7. Histo riæ c.14. ✠ EVSEBIVS CÆSARIEN. Antè fores huius mulieris, accepimus æream huius imaginem in genu inclinatam, & passis antè manibus supplicanti similem conspici. E regione autem illius alteram ex eadem materia viri rectam effigiem stare, decorè diploidem indutam, manumque suam illi protendentem. Huius ad pedes peregrinum. quoddam herbæ genus nascitur, quod cum ad diploidis oram ascenderit, omnium morborum medicamentum existit: quam quidem statuam Domini Iesu imaginem dicũt exprimere. Mansit autem ad nostram ætatem.

b *Confide filia.* Credidit vtique quæ petiit, sed inculcat robur & perseuerantiam fide.

c *Vidisset.* Tibicines sunt carmen lugubre canentes.

Hi sunt magistri mœrore suo subditos demulcẽtes, & turbam Iudæorum aduersus doctrinam Christi calcitrantium.

d *Et turbam.* Quia synagoga lætitiam dominicæ inhabitationis pro infidelitate amisit. q. inter flentes & eiulantes mortua iacet. Solum iudicium patebat, cum expulit gentes dicens. Non sum missus, nisi ad oues quæ perierunt. Non quòd sine misericordia esset Deus, vel eius iudicium, sed post patuit in susceptione. †. Marc.5.c inf. 15. cap.

✠ CHRYSOSTOMVS. Christus tibias vniuersas proiecit, parentes autem puellæ intro duxit, ne posset dici, quod aliter curauit, sed & ante resuscitationem puellæ, sermone spẽm erigit. Vnde dicebat, *Recedite, non est enim mortua puella, sed dormit* Hom.32.in Math.

e *Non est.* Vobis mortua est: Deo autem qui suscitare potest dormit, tam in anima quàm corpore.

f *Et deridebant eum.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Quoniam solent homines facta præteritaque signa credere, suis ipsorum verbis & risu eos præoccupat: quod & in lazaro fecit, cum dixit, vbi posuistis eum. vbi supra.

g *Et cum eiecta esset.* id est cum reprobati essent irrisores, intrauit in electorum mentes,

MORALITER. Turba curarum eiicienda est, vt anima resurgat. Secundum Lucam eiecta turba nullus adhibetur, nisi Petrus Iacobus & Iohannes, & pater & mater puellæ: quia blasphemis & irrisoribus non sunt reuelanda mysteria: sed fidelib. qui honorent. Vnde alibi: *Iustificata est sapientia à filiis suis.* Luc.8.g. Luc.7.c

h *Et tenuit manum.* Nisi prius manus Iudæorũ quæ sanguine plene sunt, mundatæ sint à morte, non resurgunt. Tenuit manum leprosam Moysi, per quod carnalia opera spiritualiter intelligi fecit. MORALITER. Puella signat peccati delectationem

☞ adhuc

a ¶ Corde credebat ad iustitiam.

fimbriam vestimenti eius. Dicẽbat enim 1

a ¶ Si suscepero fidem incarnationis eius.

a intra se. Si tẽtigero tantum vestimentum 2

a ¶ Ab omni iniquitate mundabor. b ¶ A iudicio ad misericordiam.
c ¶ Quia quos præsciuit & prædestinauit, hos & vocauit.

eius, saluã ero. At Iesus conuersus & vidẽns 3

a ¶ Habe spem. a ¶ Ideo filia quia Fides tua.

b eam, dixit: Confide filia. † Fides tua te sal- 4

a ¶ Iam in eo quòd credidisti. ¶ b Ex illa hora dominici aduentus cæpit habere salutem.

uam fecit. Et salua facta est mulier ex illa

¶ Assumptis electis gentium. fides Christi prædicatur in populo Iudæorum.

hora. Et cum veniisset Iesus in domum prin- 5

c cipis, & vidisset tibicines & turbam tumul- 6

d a ¶ Dimitte persuasiones: quia quidquid mentiamini de Christo, electio salua erit.

e tuantem, dicebat: Recedite, non est enim 7 8

a ¶ Non fornicata est post deos alienos. b ¶ Quia Deo viuunt omnia.
c ¶ Quod faciunt Iudæi assensum dare nolentes veritati.

f mortua puella, sed dormit: & deridebãt eũ. 9 10

g Et cum eiecta esset turba, intrauit & tenuit 11

h 12

NICOLAVS DE LYRA

✠ C *præ aliis populis, & ab eis distingui: & ideo data est eis circuncisio, vt quoddam signum distinctiuum in carne. Similiter data est eis lex, vt haberent quendam specialem modum viuendi. Similiter præceptum fuit eis in habitu distingui, vt patet Nume. 15.d. Loquere de filiis Israel, vt faciant sibi fimbrias per quatuor angulos palliorum, ponentes in eis vittas hyacinthinas. Vittæ enim hyacinthinæ quæ erant cælestis coloris designabant: quòd debebant habere conuersationem eminentem præceteris, secundum quod Paulus dicit ad Phil.3. Nostra autem conuersatio in cælis est: vnde sequitur ibidem Nume, 15.d. Vt recordentur mandatorum Dei, & sint sancti domino Deo suo. Talem ergo vestem portabat Christus, sicut & alia legalia obseruauit vsque ad passionem: & ideo mulier tetigit fimbriam, quia illud quod est in angulo pallij quod est à parte posteriori, facilius potest attingi.*

1 Dicebat enim. *s. credendo.*

2 Si tetigero. *non quia vestimenta habeant aliquam virtutem sanandi, sed quia per hoc declaratur virtus illorum quorum sunt vestimenta.*

3 At Iesus. *approbans ipsius fidem.*

4 Dixit: Confide. *patet litera.*

5 Et cum veniisset. *hic reuertitur ad narrandum miraculum primò propositum de suscitatione puellæ dicens:* Et cum veniisset, &c. *Diuersæ meldæ excitant diuersas passiones in homine: Aliquæ enim excitant audaciam, sicut patet in bellicis tubis: & aliquæ deuotionem, vt patet in canticis ecclesiasticis: & aliquæ lætitiam, sicut patet in diuersis instrumentis musicis: & aliæ excitant fletum & lamentationem: & talibus vtebantur antiquitus in sepulturis magnarum personarum, vt prouocaretur multitudo ad fletum: Et tales dicuntur hic tibicines, carmen. s. lugubre cantantes.* F

6 Et turbam tumultuantem. *id est, lachrymantem & eiulantem: & illud vocatur tumultus, quia causat sonum confusum. Sequitur.*

7 Non est mortua puella. *quia licet esset mortua secundum viam naturæ, tamen non erat mortua illi qui poterat eam suscitare.*

8 Sed dormit. *Quod dicit, quia poterat eam ita faciliter suscitare, sicut homo potest alium hominem à somno exitare.*

9 Et deridebant eum. *credentes, quòd loqueretur ex ignorantia: quia sciebant eam mortuam.*

10 Et cum eiecta. *Ex quo enim erant increduli, non erant digni videre miraculum: quia scriptum est supra 7.c. Nolite sanctum dare canibus.*

11 Intrauit. *cum Petro & Iohanne, & patre & matre puellæ, vt expressius dicitur Marc.5. ad hoc vt isti essent testes miraculi.*

12 Et tenuit. *per tactum enim curabat, vt ostenderet, quòd illa humanitas erat instrumentum diuinitatis miracula facientis, vt dictum est supra.*

✠ 1 Et sur

MORALITER.

quorum Nero fuit primus qui persequutionem primam mouit contra ecclesiam. Hæc autem mulier fimbriam vestimenti Christi tetigit, quando Constantinus fidem incarnationis credidit, & alij alij gentiles eius exemplo. Humanitas enim vestimentum diuinitatis est in Christo, de quo dicitur Philippen. 2.a. In similitudinem hominum factus est, & ha. inuentus, vt homo. Et tunc à fluxu sanguinis sanata fuit, quia fundere sanguinem catholicum cessauit.

✠ *Et trac*

adhuc corde tectam, nondum o-
A pere perpetratam: cuius facilem
& dixit puella surge. correctionem dominus ostendit dicendo puellæ. *Surge* Nam in aliis duobus quos suscitauit, aliquam videtur fecisse morã. Vel
Luc.7.c. Ioh.11.c. in dicendo vel in expectando, vt: *Iuuenis tibi dico surge.* Pro Lazaro fremuit spiritu, turbauit se, fleuit, clamauit. Pro quo sunt de
† inf.20.d. uotæ sorores. i. sollicitæ cogitationes. Puella iam in domo paucis arbitris surgit, & eis vt nemini manifestent præcipitur. Iuuenis extra portam multa turba comitante. Lazarus quoque corã multis, quia publica noxa publico eget remedio, leuis leuiori, & secreta potest deleri pœnitẽtia.

a *Transeunte.* i. de domo principis in suam domum. Domus principis synagoga est, sua domus cælestis Ierusalem.

B b *Duo cæci, &c* Duo cæci, duo populi inscij, donec Christum cœperunt sequi.

Hæc de duobus cæcis, & de muto dæmoniaco sol⁹ Matthęus ponit. Illi autem duo cęci, de quibus alij narrant, non sunt isti: sed simile factum est: Ita vt si Mat-
† diuulgauerunt famam eius. † De pe.di 3.c. sũt plures. † Mar.7.d. thæus non illius etiam facti meminisset, posset putari quod nũc dicit dictum fuisse de illis. Sed scire debemus quædam facta esse similia: quod probatur cum idem Euangelista vtraque commemorat, vt si quando talia singula apud

a ¶ Non enim digni erant videre, quod non credebant.

manum eius, & dixit: Puella surgẽ. Et sur- 1
a ¶ De morte infidelitatis. b ¶ Quia in omnem terram exiuit sonus eorum.
rexit puella, & exiit fama hæc in vniuersam
¶ Transire volente de mundo ad patrem.
a terram illam. Et transeunte inde Iesu sequu- 2
a ¶ Secundum humanitatem assumptam. b ¶ Aliqui ex Iudæis & gentibus 3
qui fuerant, sine lumine veritatis.
b ti sunt cum duo cęci clamantes, & dicentes:
a ¶ Quem veram credimus assumpsisse carnem,
† Miserere nostri fili Dauid. Cum autem
a ¶ Cum cælos ascendisset. b ¶ Domus in qua cæcos illuminauit sancta ecclesia est. c ¶ In vnitatem fidei conuenerunt.
venisset domum, accesserunt ad eum cæci,
a ¶ Fidem confessio promat. ¶ Non quasi nescius interrogat, sed vt fides orando impetret quod ipse vult dare.
c & dicit eis Iesus: Creditis, quia hoc possum 4
facere vobis? Dicunt ei: Vtique domine.
¶ Confessio oris tactum meretur pietatis.
Tunc tetigit oculos eorum dicens: Secun-
a ¶ Id est sicut fides illuminat mentem, ita oculis restituat lucem. ¶ Non tamen in itinere sanati sunt, sed postquam venit domum id est cælos ascendit.
dum fidem vestrã fiat vobis. Et aperti sunt
oculi eorum. Et comminatus est illis Iesus,
¶ Exemplum fugiendæ iactantiæ.
dicens: Videte ne quis sciat. Illi autẽ exeun- 5
a ¶ Propter memoriam gratiæ, non possunt tacere. ¶ Nota aliquod iustum inter se esse contrarium.
tes † diffamauerunt eum in tota terra illa.
a ¶ Prædicatores.
d † Egressis autem illis, ecce obtulerunt ei ho- 6
a ¶ A confessione fidei. b ¶ Idololatriæ deditum. c ¶ Ablata idololatria. 7
minẽ mutum dęmonium habentẽ: & eiecto 8
¶ Confessus est Christum. 9
dæmonio loquutus est mutus, & miratæ 10

ta idololatria confessus est Christum.

la apud singulos inuenerimus, at D
que in eis contrarium, quod solui non possit occurrat: non esse hoc idem factum, sed aliud simile.

✠ Chrysostomvs. Quare clamantes eos sequi permisit? Docet scilicet ambitionem esse fugiendam, & inanem hanc gloriam non conquirendam. Nam cum propè domum esset, distulit curationem eorum, vt occultius ibi curaret: ac ideò etiam nulli hac de re quidpiam dicere præcepit. Hom.33. in Math.

c *Creditis quia hoc possum, &c.* vbi supra.

✠ Idem. Si misericordia sola saluos faciebat, cur omnes saluos non facit? Habet enim ipsa misericordia quandam rationẽ, quoniam in eorum fide qui saluantur, radices agere solet. Nec his de causis tantummodò fidẽ E
ab eis petit, verum etiam quoniam filium Dauid eum appellabant, ad altius reducere volens, vt dignam de ipso existimationem rectumque iudicium facerent, interrogauit, creditis. &c. Non dixit, quoniam possum precibus id à patre meo impetrare: sed quoniam possum hoc facere.

d *Hominem.* Significat gentilem populum. vel omne genus hominem, quo ducto per prædicationem ad Christum, & ablaRaboth

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et surrexit. *ad vitam perfectè restituta.*

2 Et transeunte. *Hic ponitur secundum miraculum principale in illuminatione cæcorum.*

Vulgata fama inter Iudæos fuit Christũ futurũ filium Dauid. 3 Sequuti sunt. *Vocabant autem eum filium Dauid, Vulgata enim fama erat apud Iudæos, quòd Christus nasciturus erat de semine Dauid secundum carnem: & ideo quia credebant firmiter ipsum esse Christum promissum ipsi Dauid, ideo vocant eum sic filium Dauid. Sequitur.*

C 4 Creditis. *Non quærit hoc quasi ignorans eorum fidem: quia omnia sciebat per certitudinem, sed vt confessio exterior addatur fidei interiori, & sic sint digniores illuminari. quia secundum quòd scribitur ad Ro 10.b.* Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem. *Sequitur.*

Christi præceptum non seruãtes sanè peccauerunt. 5 Illi autem. *id est publicè nunciauerunt. Sed quæritur, quomodo fecerunt contrarium eius quod dixerat eis: Quia aut Christus voluit fieri illud quod dixit eis aut non: Si noluit. sequitur quòd fecerint contra præceptum eius, & sic peccauerunt: quod non videtur: quia non fuissent digni sanatione: Si autem voluit, sequitur quòd Christus mẽdax vel duplex in verbis fuit, quod est impossibile. Sciendum quòd in*

Duplex voluntas in Christo. *Christo ponitur duplex voluntas, sicut & natura, vna diuina, & est duplex, vna signi & altera beneplaciti. Voluntas enim beneplaciti est est qua vult aliquid simpliciter & absolutè: & sic Christus voluit miraculum publicari: quia contra voluntatem beneplaciti nihil fit, sed bene fit contra voluntatem signi. Alia fuit in Christo voluntas humana: & sic Christus quodammodo voluit, & quodammodo noluit miraculum publicari, quia voluit publicari ad Dei gloriam. Noluit autem hoc, vt ostenderet humanam laudem esse fugiendam: sicut etiam sunt aliqua quæ sunt partim voluntaria & partim inuoluntaria, vt dicitur 3. ethicorum: sicut ille qui proiicit merces in mari, vult & nõ vult proiicere diuersis respectibus: quia non vult absolute, vult tamen in casu tali positus.*

6 Egressus. *Hic consequenter ponitur tertium miraculum principale de dæmonis eiectione.* Egressis autem illis. *id est cæcis iam illuminantis.* Luc.11.b

7 Obtulerunt. *homines scilicet illius terræ.*

8 Hominem. *Dicitur autem dæmonium mutum non formaliter: sed effectiuè tantum: Ad cuius intellectum considerandum, quòd natura corporalis obedit spirituali ad motum localem: voces autem significatiuæ formantur per motum linguæ & labiorum & aliorum instrumentorum naturalium: & ideo quia dæmon pro voluntate sua potest ista localiter mouere, potest per linguam hominis diuersa verba formare. & sic arreptitij aliquando loquuntur idioma eis ignotum, purus laicus latinum: & hoc est manifestum signum, quod sic loquens sit dæmoniacus: quia talis loquutio non potest procedere nisi ab aliquo intellectu: & ideo cum non procedat ab intellectu hominis tale idioma ignorantis, sequitur quòd procedat ab intellectu angeli vel dæmonis linguam sic mouentis: & sicut dæmon potest mouere linguam ad loquendum idioma incognitum, ita potest impedire linguam ne moueatur ad loquendum idioma cognitum: & sic reddit hominem mutum talis autem erat iste oblatus Christo: propter quod sequitur.* F

6 Et eiecto. *quia amoto impedimento habuit officium loquendi sicut prius.*

10 Et miratæ. *quia admiratio consurgit ex inspectione rei insolitæ: quod fuit in proposito. Sequitur.*

✠ 1 Nun

MORALITER.

✠ 2 *Et transeunte.* per ipsos significantur fideles simplices & ignari, qui sequuntur dominum quando deuotè vadunt ad sermonem audiendum: & ab eo illuminantur: quando ab eo per prædicatorem instruuntur de necessariis ad salutem. Per hoc autem quod dicitur:

† *Videte ne quis.* ostenditur, quòd prædicator debet cauere ne laus hominum possit sibi nocere: quia tamen diuinum recipiens beneficium, debet ex hoc ipsum laudare, subditur: *Illi autem exeuntes*

euntes diffamauerunt eum, &c.

6 *Egressus autem il. ecce obtulerunt ei hominem mutum dæmonium habentem, &c.* Per illum significatur homo possessus à dæmone per peccatum mortale. Et dicitur mutus, quia loqui non potest meritoriè: sed Deo curandus offertur, quando iusti pro eo deprecantur. Sed tunc dæmon eiicitur, quando peccatum ipsius à Deo per infusionem gratiæ relaxatur: & tunc soluitur eius lingua ad Dei præconia persoluenda. Pharisæi autem dæmoniorum principi hæc attribuentes, sunt homines maligni bonum deprauare studentes.

✠ Et cir

☞ Raboth Græcè, vsitatius, sed tamen indifferenter, & mutus & surdus dicunt.

Hom. 33. in math. ✠ CHRYSOSTOMVS. Non naturali cursu ægrotatio, sed dæmonis insidiis illi accidit. Quapropter ipse per se viuere orareque Iesum non potuit, legataque lingua sibi vna cum anima dæmonis, ab aliis affertur. Quas ob res nec fidem eorum efflagitauit, sed illicò laborantem curauit.

a *Pharisæi autem.* In Pharisæis infidelitas Iudæorum signatur.

b *Et*

a ¶ In turba nationum confessio. b ¶ Quis similis tui in fortibus domine? Non propheta: non patriarcha.

sunt turbæ, dicentes: Nunquam apparuit sic 1

a ¶ Quia virtutem negare non possunt opera calumniantur.

a in Israel. Pharisæi autem dicebant: In prin- 2

cipe dæmoniorum eiicit dæmones. † Et cir- 3

a ¶ Vbique indifferenter prædicabat. non personas discernens, sed salutem credentium quærens.

b cumibat Iesus omnes ciuitates & castella, docens in synagogis eorum, & prædicans 4

a ¶ Id est prædicationem, quæ ducit ad regnum cæleste. ¶ Vt quibus non persuadebant verba, persuaderent miracula.

euangelium regni, & curans omnem lan- 5

¶ In populo.

guorem, & omnem infirmitatem*. 6

b *Et circumibat Iesus omnes.* D

✠ CHRYSOSTOMVS. Voluit dominus ipso facto arguere accusationem Pharisæorum. Dæmon enim conuitium passus, non benefacit, sed nocet eis qui eum honorant. Dominus autem contrarium facit. In hoc etiam erudit nos accusatoribus nostris, retribuere non accusationes sed beneficia. Qui enim post accusationem desistit à beneficio, monstrat quoniam propter hominum laudem benefacit.

Hom. 33. in Math.

† Luc. 11. e

☞ CAP

* in populo.

NICOLAVS DE LYRA

✠ 1 Nunquam apparuit. *licet enim in vete. Test. aliqui legantur arrepti à dæmonibus, non tamen legitur aliquis curatus, qui cum obsessione dæmonis factus fuisset mutus.*

2 Pharisæi autem, &c. In prin. *Odium enim & inuidia faciunt interpretari facta in deteriorem partem & peruerti iudicia. Pharisæi autem odiebant Christum quia acriter arguebat eorum vitia, vt patet per euangelij decursum: & ideo miracula à Christo facta virtute diuina dicebant esse facta arte magica, & eodem modo eiectionem dæmonum factam per Christum, dicebant fieri virtute cuiusdam superioris dæmonis, cui inferiores obediebant ad nutum de corporibus exeundo. Sicut enim in angelis sunt ordines, & alij sunt alijs superiores, sic in dæmonibus cum in eis remanserint naturalia integra secundùm Dionysium. Dicebant enim Pharisæi, quòd Christus habebat aliquem dæmonem superiorem, quem vocabant Beelzebub sibi familiarem & priuatum: & sic dæmones inferiores de corporibus obsessis eiiciebat per illum: sed illud inferius rationabiliter reprobatur à Christo vt videbitur 12 c.*

Dionysius de angelis.

3 Et circumibat. *Hic ponuntur miracula in generali: quia Euangelistæ non poterant omnia facta Christi scribere in particulari, vt dicitur Ioh. vlt. d. Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum, quæ non sunt scripta in libro hoc: quæ si scribantur per singula, non arbitror totum mundum capere eos qui scribendi sunt libros. Propter hoc enim in ecclesia dicitur in martyrilogio: Et aliorum plurimorum sanctorum, &c. hac. sc. de causa: quia Karolus magnus fecit inquiri diligenter obitus & actus martyrum, & aliorum sanctorum: & inuentum est, quod diebus singulis occurrebant plusquam trecenta festa: propter hoc statutum est, vt in fine martyrilogij adderetur prædicta clausula, vt in generali saltem memoria sanctorum fieret in ecclesia in die transitus eorum. Ita similiter Euangelistæ qui non poterant omnia miracula Christi in particulari scribere, ideo frequenter multa concludunt in quadam generalitate, sicut dicitur hic: Et circumibat Iesus, &c. id est in locis communibus eorum in quibus sapientes conueniunt: per quod ostenditur sanitas doctrinæ eius, quæ non erat in latebris & angulis, sicut est doctrina hæreticorum.*

Miraculorum multitudo Christi scripto cõprehendere non possunt.

Martyrum Christiano rũ multitudo maxima

4 Et prædicans. *i. legem nouam quæ immediate introducit ad regnum: quod non faciebat lex vetus.*

5 Et curans, &c. *i. infirmitatem prolixam.*

6 Et omnem infirmi. *quantumcunque alias incurabilem: Ex quo patent multa miracula hic in quodam generali inclusa ad confirmationem legis euangelicæ à Christo facta.*

✠ CAP

MORALITER.

✠ 3 *Et circumibat.* In hoc datur forma prædicatoribus euangelij vt solliciti sint discurrere pro prædicatione verbi diuini.

† *Docens.* non in latibulis, sicut faciunt hæretici.

4 *Prædicans.* & non fabulosa inutilia vel curiosa.

5 *Et curans.* s. spiritualem.

† MORA

† Do

ADDITIO.

In c. 9. vbi dicitur in postilla. Et ideo non videntur benedicere qui C *dicunt, quòd ly* illorum.

Sancti doctores & magnæ autoritatis hoc tenent quod reprobat postillator. vnde Hieronymus super illud verbum: Videns autem Iesus fidem illorum dicit? *Non eius qui offerebatur, sed eorum qui offerebant: quod etiam videtur sentire Chrysostomus similiter Iohannes episcopus, qui in hoc loco sic dicit: Quantum valet apud Deum fides propria apud quem sic valuit aliena: vt intus & extra sanaret hominem? Quam sententiam glos. ord. interlinearis in hoc loco sequitur. Non ergo modicæ audaciæ videtur tantis sanctorum autoritatibus contraire, præsertim cum si sane intelligantur manifestam contineant veritatem. Ad cuius euidentiam sciendum quòd meritum dupliciter potest considerari, prout communiter doctores distinguunt scilicet de condigno vel de congruo. Condignum enim attenditur secundum proportionem æqualitatis. Congruum verò attenditur secundum æqualitatem proportionis: Si autem loquamur de condigno nullus potest mereri alteri primam gratiam. nisi solus Christus, de quo ad Hebr. 2. cap. Qui multos filios in gloriam adduxerat, &c. Si autem loquamur de merito congrui, potest aliquis mereri primam gratiam. Congruum est enim secundum amicitiæ proportionem, vt Deus impleat hominis iusti seu sancti voluntatem in saluatione alterius, præsertim non ponentis impedimentum: vnde in proposito remissio peccatorum fuit concessa paralitico propter meritum fidei offerentium, non de condigno, sed de congruo: & sic sunt intelligendæ autoritates sanctorum prout sanctus Thomas in prima secundæ q. vl. art. 6. in responsione ad primum argumentum hoc declarat, Nec ex hoc sequeretur, quòd remissio peccatorum fuisset paralitico data sine propria fide: nam in iustificatione impij quæ habetur per primam gratiam, fides propria requiritur. vnde Rom. 5. a. Iustificati igitur ex fide, &c. sed talis fides non præcedit primam gratiam per modum meriti, alioquin homo posset sibi mereri primam gratiam: quod est contra communem determinationem doctorum. Quod autẽ allegat postillator pro opinione sua, ex hoc quod dicitur: Confide fili, remittuntur tibi, &c. non valet. Tum quia hoc intelligitur*

Meritum dupliciter potest considerari.

intelligitur facta dimissione per quã fuit filius adoptionis. Tum quia hoc fuit dictum ad ostendendum humilitatem Christi: vnde gl. super illud verbum: humilis dominus filium vocat, quem sacerdotes tangere dedignantur. F

REPLICA. In c. 9. vbi dicitur: Vt vidit fidem illorum, *exponit postillator. i. paralytici & offerentium, addens, non benedictum, qui exponunt de fide offerentium tantum: Et ponit ad hoc rationem: sed Burg. dicit hoc fore magnæ audaciæ sanctorum autoritatibus contraire: Addens quod dicta illorum doctorum si sanè intelligantur manifestam continent veritatem. Et volens hoc declarare inuoluit, & se & doctorum dicta in multis minus probabiliter dictis: de quibus per singulam iudicare non præsentis propositi Dicitur igitur hic, quòd audacia non est reprehensibilis, negare in dictis sanctorum, quod in factis Dei correspondenter se habentibus, concedere non audemus: Verificare enim, quod formalem includit contradictionem si Deo non concedimus, nec doctori quantumcumque sancto in hoc gerimus morem: Nunc autem: sicut præteritum non esse præteritum apud Deum censetur impossibile, ita Iustum circa idem & pro eodem simili ratione videtur inopinabile. Paralyticus autem (de quo sermo) curatus est, non solum à morbo corporis, sed etiam mentis, vt vult B. Aug. li 83. quæstionum. q. 8 igitur fuit iustificatus. Doctores autem per Burg. adducti negare videntur eius fidem Si igitur in curatione non habuit fidem, neque iustitiam: & sic fuit iniustus, sic curatus fuit iniustus, quæ est formalis contradictio. Possunt igitur doctores aliter intelligi quam Burg. ibi voluit intelligi, sic quòd hi qui dicunt Christum ad offerentium fidem respexisse, non oblati, subaudiatur principaliter, cum hoc stat quòd etiam respexit fidem paralytici minori fortasse affectione fermatã: nec valet responsio. Bur. ad argumentum postil. cum dicitur per hoc quod dicitur:* Cõfide fili, *fides sit exacta post dimissionem peccatorum, quia per dimissionem peccatorum fuit iustus, & filius adoptionis, vt dicit Burg. frustra igitur post iustificationem exigebatur fides, sine qua nemo iustus: quia iustus ex fide viuit, impossibile est sine fide placere Deo. Exigeretur igitur fides ante iustificationem quatenus ex fide iustificaretur præuia: Fuit igitur fides, & oblati & offerentium, ad quam Christus dicitur hic respexisse secundum postillatorem.*

Heb. 11. b

CAP. X.

A Miſer. Viam veritatis aperiendo. & moleſtias corporales auferendo.

b *Et conuocatis.* A curatione ſocrus Petri vſque huc continuationem habuerunt relata miracula, & fuerunt ante ſermonem in monte habitum facta: quod ex electione Matthei quæ inter ipſa refertur, indubitanter habemus. fuit enim vnus de duocim electis in monte ad apoſtolatum. Hîc autem redit ad ordinem rei, ſicut geſta eſt poſt curatum centurionis ſeruum.

c *Duodecim.* Hi ſunt operarij, qui mittendi erant, & quadrati orbis partes ad fidem trinitatis vocaturi. Quorum prædicatio, vt pondus haberet autoritatis, datur eis poteſtas curandæ omnis infirmitatis.

✠ Avgvstinvs. Elegit ergò hos in diſcipulos, quos & Apoſtolos nominauit, humiliter natos, inhonoratos, illuminatos vt qui vt quicquid magnum eſſent, & facerent, ipſe in eis eſſet & faceret. Habuit inter eos vnum malum, quo malo vtens benè, vt ſuæ paſſionis impleret diſpoſitum & eccleſiæ ſuæ tolerandorum malotum præberet exemplum.

✠ Tertvllianvs. Duodecim fontes olim, duodecim gemmæ in tunica ſacerdotis, duodecim lapides a Ieſu de Iordane, & in arcam teſtamenti conditi, totidem Apoſtolos portendebant, vt fontes rigaturos aridum orbem nationum, vt gẽmas illuminaturos ſacram eccleſiæ veſtem, vt lapides ſolidos quos de lauacro Iordanis Ieſus verus elegit.

d *Duodecim.* Catalogus apoſtolorum ideo hîc ponitur, vt præter hos qui pſeudo futuri erant excludantur. Et vt tam nomina eorum quam eis credentium in libro vitæ eſſe ſcripta ſignificentur.

a ¶ Clementiæ intuitu. ¶ Genus humanum.

Idens autem turbas miſer- 1

¶ Compaſſus eſt. a ¶ Per varios errores dæmonum.

tus eſt eis, qui erant vexati, 2

a ¶ Vana ſecuritate torpentes: & hoc ex vitio doctorum, qui eos in viam veritatis non adduxerant.

† iacentes ſicut oues non habentes paſto- 3

a ¶ Turba populorum, ſuſcipiendo verbo & ferendo fructui apta.

¶ Prædicatores.

rem. Tunc dicit diſcipulis ſuis † Meſſis quidem multa: operarij autem pauci: Rogate 4

a ¶ Prædicatores ad congregendam electorum eccleſiam

ergo dominum meſſis, vt mittat operarios 5

a ¶ Vnde dicitur: Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos per gratiam.

in meſſem ſuam. † Et conuocatis duode- 6

cim diſcipulis ſuis, dedit illis poteſtatem 7

a ¶ Tam viſibiliter in corpore, quàm inuiſibiliter in anima vexantium.

¶ Tam intrinſecus quàm extrinſecus.

† ſpiritum immundorum, vt eiicerent eos, & curarent omnem languorem, 8

& omnem infirmitatem. † Duodecim

Luc. 9. g. C

† diſperſi

† aduerſus ſpiritus immundos.

li. 18. de ciuitate Dei cap. 49.

lib. 4. cõtra martionẽ.

† Luc. 10. a 21. di. ca. in nouo.

† Mar. 3. b.

E

† Luc. 6. b. 21. diſt. pa. 1. quare apoſtolorum nomina exprimuntur

☞ a *Petrus*

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. X.

✠ Diuiſio

Idens autem. *Poſtquam Matthæus deſcripſit legis euangelicæ dationem, & eius confirmationem, hîc conſequenter ponit eius promulgationem. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur eius promulgatio apud propinquos ſcilicet Iudæos: ſecundò apud extraneos ſcilicet gentiles. c 15. Prima in duas: quia primò promulgatur manifeſtè, ſecundò, parabolicè. c. 13. Item prima in tres: quia primò deſcribitur promulgãtium ipſorum ſcilicet apoſtolorum inſtitutio: ſecundò dubitantium confirmatio c. ſe. tertiò, impugnantium confutatio. cap. 11. Iterum prima in duas: quia primò ponit inſtitutionis ratio. ſecundò, ipſa inſtitutio, ibi:* Et conuocatis. *Circa primum ſciendum, quòd ſicut patet ex præcedentibus multi ſequebantur Chriſtum: tum propter eius prædicationem audiendã: tam propter infirmitatem curationum habendam. Chriſtus autem ita pauper erat, quòd nec domicilium vbi caput reclinaret habebat: & ideo turbæ ſequentes eum iacebant vexati ſuper terram ſub dio: propter quod Chriſtus:*

1 Miſertus eſt. *Sacerdotes enim eorum & doctores intenti auaritiæ non vacabant debito modo eorum doctrinæ: & hæc fuit occaſio mittendi apoſtolos ad prædicandum populo, & ſanandum infirmos, vt non eſſet neceſſe, quòd turbæ currerent poſt Chriſtum tanto labore: propter quod ſubditur:*

2 Meſſis quidem. *i. multitudo præparata ad hoc, quòd per certam fidem colligatur, & in horreum reponatur.*

3 Operarij. *i. doctores & prædicatores verbi: quia adhuc diſcipuli Chriſti non prædicauerant.*

4 Rogate ergo. *i. ipſum Chriſtum.*

5 Vt mittat operarios. *id eſt prædicatores ad erudiendum populum. Ex quo patet, quod licet Chriſtus velit aliquid facere, tamen vult à iuſtis exorari.*

✠ Diuiſio

6 Et conuocatis. *Hîc ponitur prædicatorum inſtitutio: Et diuiditur in duas partes: quia primo deſcribitur informatio prædicantium, ſecundo, ipſos recipientium in fine ca.* Qui recipit prophetam, &c. *Prima in tres, quia primo deſcribitur inſtitutio apoſtolorum quantum ad collationem potentiæ. ſecundo, quantum ad formam doctrinæ, ibi:* Hos duodecim. *tertio, quantum ad veritatem vitæ, ibi:* Gratis accepiſtis. *Item prima in duas. quia primo confertur autoritas ſeu potentia prædicandi ipſis apoſtolis: ſecundo, numerantur ſub nominibus propriis, ibi:* Duodecim diſcipulorum. *Circa primum conſiderandum, quod dicitur Luc. 10 non ſolum dominus miſit duodecim apoſtolos ad prædicandum, ſed etiam 72. diſcipulos: verumtamen quia duodecim apoſtoli fuerunt principales eis diſcipulis, & maior poteſtas eſt eis collata à Chriſto, ideo de ipſis facit hic ſolum mentionem Matthæus dicens:* Conuocatis duodecim diſcipulis ſuis: *id eſt apoſtolis, qui principaliter erant ſui diſcipuli, vt viſum eſt.*

7 Dedit illis poteſtatem. *Cum enim doctrina non ſit efficax, niſi fuerit probata ex quo miſit eos ad docendum, debuit eis dare gratiam miraculorum: quia aliter non poteſt probari veritas huius doctrinæ, cum excedat facultatem intellectus humani: propter quod dicitur Marci vlt. d.* Ipſi verò profecti prædicauerunt vbique domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. *Si autem quaratur quare prædicatores moderni talia ſigna non faciunt. Reſpondet Gregorius quia cum fides catholica ſit ſufficienter probata per miracula Chriſti, & apoſtolorum, non oportet vlterius hanc probationem reiterare. Sicut etiam arbuſta primo cum plantantur, frequenter irrigantur: cum autem in terra radicem fixerint, talia ſubtrahuntur: verumtamen ad conſolationem fidelium etiam poſteris temporibus multa fecit miracula, vt patet de tempore martyrum & confeſſorum.*

F

8 Duodecim autem. *Hîc nomina apoſtolorum exprimuntur duplici de cauſa. Vna ad excludendum Pſeudo apoſtolos, qui à tempore Chriſti inceperunt, & apoſtolos veros perſequuti ſunt, vt patet in actibus apoſtolorum, & in doctrina apoſtolorum. Alia cauſa, cur iſte numerus duodenarius apoſtolorum ſignanter hic exprimitur eſt, quia in ſacra ſcriptura multipliciter deſignatur. Figuratus eſt enim per duodecim filios Iacob, per duodecim principes tribuum Iſrael, per duodecim fontes in Elim, per duodecim lapides ſublatos de Iordane, per duodecim boues ſuſtentantes mare æneum, per duodecim prophetas in vno volumine artatos, per duodecim ſtellas in corona ſponſæ, per duodecim fundamenta ciuitatis, per duodecim portas eiuſdem. Et vt reddamus ſingula ſingulis, iſti ſunt duodecim patriarchæ, quia principales patres in nouo teſtamento: Duodecim principes qui conſtituti ſunt ſuper omnem terram, vt dicitur in Pſalm. 18. a. duodecim fontes, ex quibus manauit aqua ſalutaris ſapientiæ ad irrigandum hortum*

MORALITER.

✠ † *Tunc dicit diſcipulis ſuis.* per hoc oſtendit quòd habentes gratiam prædicandi non debent alios ab hoc impedire: ſed magis promouere.

6 *Et conuocatis, &c.* ſicut natura dando formam ſubſtantialem, dat proprietates conſequentes: vt igni leuitatem, terræ verò grauitatem, ſic autor naturæ ſtatuens hominem in aliquo dignitatis gradu, ſi ille faciat quod in ſe eſt dat ei gratiam exequendi in effectu. Exemplum de Saule primo Regum 10. b. *Cum enim vnxiſſet eum Samuel de mandato domini, dixit ei: Inſiliet in te ſpiritus domini, & mutaberis in virum alterum.* Et ſimiliter primo Reg. 16. c. iuncto Dauid dicitur. *Spiritus domini directus eſt in Dauid, &c.* Et eodem modo inſtitutis apoſtolis Chriſtus dedit eis gratiam ſignorum, quæ tunc fuit neceſſaria ad confirmandum doctrinam eorum.

✠ Hos

☞ a *Petrus & Andreas.* Apoſtolorum paria iugaq; ſociat Petrũ
A & Andream fratres non tam carne quàm ſpiritu.

Primus Scribitur Simon cognomento Petrus ad differentiam
Ioh.2.b. alterius Simonis qui dicitur Chananæus à Chana verò Galilææ, vbi dominus aquas conuertit in vinum. Voluit dominus apoſtolorum principem prius alio nomine vocari, vt ex ipſa commutatione nominis ſacramenti viuacitas commendaretur. Idem eſt Latinè Petr⁹ & Græcè, quod Syriacè Cephas, nomen deriuatum à Petrà, quod eſt Chriſtus in quem credebat.

HIERONYMVS. Simon. i. obediens, qui propter primatum apoſtolici ordinis vocatur Petrus, i. firmus. Andreas Græcè virilis, quia viriliter Chriſto adhæſit. Philippus os lampadis qui lumen inuentum prædicauit Nathanaeli. Bartholome⁹ filius ſuſpendentis aquas. i. Dei, qui mentes doctorum ſurſum eleuat, vnde inferius aquas diſtillat. Iacobus ſupplantator. Iohannes Dei gratia: vel in
B quo eſt gratia, quia & ille curam carnis domino vocante ſupplantauit: & ipſam carnem Herode trucidante contempſit. Iſte ob præcipui amoris gratiam ſupra pectus domini recubuit. Iacobus ſanè & Iohannes ob eximium virtutis & animi culmen, filij tonitrui (vt in euangelio Marci ſcriptum eſt) cognominati
Mar.3.b. ſunt: quorum vnus à cęleſtibus intonat: In principio erat verbum.
1.Ioh.1.a. Et ambo ſæpe ſeorſum duci, & aliquando ſonum de nube terrificũ audire meruerũt: Hic eſt filius dilectus. Thomas & Matthæus.
infra 17.a. Cæteri Matthæum prius ponunt, & prudenter tacent publicanũ. Iſte & ſe poſtponit & publicanum dicit: vt Vbi abundauit delic.
Rom.5.d. ſuperabunda. & gratia. Thomas abyſſus, vel geminus, Græcè dydimus: quia quo cæteris diutius dubitauit, eo altius veritatem reſurrectionis agnouit. Matthæus donatus. Iacobus Alphæi qui & frater domini, quia filius materteræ eius Mariæ, quę Maria Cleophæ

¶ Alias diſcipulorum.

autem nomina apoſtolorum hæc ſunt.
a Primus Simon, qui dicitur Petrus, & An- 1
a ¶ Os Lampadis, quia oris officio lumen quo intus illuſtratus eſt, mox inuento fratri propinauit. b ¶ Syrum nomen. 2
dreas frater eius, Philippus & Bartholo-
a ¶ Ad differentiam, quia ſequitur Iacobus Alphi.
meus, Iacobus Zebedæi & Iohannes frater 3
a ¶ Donatus vel aſſumptus à Maſſa perditorum. b ¶ Iuſtus in principio accuſator ſui eſt.
b eius, Thomas & Matthæus Publicanus, &
a ¶ Id eſt docti. ¶ Emulator.
Iacobus Alphei, & *Thadęus, Simon Cana- 4
c næus, & Iudas Scariothis, qui & tradidit eũ. 5
¶ Principaliter. 6
Hos duodecim miſit Ieſus pręcipiens eis, & 7 8
a ¶ Non prius ad extraneos, ſed ad proprios. †
d dicens. In viam gentium ne abieritis, & in 6 9
10

*Lebbæus qui cognominatus ẽ

phæ dicitur. Vel quia Alphæus Cleophas etiam dictus eſt, vel eo D
defuncto poſt natum Iacobum Cleophæ nupſit. Thadæus corculus. i. cordis cultor. Alio nomine dicitur Iudas frater Iacobi fratris domini, vt in epiſtola ſua dicit. Simon ad differentiam Chananæus à Cana vico, quod interpretatur zelus. Vnde & zelotes. Iudas.
id eſt emulator. Iudas ſchariothis, à vico vbi ortus eſt. Vel ex tribu Iſachar, præſagium ſuæ dãnationis nomen accepit: quia Iſachar (quod dicitur merces) perditionis præmium inſinuat. Scarioth interpretatur memoria mortis: quia non repente perſuaſus: ſed diutius meditatus peregit ſcelus: Qui prouide inter apoſtolos eligitur: quia quanta eſt veritas quã nec aduerſarius miniſter infirmat & ad iudiciũ humanæ infirmitatis voluit deſeri & prodi modeſteq; tulit. Duo & duo nominatim exprimuntur, vt iugalis ſocietas approbetur. Hi ſunt. 12. filij. Iacob 12. principes plebis Iſrael. 12. fontes reperti in Elim. 12. lapides in veſte ſacerdo E
tis. 12. panes propoſitionis. 12. exploratores à Moyſe miſſi. 12. lapides altaris. 12. lapides à Iordanè eleuati. 12. boues ſub mari æneo. 12. ſtellæ in corona ſpõſæ: 12. fundamenta. 12. portæ ciuitatis. Multis alis figuris prænotati ſunt, apti ad diſpenſanda diuina myſteria.

b *Thomas.* Abyſſus: quia altitudinem diuinæ virtutis in reſurrectione certa fide penetrauit. Vel Thomas geminus, quod eſt Græcè dydimus, propter dubium cor in credendo.

c *Et Iudas Scariothis.* Magnum in nobis exemplum doctrinæ, cum qui omnia nouerat non dubitaret proditorem in diſcipulum eligere, atque Apoſtolum ordinare. Habet enim Chriſtus conſciũ mundiciæ teſtem, cum ſuum non dubitet eligere proditorem.

d *In viam.* Poſt reſurrectionem dicit? Docete omnes gentes. Luc.9.a.&
Sed hoc ante: quia prius oportet Iudæis prædicari, ne cauſam ha- 10.b.
beant non recipiendi, quia ad gentes apoſtolos miſit.

☞ HILA

NICOLAVS DE LYRA.

✲ *hortum militantis eccleſiæ: Duodecim lapides viui coniuncti cemento Charitatis ipſi Chriſto tanquam primario lapidi, duodecim boues ſuſtentantes mare æneum. i. doctrinam ſacramentorum in quibus lauantur animæ fidelium: Duodecim prophetæ annunciantes mundi terminum & iudicis aduentum. Duodecim ſtellæ illuſtrantes totum mun-*
C *dum: Duodecim fundamenta ipſius ſpiritualis Ieruſalem: Duodecim portæ eiuſdem, quia per ipſos habemus aditum ad patriam æternam. Dicit ergo:* Duodecim, &c. *Primus Simon, non propter primitatem temporis, ſed dignitatis: quia tanquam principali apoſtolo Chriſtus dimiſit ſibi eccleſiam regendam, vt patet Ioh. vlt. e. Andreas autem frater eius fuit primus Chriſti diſcipulus ordine temporis, vt patet Ioh. 1. quia vt ibi dicitur, vnus ex duobus qui ſequuti ſunt Ieſum, erat Andreas frater Simonis Petri, & tanquam principalior de illis duobus, vt ibidem nominatur: nomen autem alterius tacetur, & poſtea ibidem ſubditur de vocatione Petri, & vocatur Simon, quia hoc erat nomen eius.*

1 Qui dicitur. *quia hoc nomen Petrus fuerat ſibi impoſitum poſt conuerſionem, ſicut etiam quando adultus baptizatur, mutatur nomen eius.*

2 Andreas frater eius. *ſ. filius: Et iſte dicitur Iacobus maior reſpectu alterius Iacobi triplici ratione. ſc. ratione vocationis, quia prior vocatus à Chriſto. Secundò ratione familiaritatis, quia Chriſtus ipſum ad ſecreta ſua admittebat, vt patet in tranſfiguratione Matth. 7. & in ſuſcitatiõe puellæ Marci. 5. Tertiò ratione paſſionis, quia primus inter apoſtolos eſt ad Dei gloriam tranſlatus per martyrium, vt habetur Act. 12.*

3 Et Iohannes. *ſ. filius. Et iſte Iacobus minor reſpectu alterius: & hoc ex eiſdem rationibus quibus alter dicitur maior.*

4 Et Thadæus. *Iſte Act. 1. vocatur Iudas Iacobi, quia frater fuit Iacobi minoris.*

5 Simon. *dicitur autem iſte Chananæus, non quia eſſet de genere Chanaam: ſed ſic nominatus à Chana, quæ eſt quædam villula Galilææ, vbi fuerunt ille nuptiæ, de quibus habetur Ioh.*

6 Et Iudas. *dicitur Scariothis non quia de genere Iſachar, vt dicũt aliqui, ſed à loco vnde natus fuit Scarioth, qui eſt quidam vicus in* F
Iudæa.

7 Qui &. *Iſtud additur ad differentiam Iudæ fratris Iacobi, & ad oſtendendum prophetiam Dauid completam, quæ dicit quòd Chriſtus eſſet tradendus à diſcipulo, ſecundum quòd dicitur in Pſal.* Etenim homo pacis meæ in quo ſperabam. *Et ad excuſationem bonorum, quando in congregatione eorum aliquis malus reperitur.*

8 Hos duodecim. *Hic traditur apoſtolis forma doctrinæ: & primò quantum ad locum cum dicitur:*

9 In viam. *vbi prohibuit eis ne irent ad prædicandum gentilibus extra terram promiſſionis.*

10 Et in ciuitates. *licet iſti eſſent in terra promiſſionis, tamen erant partim gentiles & partim Iudæi, vt habetur 4. Reg. 17. Ductis enim decem tribubus in captiuitatem per regem aſſyriorum miſſi ſunt ab eo gentiles ad habitandum in Samaria, & in aliis ciuitatibus propinquis, ſed dominus miſit leones qui interficiebant eos: & ideo ſuper hoc habito conſilio rex Aſſyriorum miſit vnum de captiuis ſacerdotibus ad eos, vt doceret eos colere dominum: vnde & ipſi receperunt libros Moyſi tantum, & nihilominus cum hoc idola colebant. Ratio autem quare apoſtoli fuerunt prohibiti prædicare prædictis gentilibus, fuit, quia non erat magnum tempus vſque ad Chriſti paſſionem: & conueniens erat vt eius aduentus primò denunciaretur Iudæis, quib. principaliter erat miſſus: ideo illud tempus, quod erat vſque ad paſſionem Chriſti futurum, erat neceſſarium ad manifeſtandum Iudæis per apoſtolos Chriſti aduentum: & hoc eſt quod ſubditur.*

✲ 1 Sed

MORALITER.

✲ 8 *Hos duodecim.* Per iſtum numerũ qui componitur ex denario & binario, ſignificatur quòd apoſtoli & eorum ſucceſſores qui ſunt epiſcopi debent præ cæteris implere decalogum legis, & duo præcepta charitatis.

† *Præcipiens, &c.* Id eſt modum viuendi eorum non tenueritis: Quia ſicut dicit Gregorius in paſtorali: Tantum tranſcendere debet actionem populi actio præſulis, quantum diſtat à grege vita paſtoris.

10 *Et in ciuitates.* per quas ſignificantur conuenticula & doctrinæ hæreticorum: Quia ſicut Samaritani partim tenebant vetus Teſtamentum, & partim negabãt, ſic hæretici partim tenent fidẽ Chriſti, & partim negant.

† 1 *Eun*

✠ HILARIVS. Iudæi tamen licet oues vocentur, in Chri-
A ſtum luporum ac viperarum linguis & faucibus ſæuierunt.

ALLEGO. Ne ſimus ſimiles hæreticis.

a *Appro. re.* Per fidem prope eſt regnum. Sicut enim fit peccans, terra, ita iuſtus fit cœlum, in quo Deus præſidet. Vnde dici
Luc.17.c. tur. *Regnum Dei intra vos eſt, &c.*

Ecce quid debeãt prædicare: Appropinquabit reg. cœlo.
b *Infir.cu.* Eccleſia a infirmos ſtatu boni b operis confortat,
† Mat.6.c. Luc 9.a. & 10.b. mortuos in peccatis, vel ſine fide, ſuſcitat, leproſos erroribus aſperſos mũdat, dæmones per exorciſmos fugat.

✠ HILARIVS. Tota autem virtutis dominicæ poteſtas
† Mat.6.b. 20.q.3.c. præſens in Apoſtolos transfertur, vt qui in Adam imagine & ſimilitudine Dei erant figurati, nunc perfectam Chriſti imaginem ſortiantur: & quidquid malorum Adæ corpori Satanæ inſtinctus intulerat, hoc rurſum ipſi de communione dominicæ poteſtatis emendent.

Ioan.12.c. c *Gratis accepiſtis.* Ne Iudas qui loculos habebat de prædicta
B poteſtate pecuniam congregare vellet, nequitiam eius ſupprimit dominus, dicens. *Gratis acce.* Damnat etiam hic perfidiam ſimoniacæ hæreſeos. Dona ſpiritualia precio vileſcunt.
D
d *Aurum neque arg.* Qui hæc haberent, viderentur non cauſa ſalutis prædicare, ſed lucri.

✠ CHRYSOSTOMVS. Quia ſpiritualium mercationem ſu- Hom.33.
pra Dominus prohibuerat, conſequenter radicem omnium in Matth.
malorũ euellens, ait nolite poſſidere, &c. Hoc autẽ præcepto diſcipulos non ſuſpectos reddit, quid enim non ſuſpectum eſt, vbi quis pecuniarũ gratia ſpiritualia diſpenſat. Secũdò ab omni eos liberat ſollicitudine. Tertiò docet eos ſuam virtutem.

✠ IDEM. Fœlix autem eſt iſta commutatio. Nam pro auro & argento, &c. Ibidem.
acceperunt poteſtatem curandi infirmos ſuſcitandi mortuos.

e *Neque pecuniam in zonis veſtris.* Duo ſunt genera neceſſariorum: vnum quo emuntur neceſſaria, aliud ipſa neceſſaria. Per pecuniam in zonis, illud vnde emuntur: Per peram quod emitur, quod ibi reponitur. Duo ſunt genera neceſſariorum.
E

De hoc in paſſione. *Quando miſi vos ſine ſacculo & pera nunquid defuit vobis aliquid? At illi dixerunt. Non.*

☞ *Neque*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Sed potius ite ad oues. *Et patet per Chriſti paſsionem aliquibus Iudæis conuerſis ad fidem, & aliis pro maiori parte in infidelitate remanentibus, apoſtoli iuerunt ad prædicandum gentilibus & hic erat modus à Deo inſtitutus, vt habetur Act. 13. g. quòd Barnabas & Paulus dixerunt Iudæis: Vobis oportebat primum loqui verbum Dei: ſed quoniam repellitis illud: & indignos vos iudicatis vitæ æternæ, ecce conuertimur ad gentes: ſic enim præcepit nobis dominus. Secundò traditur forma doctrinæ quantum ad docendi actum, cum dicitur.*

2 Euntes autem, &c. appro. reg. cœl. *Id eſt, Chriſtus qui eſt dator regni cœlorum. Sciendum enim, quòd regnum cœlorum quinque modis accipitur in hoc euangelio. Primò pro eccleſia militante. ſup.5.b. Qui ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum, vt Grego. exponit, quòd regnum cœlorum ibi dicitur Eccleſia præſentis temporis. Secundò, pro eccleſia triumphante. eo.ca. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Tertiò, pro lege Moſi. inf.21. d.* Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum eius: *quia verus intellectus veteris Teſtamenti eſt ablatus à Iudæis ſuis peccatis exigentibus, & datus eſt Chriſtianis. Quartò, pro euangelio Chriſti. inf.13.g.* Omnis ſcriba
C doctus in regno cœlorum ſimilis eſt homini patrifamilias, qui profert de theſauro ſuo noua & vetera: *quia doctores catholici teſtimonia proferunt de nouo Teſtamento, & per conſequens de veteri quod includitur in ipſo, ſicut rota in medio rotæ, vt habetur in figura Ezech.1. Quintò, accipitur pro ipſo Chriſto. inf.12.c.* Si in digito Dei eiicio dæmonia, profecto peruenit in vos regnum Dei. *Id eſt, Chriſtus dator illius regni. Per eiectionem enim dæmonum virtute Dei probauit ſe eſſe Chriſtum. Et hoc modo accipitur hic regnum cœlorum. Id eſt, Chriſtus. Iſta erat prædicatio apoſtolorum pro illo tempore, quia denunciabant Iudæis Chriſtum veniſſe. Et quia doctrina non eſt efficax, niſi adſit probatio, ſequitur modus cõueniens ad probãdũ veritatẽ huius doctrinæ ſcilicet opera facta diuina virtute, cum dicit:* Infirmos, &c.

3 Gratis accepiſtis. *Hic confirmantur apoſtoli quantum ad veritatem vitæ. Et diuiditur in quatuor partes. Primò, oſtenditur, quòd non* Diuiſio.
debent moueri ad prædicandum cupiditate: ſecundo, quòd nec terreri aduerſitate, ibi. Ecce ego mitto vos: *tertiò, nec retrahi carnalitate, ibi.* Nolite arbitrari: *quartò, quod nec amore præſentis vitæ, ibi.* Et qui non accipit crucem. *Prima in duas, quia primò retrahit eos à cupiditate: ſecundò, quia in vita mortalis quilibet indiget neceſſariis, oſtendit qualiter debeant habere neceſſaria vitæ, ibi.* Dignus eſt operarius. *Circa primum ſciendum, quòd cupiditas oſtenditur in duobus. In male accipiendo: & hoc prohibet di.* Gratis accepiſtis. *Scilicet gratiam à Deo vobis collatam. ſiue ſit gratia gratum faciens, ſiue ſit gratia gratis data.*

4 Gratis date. *Eodem modo ſicut accepiſtis. Pro ſpiritualibus enim actibus, vt pro adminiſtratione ſacramentorũ & prædicatione conſimilibus, non debet aliquid accipi. quaſi precium. Secundò oſtenditur cupiditas in malè poſsidendo: & hanc excludit, cum dicit.*

5 Nolite poſſi. *Prædicator enim verbi diuini debet eſse abſolutus à ſollicitudine. Temporalia enim in ſui acquiſitione moleſtant animum, & adhuc plus in ſui poſſeſsione: quia ſunt iam quaſi membra incorporata ipſi habenti, & ideo magis trahunt animum hominis ad inordinatam* F
dilectionem ſui: & quia hoc ſuffocat verbum Dei: ideo non debet eſſe in prædicatoribus euangelij. Sequitur.

6 Neque pecuniam. *Ad prouidendum ſcilicet vobis de neceſſariis in via.*

7 Non peram. *Id eſt, repoſitorium ciborum ad portandum in via. Hoc totum dicit ad excludendum ſollicitudinem temporalium à prædicatoribus verbi diuini, ſequitur.*

8 Neque duas. *Id eſt, veſtes ſuperfluas. Terra enim promiſsionis calida eſt multum, & de communi curſu ſufficit vna tunica: illud enim quòd eſſet ibi ſufficiens vel etiam ſuperfluum, eſſet in regione frigida neceſſarium, & ideo per hoc non excluditur quin prædicatores euangelij habeant ſufficiens tegumentum.*

✠ Neque

MORALITER.

✠ 2 *Euntes autem prædicate dicentes, quia appropinquabit regnum cœlorum.* Vetus enim teſtamentum promittebat bona tranſitoria & terrena, ſed euangelium promittit cœleſtia & æterna.

† *Infirmos curate mort. &c.* Moraliter, Infirmis ſunt acidioſi in quibus non eſt vigor bene operandi. Mortui verò ſunt qui digna mortis opera faciunt. Leproſi ſunt luxurioſi, nam luxuria eſt vitium contagioſum ſicut lepra. Dæmoniaci ſunt ſortilegi. Iſtos curare debent prædicatores Euangelij. Et ſubditur modus curandi cum dicitur.

3 *Gratis accepiſtis gratis date.* Per hoc excluditur ab eis vitium ſimoniæ.

5 *Nolite poſsidere aurum, &c.* In ſacra ſcriptura per aurum verum intelligitur ſapientia diuina. Et per oppoſitum aurum falſum, eſt ſapientia terrena quæ animalis eſt & diabolica, vt dicitur Iacob. 3.d. Argentum falſum, eſt eloquentia deceptiua. Pecunia falſa, eſt malum ſimpliciter ſub bonitatis apparentia. Pera verò mala, eſt repoſitorium malè acquiſitorum. Per duas tunicas, ſignificatur duplicitas. Per calceamenta quæ fiunt de pellibus mortuorum, fraudulentia in tractatu teſtamentorum virgam appetitus nimium dominandi: Iſta nullo modo debent eſſe in prædicatoribus euangelij.

† *Interrogate*

a *Neque calce.* Et Plato dicit duas corporum ſummitates non eſſe velandas, nec aſſuetam fieri debere molliciem capitis & pedum: Cum autem hæc habuerint firmitatem, cætera robuſtiora ſunt.

b *Neque vir.* Matthæus & Lucas dicunt neque virgam. Marcus non niſi virgam: quo nomine ſignificatur poteſtas accipiendi neceſſaria de qua & hic; Dignus eſt. o. ci. ſuo. Qua vti poſſunt, nec tamen inobedientes ſunt, qui de ſuo iure cedunt.

Mar. 6. b. Marcus dicit eos calceari ſandaliis vel ſoleis: vt neque pes ſit tectus nec ad terram nudus, id eſt, nec occultetur euangelium nec terrenis commodis inhietur. Non indui duabus tunicis, ſimpliciter, non dupliciter ambulare.

Luc. 10. a. Lucas dicit: *Neminẽ ſalutaueritis*, vt ſub quanta feſtinatione iter prędicationis pergere debeat, oſtendatur.

a ¶ Auxilium baculi. ¶ Nec minima. b ¶ Ecce quare præcipit nihil ferre, quia omnia debentur eis.

a neque calceamenta, neque virgam. Dignus eſt enim
b a ¶ Quomodo accipiemus.
c operarius cibo ſuo. In quamcunque autem ciuitatem aut ca-
d ſtellum intraueritis, interrogate, quis in ea dignus ſit, & ibi
e a ¶ Non eſt curſitandum per domos. ¶ Ad alia migraturi. b ¶ Pacem hoſpiti precamini, vt ſopiatur omnis repugnantia contrà veritatem.
f manete, donec exeatis. Intrantes autem in domũ ſalutate eã
a ¶ Si fuerint ibi prædeſtinati ad vitam.
dicentes: Pax huic domui. Et ſi quidem fuerit domus illa di-
a ¶ Quam optatis.
gna, † veniet pax veſtra ſuper eam: ſi autem non fuerit digna,
¶ Prædicationis merces à Deo vobis recompenſabitur.
pax veſtra ad vos † reuertetur. † Et quicunque non recepe-
¶ Obedierit.
rit vos, neque audierit ſermones veſtros: exeuntes foras
a ¶ Inſignum terreni laboris inaniter expenſi, vel vt oſtendatis appetitum terrenorum non eſſe in affectibus veſtris.
g de domo vel ciuitate, excutite puluerem de pedibus

† veniat

† reuertatur.

B

Quid per aurũ & argentũ, &c. ſignificatur.

ALLEG. Per aurum, oſtenditur ſapientia ſecularis. Per argentum, facundia rhetorica. Per pecuniam zonæ, ſapientia abſcondita. Per peram, onus ſeculi. Per calceamenta, mortuorum operum exempla: ne ſua opera per exempla ſtultorum tegant, ſed ſanctã terram ingreſſurus ſenſus habeat nudos, & à malorũ exemplis alienos: Nec debet alicuius præſidio carnalis inniti. Qui ſalutat in via, occaſione itineris facit, non ſtudio ſalutis: Hic eſt qui non amore æternæ patriæ, ſed præmiorum ambitu ſalutem prædicat. D

c *Dignus eſt.* Vnde ergo neceſſaria? Tantum accipite, quantum ad neceſſitatem ſuffi cit, vt inde ſecuri æternis melius vacetis.

✠ THEOPHYLACTVS. Dixit autem cibo, non luctu: neque enim delitiari oportet doctorem.

d *Interrogate quis.* Teſtimonio vicinorum eligendus eſt hoſpes, ne eius infamia prædicatio lædatur.

e *Dignus ſit.* Vt ſciat ſe magis accipere gratiam quam dare. † Mar. 6. b. lib. 5. in Lucam.

f *Ibi manete.* Ambro. Dat conſtantiæ generale mandatum vt hoſpitalis neceſſitudinis iura cuſtodiant: Ideo domus eligenda, vt mutandi hoſpitij neceſſitudiniſque violandæ cauſa non ſuppetat. E

g *Excutite puluerem de pedibus.* Per excuſſionem pulueris intelligitur amiſſio itineris.

✠ THEOPHYLACTVS. Excutere vult puluerem, monſtrantes quòd nihil ab illis acceperint, qui propter duritiam perſuaderi non poterant.

☞ ✠ EVTHY-

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Neque calcea. *Integra ſcilicet quia apoſtoli vtebantur ſandaliis: vt habetur Mar. 6. b. ex quo patet quòd ſandalia non computabantur propriè inter calceamenta.*

2 Neque virgam. *Contrarium videtur haberi Mar. 6. vbi dicitur, quòd dominus præcepit apoſtolis, vt non portarent aliquid in via niſi virgam tantum. Dicendum, quòd virga hic & ibi accipitur æquiuocè. Hic enim virga accipitur metaphoricè: vnde ſenſus eſt:* Neque virgam. *Id eſt, non innitamini ſubſidio temporali, ſicut corpus innititur baculo ſuſtentanti. In Marco autem accipitur virga ad literam: quia*
C *doctores Hebræorum in ſignum doctrinæ portabant virgam in manu, & quia conſuetum erat apud Iudæos prouideri eis de victu à populo quem docebant: ideo Chriſtus voluit, quòd hoc ſufficeret apoſtolis pro aliqua prouiſione: per hoc enim oſtendebatur, quòd populus cui prædicabant, debebat eis prouidere: vnde ſequitur.*

3 Dignus eſt enim. *Vbi oſtenditur qualiter debeant habere victum ſcilicet à populo cui prædicabant: Et diuiditur in duas partes: quia primò oſtenditur, qualiter debent ſe habere ad recipientes ipſos: & ſecundò, qualiter ad non recipientes, ibi.* Et quicunque non receperint. *Circa primum ſciendum, quòd de iure naturali eſt &*
Diuiſio *diuino & etiam humano, vt illi qui ſeruiunt communitati in ſpiritualibus, vt in diuino cultu & doctrina eis à communitate prouideatur in temporalibus: & hoc eſt quod dicit.* Dignus eſt enim operarius. *Id eſt, prædicator qui operatur opus Dei ad vtilitatem populi.*

4 Cibo ſuo. *Id eſt, victu conuenienti: in quo intelligitur veſtimentum & domicilium ſine quibus non viuit decenter genus humanum.*

5 In quamcumque autem ciuitatem, &c. *Id eſt, fidelis & bonæ famæ, oſtendens quòd prædicator verbi diuini non debet ad loca mala & ſuſpecta declinare: quia per hoc impediretur doctrina eius tanquam ſuſpecta.*

6 Et ibi. *Donec exeatis tranſituri ſcilicet alibi ad prædicandum. Non eſt tamen intelligendum, quòd per hoc velit excludere cauſas honeſtas exeundi: vt ad docendum vel huiuſmodi, cum propter hoc intrauerint ciuitatem: ſed per hoc vult excludere diſcurſus curioſos, & inutiles, qui non debent eſſe in prædicatore: ſed magis ceſſante neceſſitate exeundi debet vacare contemplationi, vt ibi hauriat quod poſtea populo in prædicatione effundat.*

7 Intrantes autem in domum, ſalutate eam. *Id eſt, homines habitantes in ea: quia parietes nõ ſunt ſalutandi: Modus ſalutationis ſubiungitur cum dicitur.* F

8 Dicentes pax huic dom. *Quia prædicator verbi diuini debet habitantibus domum quam intrat pacem optare: & non ſolum optare, imo euangelium Chriſti prædicare, quod eſt euangelium veræ pacis.*

9 Et ſi quidem fuerit do. illa digna. *Id eſt, ad vitam æternam prædeſtinata & ordinata.*

10 Veniet ſuper illam pax veſtra. *Id eſt, oratio veſtra & prædicatio habebit ibidem effectum.*

11 Si autem non fuerit digna. *Id eſt, ad vitam æternam non prædeſtinata.*

12 Pax veſtra reuertetur ad vos. *Id eſt, dato quòd non habeat effectum quantum ad ipſos, tamen habebitis mercedem inde apud Deum.*

13 Et quicunque. *Hic oſtendit qualiter ſe debẽt habere ad non recipientes eos nec prædicationem eorum di.*

14 Exeuntes foras de domo vel ciui. *Oſtendentes per ſignum manifeſtum, quòd non veniſtis ad prædicandum eis propter temporale lucrum: quia etiam puluerem qui adhæſit pedibus veſtris de loco ipſorum non vultis portare. Vel aliter.*

15 Excutite puluerem de ped. &c. *In teſtimonium laboris veſtri impenſi ad conuerſionem ipſorum, quamuis ipſe noluerunt recipere: ideo ſubiungitur eorum pœna cum dicitur.*

✠ Amen

MORALITER.

† *Interrogate. &c.* Cauendum eſt enim prædicatoribus, ne locum ſuſpectum intrent, & ne de euagatione inutili notentur: ideo ſubditur.

6 *Et ibi ma. &c. Intrantes autem in domum ſalutate eam.* Id eſt, ſalutem habitantium in ea bonis verbis & exemplis procurate.

9 *Et ſiquidem fuerit domus illa digna, veniet pax veſtra, &c.* Id eſt, recipient doctrinam veſtram. Quod ſi non fecerint, nihilominus à Deo habebitis mercedem.

15 *Excutite puluerem.* Id eſt, leuia peccata, quæ ſolent ex talibus accidere, etiam in hominibus perfectis.

† Amen

✠ EVTHYMIVS. Manifestabant enim per talem excussionem, A quòd non solum nihil acceperant, sed etiam puluerem qui inde adhæsisset à pedibus suis excuterent, tanquam propter illos impium.

Excutite puluerem, ad contestationem terreni laboris quem pro eis inaniter susceperant vel vt ab eis nec ad victum aliquid accipiãt, nec terrenum aliquid ab eis quærere ostendant, vt & puluerem de terra eorum sibi non patiantur adhærere.

† 1. q. 1. c. nonne. inf. 11. c.

† 36. di. c. qui eccle sia sticis

a

b

Aliter: Pedes, sunt opus & incessus prædicationis. Puluis, terrenæ leuitas cogitationis, à qua nec summi doctores possunt esse immunes, dum intendunt curis subditorum, & quasi in itinere mundi puluerem legunt. Qui ergo recipiunt verbum, ipsi curam doctorum in argumentum vertunt humilitatis, qui spernunt ad testimonium damnationis inflectunt. Et ipse est puluis, qui in Euangelij contemptores extergi, & à quo per bonos auditores euangelizantium pedes iubentur ablui: immo per ipsum saluatorem narrantur abluti.

c

†synceri

B

Luc. 10. b.

a *Ecce ego mitto.* Illis sua pœna seruabitur in futurum: vos autem omnem exhibete patientiã *Ecce ego.* Congruit illi quòd secundùm Ioannem. Sicut misit me pater ad passionem, sic & ego mitto vos: non ad gaudia, sed ad passiones. Vbi seruate innocentiam, quia qui locum prædicationis susceipit, mala inferre non debet, sed tolerare,

Io. 20. c.

Hom. 34. in Math.

✠ CHRYSOSTOMVS. Quia superius remouit sollicitudinem consequenter prędicit eis mala quæ debebant eis contingere primò vt discerent præscientiæ eius virtutem. Secundò vt nullus suspicaretur, quoniam propter imbecillitatem magistri C hæc eis superuenirent mala. Tertiò vt ipse sustinentes non obstupescerent, dum inopinabiliter & præter spem euenirent. Quartò vt hoc audientes non turbentur in tempore crucis deinde vt discant, quoniam hæc noua prælij lex est.

D

b *Sicut ser.* Serpentis astutia est, quod toto corpore caput in quo vita est, occultat & protegit: ita & nostri periculo corporis caput nostrum quod est Christus, custodiamus. Vel quod per angustiasse coartans, veteri tunica exutus innouatur, sic intrans per angustam portam, veterem exuit hominẽ.

Lucæ. 12. c. & 21. c.

✠ EPYPHANIVS. Altera serpentis prudentia est. Quando enim siti præssus à latibulo procedit ad aquam vt bibat, non simul secum accipit venenum, sed in latibulo relinquit, & sic progressus, potum aquarũ sumit. Proinde & ipsi hoc imitemur, vt quando ad sanctam Dei Ecclesiam, aut ad preces aut ad mysteria venerimus malitiam, aut voluptatem, aut inimicitiam, aut aliud quid in cogitationibus nostris nobiscum, ne feramus.

† Luc. 10. a.

hæresi. 37.

†Mat. 15. b

E

✠ BASILIVS. Prudens vt serpens est, qui cum consideratione ac cognitione potentiæ ac boni odoris, ad audientium obedientiam administrat doctrinam vt quemadmodum illic serpens nouit, & facie blãdiore accedere, & probabiliter loqui ad abducendum à Deo, & subiugandũ peccato: sic nos personę faciem & locum & tempus deligamus, & omnibus modis doctrinas cum iudicio administremus ad abducendum à Diabolo & perducendum ad Deum.

quæstione breuiori 245.

c *Et simplices sicut columbæ.* ✠ EPYPHANIVS. Quamquam columbę genus multis in rebus non laudetur, petulans est enim & lasciuum & per omne tempus voluptati deditum, debile & infirmũ. At verò propter innocentiam & longanimitatem malorum in hoc animali obliuionem, insuper propterea quod in colũbæ specie apparuit Spiritussanctus imitari nos videt diuina sermo Spiritussancti voluntatem, & columbæ innocentiã.

hæresi 35.

F

☞ *In*

NICOLAVS DE LYRA

✠ 1 Amen dico vo. to. *Id est minus punientur in extremo iudicio, Sed videtur alicui, quod hoc non sit verum, quia Genes. 13. scribitur, quod homines Sodomitæ pessimi erant & peccatores nimis coram domino, vnde & in signum magnitudinis peccati ipsorum mortui sunt igne & sulphure descendente super eos. Dicendum quod Sodoma & Gomorra fuerũt infectæ pluribus peccatis scilicet peccato superbiæ, luxuriæ & auaritiæ, vt dicitur Eze. 16. f.* Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, panis saturitas &c. *Sequitur*: Et egeno manum non porrigebat: *Ergo comparantur hic negantibus victum Apostolis quantum ad istud vltimum, non quantum ad alia præcedentia: quia comparatio debet esse secundum ea quæ sunt eiusdem generis: & non est dubium quod grauius est peccatum negare victum seminantibus spiritualia, quibus tenentur homines de iure naturali diuino & humano, vt suprà dictum est, quàm manum non porrigere egeno simplici spiritualia non seminanti.*

2 Ecce ego mitto. *Hic ostendit Saluator, quod prædicatores verbi diuini non debent terreri aduersitate. Et quia in aduersitate non solum oportet sustinere patienter, sed etiam aliquando nomen Christi confiteri constãter, ideo hæc pars diuiditur in duas, quia primò hortatur eos ad actum tolerandi, secundò ad actum confitendi. ibi:* Omnis ergo qui confitebitur me. *Prima in duas, quia primò ostendit tribulationis imminentis magnitudinem, secundo hortatur apostolos ad eius sufferentiam, ibi:* Non est discipulus super magistrum. *Prima in tres*

Diuisio

secundum quod magnitudo tribulationis futuræ ostenditur ex tribus quia primò erant passuri à legisperitis secundò à principibus Gentilibus ibi: Et ad reges, *tertiò à propriis parentibus, ibi:* Tradet autem frater: *& in quoslibet persequutione ostendit qualiter se debent habere. Dicit ergo:* Ecce ego mitto vos sicut oues. *Id est simplices innocentes, per arma vos non defendentes.*

3 In medio lupo. *Id est Scribarum & Pharisæorum. Lupus enim dentibus oues laniat, homines anhelitu inraucat. ita isti Apostolos Christi nitebantur interficere, & vocem prædicationis eis impedire, vt patet ex doctrina Apostolorum & in actibus eorum, & ideò consequenter ostendit qualiter in hac tribulatione se debent habere di.*

4 Estote er. pru. *quoniam aliquando prudenter declinanda est malicia persequutorum, sicut Paulus videns maliciam Iudæorum volentium eum interficere sine causa, appellauit ad Cæsarem, Act. 25.*

5 Et simplices. *Quia occurrẽte necessitate debet prædicator Euangelij si necesse sit, offerre sine auaritudinis felle, ex quibus patet, quod astutia vulpina vituperalis est, similiter ruditas bouina sed medio modo debent incedere discipuli Christi ideo sequitur:*

6 Cauete autem. *Quia sicut dictum est, aliquando cauendæ sunt insidiæ malignorum.*

7 Tradent. *Hoc enim frequenter habetur in Act. Apostolorum, quod discipuli Christi sunt in consiliis adducti, flagellati, & incarcerati propter nomen Christi.*

8 Et ad re. & præ. *Hic ostenditur magnitudo tribulationis imminentis Christi discipulis à principibus Gentilium Iudæi enim*

✠ *pro*

MORALITER.

✠ 1 *Amen dico vo. to.* Nã repellere & impugnare veritatem agnitam, quædam species est peccati in spiritum sanctum.

2 *Ecce ego mitto vos sicut oues in medio.* Per quos in primitiua Ecclesia intelligebãtur tyranni, sed modo per eos possunt detractores intelligi, propter quorum morsus non est à fidelibus prædicatio subtrahenda.

6 Cauete autem ab ho. Vos malicioſè ad peccatum trahere nitentibus.

7 *Tradent enim vos in con. &c.* Id est trahere vos conabuntur ad sua consortia mala.

† *Et in syna. su. fla. ros.* Scilicet flagellis linguarum suarum, eo quod arguitis mala ipsorum.

8 *Et ad reges & præsi. du.* Multi enim propter prædicationem veritatis accusantur malè apud magnos huius seculi.

A

a *In testimo.* Vtinde peruersi pereant sine excusatione, vnde electi exemplum capiunt vitæ. *In testimonium illis & gen.* Lucas: *Continget vobis in testimonium:* Quia persequutio nominis Christi, nō solum Iudęis & gentibus eorum maliciæ, sed etiam ipsis Apostolis fit in testimonium ipsorum inocentiæ.

✠ THEOPHYLACTVS. Hoc est, in notam & in reprehensionem eorum qui non crediderunt.

✠ EVTHYMIVS. Ad redargutionem Iudæorum & gentium, postmodum dicant, quòd diuini verbi prædicatio nem non audierint.

b *Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini.* Voluntatem vestram pro Christo offerte Christus ꝓ vobis loquetur pro se.

c *Tradet autem frater &c.* Minorem dolorem ingerunt mala quæ ab extraneis, maiorem quæ ab illis patimur, de quorum mentibus præsumebamus quia cum damno corporis, mala nos cruciant amissæ charitatis.

✠ HIERONYMVS. Hoc in persecutionibus fieri videmus nec vllus est inter eos fidus affectus, quorum diuersa est fides.

✠ EVTHYMIVS. Per hos autem amicissimos, alios cognatos & familiares intelligit, qui omnem fauorem amicitiam imo & humanitatem deposituri sint, vt eos solius fides ratione persequantur.

✠ CHRYSOSTOMVS. Quænam libera nobis respondendi potestas erit, quæ venia concedetur: Quos non exagitant flagella, non vrgent carceres quibus non principes non synagogæ minantur ne aliquid huiusmodi malorum impendant. Imò se in cōtrarium omnia habent: dominamur enim & regna possidemus quippe qui fideles reges habemus, vnde Christiani honoribus affluant honore securitate & pace fruuntur: nec sic tamē vincimus & illi quidem cum ad cruciatū quotidie ducerentur, & tam magistri quam discipuli mille tormentis & flagellis cederentur, bonorum tamen paradisi, animo fruebantur. Nos verò qui nec somniis quidem cruciatum aliquem sustinemus, multo molliores quam cera, sumus. D

d *Qui autem, &c.* Docet virtutem longamitatis & patientiæ. Non enim cœpisse vel facere, sed perficere virtutis est. Vnde cauda hostiæ iubetur offerri. Hoc idem Lucas exprimit: *In patiētia vestra possidebitis animas vestras.* Quia dū nobis dominari dicimus, hoc ipsū incipimus possidere quod sumus. Lucæ. 21. d.

e *Cum au.* Hoc ad illud tēpus pertinet, quod dictū est: In via gentiū ne abieritis, quod persequutiones non debeant timere sed declinare: vt tribulationis occasio, sit Euangelij seminarium. E

✠ CLEMENS ALEXANDR. suadet fugere, non tanquam malū sit pati persecutionē, nec vt mortē expaueſcamus. Vult autem nos nulli esse auctores neque adiutores mali, nec nobis ipsis nec ei qui persequitur, nec ei qui interimit denunciat enim quodāmodo vt caueat qui autē nō obedit est audax & temerarius, & inconsultè se in manifesta pericula coniiciēs. Si autem, qui hominem Dei interimit, in Deum peccat eis quoque eius cædis reus tenetur, qui non vitat persecutionem sed seipsum capiendum præbet per audaciam. Quantum enim in se est adiuuat improbitatem eius qui persequitur. lib. 4. stromatum.

✠ ATHANASIVS. Christus aliquando fugit, cum nondum venisset hora sua. Cum verò vidisset horam adesse se obtulit verum non est par nostra cum Christo conditio quia nos vt homines ignari sumus temporis nobis à diuina prouidentia constituti. lib. de fuga sua.

Mysticè. Cum vos persequentur in vno testimonio, fugite ad alia volumina. Quia quamuis sit contentiosus persequutor: ante præfidiū Saluatoris adueniet, quā illi concedatur victoria.

Non

NICOLAVS DE LYRA.

C

✠ *pro illo tempore erant subditi Romanis: & ideo non habebant altam iusticiam, & propter hoc non poterant aliquem condemnare ad mortem secundum quod habetur Io. 18. f.* Nobis non licet inter. quem quā: & ideo nō sufficiebat eis discipulos *Christi in cōciliis ducere & eos flagellare, sed tradebant eos iudicibus Romanorum, vt sic possent eos ad mortem deducere. Et hoc est quod dicit.* Et ad re. & præ. *vt scilicet condemnemini ad mortem.*

1 In test. il. *Actiuè scilicet vt possint contra vos deferre testimonium*

2 Et gentibus. *Hic accipitur autoritatiuè. quia iudices potentes condemnare homines ad mortem, Gentiles erant: propter quod Pilatus dixit Iesu Io. 19. b. Nescis quia habeo potestatem crucifigere te, &c. Dicit ergo Gentibus quasi dicat Iudæi non habentes autoritatem vos interficiendi ducent vos coram iudicibus Gentilibus vt contra vos deferant testimonium ad condemnationem mortis, conseque nter ostendit qualiter se debent habere in hac tribulatione di.*

3 Cum autem tra. *Per hoc non intendit excludere viam præuidendi sibi de responsione: sed quod non debent perturbari si non habeant tempus prægocitandi, & hoc duplici de causa. Primò quia in tali casu sufficit fidem confidenter confiteri coram iudicibus: quod facere potest quilibet Christianus, quantumcunque simplex: Secundò quia hominibus de deo confidentibus spiritussanctus non deficit in necessitate, cum non possint aliter occurrere. Et hoc est quod subditur.*

4 Dabitur enim vo. *Et patet ex prædictis, quod non loquitur hic de verbo prædicationis. Debet enim prædicator verbi diuini prægocitare qualiter debeat verbum diuinum proponere, Secundum quòd dicitur Prouer. Prouer. 16. a. Hominis enim est animum præparare, & domini gubernare linguam, aliter tentaret Deum si negligeret de hoc cogitare, dum tamen habeat tempus oportunum.*

5 Tradet autem fra. *Hic ostendit magnitudinem tribulationis imminentis Christi discipulis, ex eo quod passuri erant ab inimicis & parentibus quod est grauissimum propter quod dicit.* Tradet au. *Hoc inuenitur de multis sanctis qui pro Christi fide seruanda traditi sunt ad mortem ab amicis suis sicut beatus Chrysantus traditus est ad mortem à patre suo Polemæo. Cætera patent vsque ibi.*

6 Cum autem, &c. *Vbi ostēdit qualiter se debēt habere in tali tribulatione quia aliquando discipuli Christi debent fugere. Ad cuius euidentiam sciendum, quod persequutio aliquando est personalis, vt quando aliquis quæritur ad mortem, non quia fidelis principaliter, sed propter odium personæ determinatæ: & tunc est semper fugiendum, sicut Paulus quærebatur ad mortem in Damasco, vt habetur Act. 9. quod patet quia alij fideles permittebantur ibi pacificè habitare, sed quærebāt solùm Paulum interficere: ideo demissus à fratribus permurum, fugit persequutionem personalem. Aliquando autem non solum est persequutio personæ sed etiam fidei & iusticiæ: & tunc si homo percipiat probabiliter quòd ex fuga sua sequatur derisio fidei & depressio iusticiæ, fuga est mala & est peccatum mortale. Si autem non apparet hoc probabiliter sed magis contrarium, vt pote, quia ex fuga tali potest alibi fieri vtilitas Ecclesiæ: ex remansione autem non haberetur nisi occisio ministrorum Ecclesiæ à canibus id est obstinatis infidelibus: & conculcatio margaritarum id est articulorum fidei ab ipsis: tunc est fugiendum & alibi proficiendum: propter quod subditur.*

✠ Amen

MORALITER.

✠ 3 *Cum autem tradent vos no.co &c.* Id est non confidatis principaliter de scientia vestra, & eloquentia, sed de diuina prouidentia

5 *Tradet autem frater fratrē.* Frequenter enim contingit, quod frater carnalis fratrem suum trahit ad culpam mortalem, & pater filium, & etiam è conuerso.

† *Et eritis odio omnibus hominibus.* Sequentes enim Christum frequenter sunt odiosi etiam carnalibus amicis

6 *Cum autem persequentur vos in ciuitate ista.* Qui enim proficere non potest in vno loco, debet ad alium transire,

Non

a *Non est discipulus, &c.* Nec indignemini tolerare quod tolero qui dominus sum, faciens quod volo, & magister docens quod vtile scio.

b *Si patremfa.* Ostendit calumnias suas, vt suo exemplo ferant iniurias. vnde dixit: *Sufficit di.*

c *Beelzebub.* Beel ipse est Bel, Zebub musca id est Deus muscæ per spurcicia sanguinis immolati. Idolum est Acaron. nomine cuius spurcissimi idoli principē dæmoniorum appellant: qui musca dicitur propter immundiciam.

Beelzebub idolum apud diuersas gentes diuersis nominibus nuncupatū Ninus rex Assyriorum conditor Niniuæ ciuitatis post mortem patris sui Beli composuit statuam in honore ipsius eique diuinos honores iussit persolui ab hominibus. Cuius simulachri similitudinem Chaldæi suscipientes, vocabant Bel, vt in Daniele legitur. Inde Palæstini illud accipiētes vocabāt Baal. Moabitæ verò Beelphegor, atque ita per diuersitatem Gentium diuersa ei dabantur nomina. At Iudæi vnius Dei cultores vocabant Beelzebub ob derisionem Gentilium. Baal vir, zebub, musca, vir muscarum siue habens muscas.

d *Ne ergo timueritis eos.* Eorum sæuitiam vel blasphemias, quia veniet dies cum Deus iudicabit occulta hominum, vbi & nequitia discooperietur, & vestra intentio non soli Deo cognita, ab omnibus scietur.

e *Nihil enim opertum.* ✠ CHRYSSOSTOMVS. Hic sermo vniuersalem de omnibus enunciationem continere videtur: non tamen ad omnia, sed ad proposita solum pertinet. Quasi dicat: Si igitur adhuc dolore vexamini quoniam malè audituri estis propter me, illud dolorem vestrum sedet, quod non multò post ab omni suspicione liberabimini. Cuius enim rei gratia contumelias fertis? Magos & seductores vocant, certè nō multò post saluatores vos benefactoréque totius terrarum orbis predicabunt.

f *Quod dico.* Hoc est, in quo volo vos constantes esse.

Vel quod dico in tenebris, id est, dum adhuc in timore estis, dicitis in lumine id est in fiducia veritatis, accepto spiritusancto, Et quod in aure auditis id est quod secreto auditis, super tecta id est calcato carnis domicilio predicate.

✠ GREGORIVS. Cum aliqua mystica de occultis prophetarū verbis à credētibus agnoscūtur, quid aliud quā profūda de tenebris reuelātur? Vnde ipsa quoq; veritas discipulis in parabolis loquēs, ait: Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine. i. apertè exponite, quæ in allegoriarū obscuritatibus audiuistis.

g *Super.* Loquitur iuxta morem Palæstinæ, vbi solent in tectis residere quæ nō sunt cacuminata, sed æqualia vnde lex præcipit vt qui nouam domum ædificat, murum tecti ponat in gyro, ne fundatur sanguis innoxius labente aliquo. Ergo in tectis prædicatur, quod cunctis audientibus palam dicitur, & est. Quod vos erudiui in paruo Iudææ loco, in toto mundo dicite.

h *Nolite timere.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Si Christianus es, Christo

a ¶ Non mirum si à quibusdam fugitis, quia consummatio Israel non fiet in fide, donec Christus à mortuis resurgat.

in aliam: Amēn dico vobis: non † consummabitis ciuitates 1
Israel, donec veniat filius hominis. † Non est discipulus su- 2
a ¶ Perfectio est discipuli non vlcisci iniurias, sicut ego feci. 3
per magistrum, nec seruus super dominum suum. Sufficit 4
a ¶ Prius faciens quam docens. ¶ Qui potui. 5
discipulo, vt sit sicut magister eius, & † seruo, sicut dominus 6
a ¶ Cui famulantur cœlestia & terrestria. a ¶ Quid mirum de famulis: 7
eius. Si patrem familias Beelzebub vocauerunt. quantoma- 8
gis domesticos eius? Ne ergo timueritis eos † Nihil enim 9 10
a ¶ Corde. ¶ Hoc ad bonos b ¶ Hoc ad malos. ¶ Actu.
opertum, quod non reuelet ur, & occultum quod non scia- 11 12
¶ In mysterio. a ¶ Prædicate apertè. b ¶ Spiritussancto. 13
tur. Quod dico vobis in tenebris, dicitè in lumine, & quod 14
a ¶ Priuatim. b ¶ Palam publicé. ¶ Calcate carnalia. 15
in aure auditis, prædicate super tecta. † Et nolite timere 16

† perambulaueritis

† Luc.6.f.

† seruus

† Mar.4.c

† 11.q.3.c. nolite. 2. de hær. c. cum ex iniuncto

Beelzebub idolum diuersa nomina in diuersis gentibus sortitum est

Luc.8.c. & 11.a.

hom.35. in Matth.

1 Amen di. *Prædicando scilicet ibi aduentum vel fidem Christi*

2 Donec ue. *à Mortuis scilicet resurgendo: quia denunciatio aduentum Christi per apostolos per ciuitates Iudææ, immediatè passus est Christus, & à mortuis resurgēs discipulis apparuit. Vel si intelligatur de aduentu Christi ad iudicium, tunc intelligenda est consummatio prædicationis apostolorum per totum orbem, quamtum ad conuersionis effectum: quia vbique dispersi sunt filij Israel secundùm prædestinationem vt dicitur in epistola ad Ro. 9. Licet enim prædicatio apostolorum discurrerit per totum orbem à tempore ipsorum, secundùm quod dicitur in* Psal. In omnem terram exi. &c. *tamen effectus conuersationis fidelium quantum ad eos qui generaliter conuertendi sunt ad fidem habebit plenariè effectum suum circa finem mundi.*

3 Non est disci. *Ostensa magnitudine tribulationis imminentis: hortatur discipulos ad ipsius tolerantiam, & hoc triplici ratione: primò exemplo sui, secundò ex consideratione diuini iudicij, ibi:* Nihil opertum *tertiò ex meditatione diuinæ prouidentiæ & consilij, ibi:* Et nolite timere. *Circa primum hortatur eos exemplo sui, quia multa & grauia à Iudæis passus est sine causa, & pro veritate fidei, & multò fortius debent hoc pati eius discipuli, & hoc est quod dicit.*

Non est discipu. &c. *Sequitur:*

4 Sufficit discipulo &c. *Id est, si plus conculcetur & condemnetur quam magister eius. & ideo concludit:*

5 Si patrem fa. *Id est Christum, qui est pater noster.*

6 Beelzebub voca. *Sicut enim patet ex præcedentibus, dicebant Christum facere miracula in virtute cuiusdam dæmonis sibi familiaris nomine Beelzebub. & sic Christum quodammodo vocabant Beelzebub in quantum opera eius ipsi Beelzebub attribuebant: quod erat magna blasphemia contra eum.*

7 Quantomagis do. eius. *diffamabunt, imponendo Apostolis, qui sunt de domo Christi, quod faciant miracula in virtute dæmonis, Quod enim Apostoli facerent miracula virtute dæmonis, dixerunt Iudæi & Gentiles, vt patet multipliciter ex legendis eorum.*

8 Ne ergo timueritis eos. *Omittendo fidei veritatem propter persequutionis timorem.*

9 Nihil enim opertum. *Hic hortatur eos ad idem ex consideratione diuini iudicij, in quo omnia manifestabuntur, quia bona & mala omnium omnibus erunt manifesta. Cuius ratio est, quia tale erit iudicium quod videbitur ab omnibus iustum: quod non posset esse nisi merita & demerita omnium viderentur ab omnibus manifestè. Consideratio huius manifestationis debet dare magnam audaciam in prædicatione veritatis: & hoc est quod dicit:* Nihil opertum. *scilicet in præsenti tempore*

10 Quod non reue. *In iudicio.*

11 Et occul. *quia secreta cordis quæ soli Deo sunt nota, tunc erunt nobis manifesta: & hoc debet prædicatores mouere ad prædicandum veritatem securè, propter quod dicit:*

12 Quod dico vo. *In tenebris. id est, in locis priuatis, licet enim Christus, vt communiter prædicauerit in communibus locis. vt in templo & synagogis: tamen aliquando docebat discipulos separatim à turbis, vt habetur Mar. 4. a, Seorsum autem discipulis suis disserebat omnia.*

13 Dicite in lu. *Id est, palam, quia postea populi palam populo prædicauerunt ea quæ à Christo seorsum didicerunt: propter quod sequitur*

14 Et quod. *Id est. in secreto.*

15 Prædi. su. te. *Id est, Publicè. In Palestina enim tecta domorum erant plana desuper & ibi conueniebant homines in diebus festiuis ad ludendum & confabulandum, & per hoc designat quemlibet locum publicum, vbi conueniunt homines. Vel secundum alios tecta ista dicebantur quædam deambulatoria facta circa templum, super quem ascendebant doctores & inde docebant populum.*

16 Et nolite timere &c. *Hic hortatur eos ad tolerantiam tribulationis ex consideratione diuinæ prouidētiæ seu consilij ad cuius euidētiam sciendum, quod aliqui dixerunt diuinam prouidentiam tantum se extendere ad incorporalia. & non ad ista inferiora. ex quorum persona dicitur Iob. 22. b.* Circa cardines cœli perambulat nec nostra considerat. *Alij autem dixerunt, quod se extendit circa inferioria ista, exceptis actibus humanis: & hoc ne tollerent ab homine libertatē arbitrij sed vtrumq; est falsum secundū Philosophū. 1. de anima. vbi reprahēdit*

✠ *Empedoclem*

✠ 3 *Non est discipulus &c.* Istud ad hoc inducitur, vt patet per literam sequentem, quod Christi discipulus patienter toleret blasphemiam sibi irrogatam, cum Christus patienter tulerit

similem

similem & maiorem.

9 *Nihil enim opertum, quod non reueletur.* Scilicet in die iudicij vbi patientia martyrum premiabitur, & persequutorum nequitia punietur.

☞ A Christo crede: Si Christo credis, per opera mihi fidem demonstra. Quomodo verò per opera mihi fidem demõstrabis? Si mortem contemnas, & in hoc sane infidelibus differimus qui resurrectionis spem non habentes, mortem timent.

lib. 1 ad Monym. cap. 6.

a *Mittere in gehennam.* ✠ FVLGENTIVS. Quòd ante gehennam mali pereunt, non est diuini operis sed humani. Quod autem in gehenna perituri sunt hoc facit Dei æquitas, cui nulla placet peccantis iniquitas.

b *Nónne, duo passe.* Lucas nónne quinque passeres venerunt dipondio? Nec multum distat, vt duo asse & quinque dipondio. Dipondius enim est ex duobus assibus, Quod autem in numeris est vnus hoc in pondere as: & quod duo, hoc dipondius.

c *Et vnus ex illis.* Quomodo ergo Apostolus: *Nunquid de bobus cura est Deo?* Sed aliud est cura, aliud scientia.

d *Numerati.* Hoc est scientia Dei numerum illorum comprehendit. Numerati. Non actu computationis, facultate cognitionis: A similitudine pecuniæ, quæ numeratur vt seruetur. Vbi magna prouidentia Dei, quod nec parua ociosaque dicta eum lateant.

✠ AVGVTINVS. Quid timebo ergo damna membrorum, quando securitatem accipio capillorum? Neque capillus quidem trium puerorum in fornace Babylonica positorum, periit: quomodo non igitur Deus corpus ipsum & conseruare & restituere poterit?

✠ CYPRIANVS. Si nec passer cadat, nec minima fieri sine Dei voluntate Christus asserat, existimat aliquis summa & magna, aut non sciente permittente Deo in ecclesia fieri, & sacerdotes, id est, dispensatores eius, non de eius scientia ordinari?

lib. 1. epistola. 3.

e *Qui confi.* Vel cõfitetur quis Iesum ea fide, quæ per dilectionem operatur: Negat qui præceptis Dei non obedit.

✠ CHRYSOSTOMVS. Non dixit, *cui confitebitur me*, sed ἐνεμοι in me: vt tibi ostenderet nõ propterea virtute, sed superiore gratia adiutũ cõfiteri eum. Quia etiã de causa, non similiter dixit de negante, *Qui autẽ negauerit me &c.* Nõ enim ait, Qui in me negauerit, sed qui negauerit. Nam qui negat, superioris gratiæ patrocinio priuatus, negat.

Hom. 35. in Matthæũ.

f *Qui autem.* Negatur à filio apud patrem, cui non manifestatur in diuinitatis potentia filius & pater, Confitetur à filio apud patrem qui per filium habet accessum ad patrem.

g *Pacem mit.* Missum est bellũ bonum vt rũperetur pax mala.

☞ *Veni*

a ¶ Tantum. b ¶ Quin eam Deus reddat corpori.

eos qui occidunt cõrpus, animam autem non possunt occidere: sed potius eum timete, qui potest & animam & corpus

a ¶ Mittendo in æterna suplicia. b ¶ Nolite timere mortem corporis qui mori non potestis sine nutu Dei, quod in minoribus liquet. 1

pẽrdere in gehennam. Nõnne duo † passeres asse veneunt? 2

a ¶ Non moritur sine prouidentia, Dei quanto magis vos? a ¶ Sine nutu Dei.

Et vnus ex illis non cadet super terrram sine patre vestro. 3 4

a ¶ Vt taceam de corporis massa, etiam minimæ particulæ Dei prouidentia conseruantur.

Vestri autem & capilli capitis omnes numerati sunt. † 5

a ¶ Omnem curam in eum proiicite apud quem non capillus peribit. b ¶ Quia rationales, quia æterni.

Nõlite ergo timere multis passeribus † meliores estis vos, om 6

¶ Ergo prædicate super tecta: quia. Omnis. a ¶ Ore confessio fit ad salutem. ¶ Fidem; corde 7

& ore, Ne quis tempore per sequutionis sufficere sibi putaret fidem cordis.

b ¶ Perducam ad confessionem patris.

nis ergo qui cõfitẽbitur me corã hominibus cõfitẽbor & ego

¶ Venite benedicti patris mei. ¶ In consortio sanctorum. ¶ Timore.

eũ cõram patre meo qui est in cœlis. Qui autẽ negauerit me 8

a ¶ Vbi, Prodesse debet mei nominis confessio. b ¶ Non perducam ad visionem Dei patris, qua perfruentur sancti.

coram hominibus, negabõ & ego eũ corã patre meo qui in

a ¶ Sicut timor mortis non debet retrahere sic nec carnalis affectus. b ¶ Non ad hoc inter

homines veni, vt carnales affectus confirmem, sed spirituali gladio dissociem.

cœlis est. † Nõlite arbitrari, quia venerim pacẽ mittere in ter- 9

Luc. 12. g.

C

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *Empedoclem dicens, quod Deus esset insipientissimus, si aliquid ignoraret quod nos cognosceremus: quod sequebatur ad dictum Empedoclis, quia dicebat omnia componi ex amicitia & lite, excepto Deo in quo lis non erat. Ex quo sequebatur, quod Deus litem non cognosceret, quia ponebat simile simili cognosci: & idem inconueniens sequitur ad dictum istorum, quia nos habemus noticiam de istis inferioribus, & de humanis actibus: & per consequens Deus talia cognoscit & ad finem debitum deducit: quia cum sit agens vniuersale & primum omnia quæ sub iacent' eius cognitioni ordinantur per ipsum. Et quia natura nobilior prinicipalius cadit sub ordine prouidentiæ, sequitur quod natura humana quæ immortalis est ex parte animæ, speciali modo cadit sub eius ordinatione: propter quod iusti non debent mortem timere, quia Deus ordinabit ad finem vltimum & hoc est quod dicit: Noli. & patet vsque ibi.*

1 Nónne. *Ad euidentiam huius sciendum, quod passeres abundant in terra promißionis: & ideo de ipsis fiebat oblatio pauperum, qui non poterãt alia habere vnde erãt pauci valoris, qa duo habebãtur pro asse. As aßis est genus nummi: vnde est mensura, id est ponderibus vt dicit gl. super istum locum. In vnoquoque enim genere illud quod minimum est mensura aliorum. Dipondius autem valet duplex as, & ideo dicitur Lu 12. quod quinque passeres habebantur pro dipondio hic dicitur quod duo pro asse quia passer impar nõ poterat competenter diuidi, ideo remanebat vendenti. dicit ergo:* Nónne duo pas. *Id est, venduntur quia veneo. nis habet sensum paßiui sub voce actiua.*

2 Asse. *Id est, pro asse. & tamen vnus ex illis quantumcúmque sit parui valoris. vt visum est.*

3 Non cadet su. *Id est, non morietur.*

Sine

4 Sine patre vestro. *Id est, sine prouidentia Dei patris per consequens supple neque vos moriemini quin Deus ordinet de morte vestra propter quod concludit.*

F

5 Vestri au. *In Dei prescientia: ideo concludit.*

6 Nolite. *Id est, maioris reputationis apud Deum. quia ad imaginem Dei factus quod non competit creaturæ irrationabili.*

7 Omnis er. *Ostenso quod debent tribulationes sustinere constanter, hic hortatur eos ad confitendum nomen Christi confidenter dicens:* Omnis. *& patet & sequitur:*

8 Qui autem negauerit &c. *Negatio autem nominis Christi semper est peccatum mortale: & ideo negans ipsum, dignus est damnatione. Similiter & non confiteri seu tacere aliquando est peccatu m mortale, vt quando scilicet ex taciturnitate alicuius tollitur honor Deo debitus sicut in casu quo aliquis interrogatus de fide ex taciturnitate sua ingerit opinionem aliis quod ipse non sit Christianus, vel quod fides sit ita derisibilis, quod nullus audeat ea confiteri: tunc tacere vel non confiteri. peccatum mortale est, si autem aliquis non interrogatus ex feruore fidei publicè profiteatur fidem Christi ad declarationem veritatis fidei, & ad confirmationem trepidantium, sicut leguntur aliqui martyres feciße: hoc est donum supererogationis.*

9 Nolite arbitrari, quia venerim. *Hic ostendit quod prædicatores Euangelij non debent impediri ex amicorum carnalitate. Ad cuius euidentiam sciendum, quod charitas est ordinata, sic quod homo debet diligere Deum super omnia, etiam suprà seipsum: & ideo pro nulla amicitia cuiuscunque proximi debet retardari quin prosequatur ea quæ pertinent ad honorem diuinum propter quod dicit:* Nolite ar. quia ve. pacem mittere in terram, *& loquitur de pace mala, quæ est contra Deum.*

✠ Non

MORALITER.

✝ 1 *Nónne duo passeres asse veneunt.* Hilarius, Mysticè autem corpus & anima asse venduntur, cum pro minima delectatione diabolo traduntur.

8 *Qui autem negauerit me &c.* Remigius Negabit autem se negantem, quia per ipsum non habebit accessum ad patrem & sic per oppositum intelligitur confiteri se confitentem, quia dabit ei accessum ad patrem.

9 *Nolite arbitrari. quia venerim.* Hiero. Ad fidem Christi totus orbis in se diuisus est, vna quæque domus fideles habuit & infideles, & bonum bellum mixtum est, vt pax mala rumperetur

✝ *Qui*

sermone de martyribus

¶ Verbi Dei.

1 ram.Non veni pacem mittere, sed gladium veni enim † se- 2
parare hominem aduersus patrem suum , & filiam aduer- 3
a ¶ Non possunt inter eos esse iura pacis, inter quos est bellum fidei.
sus matrem suam , & nurũ aduersus socrum suam ẽt inimici
a ¶ Qui non credunt. b ¶ Et huic religioni pietas non est anteponenda, quod facit qui quod deo minus amandum est plus amat quam deum.
hominis domestici eius. † Qui amat patrem aut matrem † 4
a ¶ Qui præponit carnalem affectum spirituali.
plus quam me,non est me dignus. † Et qui amat filium aut
a ¶ Vel carnem domando,vel proximo compatiendo,& hoc contuitu æternorum.
filiam super me,nõ est me dignus.Et qui non accipit crucem
a ¶ Nec diuersa timenda sunt,quia qui quærit inuenire temporaliter vitam æternaliter perdet eam.
suam: & sequitur me non est me dignus, Qui inuenit ani- 5
a ¶ Paratus est eam hic perdere omnia postponens amori meo.
mam suam perdet illam: & qui perdiderit animam suam † 6
¶ In futuro. a ¶ Qui in vobis sum. 7
propter me inueniet eam.† Qui recipit vos me recipit: & 8 †
a ¶ Quia non aliud recipit in Apostolis quam quod est in Christo. a ¶ Qui in me est. 9
qui me recipit,recepit eum qui me misit. † Qui recepit pro- 10

phetam repit.Huic per prophetam dicitur.*Vnusquisque se à proximo suo custodiat,& in omni fratre non habeat fiduciam.*

d *Et qui non accipit &c.* Crux duobus modis portatur cum vel per abstinentiam corpus afficitur, vel cum per compassionem proximi affligitur animus. Peccata proximorum frixorium sunt sanctorũ. Crux semper est portanda, vt amor Christi ostendatur.

e *Et seq.me.* Aliquis enim carnem macerat pro inani gloria, vel proximo carnaliter compatitur vt culpę faueat:Hic crucem ferre videtur, sed dominum non sequitur.

f *Qui in.* Nomine animæ vita præsens designatur.

✠ Aug. Magna & mira sentẽtia.Qui inquit, inuenit animã suam, perdet eã. quod duobus modis potest intelligi. Qui amat perdet, id est,si amas,perdes,si cupis vitam tenere cũ Christo, noli mortemtimere pro Christo.Item alio modo.Qui amat animam suam, perdet eã.Noli amare,ne perdas.Noli amare in hac vita,ne perdas in æterna vita.Si malè amaueris, tunc odisti:si bene oderis,tunc amasti, fœlicis qui oderunt custodiendo,ne perdant amando.

✠ Clemens Alex.Qui perdiderit animã suam,inquit,dñs seruabit ipsam,aut eã tradens, libenter adeũdo pro Dño pericula, aut eam perdens,ex ea quæ est ei cum hac vita consuetudine.Si enim soluere,abducere & segregare (id enim crux significat) animã volueris ab ea quæ est in hac vita voluptate & delectatione , habebit eam in illa quæ expectatur, spe inuentam , & conquiescentem.

g *Qui re.* Cum ad prædicationẽ mittit,æs zonæ tollit pericula nõ timenda dicit,affectũ subiici religioni.Vnde ergo sumptus? Austeritatem mandatorum spe tẽperat promissorum,*Qui recipit* (inquit) vos.Ad susceptionem magistrorum prouocat discipulos.Dicit ergo aliquis:ergo & pseudoprophetas & Iudam proditorẽ suscipiemus? Hoc dominus procurans dicit nõ personas

☞ esse

10.8.c. psal.44.c. — c — lib.3.mora. — Roma.9.a. — supra.6.b. — d — e — f — g — † Luc 10.c.

a *Veni enim.* Hic Lucas ait:Erunt quinque in vna domo diuisi tres in duo & duo in tres:diuidentur. Quomodo ergo quinq;? cũ sex personarũ nomina subiicit,patris filij matris filiæ Socrus & Nurus. Sed mater filij ipsa est Socrus vxoris eius ideoque illa ipsa,& in filiam suam, & in Nurum dicitur esse diuisa.Possumus & patrem intelligere diabolum, a cuius eramus aliquando filij non natura sed imitatione vt Iudæis dictum est Vos ex patre diabolo estis. Sed postquam vocem audiuimus monentis. Obli.po.tu.& do.pa. tui. Venit gladius domini separare nos ab inuicẽ, & ostendere alium patrem cui diceremus: Pater noster qui es in cœlis, Mater synagoga, filia primitiua ecclesia. Socrus eadem synagoga, Nurus primitiua Ecclesia de gentibus Sponsus Ecclesiæ, filius est , dicente Apostolo: *Quorum patres ex quibus Christus secundùm carnem.* Socrus igitur, id est mater sponsi & in nurum & in filium diuisa est synagoga carnalis quia ecclesiam persequi non cessat,sed & ipsa in matrem & in socrum diuisa est,volens recipere circunciſionẽ cæteraſque carnales obseruãtias.

✠ Hilarius.Pater corporis peccatum est, mater animæ infidelitas ex qua cætera omnia. Itaq; gladio dei in sacramento baptismatis ab his rescindimur.

b *Separare.* Id est,priuatos carnis affectus extinguere,quibus ita inuicem diliguntur, vt Deo minus seruiant. Vel penitus auertantur , non quod non sint honorandi pater & mater , sed post Deum,hic est ordo charitatis.

c *Qui amat pa.* Post Deum amandi sunt , sed si vtrumque non potest seruari,odium in suos,pietas est in Deum.

✠ Gregorius. Antiquus aduersarius , non solum per semetipsum,sed per eos etiam qui nobis adhærent , statum satagit nostræ mentis inclinare. Cum enim cor nostrum sua persuasione non subruit , ad hoc nimirum per linguas adhærentium

---

NICOLAVS DE LYRA

1 Non ve.pa.mit. *Scilicet talem quæ dicta est.*

✠ 2 Sed gla. *Hoc est diuisionem talis concordiæ. Aduertendum tamen quod ista quæ dicuntur hic à Christo, sunt facta occasionaliter quia ad Christi prædicationem & apostolorum aliqui conuersi sunt ad fidem & alij in infidelitate remanẽtes quantũcũq; eis coniuncti, persequuti sunt istos ad mortem propter quod sequitur,*

3 Veni enim. *Et patet.*

4 Et qui non ac.cru. *Scilicet hic ostendit quod prædicator verbi diuini non debet retrahi propter dulcedinem præsentis vita , quæ est breuis & transitoria , & ad merendum vitam æternam ordinata,& ideò quia finis melior est his quæ sunt ad finem ea quæ sunt ad finem non sunt nisi propter assequutionem finis ideo de ipsis non curatur dum tamen finis habeatur : propter quod de vita præsenti non est curandum , sed de assequutione vitæ æternæ : & hoc est quod dicit* Qui non. *scilicet voluntariè mortem tolerando.*

5 Non est me. *Id est , vita æterna , quia in coniunctione ad Christum per visionem & fruitione consistit vita æterna.*

6 Qui inue. *Id est , vitam præsentem,quæ causatur ab anima existente in corpore vnde est ibi prædicatio per causam. Qui amat igiur vitam præsentem inordinatè , perdet eam , Res enim perditur quando non attingit finem debitum , sicut medicina perditur quando per eam sanitas non acquiritur : Et eodem modo vita præsens quæ finaliter ad consequutionem vitæ æternæ ordinatur , rectè perditur , quando per ipsam ad æternam vitam non peruenitur : quod contingit illi , qui inordinatè amat ipsam & è contrario,*

7 Qui perdit animam. *Vitam præsentem propter Christum contemnendo : Talis enim dicitur perdere , non secundùm veritatem,vt patet ex prædictis,sed secundùm hominum opinionem.Iste inquam.*

8 Inueniet eam. *accipiendo pro transitoria æternam.*

9 Qui reci.vos. *Postquam Saluator hortatus est prædicantes, hic hortatur recipientes ipsos , ostendens magnitudinem præmij ipsorum.*

10 Qui recipit vos in no. *Ea enim quæ fiunt Christi fidelibus,reputat sibi fieri Christus:& hoc tam in malis, Act.9.e. Saule Saule,quid me persequeris?id est fideles meos quàm etiam in bonis, sicut hic patet: quia in discipulis suis dicit se esse receptum.*

11 Qui reci. *Id est,Dei nuncium.*

✠ In

MORALITER.

✠ † *Qui amat patrem &c.* Hilarius Illi enim qui domesticas dilectiones hominum,eius dilectioni prætulerint , futurorũ bonorumindigni erunt hæreditate.

4 *Et qui non ac.cru.* Grego. duobus modis crucem domini baiulamus.Cum aut per abstinentiam carnem affligimus , aut cũ per compassionem proximi necessitatem illius nostram putamus,

Qui

6 *Qui inuenit animam suam.* In delectationibus illicitis nutriens eam.

† *Perdet illam.* Quantum ad vitam futuram.

9 *Qui reci.vos.* Corporaliter.

† *Me recipit.* Spiritualiter : & per consequens recipit patrem & spiritumsanctum,qui cum filio per gratiam inhabitant recipientis mentem.

10 *Qui recipit prophetam in nomine prophetæ.* Id est , quia Dei nuncius est.

D Eccles.g.

Luc.9.c. & 17.g. † dissidere facere

† Lu.14.f.

† J.16.d. Mar.8.d.

sermone de martyribus

E

73.dist.c.in nomine patris.

lib.4. stromat.

F

esse susciпiẽdas,sed nomina:& mercede non carere suscipientem,licet indignus sit qui suscipitur.Nõ ait mercedem de propheta vel iusto,sed prophetæ & iusti mercedem,quia dum eas sustentat qui aliter non possent quod eorum est facere,& ipse est qui in hoc nomine facit, non pro eis solùm, sed eorumdem mercedem habebit id est, talem qualem & ipsi.

lib.4.strom. † Mar.9.f. ✠ Clemens. Alexandr.Sunt apud dominum cõplures mercedes, & a manssiones ex vitæ b eorum proportione, *Qui enim*, inquit, *prophetam in nomine prophetæ susceperit, mercedem &c.* Et rursus virtutis pro meritis differentias, & præclaras remunerationes, per horas numero non æquales,

Quia Christus in apostolis,Deus autem in Christo:ergo qui B apostolos recipit, recipit Deum. Hoc dicit, ne apostolorum susceptio vilis habeatur his à quibus supra dixit debere stipendia accipere.

a ¶ Pro eo quod nominatur propheta.

phetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ acci- 1

a ¶ Ne & pseudo t meant recipere. b ¶ Pro eo quod nominatur iustus.

piet.†Et qui recepit iustum in nomine iusti, mercedem iusti 2 3

a ¶ Ne quis se ab hospitalitate per paupertatem excusaret,hoc leui præcept dilu it. 4

accipiet. Et quicumque potum dederit vni†ex minimis istis 5

a ¶ Ne dicas deesse vnde calefieret. ¶ Pro eo quod nominatur discipulus,

calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli: tamen 6

a ¶ Quam ex bono affectu meruit potius quam ex actu.

dico vobis, non perdet mercedem suam.Et factum est cum 7 8

¶ Sermones. 6

consummasset Iesus, præcipiens duodecim discipulis suis

a ¶ Fecit quod docuit prædicans Iudæis,non Samaritanis,non Gentibus,vt secũdum promissa,prius offera tur Iudæis salutis occasio, b ¶ Iudæorum 10

transiit inde,vt doceret & prædicaret in ciuitatibus eorum.

a *Et quicumque.* Qui periculum nõ suscipientium testimonio excussi pulueris denunciauit, meritum recipientium vltrà speratum commendat.Nota Deum magis ad pium affectum respicere quam ad quantitatem rei exhibitæ. D

b *Vni ex mi.* Minimi sunt qui nihil penitus habent in hoc mundo, & iudices erunt cum Christo.

✠ Hilarius: Præuidẽs plures futuros tantũ apostolatus nomine glorioſos, omni verò vitæ suæ opere improbabiles, eosdémq; diu fallere, diuque mentiri, tamen obsequiũ quod eis sub religionis opinione delatũ sit, mercede operis sui speíque nõ fraudat. Nã licet ipsi minimi essent,& pecca- † è pusillis vel paruis torum omnium vltimi, minimum autem est, quo minus nihil aliud est non inania tamen eos,etiã leuia,quæ sub frigidæ aquæ nomine designat,officia esse decernit.Atque ita ad probitatem obsequentis, fallentis de se probra non lædunt cum mercedem suam dantis fide non assumentis mendacio consequatur. E

Quicumque

✱ NICOLAVS DE LYRA

1 In no.*Id est,inquantum dei nuncius.*

2 Mercedem pro.*Id est ab eo cuius est nuncius.Et similiter.*

3 Qui re.*Quod non potest esse nisi propter Deum,à quo iustificatur omnis verè iustus.*

4 Mercedem iu.acci.*Id est, à Deo qui iustificat ipsum: Secus est autem si recipit ipsum inquantum amicus vel compatriota vel huiusmodi quia non recipit eum purè in nomine Dei.*

5 Etquicumque po.*Hoc dicit ad ostendendum,quod quilibet quantumcũque pauper potest facere opera misericordiæ,quam dare calicem aquæ frigidæ potest quilibet quantumcumque pauper.*

6 In no.disci.*Id est quando est fidelis denuncians fidem Christi.*

7 Amen.*Id ed,fideliter.*

8 Dico vo.non. *Quia in his quæ dantur propter Christum, non tantum pensatur quantitas doni,quantum pensatur quantitas bonæ voluntatis,ex qua datur,Sequitur.*

9 Et factum est cum consummasset &c.*Modum scilicet prædicandi & viuendi prædictum.*

10 Transiit inde vt doceret & prædicaret in ci.scilicet Iudæorum:*Et sic patet conclusio huius capituli.*

✝ MORALITER.

2 *Mercedem &c.*Id est,àDeo recipit mercedẽ cuiusest nũcius.

3 *Et Qui re.*Id est, propter iusticiam suam, non propter consanguinitatem vel affinitatem.

4 *Merce.iusti.*Id est,particeps erit meriti suæ iusticiæ.

ADDITIO.

In ca. 10.vbi dicitur in postilla:*Nolite possidere aurum &c.*

Qualiter sint intelligenda secundùm doctores ista quæ apostolis ad prædicandum missis à Christo iniunguntur, habes infra in additione super Ioannem.12.vide ibi.

Capvt XI.

✍ †in carcere C

IOANNES. Et dũ Christus prædicaret, & prædicationem suam variis signis confirmaret. Ioannes eius opera a audiuit positus in vinculis ab Herode.*Sed cũ audi.mi.duos de dis. suis, ait illi: Tu es qui ven.*Ioannes interficiendus ab Herode interrogat, nõ quia dubitet.qui aliis dixerat:Ecce agnus Dei.Qui & vocem patris audiuerat:Hic est filius meus dilectus. Sed vt missi signa videntes crederent, & dictis eius opera Christi fidem facerent ne alius Christus expectaretur. Quod autem discipulis Ioannis aduersus Christum superbirent,& aliquid liuoris haberẽt, supra inotuit ibi:*Quare nos & pharisei ieiunamus?* Et vbi Ioanni dixerunt: *Migister*

Io.1.d. † erat

Lucæ.3.c.

Mat.9.b.

CAPVT XI.

OANNES autem cum audisset †

¶ Positus. a ¶ Lex ad gratiam euangelij mittit. ¶ Ne alium à se prædicatum putarent.

vinculis opera Christi, mittẽs duos

a ¶ Per illos. b ¶ Hoc dicite.

de discipulis suis ait † illi: Tu es qui venturus † es, an alium expectamus?

Magister cui testimoniũ dedisti:Ecce discipuli eius baptizant. & plures veniunt ad eum. Hęc omnia eadẽ de Ioanne Lucas ponit non ipso ordine,sed quis ordinẽ rei gestę teneat non apparet. † illis F

✠ Chrysostomvs. Sicut pater si videret filios bonis moribus ornatos, & omni sapientia perfectos quasi seuerus moritur nihil de cætero timens de illis: sic & Ioannes volebat discipulos suos perfectos videre in Christo, vt iucundius moreretur. hom.27. in ¦Math.

a *Tu es.* Non ait qui venisti,quasi dicat, Cum ad inferna descẽsurus sum:debeo te nunciare inferis,qui nũciaui superis. An cõueniat filio dei mori, an aliũ ad hæc sacramẽta missurus es?

✍ Hilarivs.

NICOLAVS DE LYRA.

Cap. XI.

✱ IOannes autem.*Posita instructione prædicantium.Hic consequenter ponitur confirmatio dubitantium: & diuiditur in tres: quia primò saluator noster confirmat dubios de suo aduentu secũdò condemnat incredulos seu peruersos,ibi:*Cui si.*tertiò commendat deuotos,ibi:* In il. tem.re. Ie.*Prima in duas quia ad confirmationem populorum ostendit* ✠ *Ioannem* Diuisio. Lucæ.7.c.

MORALITER.

✝ *Ioannes autem &c.* Per Ioannem qui misit discipulos suos ad Christum dicendo:

† *Tu es qui venturus es &c.*Licet ipse de hoc nullatenus dubitaret:sed vt eius discipuli de hoc dubio certificarentur per opera Christi,significatur bonus doctor & humilis,qui quamuis non dubitet de veritate alicuius conclusionis, discipulos dubitantes remittit sapientiorem, vt per eum certius informentur contra multos docto. & confesso, qui de dignantur sic remittere ne videantur aliqua ignorare.

✝ *Illis*

☞ ✠ HILARIVS. Ioannes detentus in carcere dominum A ignorat? Et propheta tantus Deum suum nescit? Atqui venturum vt prætor, nunciauit, consistentem vt propheta agnouit: adeuntem vt confessor veneratus est. Vnde tam variæ & tam abundanti gratiæ error obrepsit. Ad Euangelia contuenda lex mittit, vt infidelitas fidem dictorum contempletur in factis:& quod intra eum pec catorũ fraude fit vin ctum, per intelligen tiam libertatis euan gelicæ absoluatur Ioannes igitur non sue sed discipulorum ignorantię consulit. Ipse enim venturam in remissionem peccatorum prędicauit, sed vt scirent non alium à se prædicatũ ad opera eius contuenda, discipulos misit, vt authoritatem dictis suis illius opera conferrent.

† auditis & videtis

† letũ accepiũt euãgi lii nũcium

B

✠ HIERO. Hunc sensum habere potest, Scio quòd ipse sis, qui venisti tollere peccata mundi, sed quia ad inferos descensurus sum, etiã hoc interrogo, vtrũ & illuc ipse descẽdas: an impium sit, hoc de filio Dei credere aliúmque missurus sis.

* vestibus

a *Euntes renuntiate.* ✠ CLEMENS ALEXAND. Consilij dandi tres partes sunt: vna quidem quæ sumit exempla ex tempore præterito, vt verbi gratia, quid Hebræis euenerit, qui aurũ per idololatriæ crimen adorarũt, in vitulo, & qui passi sunt, cum fornicati essent. Altera verò quę ex præsenti tempore intelligitur, vt quæ sensu cõprehendatur: vt quod dictum est his qui dominũ rogauerãt, an ipse esset Christus, aliúmve expectarent. *Dicite*, inquit, *Ioanni quæ vidistis & audistis.* Hoc ergò fuit, quod prædicẽs dicebat Dauid, *Sicut audiuimus, ita & vidimus.* Ex futuris autem constat tertia pars dandi consilij, qua quæ sunt euentura, iubet caueri, quemadmodum illud quoq; dictum est: Qui autem in peccata inciderint, eiicientur in tenebras exteriores.

Psal. 47.

C

✠ LACTANTIVS. Sed & Sibylla expressè prædixit verbis,

Lib. 4. c. 15.

-νεκρῶν δ' ἀνάστασις ἔσται. D
Καὶ χωλῶν δρόμος ἐς' ὠκὺς καὶ κωφος ἀκόσῃ,
Καὶ τυφλοὶ βλέψωσι λαλήσουσ' ἀλαλήτες.
Id est, mortuorum autem resurrectio erit.
Et claudorum cursus erit velox, & surdus audiet,
Cæci videbunt, & mortui loquentur.

¶ Non ad interrogata sed ad scandalum nunciorum.

a ¶ Non respondit Ioanni, quia non dubitabat sed illis.

a Et respondens Iesus ait illis, Euntes renunciate Ioanni 1

a ¶ Cessent verba loquantur opera. ¶ Per miracula. ¶ Per doctrinam euangelij illuminantur. 2

quæ † audistis & vidistis. Cæci vident, claudi ambulant le-

a ¶ Pauperes spiritu vel opibus intus illuminantur, vt in prædicatione nulla distantia sit pauperes & diuites.

prosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes 3

¶ In hoc nuncios percutit sicut non offenditur.

b res † euangelizantur. Et beatus est qui non fuerit † scanda- 4

b Ne tu hæ Ioannem liuore motum suspicentur, & vt sciant eum quæsisse non sibi sed discipulis.

lizatus in me. Illis autem abeuntibus, cœpit Iesus dicere 5

a ¶ Quæ nesciebant mysterium interrogationis eius.

c ad turbas de Ioanne: Quid existis in desertum videre, 6

a ¶ Qui omni vento agatur, vt leuitate mentis de me ambigat quem prædicauit.

¶ Non. ¶ An vana gloria ductus lucra quærat pro dapibus vel vestibus, qui locustis viuit, & pilis camelorum induitur.

arundinem vento agitatam? Sed quid existis videre? Homi- 7

d nem mollibus * vestitum? † Ecce qui mollibus vestiuntur, in 8

b *Qui non fuerit.* Qui de diuinitatis potentia non dubitauerit, hoc non contra Ioannem quem mox à Deo commendat.

c *De Ioanne.* Præcursor Christi de Christo certificare discipulos voluit, quia sensit eos dubitare. De præcursore Christus turbas dubitantes, ne dubitent docuit, mollem leuémque putantes.

† offensus per me

E

✠ GREGORIVS Hoc non asserendo, sed negando intulit. Arundinem quippe mox vt aura contigerit, in partem inflectit alteram. Et quid per arundinem nisi carnalis animus designatur qui mox vt fauore vel detractione tangitur, in partem quamlibet inclinatur.

† 21. q. 4 cap. 1.

d *Ecce qui.* Qui ponunt puluinaria sub cubito, qui vitam peccantium palpant, non pungunt.

Nota. Rigida vita & prædicatio debet declinare mollium palatia, quæ frequentant mollibus indutis adulantes.

CLEMENS ALEXANDRINVS. Beatus Ioannes despectis quoq; ouium pilis, qui delicias redoleãt, pilos camelorum elegit & eis sese vestiit, simplicem vitam & dolo alienam repræsentans. Mel enim comedebat & locustas, dulcem & spiritalem cibum à fastu alienas, & moderatas vias Domini præparans. Si enim certè purpurea chlamyde induisset, si villam

F ☞ vrbani

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *Ioannem esse propheta sanctum ibi: illis autem abeũtibus prima in duas quia primò mouetur dubitatio: secundò ponitur eius responsio, ibi: Et respondens Ie. Circa primum considerandum, quod Herodes Antipias incarcerauit Ioannem propter hoc quod reprehendebat eum, eo quod abstulerat fratri suo Philippo vxorem suam nomine Herodiadem, vt habetur Mar. 6. Ioannes ergo in carcere constitutus misit discipulos suos ad Iesum, quærens vtrum ipse esset Christus an non? Sed quia quæstio est dubitabilis propositio, mirabile est quod Ioannes qui baptizauerat Christum: & viderat spiritum sanctum descendere super eum, vt de eo dixerat: Ecce agnus Dei, &c. vt habetur Io. 1. de hoc quasi dubitans quærebat, Ad hoc respondet beatus Gregorius dicens, quòd Ioannes non dubitauit ipsum esse huius mundi saluatorem, sed dubitauit vtrum sicut natus erat in humanitate nostra, ita etiam moreretur salute humana:* Sed hæc responsio *non videtur conueniens, quia Ioannes non fuit minus illuminatus quã propheta ve. te. quia hic dicitur plus quam propheta, vt sequitur in isto ca. Prophetæ autem cognouerunt Christum non tantum nasciturum in carne propter nos, sed etiam moriturum, vt habetur Isa. 53. c. Tanquam ouis ad occisionem ducetur &c. & in pluribus aliis locis quæ propter prolixitatem vitandam omitto: ergo multo fortius Ioannes qui fuit plus quam propheta cognouit. Item Ioannes de Christo prædixerat: Ecce agnus dei Io. 1. d. quod non dixisset, vt videtur, nisi vidisset eum immolandum pro salute mundi, & ideo aliter dicendum, quod Ioannes non dubitauit de prædictis: sed certitudinaliter cognouit sed discipuli eius qui non erant sic illuminati, dubitauerũt & ideò & ideo Ioannes per discipulos suos quæstionem proposuit, non propter sui dubitationem, sed discipulorum hesitantium.*

1 Et respon. *Hic ponitur Christi responsio: & quia eius responsio non erat ad confirmationem Ioannis qui non dubitauit, sed ad confirmationem discipulorum dubitantium, id o Christus non respondit per verba sed per facta, faciens in conspectu discipulorum Ioannis miracula multa manifeste declarantia q̃ ipse esset Christus: & hoc est q̃ dicitur,*

2 Renunciate Io. *ad præceptum meum. Et cætera quæ sequuntur patent vsque ibi:*

3 Pauperes euan. *id est denunciantur habere regnum cœlorum, vt supra dictum est ca 5. Beati pauperes &c.*

4 Et beatus. *Scilicet, dubitando de deitate, quia me vidit in passibili carne.*

5 Illis autem *Hic consequenter ostendit Ioannem esse prophetam sanctum & hoc ne ex quæstione proposita aliqui crederent eum dubitasse & ignorasse eum fuisse Christum, & commendat eum de quatuor Primò de solid tate fidei & constantiæ, cum dicit:*

6 Quid. existis. *q.d. non quia Ioannes ita constans erat: quòd nec timore nec fauore à veritate declinabat, secundò ab austeritate pœnitentiæ, cum dicit:*

7 Hominem. *q.d. non, quia sicut supra dictum est: Ioannes habebat vestimentum de pilis camelorum, & esca eius erat locustæ & mel silue stre. Ad hoc etiam manebat in deserto vt austeram vitam duceret, non solum ex victu & vestitu, sed etiam ex loco: propter quod subditur:*

8 Ecce qui mollibus. *Ad hoc enim multi magnatibus adulantur,*

✠ *vt cum*

MORALITER.

† 5 *Il. au.* per hoc autem quod Christus commendauit Ioannẽ demẽtis cõstantia & de aspera vita & de cognitionis excellentia lentia ostenditur quod doctores superbiores non debent inferiores contemnere, sed magis quam tũ possunt salua veritate eos commendare,

☞ Vrbani fastus curam gessisset, sed cùm in solitudinem quietis, A tranquillè cum Deo versaturus se recepisset, ab omni inani studio vanáque boni specie, sordidóque ac illiberali decore, se remouit.

a *Plusquam pro.* Beda. quia Angelus non natura sed officio.

b *Maior Io.* In hoc nõ prefertur patriarchis, & cunctis hominibus, sed æqualis cæteris sanctis ostenditur.

† excellentiorem prophetaa

† Luc.7.f. c *Qui autem.* Id est, omnis sanctus qui iam est cum Deo, maior est eo qui adhuc in mundo. Vel ego quem minorem

Luc.7.f. facit multorum opinio, in ecclesia sanctorum illi prælatus sum. Vel nouissimus angelus cœli melior

B est quouis homine.

d *In regno.* Regnum cœlorum duobus

†Leui.16.d. modis accipitur: Aut supernum in quo nondum sumus: Aut præsens ecclesia in qua adhuc viuimus, & iam quodam modo regnamus.

d *A diebus Io.* Apostolos dominus ad oues qui per do.

supra.10.a. ire iusserat, vt ad regnum reducerentur. Sed hæc prædicatio ad profectum publicanorum & peccatorum versa est qui crediderunt. Cæterùm Ioanni à plebe non creditur, Christi opera non autorizantur, quia crux est scandalo. Iam prophetia cessat iam lex expletur, Christus aliis prædicatur, & ab aliis recipitur. sui respuunt, inimici accipiunt. Itaque regnum cœlorum vim patitur, quia gloria Israel patribus debita, à prophetis nunciata, à Christo oblata, fide gentium occupatur & rapitur. Vel à diebus Ioannis, qui præsentiam prædicauit, qua peccator reuiuiscit: & non ante, quia lex pœnam intulit & non per pœnitentiam

a ¶Vbi aliquid venentur. digito demonstrauit. b ¶ Qui me non tantum venturum prædixit, sed etiam ¶ Ponit quod erat.

dõmibus regum sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? 1
Etiam dico vobis, & † plusquàm prophetam. Hic est enim 2
¶ In Malachia. ¶ Verba patris ad filium. a ¶ Nuncium.
de quo scriptum est, †Ecce ego mitto angelum meum ante 3
a ¶ Manifestationem tuam. prædicando, baptizando. b ¶ Peruia reddet tibi corda auditorum pœnitentiam 4 c ¶ Vt summam virtutum eius comprehendam, 5
faciẽm tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Amen di- 6
a ¶Non virginis. b ¶ Et si æqualis.
co vobis, non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne
a ¶Tempore. b ¶ In cordibus apostolorum. c ¶ Dignitate.
Baptista, † Qui autem minor est in regno cœlorum, maior 7 8
a ¶ Alia commendatio Ioannis. b ¶ Quantum dicetur nunc, id est semper.
est illo. A diebus autem Ioannis Baptistæ vsque nunc 9
a ¶ Quibus non erat promissum.
regnum cœlorum vim patitur, & violenti † rapiunt il- 10
a ¶Præcedentes. ¶ Vbi Christi tempus ostenditur, quem Iohannes ostendit.
lud. † Omnes enim prophetæ & lex vsque ad Ioannem pro- 11
a ¶ Vel prædicauerunt. b ¶Hoc esse mysticum, & indigere intelligentia: ostendit, cum subdit. Qui habet.
phetauerunt, & si vultis recipere, ipse est Elias qui venturus 12

nitentiam viuificauit. Patria cœlestis vim patitur dum peccator D ad eã quasi in alienum locum intrat per pœnitentiam. Grandi violentia est in terra nasci & cœlum capere, & habere per virtutem quod non possumus per naturam.

✲ Ambrosivs. Regnum cœlorum non nisi Christus Sermon.15. qui regnat in cœlis. Cogi autem verbũ tunc solet dici, cum res aliqua rarior assidua operatione datur. Ex quo ergo Ioannes Christi annunciauit aduẽtum ex eo regnum cœlorum quod priùs fluidũ & remissum apud Iudæos iacebat, credentium populorum cœpit assiduitate dẽsari, Vim autem facimus Domino, non compellendo, sed flendo: non prouo- E cando iniuriis, sed † diripiunt lacrymis exorando: Aggredimur in itinere Dominum, & more latronum suis eum spoliare nitimur. Cupimus illi auferre regnum thesauros & vitam, sed ille tam diues & largus est, vt non abigat, non resistat. Aggredimur illum non ferro, non fuste, non saxo, sed mansuetudine, bonis operibus, castitate. Hęc sunt arma fidei nostræ.

e *Omnes enim.* Non quod post Ioannem non fuerint aliqui, vt Agabus, sed quia quidquid prophetauerunt: de domino vaticinati sunt. *Omne enim.* quia quidquid illi dixerunt, de venturo loquuti sunt, hic verò venientem ostendit.

f *Et si vultis recipere ipse.* Vt minùs excusabiles sitis, quia eum Act. 11.d. non recepistis. Ipse est Elias in virtute, non in persona par in vitæ seueritate, mentis rigore pæcedens Christi primum aduentum vt ille secundum.

Mar.1.a. ☞ *Cui autem*

C

NICOLAVS DE LYRA

✲ *vt cum ipsis commorantes delitiis vtantur: sed homines veritatis talia aspernantur, vt narrat Valerius Maxi.lib.4. quòd quidã Diogeni olera lauanti: Si tu Dionysio adulari velles, ista non ederes. Cui respondit: si tu ista edere velles, Dionysio adulari nolles. Et sequitur: Hic veridicus veritatis annunciator malens oleribus sustentari, quam magnatibus adulari. Tertiò commendat eum Saluator à claritate noticiæ, cum dicit.*

1 Prophe. *Dicitur enim 1.Reg. 9.b. Qui enim dicitur hodie propheta, olim appellabatur videns: quia prophetæ videbant ea quæ aliis erant occulta: sed non solùm Ioannes propheta fuit, sed etiam plus quam propheta, quia non solùm Christum præuidit venturum & prædixit sicut alij prophetæ, sed etiam ipsum digito ostendit, quarto commendat eum ab auctoritate doctrinæ.*

2 Hic est. *Mala.3.*

3 Ecce ego mit. *Ioannem qui duxit vitam angelicam.*

4 Ante fa. *Id est, ante Christum quia filius dicitur figura Dei Patris & per consequens facies eius.*

5 Qui præ. *Id est, corda audientium ad recipiendum Christum per prædicationem suam, & baptisma suum: & vt comprehendat summam commendationem Ioannis, subdit,*

6 Amen di.vo. *Non negat quin æqualis surrexit inter natos mulierum. Christus enim maior fuit, sed non propriè dicitur filius mulieris sed Virginis, quia mulier de communi cursu accipitur pro fœmina corrupta.*

7 Qui autem

7 Qui autem mi. *Id est, in beatitudine.*

8 Maior est il. *Quia quilibet beatus quantumcunque minimus maior est actu quam quicunque viator purus, licet aliquis viator sit maior in potentia aliquo beato. Et quia dixerat, quod Ioannes erat plus quam propheta, ideò consequenter declarat hoc di.*

9 A diebus. *Quia Ioannes incepit prædicare consecutionem regni cœlestis per pœnitentiam, quod ante esse non poterat.*

10 Et vio.ra.il. *Non enim potest homo natus in terra rapere cœlum nisi sibi faciat violentiam coercendo à delectabilibus proprium appetitum.*

11 Omnes enim. *Quia in lege & prophetis veritas de Christo erat sub figuris & ænigmatibus tradita: sed à Iohanne est manifestè ostensa debente: Ecce agnus Dei, &c.*

12 Et si. *Non in persona sed in spiritu, quia fuit similis Eliæ: & hoc in tribus. Primò in austeritate pœnitẽtiæ, quia de Elia scribitur. 4.Reg.1. quod erat vir pilosus, & zona pellicea accinctus renibus. Dicitur autem ibi pilosus propter hoc quod habebat vestem hirsutam & asperam. Similiter de Ioanne dictum est supr.4. quod habebat vestimentum de pilis camelorum. Secundò, in soliditate constantiæ. De Elia enim scribitur, quod ipse constanter arguebat regem Achab 3. Reg. 22. & Ochoziam regem. 4.Reg.1. Similiter Ioannes constanter arguebat Herodem. Mar. 6. Tertiò in autoritate doctrinæ, quia sicut Elias venturus est per prædicationem suam, denuncians Christi aduentum secundum, ita Ioannes præuenit primum, vt dictum est suprà 3. cap. & hoc notatur cum subditur.*

✲ Qui habet,

MORALITER.

9 *A diebus.* Per regnum cœlorum potest intelligi militans ecclesia, quæ non est ipsi parietes, sed fideles quorum multi valde

depassi sunt martyrium per violentiam tyrannorum, & sic rapuerunt regnum cœlorum.

11 *Omnes enim. pro. &c.* Per legem & prophetas significantur doctores ve. Te. per Ioannem verò doctores noui: propter quod

a ¶ Cordis. b ¶Quod dixi myſticè intelligat.

†erat a †eſt. Qui habet aures audiẽdi b audiat. † Cui autẽ ſimilẽ æſtima 1
2
a ¶ Tot moniti ſalutis audientem &non obedientem. b ¶Iudaicam. c Huic tot in negotio. ¶Sicut Dauid & Ieremiæ. d ¶Ieruſalem. ¶Quantum ad monitores. ¶Vbi lex & iura promuntur

b tionẽ gẽnerationẽ iſtã? Similis eſt pueris ſedẽtibus in foro, 3
4
¶Quantum ad monitos.

†ſodalibus c qui clamãtes † coæqualibus dicũt: Cecinimus vobis, & nõ ſal 5
a ¶Non aſſurrexiſtis operando, b ¶ Pœnitentiæ lachrymas neceſſarias vobis prædiximus, & non acquieuiſtis, nec adhuc aquieſcitis. ¶ Per compaſſionem.
c ¶Exponit prædictam ſimilitudinem.

†lugubria cecinimus *vobis d tãſtis: † lamentauimus, * & non planxiſtis. † Venit enim Ioan- 6
a ¶ Exemplo abſtinentiæ ſuæ pœnientiam vobis indicens, & noluiſtis humilari cum eo. 7

e nes, neque mãducans neque bibens, & dicunt dæmonium 8
9
a ¶Cibo & potu læticiam futuri regni præſignans, & noluiſtis cum illo gaudere, ſed calumniati eſtis.

B habet. Venit filius hominis mãducans & bibens, & dicunt: 10
11
†edax ecce homo † vorax & potator vini, Publicanorum & pec- 12
a ¶Quidquid me putetis, ego tamen Dei virtus & Dei ſapientia iuſtè facere intelligor ab apoſtolis. 13
b ¶Quibus pater reuelauit quæ prudentibus abſcondi.

†Luce.7.c. c catorum amicus. † Et iuſtificata eſt ſapientia à filiis ſuis. 14
15
16

c *Cecinimus vobis.* Vt Dauid Exul. d. adiu. no. iub. d.Iac. &c.huiuſmodi.

d *Lamentauimus.* vt: *Conuer.ad me in toto corde veſtro in ie.& fle. & pl.& huiuſmodi.*

Pſal.80.a. e *Venit enim.* Sicut tunc, ita & nunc vtranque viam ſalutis reſpuitis. Lamentauimus ad Ioannem, cecinimus ad Chriſtum. Hæc eſt ſumma. Generatio iſta nec plorat cum Ioanne plorante, neque gaudet cum Chriſto gaudente. Nec mirum ſi duplicem viam ſalutis contemnunt, cum & ieiunium & ſaturitatem petitur ſpernunt, ſi ieiunium placet, cur Ioannes diſplicet? ſi ſaturitas, cur filius hominis?

D Iohel. 2.c.

✠ Ivnilivs Africanvs. Ideò dictum eſt, non manducans & non bibens, quia illo vſtu quo Iudæi vtebantur, non vtebatur.

lib. 2. contra poſitorum interrogatione 17.

† Luc.7.c.

f *Et iuſtificata eſt ſapientia, &c.* Oſtendit filios ſapientiæ intelligere, nec in abſtinendo, nec in manducando eſſe iuſtitiam: ſed in æquanimitate tolerandi inopiam, & temperantiam non ſe corrumpendi per abundantiam. Non eſt regnum Dei eſca & panis: quorum non vſus ſed concupiſcentia reprehenditur, in quibuſdam libris habetur: Iuſtificata eſt ſapientia ab operibus ſuis, quia ſapientia non quærit vocis teſtimonium, ſed operum.

† 35. di. ca. ſexto die Rom.14.c.

E

☞ *Tunc*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Qui ha. au. *Ad denunciandum, quod illud quod immediatè.præponitur myſticè eſt intelligendum.*

2 Cui autem. *Hic conſequenter exprimitur condemnatio obſtinatorum, & primò in generali reſpectu Iudæorum communiter, ſecundò in ſpeciali reſpectu aliquorum, quibus ſpecialia beneficia contulerat,*

C *ibi: Tunc cœpit exprobrare. Ad euidentiam primi aduertendum quod multum valdè facit ad virtutem, quod aliqui à pueritia ſua ſint conſueti operibus virtuoſis: & ideò expedit quod pueri exerceantur in ludis honeſtis & inducentibus ad virtutem & trahentibus à vitiis: propter quod pueri Hebræorum habebant talem ludum. Diuidebantur enim in medio ciuitatis in duas partes æquales, & illi qui erant ex vna parte canebant carmen lætitiæ, & alij ex oppoſita carmen lugubre: poſtea opprobrabant ſibi mutuo: Et exultantes dicebant aliis quare ſibi non congaudebant & è conuerſo aliis, ſcilicet, lamentantes quare ſibi non compatiebantur: & hoc fiebat ad exprimendum vanam lætitiam & defectum compaßionis & amicitiæ ad inuicem in hoc mundo. Et hoc modo ſicut videmus frequenter quod in eadem ciuitate immo & in eodem vico etiam in domo aliqui lætantur, & aliqui ex oppoſito triſtantur. Hoc ſimile erat de Iudæis quantum ad hoc: quia viderant auſteritatem Ioannis, nec per hoc fuerant moti ad pœnitentiam: & poſtea dulcedinem & manſuetudinem Chriſti, qui dulcedinem miſericordiæ eis prædicauit, & cum eis dulciter & manſuetè conuerſatus eſt, nec graues pœnas impoſuit pœnitentibus, ſed dixit.*

Io.8.b. Vade & noli amplius peccare. *& tamen per hoc non fuerunt moti ad deuotionis dulcedinem & pietatis ſed magis remanſerunt obſtinati in peccatis, ſcilicet, vtriuſque vitam in malum interpretando, & hoc quod dicitur:* Cui autem ſimilem æſtimabo generationem, &c. *de qua ſcribitur in cap.ſeq. Generatio mala & adultera ſignum quærit.*

3 Similis eſt, &c. *Non quantum ad eorum innocentiam: ſed quantum ad ludi eorum interpretationem.*

4 Qui clamantes. *Quia pueri in partes æquales diuiſi ſibi dicebant mutuo ea quæ ſequuntur.*

5 Ceci.vo. *Et patet ex prædictis.*

Venit

6 Venit enim Ioannes, &c. *Hîc applicat ſimilitudinem ad propoſitum.*

7 Neque manducans neque bib. *Id eſt, in abſtinentia maxima viuens, ille enim qui parum comedit, dicit non comedere ſecundum communem modum loquendi, ſicut qui malè videt, dicitur non videns.*

8 Et dicunt. *Iudæi, ſcilicet.*

9 Dæmonium habet. *Auſteritatem Ioannis dæmoni attribuendo, dæmoniaci enim poſſunt multa agere & pati quæ non poſſunt alij.* F

10 Venit filius hominis. *Id eſt, Chriſtus.*

11 Manducans & bibens. *Id eſt, communem vitam inter homines ducens. Hoc enim debebat facere, quia erat mediator Dei & hominum: & ideo talem vitam debuit communiter ducere, vt communiter viuentes & peccatores haberent acceſſum familiarem ad ipſum.*

12 Et dicunt. *Scilicet Phariſæi malè interpretando.*

13 Ecce homo vorax. *In quo notant eum de exceſſu in quantitate cibi.*

14 Et pota.vi. *In quo notant eum de ebrietate, quod erat falſum: quia perfectiſſimæ vitæ fuit, vnde vt poſt baptiſmum. 40. diebus & noctibus ieiunauit, vt ſupra viſum eſt.*

15 Publicanorum & peccatorum amicus. *Hoc accipiebant ex hoc quòd videbant eum cum eis comedentem & bibentem, vt ſuprà dictum eſt cap. 9. hoc tamen non erat, vt eorum vitia amaret, ſed magis vt ſanaret, vt ibidem dicitur.*

16 Et iuſtificata, &c. *Hoc dupliciter exponitur. Vno modo referendo ad Apoſtolos & eſt ſenſus: licet Chriſtus qui eſt ſapientia Dei patris ſit prædicto modo à Phariſæis reprobatus, tamen iuſtificatus eſt, id eſt, cognitus iuſtus à filiis ſuis, hoc eſt à diſcipulis, qui ſunt filij Chriſti per adoptionem, ſecundùm quòd dicitur Ioan. 1.a. Quotquot autem recep. eum, &c.*

Aliter exponitur, referendo ad pueros Iudæorum prædicto modo ludentes, & tunc ſenſus eſt: Et iuſtificata eſt ſapientia, ſcilicet Ioannis Chriſti.

17 A filiis ſuis. *Hoc eſt à filiis Iudæorum, quia declarata eſt eorum iuſticia & ſapientia in quantum repreſentabatur per eorum ludum obſtinatio patrum ſuorum, ſicut patet ex prædictis.*

✠ Tunc

MORALITER.

✠ quod debent ei aſſimilari in tribus prædictis, ſcilicet, mentis conſtantia, auſtera vita, & ſana doctrina.

2 *Cui autem ſi. &c.* Sequitur.

5 *Ceci vob. &c.* Illi verò non ſaltant ad cantum qui audientes prædicationem de gaudiis cœleſtibus, & non eleuantur ad ipſa per deuotionis affectum, & illi non plangunt ad lamentationem qui prædicationem audiunt de punitione peccatorum quòd non mouentur ad aliquam contriti onem.

6 *Venit enim, &c.* Abſtinentia Ioannis fuit aliis exemplum pœnitentiæ. Manducatio verò Chriſti fuit aliis exemplum condeſcentionis & miſericordiæ. per illos igitur qui vtrunque in malum interpretabantur, ſignificantur detractores, bonos actus aliorum nequiter deprauantes.

a *Tunc.* Qui hactenus Iudæos communiter increpauit, nunc nominatim ciuitates exprimit, quæ frequenter audita doctrina & visis tot signis credere noluerunt quibus non optat mala, sed prædicit ventura.

b *Væ tibi.* Supra vbi legitur, quia circumibat Iesus ciuitates & omnes vicos, curans omnem languorem: intelligendum est inter alias etiã in Corozaim & Bethsaida dominum fecisse virtutes. Corozaim interpretatur mysterium meũ Bethsaida domus fructuum vel venatorum.

✠ THEOPHYL. Vt intelligas eos qui non crediderunt, nõ à natura, sed à voluntate malos esse, meminit Bethsaidæ, ex qua Andreas & Petrus & Philippus, & filij Zebedæi fuerũt, atq; ita non naturæ, sed volũtatis malitię fuit. Nam si naturæ fuissent & illi mali.

c *Si in Ty.* Hoc impletum modo videmus, quia Corozain & Bethsaida præsente domino credere noluerunt. Tyrus & Sidon postea prædicãtibus apostolis crediderunt: à deo deuoti, vt Paulum Tyro abeuntem omnes cum vxoribus & liberis: vsque ad naues prosequerentur. Cur ergo non credituris prædicauit, credituros euitauit ipse scit cuius viæ sunt misericordia & veritas. Proposuit tamen fines Iudææ non excedere, ne iustam Pharisæis & sacerdotibus persequutionis occasionem daret. Et erant tunc qui in Corozaim essent vocandi: nec tamen de contemptu grauius puniendi.

Tyrus angustia. Sidon venatio.

d *Et tu Capharnaum.* Non solum Corozaim & Bethsaidæ væ erit, sed & tibi Capharnaum: quia.

e *Nunquid vsque in cœlum exaltaberis?* Nónne tu es quem fama hospitij mei, & signorum in te factorum famosa efficeris. vel contra prædicationem meam superbissimè restitisti. Capharnaum interpretatur villa pulcherrima, in qua condemnatur perfida Ierusalem, cui dicitur: *Iustificata est Sodoma soror tua ex te.* id est, ex tui comparatione cum illa exemplo Loth non est correcta, tu filij Dei verbis, & miraculis semper extitisti ingrata.

f *Respondens Iesus.* Respondens tacitæ obiectioni, quasi quæreretur, quæ ratio quod Iudaicus populus Dei cultor, Dei Filium in carne venientem tam obstinatus reiecit, quem gentilitas tam prona recepit.

g *Domine cœli & terræ.* Qui facis cœlos, & relinquis in terrenitate quos vis, vel ad literam.

h *Paruulis.* Sapientibus & prudentibus, nõ apponit insipientes & hebetes, sed paruulos, vt probet se tumorem damnare, non acumen.

i *Ita pater.* Blandientis affectu loquitur vt inceptum in apostolis beneficium compleatur. Hic exemplum humilitatis accipimus, ne temerè discutere præsumamus superna consilia de vocatione horum, & repulsione illorum, cum enim vtrumque attulisset, non mox rationem reddidit, sed sic Deo placitum dixit, ostendens quia iniustum esse non potest quod iusto placet. In omnibus ergo quæ exteriùs disponuntur, apertæ causa rationis est, occultæ iusticia voluntatis.

k *Quoniam sic fuit placitum ante te.* Ne quis iterum quærat, cur humiles eligat, sapientes reprobet.

a Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus in quibus factę sunt plu- 1
b rimæ virtutes eius: quia non egissent pœnitentiam.† Væ tibi 2

a ¶ Quæ quondam mysterium Dei tenuisti. b ¶ Quæ fructum gignere debuisti, ad quam spirituales venatores missi sunt. c ¶ In ciuitatibus gentium, quas diabolus venatur in angustia tentationum comprehendit.

c Cõrozaim, væ tibi Bethsaida: quia si in Tyro & Sidone factæ 3
a ¶ Pro memoria pungentis peccati. 4
essent virtutes quæ factæ sunt in vobis, olim in †cilicio & ci-

a ¶ Pro mortis consideratione. b ¶ Sed neque factæ sunt in eis, neque pœnituerunt, & tamen.

nere pœnitentiam egissent. Verumtamen dico vobis, Tyro 5
a ¶ Sicut minor fuit culpa eius quæ nuncios veritatis non habuit quam eius quæ refutauit, ita minor pœna. b ¶ Quæ simili culpæ subiaces.

& Sidoni remissius erit in die iudicij quam vobis. Et tu Ca- 6
pharnaum, †nunquid vsque in cœlum exaltaberis? Vsque in

¶ Ideo maioribus supplicijs punieris, quia credere noluisti visis virtutibus.

infernum descendes: Quia si in Sodomis factæ fuissent virtu 7 8
a ¶ Certè. b ¶ Non contigisset eis subuersio, vbi fuisset correctio.

tes, quæ factæ sunt in te, fortè mansissent vsque in hác diem.

a ¶ Quia minor culpa

† Verumtamen dico vobis, quia terræ Sodomorum remis- 9

¶ Cum exprobrasset Iudæis.

sius erit in die iudicij, quàm tibi. In illo tempore respondens 10
a ¶ Gratias ago in re exulto. b ¶ Mi. c ¶ Non pater.

Iesus dixit: † Confiteor tibi pater domine cœli & terræ, quia 11 12
a ¶ Sacramentum mei aduentus. b ¶ Scribis & Pharisæis qui sibi sapere videntur.

abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuela- 13
¶ Et hoc per me. ¶ Humilibus spiritu. a ¶ Vt humilis redeat, qui superbiendo recessit. 14

sti ea paruulis. Ita pater, quoniam sic fuit † placitum ante 15

quitur vt inceptum in apostolis beneficium compleatur. Hic exemplum humilitatis accipimus, ne temerè discutere præsumamus superna consilia de vocatione horum, & repulsione illorum, cum enim vtrumque attulisset, non mox rationem reddidit, sed sic Deo placitum dixit, ostendens quia iniustum esse non potest quod iusto placet. In omnibus ergo quæ exteriùs disponuntur, apertæ causa rationis est, occultæ iusticia voluntatis.

k *Quoniam sic fuit placitum ante te.* Ne quis iterum quærat, cur humiles eligat, sapientes reprobet.

☞ *Omnia*

NICOLAVS DE LYRA

✠ 1 Tunc cœ. expro. *Hic in speciali ostendit Christus condemnationem aliquorum propter eorum ingratitudinem, quia illis prædicauerat Christus frequenter, & inter eos miracula fecerat: & licet eius prædicationem primò recepissent deuotè, tamen postea ad vomitum reuersi, in infidelitate remanserunt, sicut prædictum fuerat per Isa.9. Primò tempore alleuiata est terra &c. sicut expositum est ca.4. & hoc est quod dicit.* Tunc cœpit ex. &c.

2 Væ tibi, *ista erat vna de ciuitatibus, in quibus prædicta fecerat.*

3 Væ tibi Betzaida. *de ista ciuitate erat Petrus & Andreas.*

4 Quia si in Tyro & Sidone factæ. *quod patet, quia receperunt prædicationes Apostolorum & deuotè crediderunt, vt patet Act.21.b. vbi Paulum conduxerunt vsque ad nauem ex deuotione. Per hoc tamen, non intelligitur aliqua variabilitas in diuina prædestinatione, sed tantum in hominum voluntate.*

5 Veruntamen dico. *Quia grauius est auditam fidem repellere, quam mori in gentilitate. Illi autem erant gentiles, qui habitabant in* Tyro & Sidone.

6 Et tu, *hoc dicit improperando quia per prædicationem Christi & miracula debuisset exaltari ad diuinas sed quia propter peccatũ ingratitudis semper peior a peioribus feruntur ideo sequitur:* Vsque infer.

7 Quia si in so. *qui tũ fuerũt homines peßimi: vt habetur Genes.13.*

8 Factę. *quia fecissent pœnitentiam sicut Niniuitæ ad prædicationem*

Omnia

Ionæ. Dicit autem forte, non ad notandum dubitationem ex parte sua sed ad denotandum mutabilitatem liberi arbitrij ex parte hominis.

9 Veruntamen di. *quia repugnatio veritatis agnitæ quæ fuit in istis, quia veritatem Dei cognitam per prædicationem Christi postea impugnauerũt, cum sit species peccati in spiritũ sanctũ grauius est peccati quod sit vitium luxuriæ contra naturã quo erant infecti isti Sodomitæ.*

10 In il.tem. *Hic consequenter ponitur deuotorum commendatio. Et circa deuotionem primò ponitur principium motiuum secundo ipsũ medium ibi': Omnia mi.tra. sunt. Circa primum aduertendum quod posset ab aliquo quæri, quæ fuit causa quod Iudæi illiterati & in populo famosi pro maiori parte in infidelitate remanserunt, simplices autem & illiterati ad fidem vocati sunt. Huic quæstioni tacitè respondet Christus per modum diuinæ laudis, dicens.*

11 Confi.t. *ieſt, ad gloriam tuam declaro.*

12 Quia abscon. *hæc. i. mysterio fidei.*

13 A sa.&.pru. *i, in sapientia humana confidentibus, & isti sunt sapientes in oculis suis tantum, sed non simpliciter.*

14 Et re.ea par. *id est humilibus. & sic patet quod eam à parte credentium fuit eorum humilitas: quæ ad sapientiam disponit, vt dicitur* Prou.11.a. Vbi *humilitas, ibi sapientia ex parte autem non credentiũ fuit eorum superbia, quæ est intellectus excecatiua, sed ex parte Dei causa fuit simplex voluntas diuina & hoc est quod subdit.*

15 Quoniã sic.. *q enim aliqui sint electi, & aliqui reprobati bene*

✠ *potest*

MORALITER.

✠ 1 *Tunc cœpit exprobrare, &c.* Per istas ciuitates, in quibus Christus frequenter prædicauerat & miracula fecerat, significantur illi qui frequenter audiunt Dei verbum, & vident exempla virtutum, & tamen in peccatis suis obdurantur, propter quod cæteris paribus aliis grauius punientur.

10 *In illo tempore. &c.* sequitur.

13 *Et reuelasti, &c.* Magnus honor ex hoc est humilibus veris quia sunt de secreto consilio summi Regis, & quoniam humilibus omnia patienter sustinentibus frequenter imponuntur grauia. ideo indigent recreatione diuina: propter quod subditur: *Venite ad me, &c.*

✠ MORAL,

¶ Coomnipotens. ¶ Consub ſtantialis patri. ¶ Hoc naturæ.

a te te. Omnia mihi tradita ſunt à patre meo. Et nemo nouit fi- 1
b ¶ Non quod ſolus. ¶ Hoc naturæ. 2
c lium niſi pater: neque patrem quis nouit niſi filius, & cui fi- 3
¶ Hoc gratiæ. a ¶ Et quia per me habet is acceſſum ad patrem. ¶ Credendo obediendo. 4
a ¶ Quaſi victi.
lius voluerit reuelare. Venite ad me omnes qui laboratis & 5 6
a ¶ Peccatis, vel iugo legis, b ¶ Interius non tantum exonerabo.
d onerati eſtis, & ego † reficiam vos. Tollite iugum meum 7 8
a ¶ In fide combinatos. ¶ Quia nullum lædo. ¶ Moribus. b ¶ Quia nullum deſpicio. ¶ Mente.
e ſuper vos, & † diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis 9 10
a ¶ Non fictæ. ſ. b ¶ Hic ſpe, & poſtea re. c ¶ Euangelium. 11
f corde, & inuenietis requiem animabus veſtris. Iugum 12

†recreabo. refocillabo
†2. quæſt. ♦. quæ ſcit.

a *Omnia mi. &c.* Tradentem patrem accipientem filium myſticè intellige. Alioquin ſi iuxta fragilitatem noſtram accipis, cum cœperit habere qui accepit, incipiet non habere qui dedit per omnia coomnipotentē nota, per tradita, filiū, cui per naturam omnia per vnius ſubſtantiæ iure ſunt propria, non data per gratiam. Tradita autem omnia non cœlum & terra & cætera quæ fecit: ſed hi qui per filium acceſſum habent ad patrem, & ante rebelles, dominum poſtea ſentire cœperunt. Tradita autem non alia ſunt quam quæ in filio ſoli nota ſunt patri. Nota verò filio ſoli eſſe quæ patri ſunt, atque ita in hoc mutuæ cognitionis ſecreto intelligitur, non aliud in filio quam quod in patre agnoſcibile ſit extitiſſe.

b *Et ne.no.ſi.&c.* Seipſum reuelare. Et nemo nouit patrem niſi filius, & cui patrem voluit reuelare. Ad vtrumque enim illud ſubditum refertur. Verbo enim ſuo pater ſe declarat. Et verbum ſeipſum declarat, quia mentis noſtræ lumen eſt.

✠ Hilarius. Non enim niſi per mutuam teſtificationem cognoſci, vel per patrem filius vel per filium pater potuit. Vox è cœlis eſt, ſermo etiam filij eſt. Tam ignorabilis eſt filius quàm & pater. Omnia enim ei tradita ſunt, & in omnibus nihil intelligitur exceptum. Sic poteſtas exæquata eſt, ſic ſecretum cognitionis æquale eſt, ſi natura in nominibus eſt: quæro quomodo quod vocantur non ſunt, quorum & vis in poteſtate, & difficultas in cognitione non differt.

c *Niſi filius & cui filius voluerit.* Mutua cognitio, quæ eſt æqualitate naturæ. Illa autem tantilla quæ in nobis eſt, dignatione reuelantis eſt.

hom. 5. de incomprehenſibili natura Dei.

✠ Chrysostomus. Reuelat filius non quantum cognoſcit, ſed quantum nos recipere poſſumus. Hoc enim ſi Paulus fecit, quanto magis Chriſtus. Ille quippe ad ſuos diſcipulos ſcribere, ſic ait, Non potui vobis loqui quaſi ſpiritalibus, ſed quaſi carnalibus carnalibus.

d *Tollite iugum &c.* Iugum Chriſti, euangelium eſt, quod Iudæos & gentes in vna fide coniungit, *Tollite ſuper vos.* Id eſt, in honore habete: non ſubtus, vt contemnatis. Qui laboratis, difficultate legis, & onerati peccatis, ſcilicet, reficiam ſi iugum tollitis, id eſt, præcepta mea. Et quid iugo eius ſuauius, quid onere leuius? probabilē fieri, abſtinere à malo, bonum velle, amare omnes, æterna ſequi, præſentibus non capi, nolle alij facere quod pati non vis.

✠ Theophylactus. Iudæos faciētes traditiones legis & in opere mādatorum legis fatigatos: Gentiles quoque onere peccatorum oppreſſos, quieſcere facit Chriſtus. Duorum nimirum laborantium & oneratorum nomine, Iudei & gentiles intelliguntur.

e *Diſ.à me:* Docente verbo & exemplo, vt ſitis humiles mētibus, mites moribus. Humiles, vt neminem contemnant. Mites vt nullum lædant. Corde, vt idem extra in opere ſit & in corde nè lateat ſerpens in ſpecie columbæ.

✠ Athanasius. Manſuetudinem igitur de ſe docuit dicens, *diſcite à me &c.* non quidem vt coequemur illi, cùm hoc ſit impoſſibile: ſed vt in eum reſpicientes, māſueti perſeueremus in omni tempore: ſicut cum nos firmo & indiſſolubili inuicem affectu conciliaret, ex ſe mutuatus eſt exemplum, & dixit, vt ſint vnum quemadmodum & nos.

ſermone 4 contra Arianos.

f *Iugum enim meum.* Quomodo euangelium lege leuius eſt, cum ibi opera hic & concupiſcentia damnatur? Sed in lege multa iubentur, quæ apoſtolus impleri non poſſe dicit: hic voluntas quæritur quæ in arbitrio noſtro eſt, & quæ ſola ſufficere poteſt & præmium habere. Item quomodo iugum Chriſti ſuaue, cum ſupra dicitur: Arcta via eſt quæ ducit ad vitam? Sed anguſta, quia non niſi anguſto initio incipitur, proceſſu verò temporis ineffabili dilectionis dulcedine dilatatur.

Onus

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *poteſt aſſignari cauſa in generali etiam ex parte Dei, vt in electis appareat Dei miſericordia, in aliis autem eius iuſtitia, quia ſicut ad gloriam regis terreni & decorem ſui regni non ſolum pertinet aula in qua ſtrenui milites honorantur, ſed etiam patibulum in quo malefactores puniuntur, ſic ad gloriam Dei non ſolum pertinet præmiatio beatorum, ſed etiam punitio reproborum. In ſpeciali tamen non poteſt aſſignari ratio ex parte Dei, quare iſtum eligat & illum dimittat, niſi eius ſimplex voluntas, vnde dicit Aug. ſup. Io. Quare illum trahat, illum autem dimittat, noli velle diiudicare, ſi non vis errare.*

1 Omnia mihi tradita ſunt à patre meo. *Hic ponitur prædictæ vocationis medium. Chriſtus enim mediator eſt Dei & hominum. Debitus eſt autem proceſſus, vt ab extremo in extremum procedatur per medium, & ideo omnis proceſſus gratiæ deriuatur ad nos per Chriſtum, & hoc eſt quod dicit:* Omnia mihi tradita. *Quod verum eſt in Chriſto: quia ſecundum naturam diuinam habet eſſe à patre, & per conſequēs poſſe, licet habeat idem eſſe numero & poſſe cum ipſo, & ſic omnia ſunt ſibi tradita à patre ab æterno, ſecundum autem naturam humanam omnia tradita ſunt in poteſtate Chriſti & domini à Deo patre. Sed hoc intelligendum eſt dupliciter. Vno modo quantum ad authoritatem, & ſic omnia creata ſunt ſibi ſubdita ab inſtanti conceptionis: quia eo ipſo quod natura humana verbo eſt vnita, omnia creata ſunt ſubiecta ſibi. Alio modo quantum ad effectum: & ſic in iudicio omnia erunt ſubiecta pedibus eius, quia tunc eius voluntas perfectè implebitur in omnibus, vt habetur ad Heb. 10. Et quia ſecundùm diuinam naturam idem eſt cum patre, ideo ſubditur.*

2 Et nemo no. filiū. *Eodem modo: non tamen per hoc excluditur ſpiritus ſanctus, quia dictio excluſiua addita, vni perſonæ in diuinis reſpectu termini eſſentialis, non excludit aliam, ſed potius includit: quia licet alia ſit perſona patris, alia filij & alia ſpiritus ſancti, tamen iſtæ tres perſonæ ſunt vnus Deus, ita quod nec in diuinitate, nec in eſſentialibus habent alietatem aliquam, dictio autem excluſiua ſolum excludit quod alietatem importat. Noticia autem abſolutè ſumpta, eſſentialiter accipitur, ideo communis eſt tribus, & ideò cum dicitur, quod nemo no. ſi. ni. pater, &c. per hanc dictionem excluſiuam, niſi ab hac noticia non excluditur ſpiritus ſanctus, ſed magis includitur, vt dictum eſt. Sciendū etiam quod hæc dictio nemo, non accipitur propriè, id eſt, nullius homo, quod patet per hoc quod ab iſta vniuerſali negatiua excipitur pater per dictionem excluſiuam, cum ſubditur.*

3 Niſi pater: neque patrem. *Qui tamen pater non eſt homo, ſolus enim filius in diuinis eſt homo: & ideo dicendum quod nemo, ibi accipitur magis largè, id eſt, nullum ſuppoſitum naturæ intellectualis & ſic bene excipitur pater, qui licet non ſit homo, eſt tamen natura intellectualiter, & tamen ipſe cognoſcit filium perfectè. Et quia Chriſtus eſt mediator Dei & homo, ideo noticia diuinorum ad nos deriuatur per ipſum, propter quod ſubditur.*

4 Et cui filius voluerit. *Non quia iſti quibus fit reuelatio mediante filio habeant noticiam comprehenſionis ſicut filius, quia hoc eſt impoſſibile creaturæ illud enim quod comprehenditur, totaliter & perfectè cognoſcitur: & quia dictum eſt Dei filius eſt mediator Dei & homi num, ideo conſequenter oſtendit quod familiariter & ſecurè poſſumus accedere ad ipſum, di.*

5 Venite ad &c. *Sub onere legis quod onus fuit importabile patribus antiquis, vt habetur Act. 15.*

6 Et ego re. vos. *In præſenti per gratiā, & in futuro per gloriam.*

7 Tollite. *Voluntariè, ſcilicet.*

8 Iugum meum ſu. *Id eſt, legem euangelicam: quæ dicitur iugum à iungo. gis, quia lex euangelica eſt lex amoris, & per conſequens iungit fideles adinuicem, Iudæos & Gentiles quia amor eſt vis vnitiua ſecundum Diony. conſequenter oſtendit qualiter nutriatur amor iſte, dicens.*

9 Diſcite à me. *Nullum lædendo.*

10 Et humilis corde. *Neminem contemnendo. Iſtis autem duobus maxime nutritur dilectio. Præmium autem amoris ſubiungit, cum di.*

11 Et inuenietis requiem animabus veſtris. *Quia ſecundum quod dicit Auguſt. lib. confeſ. inquietum eſt cor meum, donec requieſcat in te. Quæ quidem quies hic inchoatur, ſed in patria perficietur. vbi charitas conſummatur. Et ne ex iugo legis euangelicæ aliqui terreantur, ideo ſubditur.*

12 Iugum enim &c. *Quia ſecundum quod dicitur. 1. o. 5. a. Mandata eius grauia non ſunt, quod exponens A[illegible] dicit, ſcilicet, amanti.*

a *Onus me. Quia illud momentaneum noſtræ tribulationis æternum pondus gloriæ operatur in cœlis.*

1 Cor. 4. † eo modũ vel blandum ſupra. 7.b.

a ¶ Non detractantibus,ſed dilatato corde currentibus. b ¶ Diſciplina.

enim eum † ſuaue eſt,& onus meum leue.

✲ THEOPHYLACTVS. Dicuntur omnia mandata Chriſti iugum leue,quo Dniam propter futuram retributionem leuia, tametſi ad breue tempus grauia videantur.

ADDITIO.

In ca.11.*Vbi dicitur in poſtilla:Et ideo aliter dicendum,quod Ioannes non dubitauit de prædictis.*

*Hæc ratio poſtillatoris non videtur conſona literæ ſequenti cum dicit:*Euntes renunciate Ioanni quæ audiſtis & vidiſtis &c. *Si enim Ioannes non proponebat hanc quæſtionem propter ſe,ſed tantum propter diſcipulos,cùm hoc non latebat Chriſtum,qui cogitationes hominum perfectè cognoſcebat,ſuperfluum & impertinẽs videtur dicere: Renunciate Ioanni:Ioannes enim de hoc certus erat ſed potius debuiſſet dicere:*Attendite quia audiſtis & vidiſtis:*dirigendo verba ſua diſcipulis qui hoc indigebant,vt dicit poſtillator,non autem Ioannes.Sed meliori iudicio ſemper ſaluo ad hanc admirationem tollendam aliter poſſet dici.Pro cuius declaratione attendendum, quod non eſt inconueniens,vt quis ſciens aliquam veritatem certitudinaliter per vnum modum,* B *vlterius proficiat ſciendo eandem veritatem per alium modum licet ſecundus modus ſciendi non ſit ita perfectus ſicut primus. Quod patet ex hoc:nam Chriſtus qui non ſolum ſecundum ſcientiam increatam ſed etiam ſecundum ſcientiam infuſam omnia cognouit, vt communiter tenetur:ſecundum tamen ſcientiam acquiſitam,ſcilicet, experimentalem legitur profeciſſe.Luc.2.g.Ieſus proficiebat ſcientia & ætate &c. Similiter dicendum eſt,quod licet Ioannes certitudinaliter cognouiſſet Chriſtum per diuinam reuelationem, & per ſpiritum ſanctum ſub forma viſibili deſcendentem & huiuſmodi:adhuc tamen poterat proficere in ipſius cognitione experimentali, hoc eſt cum experientiam haberet quod opera ipſius Chriſti manifeſtè correſponderent his quæ de eo in propheticis ſcripturis prænoſticata fuerunt,iuxta illud Ioã.10.a.*Opera quæ ego facio teſtimonium perhibent de me. *Sed cum quælibet cognitionis perfectio ſit appetibilis ſeu deſiderabilis, præſertim cognitio Chriſti,idcirco Ioannes non dubitando de Chriſto an eſſet Chriſtus,ſed potius deſiderando habere ipſius cognitionem experimentalem ex operibus?quam iam habuerat ex reuelatione diuina,dicebat:* Es tu,an alium expectamus:*Hoc eſt dicere:deſidero te cognoſcere eſſe Chriſtum ex operibus per te factis,ſicut te iam cognoui per inſpirationem ſeu diuinam reuelationem.Vnde notanter dicit euangeliſta :* Cum audiſſet C Ioan.opera Chriſti &c.*licet enim viderat Chriſtum & ipſum verè cognouerat,vt dictum eſt,non tamen viderat opera Chriſti præſertim illa quæ teſtimonium de ipſo perhibebant, ſcilicet, miracula. Ad quod Chriſtus tanquam ſciens cogitationem cordis ipſius Ioannis,proprie reſpondit:*Renunciate Ioanni &c.*Vbi attendendum, quod non ſolum dixit,renunciate Ioanni quæ vidiſtis,licet fortè hoc videretur ſufficere: ſed dixit,quæ vidiſtis & audiſtis ad denotandum, quod ea quæ audiuerant à prophetis per Chriſtum fienda,videbant per ipſum impleta:vnde dicit:*Cæci vidẽt,& clau.amb.&c.*Hæc enim miracula in propria forma leguntur in propheticis vaticiniis:vnde Iſa.35.b.loquens de Chriſto ait:*Deus venit,& ſaluauit nos.*Sequitur:* Tunc aperientur oculi eorum.*Similiter Iſa.61.a.*Ad annunciandum ſeu euangelizandum pauperibus miſit me.*Ex quibus patet,quod Chriſtus in hac reſponſione ſatisfaciebat deſiderio Ioannis rectè ordinato circa cognitionem Chriſti, oſtendendo quod opera ſua miracul ſa correſpondebant vaticiniis prophetarum,& ſic poterat de Chriſto noticiam experimentalem habere ex operibus,de quo iam habuerat noticiam diuinitus reuelatam.*

REPLI. In ca. 11. *Vbi agitur de quæſtione Ioannis baptiſtæ ad Ieſum,de qua poſtil.dicit: cum quomodo ſit dubitabilis propoſitio, non mouetur in perſona Ioannis, qui fuit per diuinam reuelationem & occultam viſionem certificatus:ſed mouetur in perſona diſcipulorum Ioannis hæſitantium:ſed Burg.dicit taliter dictum non eſſe conſonum literæ, quæ dicit reſpondendo,* Euntes renunciate Ioanni quæ reſpondet Ioanni,non diſcipulis eius. *Ad quod poteſt dici dupliciter : Primò quod remiſit Chriſtus diſcipulos ad Ioannem, vt ex relatione diſcipulorum hæſitantium Ioannes materiam acciperet eos plenius informandi,ſecundò dici poteſt,quod Chriſtus tenuit modum curialem:nam directe reſpondendo ad diſcipulorum hæſitationem quam nouit, viſus fuiſſet hæſitationem eorum redarguiſſe, quod curiale non fuiſſet circa legationẽ Ioannis factã.Curialitas igitur videtur tam ex parte quærẽtis* E *quã es ex parte reſpondẽtis,dũ & Ioãnes in ſua perſona incredulitatem diſcipulorũ nõ detegeret, & Chriſtus ſic curialiter quærenti reſpõdit,ne in credulitatem legatoris increpare videretur:cũ ad forum Ioannis pertinerent.Modo autem dicendi Burg.quem hic addit multa inconuenientia contingunt, primo quia ponit Ioannem per diuinam reuelationem de Chriſto & de his quæ de ipſo erant ſcripta,certitudinaliter & ſufficienter inſtructum:& tamen quod Ioannes petiuit amplius inſtrui,ex ſecũda enim parte infertur oppoſitum primæ partis,quia bene ſequitur Ille petit de.a.concluſionem perfectius inſtrui : igitur perfecte non fuit inſtructus : cuius oppoſitum dicit Burg. addens quod ſecundus modus ſciendi non ſit ita perfectus ſicut primus : ex quo patet Ioannem plus quæſiſſe curioſa quam vtilia.ſicut logica ſecundum commentatorem. 2. metaph.non eſt ſcientia.ſed modus ſciendi : qui igitur eſſet perfectè inſtructus in Theologia,& poſt quæreret ſcire logicam, curioſus veniret iudicandus.Secundum inconueniens : quia Burgen.dicit dominum noſtrum Ieſum Chriſtum profeciſſe ſcientia acquiſita per experientiam:& hoc videtur dubium:nam ſi Chriſtus aliquid didiciſſet per experientiã quod prius vel qualiter prius non nouit,ſequitur quod non fuit ab inſtanti conceptionis ſuæ omniſciens,quod eſt contra ſanctos doctores & magiſtrum li.3.diſ.14.ſed 13. di. exponit quomodo intelligitur Chriſtum* F *profeciſſe,non vt Burgen.vult.Tertium quod Burg.ponit Ioannem Baptiſtam mouiſſe ſui ex parte quæſtionem,vt eum quem ſciret eſſe Chriſtum per diuinam reuelationem & ſenſibilem oſtenſionem etiam ſciret per miraculorum operationem: videtur abſurdum, quia Iudæi non ita plene docti de chriſti aduentu cum peterent ſigna audierunt.Generatio praua ſignum quærit, Matth. 12.& ſic Ioannes videtur ad generationem prauam pertinere,eo quod ab infallibili veritate doctus ſingularia ſigna & fallibilia quærit ſecundum Burg.quod abſurdum dicere videtur. Confirmatur, quia poſt medium ſciendi infallibile, ſi verum diceret Burg.Ioannes quæſiuiſſet medium ſciendi valde fallax.ſcilicet, operationem miraculorum : nam & praui antichriſtiani dabunt talia media non ad inſtruendum ſed ad fallendum.vt dicit beatus Aug.2. de ciui.Dei,ca.13. & octogintatrium quæſtionum, q. 55. & quamplurima alia quæ contingunt huic ſingularitati.*

CAP. XII.

a *IN illo tempore.* Narrata prædicatione & miraculis vnius anni ante quæſtionẽ Ioannis factis, tranſit ad illa quæ facta ſunt alio anno ſcilicet,poſt mortem Ioannis,quando iam in omnibus Chriſto contradicitur.

CAPVT XII.

¶ Iterum datur occaſio contradicendi Iudæis.

I N illo tempore. † Abiit Ieſus per ſata

† Mar. 2 6. Lucæ 6.a.

a

ſed daus occaſionem rationabilẽ,vt & legẽ ceſſare faciat, & legẽ non offendat.Et ideo vt Iudæos mitiget,naturę neceſſitatem præmittit, & hoc eſt,quod dicitur diſcipuli autem eſurientes. Alleg.Sata,ſunt auditores, per quæ diſcipuli tranſeunt, cum ſollicitè doctores inſpiciunt, quomodo vnumquemque attrahere poſſint,quorum ſalutem eſuriunt.Spicas vellũt,dũ ſingulos homines à terrena intentione retrahunt.

hom 30. in Matth.

b *Abiit Ieſus per.*✲ CHRYSOSTOMVS. Volebat quidem ſoluere ſabbatum,ſed non ſimpliciter:ideóque non ſine cauſa id ſoluet ſed

☞ Fricant

NICOLAVS DE LYRA

CAP. XII.

✲ 1 IN illo tempore. Abiit,&c. *Poſtquam poſita eſt confirmatio duorum impugnantium ca.præceden.vt patet in diſcipulis Ioannis,hic conſequenter ponitur confutatio impugnantiũ.ſ.phariſæorũ.Et diuiditur in quatuor partes,quia aliqui impugnabãt Ieſũ Chriſtũ reprehẽdendo eius veritatem quaſi cõtra legẽ agentẽ,aliqui calũniandoeius bonitatẽ opera diuina virtute facta dæmoni attribuendo,ibi: Tunc oblatus eſt,aliꝰ tentando*

Diuiſio

MORALITER.

1 *In Illo tempore abiit Ieſus per ſa.&c.* Per ſata poteſt intelligi gentilium doctrina,in qua ſunt multæ ſpicæ,id eſt,dicta philoſophica habentia grana veritatis,palleis tamen vanitatis & falſitatis admixta.Igitur diſcipuli cũ Chriſto per ſata trãſeũt quando Chriſtianæ fidei zelo doctrinã philoſophicã ſtudẽdo diſcurrunt, vt ibi reperiãt aliqua fidei Chriſti accõmoda:& eſuriẽtes ſpicas vellicãt,quãdo veritates ibicõtẽtas ab erroneis & friuolis ſeparant:& comedũt quãdo in vẽtre memoriæ recondũt,ſecundũ illud Aug.de doc.Chriſt. Si in dictis infideliũ inuenian tur noſtræ fidei accommoda,non ſolum nõ ſunt abhorrẽda,ſed etiam ab ipſis tanquã ab iniuſtis poſſeſſoribus accipienda,& in noſtrum vſum vendicanda.Per phariſæos autẽ factum diſcipulorum arguentes,ſignificantur aliqui doctores indiſcreto zelo quod ignorant reprobantes ſed ſaluator rationabiliter excuſat:nam omne verum à quocunque dicatur à Deo eſt.

✲ *Et cum*

Fricant, dum exemplis virtutum etiam à concupiſcentia carnis mentes exuunt. Grana comedunt, dum emundatos in corpus eccleſiæ traiiciunt. Bene hoc agunt diſcipuli ante dominum, quia neceſſe eſt præcedat ſermo doctoris, & ſic gratia cor illuſtrabit auditoris. Sabbato quia hoc agunt ſpe quietis æternæ, ad quam & Alios inuitant.

MORALITER. Item per ſata cum domino ambulant, qui diuinis imperiis ſtudentes in ſcripturarum meditatione delectantur. *Eſuriunt, qui in eis panem vitæ.* Id eſt, Dei amorem inuenire deſiderant. Sabbato, dum à turbidis cogitationibus vacare, & videre quam ſuauis eſt dominus, gaudent. Vellunt ſpicas & terunt, cum teſtimonia aſſumunt & diſcutiunt, donec in eis medullam dilectionis inueniunt, quæ latebat in litera. Sed qui ſolam ſuperficiem literæ ſequuntur, neque mentis refectionem norunt neque animarum requiem quærunt: vnde confutatio ſequitur: At ille dixit eis.

a *Eſurientes, &c.* Quia vt alius ait Euangeliſta, nec locum veſcendi habebant pro turbis: propter nimiam importunitatem eorum.

Alij Euangeliſtæ addunt, manibus confricaſſe. Vnde & Petro dicitur: *Macta & manduca.*

✠ CHRYSOSTOMVS. Quamuis in peccatis quæ manifeſta ſunt nulla ſit excuſatio: neque enim occidens, ad ſui excuſationem poteſt furorem prætendere: neque qui adulterat, concupiſcentiam, ſed nec aliam vllam cauſam, hic tamen famem inducens, diſcipulos ab omni accuſatione liberat.

b *Non licet.* Secundum præceptum legis. Sed quia alia ſcriptura dicit: *Miſericordiam malo quam ſacrificium.* Melius fuit hominem de famis periculo liberare, quam ſacrificium Deo offerre, quia hoſtia placens eſt ſalus hominum. De vaſtatione frugum non arguunt, quia licet per legem inde edere.

c *At ille dixit &c.* In hoc facto nihil aliud inſtruimur, niſi vt ſabbatum non ad literam, ſed ſpiritualiter intelligamus.

d *Non legiſtis.* Si Dauid & Abimelech non reprehenditur. quorum vterque mandatum legis probabili neceſſitate tranſgreſſus eſt, & hic Similis cauſa famis eſt, cur non idem probatis in apoſtolis.

e *Panes propo.* Quod ſignificauit ſacerdotalem cibum tranſiturum in vſum populorum. Vel quia omnes ſacerdotes debemus imitari. Vel quod omnes ſacerdotes ſumus.

Comedit in ſabbato, quando de menſa tollebantur aliis ſubſtitutis. Erat etiam tunc neomeniæ dies.

f *Quia ſabbatis ſa.* Hic ſine neceſſitate oſtendit ſabbatum violari ab ipſis qui calumniantur. Vnum exemplum datum eſt regiæ poteſtatis, de Dauid aliud ſacerdotalis, de his qui per miniſterium templi ſabbatum violant, vt multo minus ad ipſum pertineat crimen ſpicarum ſabbato vulſarum, qui verus rex & ſacerdos eſt & dominus ſabbati.

✠ CHRYSOST. Ne mihi dicas, quoniam afferre in medium aliũ peccantẽ, non eſt erui ab accuſatione, cum enim non accuſatur quæ fecit, excuſatio fit circa id quod factum eſt. Verũ hoc hic non ſufficit, ſed quod maius eſt, dixit, quod ſine crimine ſunt. Vide autem quanta poſuit. Locum, vbi dicit: In templo. Tempus, cum dicit Sabbatis. Legis remiſſionem, cum dicit, violant & non ſoluunt. Et quod non ſolum liberantur à pœna, ſed à culpa liberati ſunt. Vnde dicit, Sine crimine ſunt. Neque autem hoc ſecundũ ſimile eſt priori, quod dixerat de Dauid. Illud enim ſemel factum eſt, & à Dauid non ſacerdote, & neceſſitatis cauſa. Hoc autem ſecundum, ſingulo ſabbato, & à ſacerdotibus & ſecundùm legem.

g *Dico autem vo.* Quaſi dicat, Si figurale templum potuit defendere ſacerdotes ſibi ſeruientes, cur ſpirituale non poteſt defendere diſcipulos ſibi credentes.

✠ HIERONYMVS. Hic non pronomen ſed aduerbium loci eſt, quod maior templo ſit locus qui dominum templi teneat.

h *Si autem.* Et vos oſtenderet omnia futuri temporis ſpeciem continere, adiecit: Si autem ſciretis, id eſt, quia Deus per gratiam diſpoſuit liberare populum, & non per exteriores obſeruantias, non reprehenderetis meos, ſi vetera omittunt.

☞ *Dominus*

✠ NICOLAVS DE LYRA.

tando eius poteſtatem, propter hoc quærebant ſigna de cœlo, ibi: Tunc reſpondebant ei quidam de ſcribis, alij, inſidiando eius aſſumptæ infirmitati, ibi: Adhuc eo loquente. Prima adhuc in duas, quia primò reprehendunt eius veritatem in ſuis diſcipulis, ſecundò, in perſona propria, ibi: Et cum inde tranſiſſet. *In prima ergo parte reprehendunt eum de hoc quòd diſcipuli eius tranſeuntes die ſabbati per blada vellebant ſpicas & confricantes manducabant grana quaſi contra legem agerent ex Chriſti doctrina. Conſiderandum tamen, quod non arguebant eos agere contra legem quaſi raperent alienum, quia licitum erat intrare ſegetem proximi & comedere non tamen metere falce, vt habetur Deut. 23. ſed quia violabant ſabbatum, quia præceptum erat in lege quod cibaria præparentur die præcedenti & non in die ſabbati, vt habetur Exod. 16. Ipſi autem præparabant ſibi cibum ſpicas fricando, & hoc eſt quod ſubditur.*

1 Diſcipuli. *Quod non licet eis facere ſabbatis. Sed Chriſtus reſpondet eis oſtendendo, quod non faciebant contra legem, quia aliquid quod eſt lege prohibitum, bene efficitur licitum propter neceſſitatem imminentem. Sicut Dauid qui legitur ſanctus, manducauit panes propoſitionis ſibi datos à ſacerdote in neceſſitate, & tamen in lege erat præceptum, quod ſoli ſacerdotes comederent: quĩ ſacerdos inde non reprobatur, quod dedit aliis: nec etiam Dauid, quod comedit cum viris ſuis. Ex hoc patet quod neceſſitas faciebat aliquid licitum, quod alias eſſet illicitum. Sic in propoſito, dato quod non eſſet licitum fricare ſpicas*

in die ſabbati, tamen fiebat licitum propter neceſſitatem famis: & hoc eſt quod dicit ſaluator phariſæis.

2 Nónne legiſtis, *vos ſupple qui debetis ſcire legem.*

3 Quid fecerit Dauid: *Quem tamen reputatis ſanctum.*

4 Quomodo intrauit in domum. *Et hoc factum habetur 1. Reg. 21. b. cætera patent ex dictis vſque ibi.*

5 Aut non. *Vbi ponitur alia reſponſio, quia ſacerdotes in die ſabbati in templo manualiter operabantur, quia immolabant animalia Deo oblata, & excoriabant & hoſtias lauabant, & conſimilia, & tamen non violabant ſabbatum: quia talia opera erant ordinata ad Dei cultum, & hoc eſſe quod dicit ſaluator.*

6 Sacer. in tem. ſab. vio. *Id eſt manualiter operantur.*

7 Et ſine cri. *Quia etiam erat præceptum à domino quod talia opera facerent in ſabbato, & eadem ratione apoſtoli vellentes ſpicas in die ſabbati & commedentes ex præcepto Chriſti non peccabant, quia melius eſt ipſi Chriſto obedire, quam victimas in templo offerre. Et hoc eſt quod dicit ſaluator.*

8 Dico autem vobis, quia templo. *Scilicet, ego (cuius autoritate hoc faciunt) ſum maior, & in hoc etiam ipſe oſtendit ſuam deitatem. Vnde ſequitur.*

9 Si autem ſciretis. *Id eſt, intelligeretis id quod ſcriptum eſt Hoſee. 6. b.* Miſericordiam volo, & non ſacrificium: *ex quo oſtenditur per dictũ prophetæ, quod opera miſericordiæ ſunt magis accepta Deo quam victimæ,*

✠ Nunquam

a *Dominus est enim.* Si Dauid pastus & sacerdotes templi ministerio sabbatum violantes sine crimine sunt quanto magis filius hominis qui verus est rex & sacerdos & dominus sabbati

b *Et ecce homo.* Iste homo dicitur cementarius fuisse, quia manus cui spiritualis ædificij cura commissa fuit, arida erat vsque ad tempus Christi.

Ecce homo ma. Significat humanum genus in fœcunditate boni operis arefactum pro manu ad pomũ extensa, quam sanauit manus innocens in cruce extensa. Bene manus in Synagoga erat arida, quia vbi maius donum scientiæ, ibi transgressor maiori subiacet culpæ.

c *Interrog ab.* Quia discipulos de violatione sabbati probabili exemplo excusauerat, ipsum volunt calumniari, vt si nõ curet crudelitatis, vel imbecillitatis vel curet, trãsgressionis arguant.

Mar. dicit interrogasse, Mar.& Lu. interrogatos esse. Sed sciendum, quod illi prius interrogauerunt, deinde intelligens cogitationes accusationésque quærentium, constituit in medio sanandum,& interrogauit, quod Marcus & Lucas ait: *Et tunc illis tacentibus proposuit simile.* de oue,& concluſit quod licet sabbato bene facere. Postremo circumspectis eis (cum ita dixit) extende.

✠ Chrysostomvs. Non interrogant vt addiscant, sed vt accusent eum. Vnde sequitur, *Vt accusarent eum*, quamuis & ipsum opus sufficeret, si accusare volebant, sed & per verba volebant captionem inuenire maiorem, copiam argutionum sibi præparantes.

d *Sabbatis,&c.* Præcipuè docet & operatur Iesus, non solùm propter speciale sabbatum, sed & propter celebriorem populi conuentum, quærens salutem omnium.

e *Quis erit.* Competenti exemplo soluit quæstionem, vt eos ostendat sabbatum violare in opere cupiditatis, qui eum violare arguunt in opere charitatis. Arguit eos qui legem malè interpretantur, qui dicunt in sabbato à bonis operibus feriandum. Sed à malis tantum feriandum est vnde dicitur: *Omne opus seruile non f.in eo.* Id est, peccatum. Sic & in æterna requie à malis tantum feriabuntur, non à bonis.

f *Extende.* Quia nil plus valet curationi eleemosynarum largitate, vnde dicitur: *Non sit manus tua ad accipiendum porrecta, sed ad dandum collecta.* Quia frustra pro peccatis rogaturus manus ad Deum expandit, qui has ad pauperes pro posse non extendit.

g *Sicut alte.* Homo ante aduentum Christi dexteram habuit languidam, quia ab eleemosynis torpebat: sinistram sanam quia suæ vtilitati intendebat: sed veniente Christo dextera sanatur vt sinistra: quia quod congregauerat auidè, modo distribuit charitate.

h *Recessit inde.* Nota exemplum: *Si vos perse.fu. in.v.c.f.in alium.*

i *Secuti.sunt.* Docti, visis virtutibus persequuntur; in docti, opinione eius ducti amando sequuntur vnde & curari merentur.

✠ *Et præ-*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Nunquam condemnassetis. *Id est, discipulos meos in necessitate famis de licentia mea sibi prædicto modo subuenientes. Et quod posset eos licentiare ostendit.*

2 Dominus enim est, &c. *Quia obseruantiam illam poterat mutare, sicut patet quod in nouo testamento autoritate eius mutata est.*

3 Et cum inde transf. *Hic ponitur confutatio eorum qui reprehendebant eius veritatem in propria persona. Et primò ponitur eorum confutatio, secundò ex hoc oriens machinatio, ibi:* Exeuntes autem Pharisæi. *Circa primum considerandum, quòd ad reprehendendum eum proposuerunt ei quæstionem maliciosè: vtrum licitum esset sabbato curare: quia si non curaret, arguerent eum de impotentia, si autem curaret, de sabbati transgressione: & hoc est quod dicitur.*

Iterroga.&c. *sequitur:*

4 Vt accu.eum. *Aliquo dictorum modorum. Mar.3.& Lu.6. dicitur quod ipse Christus interrogauit eos. Dicendum, quod non contrariantur, quia primò interrogauerunt eum malitiosè, vt dictum est. Et hoc scribit Matthæus. Postea autem statuto homine infirmo in medio, quæsiuit à pharisæis, si licet sabbato curare quasi repetendo quæstionem ab eis motam antequam solueret eam. Et hoc secundum scribunt Marcus & Lucas quod tacuit Matthæus, & omittunt illud primum quod ipse expressit sequitur.*

5 Ipse autem dixit illis. *Vbi Christus soluit quæstionem primò verbo, ostendens per locum à minori quod licitum erat sanare hominem in die sabbati: quia brutum animal lapsum in foueam licitum erat in die sabbati extrahere: ergo multo fortius hominem qui melior est cum sit ad imaginem dei factus, si in infirmitatem ceciderit, licitum est sabbato curare, & hoc est quod dicitur.*

6 Quis erit ex vo. *Et patet ex dictis, secundò soluit quæstionem facto hominem habentem manum aridam sanando.*

7 Tunc ait homini, &c. *Et patet.*

8 Exeuntes autem &c. *Hic ponitur ipsorum pharisæorum contra Christum machinatio, & ipsius Christi humilis declinatio. Homines enim in malicia obstinati per rationem non possunt compesci: & ideo pharisæi non potentes Christo respondere per rationem, inceperunt cogitare aduersus eum fraudem.*

9 Iesus autem sciens. *Scilicet, machinationes eorum, quia nihil latebat ipsum.*

10 Recessit inde. *Non quia timeret mortem, sed quia futurum erat, vt aliqui infirmi Christiani non auderent stare in persequutione, ideo ne fuga eorum imputaretur in peccatum, voluit ostendere facto, quod fugere persequutionem aliquando est licitum, sicut supr. plenius dictum est. cap.10. Sequitur*

11 Et sequuti sunt eum multi, &c. *Scilicet ex eo quod viderant prædictum hominem sanatum.*

✠ Et cu.

MORALITER.

✠ 3 *Et cum inde transf.* Sequitur: *Et ecce homo ma.ha ari.&c.* Per quem auarus significatur, cuius manus ad opera pietatis & largitatis inualida reperitur: sed vt sanetur per Christum, ei dicitur.

† *Extende ma.* Quia cum ex Dei dono ad opera charitatis extenditur, tunc sanatur.

8 *Exeuntes autem Pha. &c.* Per hoc autem quod Iesus à consilio malignantium recessit, & sequentibus se bene fecit, informauit prædicatorem, vt fugiat obstinatos & foueat deuotes.

✠ *Et præ-*

† innoxios
† Mar.3.a. Luce. 6. b.
Mar.3.a. Luce. 6. b.
hom. 44 in Matth.
† Mar. 2.d. Luc.6.a.
* erat ibi Leuit.23.a.
Ecclc. 4.d.
† Mar 3.a. Io.10.g.
supr.10.c.

a *Et præcepit.* Non timore, ne proditus occideretur, sed parcendo Iudæis, ne inuidia trucidarentur in eius innocentia & mansuetudine.

Mysticè. Hic mysticè nos instruit, ne cum aliquid magnifacimus, laudem foris quæramus.

b *Animæ meæ.* Per animam omnis affectus demonstratur.

†turbæ multæ

c *Arundinem.* Iudæos, omni vento cedentes, qui ab inuicem discrepando dissipati sunt, non mox damnabit: sed supportabit. *Arundinem quas.* Qui peccanti non porrigit manum, nec portat onus fratris, quassatum calamum confringit. Et qui fidei modicam scintillam

B

contemnit in paruulis, linum fumigans extinguit: Quod Christus non fecit, qui potius venit quærere quod perierat, patientiam

†lignum

namque seruauit, donec iudicium quod in eo agebatur, ad victoriam perueniret, & expulso mundi principe ad regnum rediret, in dextera patris sedens, donec ponat inimicos sub pedibus.

Psal. 119.

d *Linum fu.* Gentes, quas naturalis legis ardore ferè extincto fumus erroris amarissimus, & odoris noxius inuoluit: quas non extinxit, sed de parua scintilla in magnum ardorem ignis Dei suscitauit.

Leui. 19. b.

e *Donec.* Tandiu prædicatio eius nullis insidiis superata mundo lucet, donec ponat in terra iudicium, & impleatur: Fiat voluntas tua, sicut in cœlo & in terra.

✠ Avgvstinvs. Hoc autem vltimum iam videmus impletum, Quis enim speraret gentes in Christi nomine speraturas, quando tenebatur, ligabatur, cædebatur, illudebatur, &

supr. 6. b.

crucifigebatur, quando & ipsi discipuli spē perdiderant, quem

C

in illo habere iam cœperant? quod tunc vix vnus latro sperauit in cruce, nunc sperant gentes longè latéque diffusæ. Et ne in æternum moriātur ipsa in qua ille mortuus est, cruce signantur.

D

f *Et curauit.* Tria signa simul facta sunt quæ & quotidie in conuersione hominum fiunt, vt expulso dæmone lumen fidei videant & Deum laudent.

✠ Chrysostomvs. Miranda est nequitia dæmonis: vtrumque ingressum oppilauit, per quem ille erat creditus, auditum scilicet & visum.

† interminatus est. hom. 41. in Matth.

✠ Hylarivs. Non autem sine ratione cum turbas omnes creatas in cō muni dixisset, nunc seorsum dæmonium habens cæcus & mutus offertur. Oportebat enim vt postquā manus aridæ homo oblatus est, qui in synagoga curabatur, in vnius huiusmodi hominis forma gentiū salus fieret, vt qui erat habitatio dæmonij, & cęcus & mutus Deo capax pararetur, & Deum contineret in Christo & Christi opera Dei confessione laudaret.

E

† Isa 42. an

† supr. 9. d.

✠ Tertvllianvs. Dæmones autem non tantū respicimus, verum & reinsimus, & quotidie de corporibus traducimus & de hominibus expellimus, sicut plurimis notum est.

lib. ad scapulum.

✠ Idem. Edatur hic aliquis sub tribunalibus vestris, quem demone angi constet, iussus à quolibet Christiano loqui spiritus ille, tam se dæmonē cōfitebitur de vero, quam alibi Deum de falso, *& paulò pòst*, Subiiciuntur seruis Dei & Christi, ita de contactu déque affectu nostro contemplatione & representatione ignis correpti, etiam de corporibus nostro imperio excedūt inuiti & dolentes & vobis præsentibus erubescētes. Credeūte illis cum verum de se loquitur, qui mentiētibus creditis

in Apologet c. 23.

potestes ex pellēdi dæmones māsit in ecclesia.

F

Nemo ad suum dedecus mentitur.

☞ Avgvsti-

a ¶ In persona patris de filio. b ¶ Quia in forma serui. c ¶ Ad opus quod nullus alius poterat facere. ¶ Redimere humanum genus.

a ¶ Quia ipse solus est agnus sine macula. b ¶ Voluntati meæ. c ¶ Quod alibi: Requiescit super eum spiritus domini.

a ¶ Non Dei verbum sed puerum' prædicatores noui Testamenti. b ¶ Futurum & modo iusta iudicia agit. c ¶ Per

a ¶ Quia cum malediceretur, non maledicebat, sed sicut ouis ad occisionem est, & non aperiebat os suum. b ¶ Mysticè. Qui latam viam insistunt & non audiunt vocem Christi.

a ¶ Quia non est aliud nomen sub cœlo, in quo oporteat saluari.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et cu.eos omnes. *Et quo patet eius benignitas, quia persequutus à Iudæis beneficia sanitatum eius impendit.*

2 Et præ.eis. *Id est, sanatis.*

3 Ne ma.eum fa. *Pharisæis eum manifestando: non quia mortem timeret, vt dictum est, sed vt ostenderet, quod sicut aliquando est licitum in persequutione fugere, ita licitum est se occultare ad cedendum malicię: Et vt ostenderet magnitudinem suæ potentię: & hoc confirmat dicto Isa. 42. secundum translationem 70.*

4 Ecce puer. *Id est, Christus, qui fuit puer in forma serui.*

5 Quem elegi. *Hoc duplicatur ad ostendendum, quod ipse fuit electus ad perficiendum opus nostræ redēptionis, & nullus alius: quia per nullum alium poterat ita competenter fieri.*

Metapho. 6 Dilectus &c. *Hoc dicitur metaphoricè de Deo, ad exprimendū magnitudinem paternæ dilectionis ad filium: sicut apud homines ille qui multum diligitur, dicitur haberi cordi.*

7 Ponam spiritum. *Quia spiritus sanctus requieuit super eum in humana natura, vt habetur Isa. 11. a.* Egredietur virga de radice Iesse, &c. *sequitur.* Et requiescet super eum spiritus sanctus, &c.

8 Et iu. gen. *Quia Christus futurum iudicium nunciauit hominibus per suam prædicationem, vt habetur. j. Similiter in iudicio futuro*

Io. 10. g. *sententiam iudicij feret in humanitate, quia in eadem forma in qua iudicatus est coram Pilato, in ea sedebit in iudicio hoc excepto, quod tūc apparebit in forma gloriosa: & hoc est quod dicitur act. 1. b.* Hic Iesus qui assumptus est à vobis, sic veniet. *Scilicet, ad iudicium,* sicut vidistis eum ascēdentem. *Id est: in forma humanitatis gloriosa, in qua ascendit in cœlum, sequitur.*

9 Non conten. *Scilicet, vt vindicetur, vt patet ex prædictis: quia persequutionem pharisæorū declinauit humiliter absque contentione.*

10 Neque cla. *Vt scilicet, liberetur, sicut patuit in sua passione.*

11 Neque au. *Quod patet ex sua taciturnitate coram Pilato, quia hoc fuerat prædictum Isa. 53. c. Sicut agnus coram tondente se obmutescet, & non aperuit os suum.*

12 Arund. *quasi, per arundinem quassatam intelligitur populus Iudaicus à fide & pietate vacuus.*

13 Et linum fug. *Per hoc intelliguntur Gentiles, in quibus claritas rationis naturalis erat extincta per consuetudinem peccandi, remanente fumo voluntatis malè faciendi. Vult ergo dicere, quod Christus per fortitudinem deitatis noluit resistere Iudæis & gētilibus eum crucifigē tibus quia Iudæi crucifixerunt linguis suis, ipsum iniustè accusando, gentiles verò manibus ipsum crucifigendo, quia milites Pilati qui erant gentiles hoc fecerunt, vt habetur Io. 19. sequitur.*

14 Donec eiiciat &c. *Id est, donec veniat ad exequendum: extremum iudicium, in quo manifestabitur sua victoria. Tunc enim inimici eius ponentur plenariè sub pedibus eius, vt habetur in Psalmo 8. b.* Omnia subiecisti sub pedibus eius.

15 Et in nomine eius gentes spe. &c. *Quia ad prædicationem apostolorum gentiles ad fidem conuersi sunt. Iudæis pro maiori parte in infidelitate remanentibus.*

16 Tunc ob. &c. *Hic consequenter ponitur confutatio calumniantium Christi bonitatem, attribuendo eius miracula spiritui maligno: & primò ponitur eorum calumniatio, secundò, calumniæ confutatio ibi:* Iesus autem sci. *Circa primum ponitur euidens miraculum de eiectione dæmonis cæci & muti, non quia talia sint in demone formaliter sed effectiuè: quia hominem quem obsederat, cæcum & mutum effecerat, & ideo ipso eiecto homo loquebatur.*

✠ Et stupe-

MORALITER.

✠ 2 *Et præcepit eis, &c.* Per hoc ostendens quod prædicator non debet quærere humanam laudem, neque cum obstinatis contentionem, ideo subditur de eo.

9 *Non conten. &c.* Tunc oblatus est ei dæmonium habens, cæcus & mutus. Possessus à dæmone per peccatum mortale, cæcus est in his quæ ad suā pertinent salutem, & mutus ad pronunciandum laudem diuinam: sed cum curatur à Christo, videt sibi proficua & pronunciat præconia diuina. Per pharisæos autem Beelzebub attribuentes, significatur maledici bona in malum pervertentes.

✠ *Omne regnum*

☞ A ✠ AVGVSTINVS. Vera pietate homines Dei Aëream potestatem inimicam contrariámque pietati, exorcisando eiiciunt non placando.

Lib. 10. de ciuitate ca. 22.

a *In Beelze.* Beel.id est, Baal: muscarum, ob sordes immolatici sanguinis: Deus est Accaron, quo nomine vocant principem dæmoniorum.

b *Omne re.* Necessaria complexione eos arguit: Vel enim Christus virtute Dei dæmones eiicit, vel in principe dæmoniorum. Si virtute Dei, frustra calumniantur. Si in principe dæmoniorum, regnum eius diuisum est, nec stabit: & ideo à regno eius recedant: quod innuit eos sibi elegisse, dũ in se non credunt.

† Mat. 3. c. Luc. 11. b.

† in † Mat. 3. c.

c *Et omni ci.* Eadẽ ratio est ciuitatis & domus, quæ regni. Ciuitas Ierusalem sẽper gloriosa, postquam in Christum & in Apostolos exarsit, facta diuisione excidio cecidit.

B

d *Etsi ego in Beelzebub.* Si expulsio dæmonum in filiis vestris, Deo non dæmonibus deputatur, quare in me idem opus eandem non habet causam?

✠ CHRYSOSTOMVS. Post primam solutionem venit ad secundã, prima manifestiorẽ dicẽs, Et si ego in Beelzebub, &c.

hom. 42. in Matthæum

e *Ipsi.* Contemptibilia mundi in quibus sancta simplicitas meæ virtutis apparet. Vel ita potius: Filij, id est, apostoli qui bene sibi conscij erant, nihil malè artis ab eo didicisse: ideo ipsi testes mei iudicij iudicantes. 12. tribus Israel.

D

f *Si autem ego.* Illa pars. Si ego in Beelzebub eiicio dæmones ad plura inconuenientia perducta est, modo agitur de alia parte complexionis.

infr. 21. d.

Si autem ego in spiritu Dei. Hic Lucas ait in digito. Digitus dicitur spiritus sanctus pro partitione donorum. Regnum Dei, vel seipsũ dicit. Vnde alibi, *Medius inter vos stetit, quem vos nescitis.* Vel, regnum quod Iohannes & ipse Iesus prædicauit. *Pœnitentiam agite: appropinquabit enim regnum cœlorum.* Est & tertiũ regnum scripturæ sanctæ, quod aufertur à Iudæis & datur gẽti facienti fructũ eius. Vel regnũ id est, omnes mundi partes, A postolos & successoribus eorum ad cõuertẽdum distribuit g *Aut quomodo po.* Ostendit ergo dominus per manifestam parabolã, quod non concordat in fallaci operatione cum dæmonibus sicut calumniabantur, sed virtute diuinitatis homines à dæmonio liberaret ideóque grande scelus committunt, qui quod Dei esse cognouerant, diaboli esse clamabant. Neque enim possunt esse concordes: quorũ opera diuersa sunt. Vnde addit: *Qui non est me, &c.*

Luc. 11. c. Ioh. 1. d. supr. 3. a. E infr. 21 d. † præuenit ad.

☞ *Domum*

a ¶ Mirantur minus eruditi: & ob misericordiam & beneficium filium Dauid prædicant.

queretur, & videret. Et stupẽbant omnes turbæ, & dicebant: 1

a ¶ Qui sapientes videntur, vel negant, vel detractant quasi non sint opera Dei, sed immundi spiritus. 2

Nunquid hic est filius Dauid? Phárisæi autem audientes dixe 3

a ¶ In quo nescientes confitentur diuisionem dæmonum 4

runt: † Hic non eiicit dæmõnes, nisi in Beelzebub principe

a ¶ Vel vt sic crederent in eum qui cordis occulta videbat. 5

dæmoniorum. Iesus autem sciens cogitãtiones eorum, dixit 6

b eis: † Omne regnum † contra se diuisum desolabitur & om-

c nis ciuitas vel domus diuisa contra se, non stabit. Et si Sa-

¶ Ideo. a ¶ Cuius intra se bellum pax est hominum vt iam non habeat in mundo locum.

thãnas Sathanam eiicit, aduersus se diuisus est: quomodo er-

a ¶ Id est, non stabit, vt iam sit finis mundi.

d go stãbit regnum eius? Et si ego in Beelzebub eiicio dæ- 7

¶ Exorcistæ Iudæorum, qui ad Dei nominis inuocationem eiiciebant dæmones. a ¶ Non potestate, sed comparatione, quia Deo tribuunt, quod illi Beelzebub. ¶ Iudicantes duodecim tribus Israel.

e mones filij vestri in quo eiiciunt? Ideo ipsi iudicẽs vestri e- 8

¶ Incipit destrui potestas diaboli, vt regnet Deus in nobis,

f runt. Si autem ego in spiritu Dei eiicio dęmones: igitur † per 9

a ¶ Nisi præualeret diuina potentia. 10

g uenit in vos regnũ Dei. Aut quomodo põtest quisquam in- 11

a ¶ Mundum qui in maligno est. b ¶ Diabolus, à quo nemo poterat se eruere. c ¶ Homines decepti. d ¶ A seductione electorum compescuerit, potestatem ademerit.

trare in domũm fortis, & vãsa eius diripere, nisi priũs alliga- 12 13

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et stupebant. *Admirantes, diuinam virtutem in Christo.*

Diuisio C 2 Et dicebant num. &c. *Quasi dicat, sic, quia hic est Christus nobis promissus, de semine Dauid.*

3 Pharisæi autem, &c. *Turbas, scilicet, confitentes ipsum esse Christum propter euidentiam facti.*

4 Dixerunt: hic, &c. *Quia enim factum mirabile negare non poterant, ideo modum faciendi calumniabantur, dicentes ipsum per aliquem dæmonem superiorem sibi familiarem & priuatum eiicere dæmones inferiores de corporibus obsessorum, sicut suprà dictum est cap. 9.*

Miracula Christi probantur non dæmoniaco adminiculo facta

5 Iesus autem sci. *Hic ponitur calumniæ confutatio: & primò ostendit quòd miracula quæ faciebat, non poterant attribui spiritui maligno, secundò, quòd oportebat ea attribuere spiritui diuino, ibi: Aut facite arborem bonam: Prima in duas, quia primò ostendit propositum per rationem, secundò istorum calumniantium damnationem, ibi: Ideo di. vobis. Primum ostendit quatuor rationibus, prima ratio talis est quia si per dæmonem aliquẽ eiiciebat alios, sequitur quod diuisio esset inter eos, & sic non posset stare diu potestas diaboli: & ex hoc sequitur aduentus Christi, per quem potestas dæmonis erat auferenda, & hoc est quod dicitur.*

Secunda ratio.

6 Omne re. di. &c. *Et patet litera, secunda ratio ponitur, ibi.*

7 Et si ego. *Quia non solum Christus eiiciebat dæmones, sed etiam discipuli Christi in nomine eius: & non solum modo discipuli sed etiam aliqui Iudæi, qui non erant Christi discipuli secundum quod dicitur Mar. 9. e.* Vidimus quendam in nomine tuo eiicientẽ dæmonia, qui non sequitur nos, *non poterant autem Iudæi dicere, quod Apostoli facerent miracula virtute magica, cum essent simplices & illiterati. Et si diceretur de Apostolis quod Christus docuit eos artem magicam: tamen non poterat dici de eis, qui non erant eius discipuli: cum ergo*

Luc. 11. b.

ergo eiicerent dæmones in nomine Christi, vt dictum est, nec poterat hoc attribui spiritui maligno, vt visum est, similiter per consequens nec eiectio dæmonum facta per Christum, & hoc est quod dicitur: Et si F ego in Beelze. &c. *Id est, Apostoli qui erant de semine Iudæorum, vel alij Iudæi qui non sequẽbantur Christum, in quo eiiciunt, quasi dicat, cum non posítis hæc attribuere nisi virtuti diuinæ, per consequens nec eiectio facta per me, vt patet ex dictis sequitur.*

8 Ideo ipsi &c. *De Apostolis patet, quod erunt Iudices, id est, assessores Christi in iudicio, vt habetur. j. 19. d.* Cum venerit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes. 12. iudicantes duodecim tribus Israel. *Si autem accipiatur pro Iudæis non sequentibus Christum, qui tamen eiiciebant dæmones in nomine eius: sic dicuntur Iudices aliorum non credentium, quia ex facto eorum alij ostendentur condemnabiles, quia non crediderunt in Christum, cuius deitas declarata fuit per miracula in virtute eius facta.*

9 Si autem ego, &c. *Sicut conclusum est ex prædictis.*

10 Igitur perue. &c. *Id est, Christus cuius regnum erat à Deo promissum, Isai. 9. a.* Regni eius non erit finis, *Et istud regnum expectabant Iudæi: tamen in hoc erant decepti: quia credebant istud regnum temporale, quem errorem excluſit Christus dicens, Io. 18. f.* Regnum Tertia ratio meum non est de hoc mundo. *Tertiam rationem ponit ibi.*

11 Aut quomodo &c. *Id est, diaboli de quo scribitur Iob. 41. d.* Non est potestas sub. ter. quæ ei compa. *Domus autem eius est homo obsessus. in quo habitat sicut in domo.*

12 Et va. &c. *Vasa autem sunt homines peccatores qui à Christo diripiuntur. quando de potestate dæmonis per ipsum eripiuntur.*

13 Nisi pri. *Id est: diabolum, quasi dicat, cum ista fecerim, vt patet, sequitur quod ipse, diabolus sit per me allegatus. Ex quo concluditur, quod ipse sit verè Christus: quia in aduentu Christi potestas*

✠ *dæmonis*

MORALITER.

✠ 6 *Omne re. di.* Tale regnum est anima hominis mali cuius sensualitas rebellat rationi, propter quod de talibus dicitur. 8. Eth. contendit ipsorum anima & hoc trahit huc, hoc autem illuc, quem admodum discrepantia. Et hoc regnum desolabitur, quia Christus qui rex est pacis, inde recedit & diabolus ingreditur.

9 *Si autem &c.* Dæmon in spiritu Dei eiicitur: quando gratiæ donum diuinitus infunditur, & tunc Christus qui Dei regnum est, ingreditur.

11 *Aut quomodo, &c.* Fortis iste diabolus est, de quo dicitur Iob. 41. d. *Non est potest. quæ ei com.* Hunc alligabant apostoli quã do prohibebant eum dare responsa populo idolorum cultori, & tunc eius vasa diripiebantur, quando idololatræ ad fidem Christi conuertebantur.

9 *Si*

✠ *Quã*

uerit fortem? Et tunc domum illius diripiet. Qui non est me- 1
cum, contra me est, & qui non congregat mecum, spargit. 2
Ideò dico vobis: † Omne peccatum & blasphemia remitte- 4
tur hominibus, † spiritus autem blasphemiæ non remittetur. 6
* Et quicunque dixerit verbum contra filium hominis, re- 7 8
mittetur ei, qui autem dixerit † verbum contra Spiritum 9
sanctum: non remittetur ei, neque in † hoc seculo neque 10
in futuro. Aut facite arborem bonam, & fructum eius bo- 11

a ¶Ereptos diabolo per diuersos gradus ecclesiæ ordinat. b ¶Diabolus.
¶Opera mea non possunt operibus Beelzebub comparari quia ego congrego, ille dispergit.
a ¶Quia diabolicum est congregata dispergere.
¶Facti. ¶Dicti. ¶Est spiritus blasphemiæ contra veritatem, cum eam cognouerit induratio.
a ¶Id est, existimate vel iudicate.

a *Domum illius.* Vel domum, id est, omnes mundi partes apostolis & eorum successoribus ad conuertendum distribuit.
b *Qui non est mecum contra.* Id est, qui dissimilia meis facit opera, contrarius mihi est: Ille trahit ad vitia, ego ad virrutes.
c *Omne peccatum.* Quod humana fragilitate contrahitur, remissibile est, si congregatio non deseratur. Si verò diabolica obstinatione de dispersione ad congregationem nunquam reditur, peccatum insolubile iudicatur.

HIERONYMVS. *Omne peccatum.* Non omnia peccata omnibus remittuntur, sed his qui in vita pœnitent. Refutantur hic Nouatianus, pœnitentibus eis qui in martyrio lapsi sunt veniam negans, & Origenes: omnes veniam consequuturos post vniuersale iudicium, transactis, licet multis seculis, asserens.

d *Spiritus autem.* Qui manifestè opera Dei intelligit, cum de virtute negare non possit, si stimulatus inuidia calumniatur, & dicit esse Beelzebub, isti non dimittetur. Non quod & ei negetur remissio si pœniteret: sed quia hic blasphemus, exigentibus meritis suis malis. sicut nunquam ad remissionem, ita nec ad, pœnitentiã peruenturus sit. Sicut Ioannes Euangelista de quibusdam blasphemiæ suæ merito excæcatis ait: propterea non poterãt credere. Quod iterum dixit Isaias: *Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, vt non videant oculis, & intelligant corde: & conuertantur, & sanem eos.* Qui spiritum sanctum non esse, vel minorem patre credunt, & dicunt: quia non inuidia diabolica, sed humana ignorãtia hoc faciũt, irremissibilia crimine nõ tenẽtur, Sed qui in similitudine diaboli cõtra cõscientiam suam maiestatem Dei oppugnant, non habent remissionem in æternum, sicut Marcus apertè declarat: qui posito hoc testimonio domini subiunxit: Quoniam dicebant spiritum immundum habet.

e *Et quicunque.* Amb. etiã qui scandalizatus infirmitate carnis meæ, purum hominem vel voratorem suspicatus fuerit, remisibile erit.

f *Qui autem,* Gratiam sancti spiritus qua præsentia inspiratur & ad congregationem reditur non cognoscens impœnitenti corde permanserit: cum hoc iam non sit humanum, sed diabolicum, irremisibile erit.

g *Neque in hoc se.* Quædam enim culpæ in hoc seculo laxãtur: quędam verò (paruæ scilicet) etiam in futuro. Quæ quidem post mortem grauant, sed & dimittuntur, si homo bonis actibus in vita, vt ibi dimittantur, promeruit.

h *Neque in fu.* Quia sunt quædam leuia, quæ si in hac vita nondum sunt remissa, post mortem grauant, sed & remittuntur, si digni sunt.

AVGVST.

†Marc.3.d Luc.12.b. — c
† at conuicium in spiritum * homiaib. — d e f g h
Nouaciani Origenísque errores refellũtur. — B
Ioan.10.f. — C
Isai.6.c.

NICOLAVS DE LYRA.

dæmonis erat diminuenda & arcenda. Quartam rationem ponit ibi: Qui non est mecum: & talis est, Voluntas eius qui obedit alicui est conformis voluntati illius cui obedit saltem in facto, & ideò si Christus in virtute dæmonis faceret miracula, sequeretur quod Christus & dæmon essent concordes in factis: hoc autem patet falsum, quia facta Christi & doctrina erant ad retrahendum homines à peccatis, facta autem dæmonis sunt ad distrahendum homines per peccatum: ex quo sequitur quod Christus non operabatur in virtute dæmonis: & hoc est quod dicit.

Quarta ratio

1 Qui non est, &c. *Per concordiam in facto & voluntate.*

2 Contra me est. *Et huiusmodi est diabolus, vt patet ex dictis.*

3 Et qui non con.me. *Scilicet. fideles ad vnitatem fidei reducẽdo.*

4 Spargit. *& hic est diabolus qui diuersas sectas & hæreses & schismata quantum potest introducit.*

Diuisio

5 Ideò dico vobis. *Declarata Pharisæorum falsitate, hic consequenter ostendit grauitatem peccati ipsorum. Ad cuius euidentiam aduertendum, quod Pharisæi & legisperiti ex consideratione operationis Christi, & ex consideratione scripturarum, in quibus de aduentu Christi erat tempus determinatum: vt habetur Dan.9. & consimilium. Primò cognouerunt ipsum esse Christum, vt habetur inf.21.* Agricolæ videntes filium dixerunt intra se. hic est hæres, *& glo. ibidem dicit, quod primò cognouerunt ipsum esse Christum secundùm veritatem, quia tamen incepit vitia eorum reprehendere, & contra simulationem eorum publicè prædicare: ideò conceperunt odium & inuidiã contra ipsum, ex quibus excæcati à prima noticia ceciderunt in errorem: quia talia peruertunt iudicium rationis rectum, & extunc inceperunt omnia facta eius interpretari in malum: & primò vocauerunt eum voracem, & potatorem, & peccatorum amicum: & in tantam insaniam proruperunt, quod miracula quæ nullo modo poterant fieri: nisi virtute diuina, dæmoni attribuebant, vt patet ex dictis. Et licet primum esset graue peccatum: tamen erat solùm blasphemia contra eius humanitatem, Secundùm tamen fuit incomparabiliter grauius, quia erat contra eius diuinitatem, vnde talis blasphemia est peccatum in spiritum sanctum: quia est impugnatio veritatis agnitæ: quia sicut visum est, ipsi, primò veritatem cognouerunt de Christo: sed excæcati errore & inuidia impugnauerunt: & talis error causatus ex malitia non excusat: & hoc est quod dicit.*

Scripturis docentibus operationi lũsque miraculorum legisperiti & Pharisæi Iesum esse Christũ cognouerunt

6 Omne pec. *Scilicet, ex ignorantia & infirmitate.*

7 Et blasphemia. *Ex talibus procedens.*

8 Remittetur ho. *Id est, remissibile est peccatum de se: quia directè non obuiat principio, per quod fit remissio peccatorum, sicut obuiat peccatum in spiritum sanctum. Cuius sex sunt species, desperatio, præsumptio, obstinatio, finalis impœnitentia, inuidentia fraternæ gratiæ, impugnatio veritatis agnitæ. cuius sufficientia sic accipitur, secundũ quod remouetur ab homine principium, per quod fit remissio peccati: & hoc contingit tripliciter. Vno modo ex parte ipsius Dei, alio modo ex parte donorum ipsius, alio modo ex parte peccati ipsius. Ex parte ipsius Dei principium per quod remittitur peccatum, est ipsa Dei misericordia: & hæc tollitur per desperationem, sicut fecit Cain. Alio modo, timor iudiciorum Dei est principium per quod aliquis resilit à peccato, & hic tollitur per præsumptionem, per quam aliquis præsumit consequi gloriam sine meritis, quantuncunque agat malè. Ex parte autem donorũ Dei duo sunt quæ maximè faciunt hominem retrahi à peccato. Primum est veritatis cognitio: & hæc tollitur per hoc quod aliquis veritatem agnitam impugnat: & sic viam salutis à se scienter repellit. Secundum est gratiæ diuinæ collatio, & hæc repellitur ab homine quantum est in se per inuidentiam fraternæ gratiæ: & non accipitur hic inuidentia fraternæ gratiæ prout aliquis inuidet fratri suo vel alicui singulari personæ: sed quando est tanta malitia in eo: quod displicet sibi de gratia Dei crescente in mundo. Ex parte peccati verò duo sunt quæ retrahunt hominem à peccato: Vnum est turpitudo actus commissi, ex cuius consideratione solet homo pœnitere: & hoc tollitur per finalem impœnitentiam. Nec accipitur hic finalis impœnitentia prout est peccati circunstantia. s. qua aliquis in peccato mortali moritur: sed quando aliquis tantæ malitiæ est, quod elegit de peccato suo nunquam pœnitere, ita quòd non vellet, quòd Deus daret sibi gratiam pœnitendi. Secundũ est breuitas delectationis quæ in peccato est, ex cuius cõsideratione solet homo secundũ electionem peccatũ refugere: & hæc tollitur per obstinationem, quando, s. homo firmat propositum inhærendi omninò peccato. Ex prædictis autẽ patet, quod peccatum in spiritum sanctum ita irremißibile dicitur, quia de difficili est remißibile: & hoc est quod subditur.*

Species in spiritũ sanctum sunt sex

9 Spiritus. *Dicitur autẽ spiritus blasphemiæ, quando aliquis ex certa malicia blasphemat contra Deum, sicut erat in proposito, quando miracula diuinitus facta attribuebãt diabolo, vt visum est: & erat quædam species peccati in spiritum S. quæ tacta est, videlicet impugnatio veritatis agnitæ. Et per ea quæ dicta sunt apparet sententia illius quod sequitur.*

10 Et quicunque. *Vult dicere, quod blasphemia quæ erat contra humanitatem non erat sic irremißibilis, sicut illa quæ erat contra diuinitatem.*

11 Aut facite. *Ostenso quod miracula à Christo facta non poterant attribui ipsi dæmoni, consequenter ostẽdit quod oportebat ea attribui diuinæ*

MORALITER.

† 1 *Qui non est mecum.* per fidem formatam charitate.

2 *Contra me est,* Quoniam est cum diabolo aduersario Christi.

11 *Aut faci. ar. bo. & c.* Aug. Hoc preceptum salubre est cui obedientia necessaria est. Quod autem dicit.

☞ ✠ AVGVSTINVS. Facta resurrectione mortuorum, non A deerunt quibus post pœnas quas patiũtur spiritus mortuorum impertiatur misericordia, vt in ignem non mittantur æternum Lib. 21. de ciuita. c. 24. Neque enim de quibusdam veraciter diceretur, quod non eis remittatur, *neque in hoc sæculo: neque in futuro*, nisi essent, quibus etsi non in isto, tamen remitteretur in futuro.

✠ GREGORIVS. Lib. 4. dialog. c. 30. Datur etiam intelligi quasdam culpas in hoc sæculo quasdam verò in futuro relaxari: quod enim de vno negatur, de quibusdam concedi tur, sed tamen hoc de paruis minimisq; † 22. q. 5. c. quoties peccatis fieri posse credendum est, sicut est assiduus otiosus seruo, oderatur risus, B vel peccatum curæ rei familiaris, quæ vix sine culpa, vel ipsis agitur, qui culpã qualiter debeant declinare sciunt, aut in non grauibus culpis error ignorantiæ, quæ etiam post mortem grauant, si nobis in hac vita positis minimè fuerint relaxata.

a num, aut facite arborem malam, & fructum eius malum. Si- 1
a ¶ Vtrum autem bonus sit autor an malus, ex fructu cognoscitur.
b ¶ Filij diaboli eius veneno corrupti.
a quidem ex fructu arbor cognoscitur. Progenies viperarum, 2
a ¶ Fructus vester est blasphemia. b ¶ Cum sitis arbor mala.
c quomodo potestis bona loqui cum sitis mali? † Ex abundan- 3
a ¶ Non enim potest de ore vestro procedere nisi malicia, quæ abundat in cordis intentione. 4
b ¶ Quia quantum boni quis facit quantum intendit.
d tia enim cordis os loquitur. Bonus homo de bono thesauro 5
a ¶ Tantum quoque mali quantum intendit.
profert bona. Malus autem homo de malo thesauro profert 6
a ¶ Quod sine vtilitate loquentis dicitur & audientis vt de friuolis & fabulis. Scurrilia non sunt ociosa: sed criminosa.
e mala. Dico autem vobis, † quoniam omne verbum ociosum 7 †
quod loquuti fuerint homines: reddent rationem de
a ¶ Si bona & bona intentione.
f eo in die iudicij. Ex verbis enim tuis iustificaberis 8

a *Aut facite.* Nihil enim medium quin boni autoris bona tantum sint opera, & mali mala. Coartat eos hincinde complexione, & vtroque cornu premit. Si malus est diabolus, non facit bona: Si bona sunt, non sunt diaboli.

Adhuc probat opus suum non esse diaboli, quia bonum: diabolus verò malus, qui nequit facere bonum. Quasi si diabolus malus est, bona facere non potest. Si bona sunt quæ videtis, non est diabolus qui ea fecit. Non enim potest ex malo bonum, vel ex bono malum nasci.

hom. 43. in Matth. ✠ CHRYSOSTOMVS. Quasi dicat, Nullus vestrum dixit quod malum est hominem à dæmone liberare: sed quia operibus non maledicebant, sed diabolum dicebant hoc operantem demonstrat quod hæc accusatio est præter consequentiã rerum, & præter communes conceptiones: talia autem fingere C est immensæ verecundiæ.

sermone 12. de verbis Domini. ✠ AVGVSTINVS. Quòd dicit, facite arborem malam, & fructum eius malum, non præceptum est vt faciatis, sed monitio vt caueatis. Contra hos enim dixit, qui putabant, se cum D mali essent, bona loqui posse, vel bona opera habere. Hoc Dominus dicit esse non posse prius enim mutandus est homo vt opera mutentur.

Aut faci. Mysticè arbor bona, Christus fructus, prædicatio euãgelij curationes, redẽptio. Arbor mala diabolus, & sui, id est, Scribæ & Pharisæi: & cæteri mali fructus, inuidia, detractio, blasphemia, hæresis & huiusmodi. Vnde sequitur. T Luc. 6. g.

b *Progenies viperarũ. &c.* Ostendit eos malam arborem: & fructus afferre blasphemiæ.

c *Ex abun.* Homo sæpe fallitur, qui pensat corde, ore, & opere. Sed Deus opus & verba ex corde quod nouit iudicat. Illi ergo ex abun. cor. os E lo. qui scit ex qua intentione exit.

d *Bonus ho.* Thesaurus cordis intentio est ex qua Deus iudicat opera, vt & aliquando minora maiorem, maiora minorem habeant mercedem. Hoc in loco, vel Iudæos ostendit de quali thesauro proferant blasphemiam. Vel cum superioribus hæret, q; sicut bonus homo non potest proferre mala, vel malus bona sic nec Christus mala, nec diabolus bona opera potest facere.

e *Verbum ocio.* Si de ocioso verbo reddet homo rationẽ in die iudicij, quantò magis vos qui opera sancti Spiritus dicitis esse Beelzebub.

✠ CHRYSOST. Otiosum verbũ est quod mendax est, quod calumniã habet. Quidam autem dicunt quoniam & vanum, quale est quod risum mouet inordinatum, vel turpe vel inuerecũdum. hom. 43. in Matth.

GREGORIVS. Otiosum verbum est, quod aut vtilitate rectitudinis, aut ratione iustæ necessitatis caret, quod scilicet sine vtilitate & loquentis dicitur, & audientis, si omissis seriis de rebus friuolis loquamur, & fabulas narremus antiquas. Cæterum qui scurrilia replicat, & cachinnis ora dissoluit, & aliquid profert F turpitudinis, hoc non otiosi verbi sed criminosi tenebitur reus. homil. 6. in Euangelia

f *Ex verbis*, Mors & vita in manibus linguæ.

☞ *Tunc*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *diuinæ virtuti. Ad cuius euidentiam sciendum secundùm quòd dicit Hieron. licet virtute magica possint aliqua miracula fieri, tamen illa pertinent ad curiositatem tantum & vanitatem, sicut Simon Magus faciebat statuas ambulare, loqui, & ridere & consimilia, vt habetur in Itinerario Clementis: sed illa quæ sunt salubria, vt curatio lãguidorum illuminatio cæcorum, & huiusmodi non possunt Magicis artibus fieri: & ideò oportet talia attribui diuinæ virtuti, talia autem faciebat Christus: & ideò ex hoc concludit, quòd miracula sua erant virtute diuina facta: & hoc est quod dicit:* Aut facite ar.bo.& fru. eius bo. *Arbor enim hic accipitur principium ipsorum operum: fructus autem ipsa opera. Inter autem arborem & fructum semper est similitudo, quia arbor bona fructum, bonum producit: ergo quia opera miraculosa quæ Christus faciebat non erant curiosa, & vana, sed salubria. Concludit, quod principium per talia faciebat, erat sanctum & bonum: & hoc est quod dicit* Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum. *quasi dicat, ex bonitate operum quæ ego facio: potestis perpendere, quòd virtus per quam ego facio non est mala sed bona.*

1 Aut facite ar.&c. *Quasi dicat, ex operibus quæ fiunt per artem magicam cum sint mala, vana, & curiosa, potestis perpendere, quod fiunt virtute maligna.*

2 Progenies viperarum. *Postquam ostendit eorum falsitatem, ostendit huius falsitatis radicem. radix, scilicet, ista erat inuidia & odium quia licet Pharisæi primò cognouerunt Christum vt dictum est, tamen tantùm odium conceperunt erga eum ex hoc quòd reprehendebat vitia eorum quod omnia facta eius interpretabantur in malum ad diffamandum ipsum: & hoc est quod dicit:* Progenies viperarum quomodo po. bo.&c. *Quia venenum inuidiæ ex vestris parentibus traxistis, qui persecuti sunt prophetas, ex inuidia & vos ex eadem ratione persequemini me, propter quod subdit.* Prou. 18. d.

3 Quomodo po. *Quasi dicat, non potestis de me bona, loqui inuidia prohibente, & ideò subditur.*

4 Ex abundantia enim. *Quia verbum exterius est significatiuum interioris conceptus, & ideò subditur.*

5 Bonus homo de bono the. *Id est, de bona voluntate, quæ sicut thesaurus absconditus latet interius in mente: profert bona verba scilicet, & facta.*

6 Malus autem. *Id est, de mala voluntate profert mala, quia contraria causæ habent contrarios effectus. Et ne crederent talia verba remanere impunita, ideò subdit.*

7 Dico autem vo. *Et multò fortiùs si fuerit nociuum & blasphematorium, quale erat verbum Pharisæorum, tale reddet eos condemnabiles in die iudicij, propter quod sequitur.*

8 Ex verbis enim tu.iu. *Si fuerint sancta & bona & bonitati mentis consona.*

✠ Et ex

MORALITER.

✠ 1 *Aut faci. arbo. ma.* Non est præceptum vt faciatis, sed monitio vt caueatis.

5 *Bonus ho.* Iste thesaurus est fides charitate formata, de qua procedit operatio bona, malus thesaurus, est infidelitas, aut voluntas mala, de qua procedit actio praua.

† *Quoniam omne ver. ocio.* GREGORIVS. Verbum ociosum est quod vtilitate rectitudinis aut ratione iustæ necessitatis caret.

✠ *Tunc*

☞ a *Tunc resp.* Cum Scribæ & Pharisæi verba nullatenus possent improbare, in operibus quærunt tentare, quærentes signa videre, quasi non fuerint signa quæ viderant. *Tunc responderunt.* Quidam calumniabantur in Beelzebub eiicere dæmonia quibus hucúsque respondit. Alij tentantes, signum de cœlo quærebant adhuc inuidentes, & locum calumniæ inquirentes.

Qui calumniaris ea quę vides, & vtilitatem sentis, quid facies de his qui de cœlo? Dices & magos in Aegypto signa fecisse de cœlo.

Hom.44.in Matth. ✠ Chrysost. Tunc responderunt. Tunc scilicet, cum flecti oportebat, cũ admirari, cum obstupescere: sed tunc à malitia non desistũt.

†Ionæ 2.b. Luc.11.d.

B b *Signum quærit.* Signum quærit de cœlo, quod indigna est videre. Discipulis signum dedit de cœlo, quibus & gloriam æternæ beatitudinis prius in monte figuraliter, & post veraciter in cœlum subleuatus ostendit.

✠ Chrysostomvs. Similis est natura infidelitatis terrę

Hom.30.operis imperfecti. arenosæ, quæ quamuis pluuiam susceperit, tamen quia in se nullos tenet humores, semper adhuc aresci. Talis est & conditio febrium. Quantumuis biberint febricitantes calore totũ consummante, semper adhuc sitiunt: Sic maligni homines, quidquid boni viderint aut audierint, infidelitate totum consummante quod vident & audiant, semper vacui sunt, tanquam qui nihil viderint aut audierint.

c *Nisi sig.* Ostendit Iudæos ad instar Niniuitarum criminosos, & nisi pœniteant subuersioni proximos. Sed sicut illis & denunciatur supplicium: & demonstratur remedium, ita Iudæi non debent desperare veniam, si saltem postquam Christus resurrexit à mortuis, commoniti egerint pœnitentiam: quia mors Christi reconciliatio est mundi. Vnde sequitur.

d *Sicut enim fuit Io.* Ionas, id est, dolens significat illum qui *dolores nostros portauit*, vel columba: Piscis qui vorauit in pelago, mors quam passus est in mundo. Sicut eiectus est in aridam, sic C Christus surrexit in gloriam.

✠ Petrvs Chrysologvs. Ionas fuit Christi typus

Sermon.37. vt enim Ionas fugit à facie Dei: ita Christus in ea ratione qua hominem assumpserat, adeò se exinaniuit, vt à facie deitatis au fugisse videretur. 2. vt Ionas descendit in Ioppem: ita Christus de cœlo descendit in terram. 3. vt Ionas in nauem se contulit: ita Christus nauem ecclesiæ nauigaturus ascendit. 4. vt statim venti & tempestates Ionæ ita inimici Christo, Iudas pharisæi & principes aduersati sunt. 5. vt forte Ionas missus in mare, ita iuxta prophetica oracula Christus morti expositus est. 6. vt quæ Ionas niri nisi suo consensu demersus est, ita Christus suam ipse animam posuit & oblatus est, quia ipse voluit.

e *Tribus die.* More antiquorum, qui diẽ cum nocte præcedẽte computabant. Partem diei qua sepultus est cum præterita nocte, pro nocte & die accipe, hoc est pro toto die per synecdochem. Sabbati noctem & diẽ integrè. Noctẽ dominicam cum eadem die illucescente, partem pro toto & ita habes tres dies & tres noctes. Primi dies propter futurum hominis lapsum à luce in noctem. Isti propter hominis reparationem à tenebris ad lucem computantur.

† Luc.11.d.

E

Mystice. *Tres dies.* tria tempora, ante legem, sub lege, sub gratia. Tres noctes, tres mortui quos suscitauit dominus. Sic ergo sibi conueniunt, vt vnus dies sit ante legem, quando peccatum latebat. Cuius nox est, cum puella in domo iacens tãquam peccatum in conscientia latebat. Secundus sub lege, qui peccatum protulit in publicum. Nox, adolescens filius viduæ foris portam, tanquam peccatum animæ manifestum. Tertius sub gratia, quando voluntatem domini sciens plus peccat, & peccatorum meritò putet. Nox, Lazarus, id est, anima iam fœtens. In his tribus diebus & noctibus iacet fides Christi in cordibus eorum qui habitant in terra.

Tres mortui trib. cõparantur. Matth 5.d.

Luc.7.b.

Ioan.11.f.

f *Viri Niniuitæ.* Et est sensus: Ionas paucis diebus & sine signis prædicauit genti incredulæ, & profecit: ego longo tempore, & populo Dei, & compluribus signis, in vanum prędico. Eò magis indigni sunt venia, qui ex lege sunt infideles, quo plus est fidei in his, qui legem nescierunt. Niniue, speciosa: signat gentilitatem quam Christus amauit fœdam, vt faceret pulchram in Niniuitis & regina Austri, fides ecclesiæ signatur, quæ non minus F per pœnitentiam peractæ insipientiæ quàm per industriam discendæ sapientiæ Deo conciliatur. Duæ enim partes sunt ecclesiæ, quæ peccare nescit, & quæ peccare desistit, pœnitẽtia enim peccatum abolet, sapientia cauet.

☞ *Cum*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et ex verbis tuis con. *Scilicet si fuerint mala & prædictis contraria.*

Diuisio. 2 Tunc re.ei.quidam. *Hic ponitur confutatio tentantium eius potestatem. Et diuiditur in tres partes: quia primò ponitur eorũ confutatio secundò, denunciatur, eorum condemnatio, ibi.* Viri Niniuitæ, *& tertiò, eorum execatio, ibi.* Cum autem immundus spiritus. *Circa primum sciendum, secundùm quòd dicitur Luc.11. Aliqui volentes experiri Christi potestatem petebant sibi signa fieri in corporibus cœlestibus: quod petebant non ex deuotione, sed magis ex curiositate & calumniatione, & hoc est quod dicitur.*

3 Magister. *Non quodcumque: sed de cœlo, vt habetur Luc.11.* Qui respondens ait illis.

4 Generatio. *Quia ex persecutoribus prophetarum descenderant.*

5 Et adultera. *Quia patres eorum idololatræ fuerant.*

6 Signum quæ. *De cœlo scilicet.*

7 Et signum non da.ei. *De cœlestibus, quia sunt indigni propter eorum curiositatem & maliciam.*

8 Nisi signum pro.Io. *Quasi dicat terreni sunt & infimi, & ideo de terra & infimis signum habebunt, & hoc est quod subditur.*

9 Sicut enim fuit Ionas. *Et patet.*

10 Viri Ni. *Hic exprimitur eorum condemnatio, quia gentiles peccatores egerunt pœnitentiam ad prædicationem prophetarum, & Pharisæi obstinati sunt in prædicatione Christi, qui tamen erat dominus prophetarum, & ideo ex facto illorum apparebit condemnatio iusta eorum, & hoc est quod dicit.* Viri Nini. *hoc est dictum ex facto eorum apparebit iusta condemnatio iustorum sequitur.*

✠ Regina

MORALITER.

✝ 2 *Tunc responderunt.* Per istos qui quærebant signum de cœlo significantur curiosi theologi nitentes præsumptuosè intima diuinitatis perscrutari, & sic opprimuntur à gloria, quia per hoc aliquando labũtur in erronea documenta, ideo dicitur eis.

3 *Generatio ma.* Quia: quærunt ea quę non sunt scibilia, nec ad fidem vel mores vtilia & ideo non dabitur eis signum, nisi signum Ionæ prophetæ, quem deglutiuit cetus, & sic deglutit eos diabolus & deludit.

10 *Viri Ni.* Per Niniuitas significãtur peccatores ad vocẽ præ-

h ☞

☞ a *Cum autem &c.* Quasi dicat vos non estis similes Niniuitis A vel reginæ Austri: quia me prædicante pœnitentiam non pœnituistis, & me docente sapientiam non didicistis. Sed estis similes homini, à quo diabolus exclusus iterum ingreditur.

Distat inter opera mea qui polluta mundo, & Sathanæ, qui mundata grauius contaminat.

† hoc loco †3.Re.10.a 2.Para.9.a. 8.q.1.c. vereor.

b *Ambulat per lo.* Explorat corda fidelium à mollicie fluxæ cogitationis purgata, si quos gressus ibi figere possit, quod quia nequit, ad humida redit. a

†Luc.11.c.

✠ GREGORIVS. Loca arentia atque inaquosa, sunt corda iustorum, quæ per disciplinæ fortitudinem ab omni carnalis concupiscentiæ humore siccantur loca vero humentia sunt terrenorum hominum mentes, quas humor carnalis concupiscentiæ, quia replet fluidas facit: in quibus diabolus iniquitatis suæ vestigia tãtò altius imprimit quanto in eisdem mentibus per transitus illius, quasi influxa terra descendit.

lib.33.moral.cap.3.

†De pœ.dist. 4.c. reuertar

B

c *Reuertar in dom.* Sub vmbra dormit, in secreto calami, & locis humentibus. Vmbra tenebrosa, conscientia. Calamus foris nitidus, intus vacuus, simulator. Locus humidus, lasciua mollisque mens.

✠ EVTHYMIVS. De liberatis à dæmone hic dixit, qui ob segnitiẽ ac negligentiã facilè rursus ab eo inuadũtur & capiũtur.

d *Septem ali. spi.* Septem vitia, septem virtutibus spiritualibus contraria contraria. *Nequiores.* quia non modo habet vitia, sed & bona simulat. Tantò nequiores, quantò callidiores. Septem, quia tot erant gratiæ cum Christo destinatæ. D

Septem vitia, septem dæmonia septem spiritibus contraria spiritui sapiẽtiæ & intellectus, & cæ.

¶ Non tantum gens Niniuitarum condemnabit eam, sed etiam regina.

plus quàm Iona† hic† Regina Austri surget in iudicio cum 1
a ¶ Quæ Dei sapientiam sibi loquentem non modo non audit, sed & blasphemat. 2
b ¶ Compa-ratione facti melioris.
a b
generatione ista & condemnabit eam: quia venit à finibus 3
a ¶ Cum magna difficultate, imperio relicto. ¶ Quem fama nouerat.
a
terræ audire sapientiam Salomonis. Et ecce plus quàm 4
¶ Inter vos. ¶ Inter vos est maior Iona vel Salomone: sed diabolus ad vos reuersus dominatur. 5
a ¶ In bap. smo.
Salomon hic. † Cùm autem immundus spiritus exierit ab 6
a ¶ Hæretico & malo catholico.
homine, ambulat per loca arida, quærens requiem: & non in- 7 8
a ¶ Quæ per incuriam vacat. b ¶ Per virtutem sacramenti.
a
uenit. Tunc dicit: † Reuertar in domum meam, vnde exiui. 9 10
¶ Id est à bonis per negligentiam. a ¶ A vitiis per baptismum. 11
Et veniens inuenit eam vacantem, scopis mundatam & 12
¶ Simulatis virtutibus. b ¶ Vniuersa vitia quem enim vel hæresis vel cupiditas arripit in ima omnium vitiorum prosternit.
a b
ornatam. Tunc vadit & assumit septem alios spiritus 13 14
a ¶ Melius est viam veritatis non cognoscere quam post agnitionem retroire.
a
secum nequiores se, & intrantes habitant ibi, & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Sic erit & ge-
a ¶ Quia faciunt eos ad quos redeunt deteriores quam prius essent. ¶ Quo tendat parabola exponit.
a ¶ Iudææ. b ¶ Videlicet. c ¶ Dum occupatus est officio prædicandi.
a b c
nerationi huic pessimæ. Adhuc eo loquente ad turbas 15
a ¶ Consobrini more veteris scripturæ
a
† ecce mater eius & fratres stabant foris quæren-

e *Sic erit & ge.* q. de vna sola re dixit, hoc in hac tota gente fit. Immũdus spiritus à Iudæis exiuit, quando legẽ accepe runt. Ambulauit ad gentes, quæ cum postea domino crederent, non inuento loco in eis dixit: Reuertar in Iudæos vacantes præsidio Dei & angelorum, increpationibus & correctionibus mundatos, ornatos superfluis obseruationibus. Adduntur septem quia multo maiore numero dæmonum possidentur E blasphemantes Iesum quã in Aegypto possessi fuerunt contra septem spiritus virtutum est numerus vitiorum.

f *Ecce ma. eius* MYSTICE. Mater & fratres populus est Iudæorum qui Iesuintus docente non possunt intrare, quia spiritualiter eius verba intelligere negligunt: sed turba gentilis confluens interna mysteria capit. Foris stantes nec ipsi agnoscuntur parentes. Quomodo ergo agnoscemur, si foris stamus. Foris stant cognati cũ Iudæi spiritualẽ sensũ non quærentes, in litera se fixerũt & Christũ potius ad carnalia docenda cogunt exire quã ipsi ad discenda spiritualia cõsentiãt intrare. Sed Iesus eos nõ agnoscit ☞ quia

Mystica

NICOLAVS DE LYRA

✠ C 1 Regina au. *Id est, regina Saba de qua habetur.3. Reg.10. Et dicitur hæc regina Austri, quia regnum eius est in australi parte respectu Ierusalem.*

2 Surget in iu. *Hoc est ex facto suo ostendetur istorum iusta condemnatio.*

3 Quia ue. à fi. ter. *Id est, à longinquis partibus.*

4 Audire sap. sa. *Quia non fuit nisi solum figura Christi.*

5 Et ecce plus quam Sa. hic. *Id est, Christus præsentialiter positus, cuius prædicationem Iudæi contempserunt.*

6 Cum au. immun. *Hic ponitur eorum excæcatio & possessio à diabolo. Ad cuius euidentiam sciendum, quod diaboli potestas fuit electa quodammodo à populo Iudaico per legis dationẽ, quæ excludebat cultum dæmonum, & inducebat ad colendum vnum Deum verum, & sic electus transiit ad possidendum plenius gentiles sine lege, & prophetarũ oraculis viuentes & ideo eos tenebat in idololatria subiectos. Sed adueniente Christi prædicatione & apostolorum Iudæi pro maiori parte fuerunt increduli gentiles autem deuotè fidem Christi & apostolorum acceperunt, & sic diabolus electus ab eis per fidem Christi reuersus est ad possidendum populum Iudaicum errore excæcatum: & sic facta sunt nouissima huius populi peiora prioribus quia status populi Iudaici peior est modo quàm fuerit à principio ante legem datam hoc est ergo quod dicit:* Cum au. im. spi. ex. ab ho. *Id est à populo Iudaico viuente sub lege naturæ, quia electus est per susceptionem legis Mosaicæ* Ambulat

7 Ambulat per lo. ari. *Id est corda gentilium*

8 Quærens re. *Id est in ipsis perpetuam mansionem.*

9 Et non inue. *Quia prædicantibus Apostolis inde electus fuit.*

10 Tunc di. re. in do. me. *Id est Iudaicum populum,*

11 Et ve. in. eam ua. *Id est fide & bonis operibus vacuam.*

12 Scopis mun. *Quia populus Iudaicus habebat quamdam exteriorem mundiciam.* F

13 Et orna. *Propter legis apparentiam.*

14 Tunc va. & as. *Per hoc quod dicit, septẽ alios intelligit vniuersitatem vitiorum hoc est dictum, quod ante legem datam fuerunt peccatis irretiti & à diabolo possessi: sed post aduentum Christi in peccato suo obstinati. sunt peiores facti, quia ex ingratitudine peccata eorum sunt quasi duplicata: Et hoc loquendo quasi de vno homine dici per similitudinem intelligatur, de toto populo Iudaico, patet per hoc quod dicit* Sic erit & ge. hu pes.

15 Adhuc eo lo. *Hic vltimo ponitur confutatio insidiantium ipsius infirmitati assumptæ in hoc quod ipso prædicante dixit ei quidam insidiator, quod mater sua & fratres eius expectabant eum foris: vt si propter hoc dimitteret prædicationem, argueret ipsum esse purum hominem motum propter affectionem carnalem. Sciendum tamen, quod hic dicuntur fratres cognati eius germani secundùm morem scripturæ: quæ frequenter nominat consanguineos fratres. Iesus autem illum insidiatorem confutauit, ostendens, quod spiritualis occupatio est carnali affectioni præponenda, di.*

✠ Quæ

MORALITER.

✠ dicatoris pœnitentiam agentes, & per reginam Austri simplices sapientiam Christi deuotè quærentes, quorum salus secundum sententiam Saluatoris præponitur saluti eorum qui sunt multum literati de sua tantum scientia præsumentes.

6 *Cum autem immundus spiritus exierit ab homine.* Per istum significatur

✠ significatur peccator curatus per Dei bonitatem, sed propter ingratitudinem suam sequentem, dimittitur cadere in hypocrisis prauitatem, & sic fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus, quia sicut dici Hiero. Simulata sanctitas duplex est iniquitas.

15 *Adhuc eo loquente ad turbas:* Per hoc autem quod Saluator à prædicatione nõ destitit propter aduentum suæ matris & fra-

✠ trum

quia in carnalibus eis non assensit. Fratres domini, sunt consobrini eius, filij Mariæ materteræ eius: quæ dicitur mater Iacobi minori & Ioseph, & Iudæ & Simonis.

a *Dixit autem ei.* Insidiosè, vtrum spirituali operi carnem præferat: & ideò se nosse dissimulat matrem & proximos per cognationem, sed per coniunctionem spiritus esse sibi proximos dicit.

b *Quæ est mat. mea.* Non recusat obsequia matris sed præfert ministeria patris, fratres non contemnit, sed opus spirituale præfert cognationi, vt & nos carni spiritum præferamus. Vnde qui amat patrem aut matrem plus quam me non est me dignus.

Supra 10.d.

a tes loqui ei. Dixit autem ei quidam: Ecce mater tua & fratres
tui foris stant quærentes te. At ipse respondens dicenti sibi,
b ait. Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Et extendens 1
c manum in discipulos suos, dixit: Ecce mater mea & fratres 2 3
mei. Quicumque enim fecerit voluntatem patris mei, qui †
¶ Pro vtroque sexu.
in cœlis est, ipse meus frater, & soror, & mater est.

✠ Hilarius. Non autem fastidiosè de matre sua sensisse existimandus est, cui in passione positus, maximæ solicitudinis tribuit affectum.

✠ Hieronymus. Sed neque iuxta Martionem & Manichæam matrem negauit, vt natus de phantasmate putaretur, sed Apostolos cognationi prætulit, vt & nos in comparatione dilectionis, carni spiritum præferamus.

c *Ecce mater mea, &c.* Hi sunt mater mea, qui me in credentium cordibus generant. Hi sunt fratres qui faciunt opera patris mei. Fratres & soror credendo, mater prædicando.

✠ Hila-

B NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Quæ est. *Quasi dicat prædicatio non est interrumpenda seu dimittenda.*

2 Et exten.ma. *Quasi ad protestandum veritatem.*

3 Ecce mater, &c. *Quasi dicat in tantum est mihi aliquis propinquus in quantum est spiritualibus actibus intentus, & patet.* E

2 Et

MORALITER.

✠ trum sibi loqui volentium, declarauit manifestè quòd opus Dei præponendum est negotiis familiarium personarum. Per hoc autem quòd subdidit.

† *Quicumque.* Ostendit quòd propinquitas charitatis præponenda est propinquitati consanguinitatis.

Cap. XIII.

a *In illo die.* Per hoc indicat hoc gestum consequenter, nisi fortè dies po
† Mar.4.a. natur pro tempore more scripturæ. Mar cus eundem tenet or
† in dinē. Lucas in aliud transit, sed nec repugnat huic. Non solum facta & dicta domini, sed & itinera & loca plena sunt sacramentis. Post sermonē in domo vbi
†Luc.8.a. dæmoniū habere dictus est, exiit ad mare, & docet, quia relicta
C perfida Iudæa, quæ domus domini fuit, ad gentes tumidis amarisq; fluctibus similes, colligēdas per apostolos trāsit, & externis interna cōtulit, ad quæ Iudæi non intrauerūt, foris in litera fixi.

b *Turba sta.* Hi sunt qui nuper audire venerūt qui & à fluctibus maris secreti sunt necdum cœlestibus mysteriis quæ desiderant

CAPVT XIII.

¶ Iudæorum.

a IN illo die exiens Iesus de domo sedebat secus 1
¶ Gentium. æ ¶ Ad prædicationem eius per apostolos factam. 2
mare, † & congregatæ sunt ad eum tūrbæ mul
a ¶ Ecclesiam in medio non credentium, & contradicentium ædificandam, quam gratia sua illustrat, & in qua mansionem sibi consecrat.
tæ, ita vt † nauiculam ascendens sederet, & 3
a ¶ In soliditate fidei, nondum tamen per gratiam baptismi recepti. b ¶ Non omnia, quædam enim apertè, vt per ea ad obscura prouocentur.
b omnis turba stabat in littore, & locutus est multa in
c a ¶ Similitudinibus. b ¶ De sinu patris in mundum, vel de domo Iudæorum parte assumpta ad gentes. 4
d parabolis, dicens. † Ecce exiit qui † seminat seminare 5

rant imbuti cum Christo ascendunt.

✠ Hieronymus. Quoties turbæ vocabulum in euangelio inseritur, sicut diuersitas hominum, ita diuersitas intimatur voluntatum. Non enim omnes eadem voluntate, sed diuersis ex causis Christum sequebantur.

c *Locutus est multa.* Quia turba non vnius est sententiæ sed diuersarum voluntatum, loquitur eis multis parabolis, vt iuxtà varias voluptates, diuersas recipiant disciplinas. F

d *Qui semi.* Ipse Christus, qui verbum veritatis quod apud patrem vidit, hominibus per se vel per suos seminauit. Qui discipulis sacramēta loquebatur, exiit seminare Dei verbū in turbas.

✠ Chry-

NICOLAVS DE LYRA.

Cap. XIII.

Diuisio. ✠ IN illo die. *Postquam descripta est promulgatio euangelij facta manifestè: hic consequenter ponitur promulgatio legis euangelicæ facta parabolicè: & diuiditur in duas partes quia primò ponitur parabolica promulgatio, secundò ponitur huius promulgationis per miracula confirmatio. cap. seq. In illo tempore. Prima in duas: quia primò ponitur Christi prædicantis multiplex documentum, secundò, populi audientis impedimentum, ibi.* Et factum est, &c. *Prima in duas, quia primò præponitur quædam præfatio: secundò, subiungitur euangelij parabolica promulgatio, ibi.* Ecce exiit. *In prima parte describitur promulgationis tempus, locus & modus. Tempus, cum dicitur.*

1 In illo die. *Quia secundum quòd dicit Aug. ibi accipitur dies pro tempore secundum modum loquendi scripturæ: & est sensus.* In ill. *Id est, paucis interpositis inter illa quæ narrantur in fine præcedentis ca. & illa quæ subsequuntur in præsenti ca. Locus autem notatur, cum dicitur.*

2 Exiens de do. *Quia domus in qua erat Christus cum discipulis suis non poterat capere multitudinem quæ venerat ad audiendum eius doctrinam,*

doctrinam, exiit ad loca spacioſa iuxta mare. Modus autem tangitur in duobus: primò in hoc quòd.

3 Ascendit naui. *Vt sic auditores essent ante faciem suam, vt possent magis attentè audire. Secunda in hoc quod dicit.*

4 Et locutus est mul. in pa. *Non dicit omnia, quia si omnia loqueretur in parabolis, multitudo receßisset vacua sine vtilitate, & ideo aliqua parabolicè loquebatur ea scilicet quæ erant secreta, & non debebāt sciri à turba, sed solum à discipulis, vt videbitur infrà eodem capit. alia autem loquebatur manifestè, ita quòd turba poterat capere.*

5 Ecce exiit. *Hic ponitur decursus ecclesiæ à prædicatione Christi vsque ad finem mundi in septem parabolis sibi succedentibus. Et diuiditur in duas partes, quia primò decursus ecclesiæ in istis parabolis describitur, & secundò, intentio principalis concluditur, ibi.* Intellexistis hęc omnia. *Prima diuiditur in septem partes, secundùm septem parabolas: secunda incipit, ibi.* Aliam parabolam. *tertia, ibi.* Aliam parabolam, *quarta, ibi.* Aliam parabolam locus est, *quinta, ibi.* Simile est regnum cœlorum, *sexta, ibi.* Iterum simile est regnum cœlorum homini negociatori, *septima, ibi.* Iterū simile est regnū cœlorū. *Prima diuiditur in duas: quia primò parabola ponitur: secundò eius* Diuisio

✠ *intellectus*

MORALITER.

✠ † *Exiit qui seminat semina.* Grego. hom. octaua dicit. Hæc lectio expositione non indiget sed admonitione. Quam enim veritas per semetipsam exposuit, hanc exponere humana fragilitas non præsumit, ideo de alia expositione taceo, transiens ad illud quod Saluator exponendum reliquit scilicet.

☞ ✠ CHRYSOSTOMVS. Vnde exiit qui vbique præsens est, A qui omnia replet? aut qualiter exiit? Certè non loco, sed habitudine, atque incarnationis dispensatione propinquior nobis factus est. Nam quia venire ad ipsum non poteramus, peccatorum materia ingressum prohibente, ipse ad nos egressus est. Hom. 45. in Matth.

a *Secus vi.* Via, est mens malarum cogitationum sedulo meatu trita & arefacta. Vbi dupliciter perit semen, quia & transitu cogitationum conculcatur, vt Lucas ait, & à volucribus rapitur. Dæmones dicuntur volucres, seu quia cœlestis spiritualisque naturæ, seu quia per aëra volitant.

b *Et vene.* Secundùm Lucam ab hominibus conculcatum est, quia praua persuasione impiorum sublatum est. B

c *Et come.* Quia à mentibus hominum illud surripuerunt.

d *In petrosa.* Petrosa cito quærunt germinare, sed non figitur radix quia non est alta terra, id est, quia parum inest desiderij salutaris. In hac expositione domini discimus, quia res nõ semper in eadem significatione ponuntur. Nam petra hic pro duricia, terra pro lenitate mentis, sol pro feruore persecutionis. Cum sol alibi in bono. *Fulgebunt iusti sicut sol*, & petra in fundamento, pro fortitudine fidei, & terra pro terrenis cogitationibus. Matt. 13. f.

e *Altitudinem terræ.* Altitudo terræ est probitas animi disciplinis cœlestibus eruditi, & in tentationibus probati. D

f *Sexagesimum.* Quia in numero senario mundi ornatus expletus est, per hunc bona operatio signatur.

g *Qui habet aures audiendi.* Quoties hęc admonitio in euangelio vel in apocalypsi Ioannis interponitur mysticũ quod dicitur insinuatur. Luc. 8. b. Apoc. 2. b.

h *Et accedentes discipuli, &c.* Quomodo accedunt discipuli cum dominus in naui sederet? Sed fortè intelligẽdũ, quòd dudum cum ipso nauem conscenderint: & ibi stantes quærunt.

i *Vobis datũ est.* Nota non solùm verba domini, sed & facta, parabolas esse: id est, signa mysticarum rerum, quæ non intelligebant multi qui foris sunt. Nota E

✠ HIERONYMVS. Quot enim se putant nosse literas, & tenent signatum librum, nec aperire possunt, nisi ille reserauerit, qui habet clauem Dauid, qui aperit & nemo claudit, Epistol. ad Paulinum. † Apo. 2. b.

¶ Semina.

a † semen suum. Et dum seminat, quædam ceciderunt secus 1
a ¶ Hi sunt qui nec prædicatione compunguntur, nec bene agere incipiunt. b ¶ Rapuerunt 2
b viam, & venerunt volucres cœli, & comederunt ea. Alia au- 3
a ¶ In duriciam proteruæ mentis. b ¶ Lenitatem animæ obedientis, & probatæ. 4
c d tem ceciderunt in petrosa, vbi non habebant terram multam, 5
¶ Quia dulcedine tantum auditi verbi & promissionis, ad horam delectantur, sed radicem non figunt.
¶ Feruore persecutionis.
e & continùo exorta sunt, quia non habebant † altitudinẽ ter- 6
a ¶ Per impatientiam, quia verbum non firmiter hæserat mentis.
ræ. Sole autem orto æstuauerunt, & quia non habebant ra-
a ¶ Virorem fidei perdiderunt. b ¶ In corda diuitiarum ambitione sollicita. c ¶ Multiplicatæ sunt diuitiæ.
dicem aruerunt. Alia autem ceciderunt in spinas, & creue- 7
a ¶ Occupauerunt mentem, vt fructus spiritualis in ea proficere non posset.
runt spinæ, & suffocauerunt ea. Alia verò ceciderunt in 8
a ¶ Fidelem & deuotam conscientiam. b ¶ Cum omnia æternitatis intentione nos facere docet.
terram bonam, & dabant fructum, aliud † centesimum, aliud 9
a ¶ Cum perfectionem bonæ operationis docet. ¶ Hæc duo ad actiuam.
b ¶ Cum fidem sanctæ trinitatis insinuat. c ¶ Quia hoc mysticum est. d ¶ Interiores sensus audiendi, obediendi faciendíque.
f † sexagesimum aliud † tricesimum. † Qui habet aures au- 10
g diendi, audiat. Et accedentes discipuli dixerunt ei. 11
h ¶ Per ænigmata.
Quare in parabolis loqueris eis? Qui respondens, ait 12
a ¶ Solis & vestris sequacibus qui ad me introeunt, non his qui foris sunt. 13
b ¶ Abdita scripturarum.
i illis. † Quia vobis datum est nosse mysteria regni

† semina-bat

† centuplũ

† sexagecuplum.

† trigecuplum.

†Mar. 4. b. Luc. 8. b.

claudit & nemo aperit.

✠ CHRYSOSTOMVS. Non dixerunt, cur in parabolis nobis loqueris, sed se in proximos bene affectos esse ostendunt: vt cum dicunt, dimitte turbas, quia ecce iam triduo sustinent nos.

☞ *Qui*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *intellectus quæritur, ibi.* Et accedentes discipuli. *Parabola ergo prima est de semine proiecto in terram: Cuius quarta pars tantum fecit fru*
C *ctum, & in hoc denotatur prædicatio Christi, qui prædicauit Iudæis indifferenter bonis & malis: & pauci comparatiuè ad eius prædicationem crediderunt: pro maiori autem parte in infidelitate remanserunt, & hoc est quod dicitur.* Ecce exiit *Christus scilicet secundùm humanitatem, qui de vtero matris exiit in mundum ad docendum, vel de loco arcto, vt de domo ad locum spaciosum, vt visum est. Secundum tamen diuinitatem non potuit exire, nec de loco ad locum progredi: quia sic est vbique.*

1 Et dum se. *Id est, doctrinam indifferenter spargit. Comparatur autem eius doctrina semini, quia semen in terram bonam proiectum resurgit multiplicatum, sic verbum diuinum in corde deuoto receptum facit multitudinem bonorum operum.*

2 Quædam cæci. se. vi. *Id est, super cordà expositа tentationibus dæmonum, & per consequens contrita & conculcata ab eis per malum consensum & factum.*

3 Et vene. vo. *Id est, dæmones per peccatum superbiæ alta petentes. Vnde de diabolo scribitur Iob. 41. d.* Ipse est rex super omnes filios superbiæ. *Peccata enim carnalia non possunt in dæmonibus esse.*

4 Et comeder. *Id est, fructum impediuerunt.*

5 Alia au. cœ. in pe. *Id est, super corda humore fidei & deuotionis carentia.*

6 Sole au. or. æst. *Quia adueniente tribulatione & persecutione tales prius verbum receptum reiiciunt.*

7 Alia au. c. in spi. *Id est, in corda sollicitudinibus diuitiarũ lacerata & ideo sollicitudo talis impediuit fructum prædicationis. Vt enim appareat ex decursu vtriusque Testamenti, Iudæi fuerunt semper auari, & omninò vitio cupiditatis fuerant excæcati, & semper elongati ab agnitione veritatis. Ex prædictis patet q̃ prædicator verbi diuini non debet cessare à prædicatione, licet videat paucos proficere: quia tres huius seminis partes dicũtur hic infructuosa, quarta autem pars tantũ fructum facere, & tamen intelligitur ad literam de prædicatione Christi, qui est exemplũ omnium prædicatorum: & ideo licet auditores non proficiant, prædicator tamen faciens quod in se non est perdit meritum suum.*

8 Alia au. ce. in ter. bo. *Id est, in cor fidele & deuotum.* F

9 Et dabant fru. *In hoc tanguntur tres gradus qui possunt signari in qualibet virtute (verbi gratia) in virtute castitatis. Primus gradus est castitas coniugalis, per quem gradum vitatur illicitus concubitus: licito tamen concubitu retento in matrimoniali actu. Secundus gradus est castitas vidualis, per quẽ euitatur de cætero omnis cõcubitus, vt animus possit de cætero liberius Deo seruire, licet possit licitè matrimonium contrahere. Tertius est castitas virginalis, qui est superior istis per quem omnis concubitus simpliciter euitatur, vt mens ipsa tanquam sponso suo soli Deo per amorem copuletur, secundùm quòd dicitur 1, Cor. 7. f.* Virgo cogitat quæ domini sunt, vt sit sancta corpore & spiritu, quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro. *Similiter in virtute fortitudinis possunt tres gradus assignari. Primus gradus, quando propter bonum virtutis sustinet constanter detrimentum in exterioribus bonis, vt in possessionibus & in diuitiis & huiusmodi. Secundus, quando sustinet detrimentum etiam proprij corporis, vt flagellationis & huiusmodi. Tertius autem gradus est, quando propter virtutem contemnit etiam totam vitam per martyrium. Sequitur.* Virtus quæ libet tribus gradibus distinguitur.

10 Qui habet aures audiendi. *Secundum Hier. vbicunque ponitur hoc verbum designatur mysticus intellectus, quia sub verbis parabolicis alius sensus est per intellectum requirendus.*

11 Et accedentes discipuli. *Hic consequenter quæritur huius parabolæ intellectus. Et primò quæritur. Secundò intellectus aperitur, ibi.* Ergo audite, *Primò ergo dicitur sic.* Et accedentes. *Quia apostoli percipiebant Christum mysticè loqui & ideo quæsierunt intellectum. Aduertendum tamẽ, quòd non quæsierunt tunc, cum esset in actu prædicandi, sed postea quando fuit in domo sine turba secundum quòd habetur Mar. 4. b.* Et cum esset singularis interrogauerunt eum, &c. Diuisio.

12 Quare in parabolis loqueris eis. *Volentes scire intellectum, conuenienter petierunt ab eo quare locutus fuerat turbis sic parabolicè: vt ostenderent se non de ipsis solum, sed etiam de aliis sollicitos esse.*

13 Qui respondens ait. *Apostoli enim erãt quasi fundatores ecclesiæ*

✠ *post*

a *Qui enim ha.* Id est, apostolis habẽtibus fidem, si quid minus virtutum habent, conceditur Iudæis qui non credunt in filium Dei, etiam si quid boni per naturam habent, tollitur. Nam nihil possunt sapienter intelligere qui caput non habent sapientiæ.

b *Auferetur ab eo.* Nulla veræ sapientiæ dulcedine gaudebit.

✠ THEOPHYLACTVS. Tollitur quod habere videtur: hoc est, etiamsi paruam quandã scintillam boni habeat, & eam non excitet & accendat per spiritũ & spiritualia opera, illa prorsus extinguitur.

Excæcatio Iudæorum vnde & quãto tẽpore.

c *Ideo in para.* Dicitur quod ideo excæcati sunt, & sentẽtiæ domini per parabolas eis occultatæ sunt, vt post salubrius cõuerterentur. Nam quia obscurè

B dicta non intellexerunt, ideo non crediderunt in eum, & sic crucifixerunt, & sic post resurrectionem miraculis territi, maioris criminis reatu compuncti sunt. Vnde accepta indulgentia ampliori flagrant dilectione. Sed Ioannes hunc locum ita dicit. *Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaias. Excæcauit oculos eorum, vt non videant, vti* apertè dicit, non ideo factam excæcationem vt ea commoniti & dolentes: se non intelligere conuerterentur aliquando non enim hoc possent nisi crederent, sed potius ideo excæcati, vt non crederent, quod aliis peccatis meruerunt.

d *Videntes non vident.* Sicut auarus multas habet opes & nullas, quia inutiles sunt ei.

e *Auditu audietis.* Hæc de turbis prophetata sunt, quia stant in littore, & domini non merentur audire sermonem.

✠ CHRYSOSTOMVS. Ne quis eorum putet odio atq; calumnia hæc dicta esse, prophetam in medium produxit.

Hom.46.in Matt.

¶ Qui clausis sensibus non curant intrare. ¶ Vos vero verbo intendite, quia, Qui habet verbi amorem, dabitur ei sensus intelligendi.

a cœlorum: illis autem non est datum. Qui enim habet, dabi- 1
¶ Intelligentia. a ¶ Amorum verbi æterni. b ¶ Vel naturali ingenio, vel studio literarum. 2
tur ei, & abundabit: qui autem nõn habet, & † quod habet 3
¶ Nũc reddit causã apostolis, quare turbæ loquitur in parabo i . a ¶ Videre se præsumentes ingenio suo 4
b auferetur ab eo. Ideo in parabolis loquor eis, quia videntes 5
c a ¶ Priuantur spirituali intellectu. ¶ Foris. ¶ Intus. ¶ Expositionem literæ etsi exponatur eis. 6
d nõn vident, & audientes non audiunt, neque intelligunt vt 7 8
¶ Exteriori.
e adimpleatur in eis prophetia Isaiæ dicentis: † Auditu audie- 9 10
¶ Oculo corporis. ¶ Oculo mentis.
tis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & † non videbi- 11 12
¶ Abundantia malitiæ. ¶ Iudæorum. ¶ Alias eius. a ¶ Quia ingratæ susceperunt verba Dei. 13
a ¶ Intuitum mentis per inuidiam auerterunt. b ¶ Non ad horam, sed cum tanta mentis impœnitudine vt nunquam conuertantur ad fidem. 14 15
f ter audierunt, & oculos suos clauserunt, nẽ quando o- 16 17
g ¶ Ad pœnitentiam. 18
culis videant & auribus audiant, & corde intelligant, & 19
a ¶ Reddam innocentes. b ¶ Non Scribarum. ¶ Interiores.
h conuertantur, & sanẽm eos. † Vestri autem beati ocu- 20
a Per fidem quod visuri sunt quandoque per speciem. b ¶ Interiores. ¶ Obediunt.
li, † quia uident, & aures vestræ, † quia audiunt. Amen 21 22
i quippe dico vobis, quia multi prophetæ & iusti cupierunt 23

† qui Ioan.12.f. Isa.6.c.

† Luc.10.b.

† quæ

Hom.46.

Ac si quidẽ diceret. noluisti me videre & gratiam habeo. Nã si dignum me putasses, statim flexus tibi affuissem. Nisi enim eos cõuerti & saluos fieri voluisset, tacuisset, & neq; in parabolis quicquã locutus fuisset.

h *Beati.* Verè beati, quia hoc etiam præsentialiter videre & audire meruerunt, quod nullus priorum quantiuis meriti meruit, quamuis multum desiderauerit.

i *Et iusti.* Lucas iustos reges dicit, quia motus suos bene regũt. Luc.10.d.

☞ *Vos ergo*

f *Oculos suos.* Id est, ipsi sibi causa fuerũt vt Deus eis oculos clauderet. Alius enim euangelista dicit. *Excæcauit oculos eorum.* Sed vtrum, vt nunquam videant: an verò ne vel sic aliquando videant, cæcitate sua sibi displicentes, & ex hoc humiliati vt piè quærant Deum.

Ioan.11.f. † id quod videtur habere.

† Isa.6.c. Ioan.12.f. Act.28.g. † non perspicietis, seu cognoscetis.

Mens est oculus, quia naturali vigore ad intelligendum aliquid dirigitur. Auris, quia alio docente discit.

E

g *Ne quando.* Id est, ideo, quia oculos & aures aperire noluerunt, non meruerunt aliquando conuerti: quod tamẽ misericorditer factum est eis.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *post Christum. Vnde Apocalip. 21.d. dicitur:* quòd murus ciuitatis habebat fundamenta duodecim, & in ipsis *duodecim nomina apostolorum & agni scripta, & ideo ad ipsos pertinebat scire secreta ecclesiæ, de quibus erat processus ecclesiæ à prædicatione Christi vsque ad finem mundi, quia ista erant futura in diuina dispositione præordinata. Et istud vocatur hic mysterium regni cœlorum, id est, secretum ecclesiæ militantis.*

C 1 Illis autem non est dat. *Id est, vulgaribus turbis, vel etiam Pharisæis incredulis non est concessum ista intelligere, & propter hoc loquebatur eis talia parabolicè: vnde sequitur.*

2 Qui enim habet dabit ei. *Quia habentibus deuotionem & fidem, vt Christi discipulis: datus est intellectus verus sacræ scripturæ, vt habetur Lucæ vlti. g.* Aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas.

3 Et abundabit. *Quia ex abundanti reuelatus est eis processus ecclesiæ vt videbitur.*

4 Qui autem non habet. *Fidem scilicet & deuotionem ad Christi doctrinam.*

5 Et quod hab. auferetur ab eo. *Quia intellectus scripturæ veteris Testamenti quem habebant: ablatus est ab eis: propter eorum incredulitatem, & datus est gentilibus propter eorũ fidem & deuotionẽ. Sequitur.*

6 Ideò in parabolis loquor eis. *Id est, velatè & mysticè.*

7 Quia videntes. *Christi, scilicet opera & miracula.*

8 Non vident. *Id est, non intelligunt ea diuinitus facta, quia virtuti dæmonum attribuebant talia, vt visum est supra.*

9 Et audientes. *Christi scilicet doctrinam sanctam & bonam, & doctrinæ Mosi & prophetarum consonam, & ipsius perfectiuam, vt suprà visum est.*

10 Non audiunt. *Assentiendo.*

11 Neque intelligunt. *Intellectum eius spiritualem qui principalior est, capiendo.*

12 Vt adimpleatur. *Ii. vt tenetur ibi consecutiuè. Ex hoc enim facto impleta est prophetia. Isa. 6. licet verba sint aliquantulum alterata in translatione Hieronymi.*

13 Auditu audietis. *Scilicet corporaliter.*

14 Et non intelligetis. *Scilicet Spiritualiter.*

15 Et videntes videbitis. *Christum scilicet miracula & opera diuina facientem.*

16 Et non videbitis. *Eius scilicet diuinitatem.*

17 Incrassatum est enim cor populi huius. *Locutio est metaphorica. Sic enim crassitudo circa cor congregata suffocat & extinguit vitam corporalem. sic malicia Iudæorũ extinxit in eis vitam spiritualem: vnde sequitur.*

F 18 Et auribus grauiter audierunt. *Quia doctrinam Christi sanctam & apostolorum audire non potuerunt, sicut patet ex decursu euangelij & Actuum apostolorum.*

19 Et oculos suos clauserunt ne quando oculis videant & auribus audiant & corde intelligant, & conuertantur, & sanem eos. *Facta Christi euidentia peruertendo, & eius miracula virtuti dæmonis attribuendo: & ex hoc secuta est eorum excæcatio & induratio, quia suis culpis exigentibus sunt derelicti à Deo.*

20 Vestri autem oculi, beati, quia vident. *Ostensa excæcatione Iudæorum ex eorum incredulitate secuta, hic consequenter ostendit illuminationem apostolorum propter eorum fidem & deuotionem eis diuinitus datam dicens.* Vestri autem oculi beati, quia vident. *Non solùm facta exteriora conspiciendo sed virtutem diuinitatis latentem intelligendo.*

21 Et aures vestræ quia audiunt. *Non solum audiendo exterius, sed etiam per fidem assentiendo interius.*

22 Amen quippe dico vobis. *Id est fideliter.*

23 Quia multi prophetæ & iusti cupierunt videre quæ videtis, & non viderunt. *Dicit multi, non omnes, quia aliqui viderunt, sicut de Abraham dicitur Ioan. 8. g. Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum: vidit & gauisus est.*

Vel aliter. Multi. *Id est, omnes: quia licet antiqui patres & prophetæ aliqui viderunt Christum per fidem à longè prospiciendo, non tamen viderunt ipsum præsentem inter eos conuersando & docendo, sicut viderunt Apostoli, & ideo dicuntur beati, quia in eis fuit completum quod antiquis patribus fuerat promissum.*

☞ a *Vos ergo au.* Primam parabolam exponit, vt idem attendant A in cæteris.

Exponit non ſecundùm ſingula verba, ſed ſummam ſententiæ.

Auguſtinus ſuper Gene. ad literam libro octauo cap. ſeptimo. Proinde quod narrauit euangeliſta (etiam factum eſt) dominum ſcilicet talia fuiſſe locutũ. Ipſius autem domini narratio parabola fuit, de qua nũquam exigitur, vt etiam ad literam facta monſtrentur, quæ ſermone proferuntur: Chriſtus eſt lapis vnctus à Iacob, & lapis reprobatus ab ædificantibus, qui factus eſt in caput anguli. Sed illud etiam in re B bus geſtis factũ eſt: hoc autem tantum in figuris prędictum. Illud quippe ſcripſit narrator rerum præteritarum, hoc prænuntiator tãtummodo futurorum.

† Mar. 4. c.

Lucæ 8 f.

Pſal. 117. c.

b *Super pe.* Super petram & in ſpinis ſeminantur, qui bene accipiunt: ſed vel aduerſa terrẽdo, vel proſpera blandiendo, retardant eos ne perficiant. Diuitiis iungitur ſollicitudo e cuſtodiæ, quæ affligit, & voluptas quæ effluere facit.

† Mar. 4. c.

c *Fallacia diuitiarum.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Suffocantur ſpinis quæ audiuimus, non quidem ipſarum ſpinarum culpa, ſed eius qui illas creſcere permittit. Potes enim dummodo velis pernicioſa hæc germina ſentium incidere, aut diuitiis laudabiliter vti. Ideò nec ſæculum dixit ſollicitudinem ſæculi, nec diuitias, ſed diuitiarum fraudem. Non ergo rebus cauſam, ſed mC ti corruptæ atque animo attribuamus, poſſumus enim ita ditari, vt non decipiamur, & in ſæculo ita conuerſari, vt harum rerum D curis non ſubmergamur. Duo quippe vitia inter ſe oppoſita in diuitiis ſunt, vnum quod incendit ſollicitudinem, & offuſcat curis: alterum quod molliores delitiis reddit.

Hom. 45. in Matt.

d *Aliud quidem cente.* Tres differentiæ ſunt in bona terra ſicut fuere in mala. Triginta enim refertur ad nuptias. Sexaginta ad viduas. Cẽtum, qui numerus iam eſt in dextera ad virginitatem. Vel centum quod transfertur ad dexteram, ſignificat æternam beatitudinem. Siquidem triginta & ſexaginta continentur in læua, ſed centum continẽtur in dextera. Quãuis enim magna ſit fides quæ cognitionem Dei reuelat, magna opera quibus fides, ne ſit ocioſa conſummatur, tamẽ ambo in hac vita ſunt neceſſaria: præmium verò fidei & operationis in futuro ſperatur. Vel bona terra fert fructum centeſimũ martyrum propter ſanctitatẽ vitæ vel contemptũ mortis. Sexaginta virginum propter ocium interius, quia nõ impugnant contra conſuetudinẽ carnis. Solet enim cõcedi ociũ ſexagenariis poſt militiã. Triceſimũ coniugatorũ, quia hæc eſt ætas præliãtiũ, & his eſt maior cõflictus ne libidine ſuperentur.

E

e *Aliam parabolam.* Quaſi diues paterfamilias inuitatos diuerſis reficit cibis, vt vnuſquiſque ſecundum naturam ſtomachi ſui varia alimenta ſuſciperet. Vnde & dixit aliam parabolam & non alteram, vt plures ſequi intelligantur. Hæc parabola proponitur, dimiſſis turbis domi rogantibus diſcipulis exponitur. Et docet hic bonam voluntatem, & cautelam, & patiẽtiam, & diſcre- F

☞ tionem,

¶ In præſentia. ¶ Niſi à longe per aliqnas ſpecies viſionum, vos autem in præſentia conueſcentes, & quæ vultis interrogantes.

videre quæ videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & a ¶ Quia vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei.

non audierunt. † Vos ergo audite parabolam ſeminantis. 1

a ¶ Per quod promittitur regnum. b ¶ Id eſt, ad actum non perducit. ¶ Nulla ſide nulla ſaltem occaſione vtilitatis capit.

Omnis qui audit verbum regni, & non intelligit, venit ma- 2

¶ Diabolus.

lus, & rapit quod ſeminatum eſt in corde eius: hic eſt qui ſe- 3 4

a ¶ Vbi meatus cogitationum verbum abolet, nec quidquam boni incipit. b ¶ In duriciam proteruæ mentis.

cus viam ſeminatus eſt. Qui autem ſuper petroſa ſeminatus 5

¶ Ad tempus. a ¶ Quia & vtilitatem probant, & deſiderium guſtant.

eſt, hic eſt qui verbum audit, & continuò cum gaudio accipit 6

a ¶ Cœpit, ſed non perſeuerauit. b ¶ Charitatis. 7

illud. Non habet autem in ſe radicem, ſed eſt temporalis. Fa- 8

¶ In loco ſuo. ¶ De loco ad locum. a ¶ Fidei.

cta autem tribulatione & perſequutione propter verbum

¶ Diſtat enim inter hunc, & eum qui multis pœnis compellitur Chriſtum negare.

a ¶ Tranquillitatem mentis perdit.

continuò ſcandalizatur. Qui autem ſeminatus eſt in ſpinis, 9

a ¶ Spes acquirendi, timor perdendi. 10

c hic eſt qui verbum Dei audit & ſollicitudo iſtius ſeculi & fal

a ¶ Quia promittunt quod non dant voluptatem & iocunditatem. b ¶ Quia dum bonum deſiderium ad cor intrare non ſinit, quaſi aditum vitalis flatus claudit.

lacia diuitiarum ſuffocat verbum, & ſine fructu efficitur. Qui 11

¶ Fidelem & deuotam conſcientiam. a ¶ Foris.

verò in terram bonam ſeminatus eſt, hic eſt qui audit ver- 12

a ¶ Intus ædificatur. b ¶ Boni operis perducit ad maturitatem.

d bum, & intelligit & fructum affert, & faciat aliud quidem cen 13 †

teſimum aliud autem ſexageſimum, aliud verò triceſimum. 14

¶ Sedens in naui. 15

e † Aliam parabolã propoſuit illis, dicens. Simile factum eſt re- 16

ſexagenariis poſt militiã. Triceſimũ coniugatorũ, quia hæc eſt ætas præliãtiũ, & his eſt maior cõflictus ne libidine ſuperentur.

e *Aliam parabolam.* Quaſi diues paterfamilias inuitatos diuerſis reficit cibis, vt vnuſquiſque ſecundum naturam ſtomachi ſui varia alimenta ſuſciperet. Vnde & dixit aliam parabolam & non alteram, vt plures ſequi intelligantur. Hæc parabola proponitur, dimiſſis turbis domi rogantibus diſcipulis exponitur. Et docet hic bonam voluntatem, & cautelam, & patiẽtiam, & diſcre- F

☞ tionem,

NICOLAVS DE LYRA.

1 Vos ergo audite parabolam. *Oſtenſo quòd apoſtoli debebant* ✠ *ſcire ſecrèta eccleſiæ, hic conſequenter eis aperit intellectum parabolæ, dicens.*

2 Omnis qui audit verbum regni. *Id eſt, euangelij quod introducit ad cœleſte regnum.*

3 Et non intel. *Quia non radicatur intra mentem tentationibus dæmonum peruiam: & hæc eſt pars ſeminis quæ cadit iuxta viam vt ſuprà dictum eſt.*

4 Venit malus. *Id eſt, diabolus, non quia ſit malus per eſſentiam: vt dixerunt Manichæi qui poſuerunt duo principia, vnum bonum ſimpliciter, & alterum malum ſed quia eſt in malo obſtinatus, & ad malum ſemper intentus.*

5 Qui autem ſemina. *Id eſt, ſupra cor humore fidei & deuotionis carens.*

6 Hic eſt qui ver. Dei au. *Quia tales ad horam aliquando ex aliqua paſſione moti cum gaudio ſuſcipiunt prædicationem, ſed quia non fundatur in humore fidei & deuotionis cito euaneſcit, propter quod ſequitur.*

7 Non habet autem in ſera, &c. *Id eſt, ad modicum tempus ſtans.*

8 Facta au. tribu. *Propter verbum euangelij ſuſceptum.*

9 Continuò ſcandalizatur. *Cadendo ab eo quod cœperat.*

10 Qui autem ſeminatus eſt in ſpi. *Hic eſt qui perditur propter ſollicitudinem diuitiarum. Et patet. Iſtis autem tribus de cauſis prædictis, prædicatio Chriſti & apoſtolorum fuit Iudæis pro maiori parte inutilis & infructuoſa: non propter defectum doctrinæ, ſed propter impedimentum ſuæ maliciæ.*

11 Qui verò in terram bo. ſem. eſt. *Hic eſt qui audit verbum Dei, fideliter & deuotè.*

12 Et intelligit. *Quia talibus datur intellectus ſacræ ſcripturæ.*

13 Et fructum affert. *Adimplendo opere.*

14 Aliud quidem cente. *Sicut ſupra expoſitum eſt. Per hanc autem quartam partem ſeminis quæ cadens in terram bonã fecit fructum ſecundùm triplicem virtutis gradum, intelligitur prædicatio Chriſti & Apoſtolorum quantum ad illos Iudæos qui eam fideliter & deuotè receperunt & in fide remanſerunt.*

15 Aliam parabo. *Hic ponitur ſecunda parabola, in qua deſcribitur ſtatus eccleſiæ ſequens immediatè poſt mortem Chriſti & Apoſtolorum, quia diabolus inuidet fidei ſeminatæ in cordibus fidelium: & ideo inter fideles commouit aliquos ad perfidiam hæreſis, quaſi ſeminans Zizaniã in medio tritici ad ipſius deſtructionem: & hoc eſt quod dicitur.*

16 Simile fa. eſt, &c. *Id eſt, ſtatus eccleſiæ militantis.*

✠ Homini

MORALITER.

✠ † *Et fa. aliud quidem.* Per quod Saluator oſtendit triplicẽ gradum in virtute, vtpotè in virtute caſtitatis: per fructum centeſimum gradũ caſtitatis virginalis: per ſexageſimum gradum caſtitatis vidualis per triceſimum, gradum caſtitatis cõiugalis: & ſic poſſet poſſet triplex gradus in aliis virtutibus aſſignari.

15 *Aliam parabolam.* Scilicet de Zizania ſeminata in medio tritici, & de iſta poteſt dici ſicut de præcedenti quoniam ipſam exponit Saluator ſicut & prima, & in hoc capitulo interpoſitis tamen duabus aliis parabolis: & ideo de alia expoſitione per-

✠ tranſeo,

tionem,& longanimitatem,& iusticiam.

A ✠ CHRYSOSTOMVS. In præcedenti parabola locutus est Dominus de his qui verbum Dei non suscipiunt, hic autem de his qui suscipiunt corruptionem sermonem etenim hoc est diabolicæ machinationis veritati semper errorem inserere.

Hom.47.in Matth.

a *Homines.* Qui aliis ad tutelam & custodiam deputati sunt prælati in ecclesia. vel cũ dormitionem mortis accipient apostoli.

† De elec. li cet de vitãda.

✠ CHRYSOSTOMVS. Demonstrat quod error post veritatem existit. Etenim post prophetas fuerunt pseudoprophetę, post Apostolos pseudoapostoli, post Christum Antichristũ. Nisi enim diabolus viderit, qd imitetur, vel quibus insidietur, non tentat. Quia igitur vidit, quod hic reddit in fructu centesimum, ille 60. alius 30. & non poterat rapere neque suffocare quod radicatum erat, per aliam deceptionem insidiatur interserens sua.

Hom.47.in Matt.

† eamus & colligamus

B

lib.quæst.in Matthæum cap.4.

✠ AVGVSTINVS. Quæritur vtrum superseminati sunt hęretici, an malè viuentes Catholici. Sed quod dicit eos in medio tritici seminatos, quasi vidētur illi significari qui eiusdem communionis sunt. Veruntamen quoniam agrum ipsum non ecclesiam, sed hunc mundum interpretatus est, bene intelliguntur hæretici, qui in hoc mundo permiscentur bonis, vt illi qui in eadē fide mali sint, palea potius quam zizania deputentur, quia palea etiam fundamenti habet cum frumento radicémque cõmunem. Schismatici autem videntur spicis corruptis similiores. Nec tamen consequens est vt omnis hæreticus aut schismaticus ab ecclesia corporaliter separetur multos enim portat ecclesia, quia non ita defendunt falsitatem sententiæ suæ, vt intentam multitudinem faciant: quod si fecerint, tunc expelluntur.

b *Cum autem creuisset.* Quia cum spiritualis esse cœperit: tunc indicat omnia & tunc ei apparent errores. Sed donec maturescat qui herba est, potest eum mouere, quare sub nomine Christi

C

a ¶ Ecclesia. b ¶ Bonum non seminat nisi bonus qui semen bonæ voluntatis ad bona opera studet producere.

a gnum cœlorum homini qui seminauit bonum semen in a- 1
¶ Mundo. a ¶ Cautelam amouet. ¶ Id est, inertia & incuria torperent. ¶ Diabolus.
a gro suo. † Cùm autem dormirent homines, venit inimicus 2
¶ Præcedente nomine Christi. a ¶ Quæ non de semine tritici, paleæ vero sunt hi, qui etsi non vita, fide sunt de ecclesia. ¶ Hæreticos permiscuit electis. b ¶ Id est, latuit & occultissimus factus est.
b eius, & superseminauit zizania in medio tritici, & abiit. Cũ au 3
a ¶ Proficeret. b ¶ Bonæ spei opera monstraret. c ¶ Manifestauerunt se hæreticorum dogmata.
tem creuisset herba, & fructum fecisset, tunc apparuerunt &
¶ Custodes messis.
zizania. Accedentes autem serui patrisfamilias dixerunt ei, 4
Domine nónne bonũ semẽ seminasti in agro tuo? Vnde ergo
habet zizania? Et ait illi: Inimicus homo hoc fecit. Serui autẽ 5 6
a ¶ De officio. b ¶ Vt excommunicemus eos. ¶ Ecce discretio.
c dixerunt ei: Vis † imus & colligimus ea? Et ait: Nõ. † Ne forte 7
d ¶ Sic nec tu reddas vicem malis, vt scandalizes bonos, sed patere. 8
a ¶ Longanimitas est, quæ vsque ad finem necessaria est.
e f colligẽtes zizania, eradicetis simul cũ eis & triticũ. Sinite vtra 9

D

† 24 q.3 c. notandum

E

ab angelis dicit fieri.

d *Et ait non &c.* Ecce patientia. Non enim audito dolore exarsit in irã, nec mox vlcisci voluit, ita & nos læsi patiẽter feramus.

e *Ne fortè.* Hic datur locus pœnitentiæ, & monemur non cito amputare: quia qui errat hodie, cras fortè defendet veritatem. Si ergo modo auelleretur, triticum quod futurum erat eradicaretur. Vel necesse est vt mali permixti sint bonis per quos exerceantur. Vel quorum comparatione nitantur ad melius, quibus sublatis altitudo charitatis marcescit quod est eradicari.

Ibi patienter tolerandi sunt mali, vbi aliqui inueniuntur quibus adiuuentur boni.

Aug. Multitudo non est excommunicanda, nec princeps populi.

f *Sinite.* Hoc videtur contrarium illi apostolico. *Auferte malũ ex vobis.* Sed sicut inter lolium & triticum quandiu herba est, parum distat: ita monet dominus ne de ambiguo iudicemus, quod dominus in die iudicij non suspiciosè, sed manifestè damnabit. 1.Cor.5.

In patiendo iusticiam meditemur. In iudicando iusticiam non negligamus.

✠ AVGV-

F

NICOLAVS DE LYRA.

1 Homini qui. *Homo iste Christus est. Ager autem ecclesia labore & sanguine Christi exculta bonum semen est sancta doctrina & fides catholica.*

2 Cum autem dor. homines venit inimicus. *Post dormitionem Christi & apostolorum per mortem istas hæreses inter fideles seminauit diabolus pro maiori parte: quia etiam aliquæ hæreses viuentibus apostolis fuerunt seminatæ, vt patet in epistolis Pauli & 1. canonica Ioan. 2. c.* Nunc Antichristi multi facti sunt. *Sequitur.* Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis.

3 Cum autem. cre. herba & fru. *Quia cum fides catholica per orbem inciperet multiplicari, tunc hæreses quæ primò latuerant, manifestè apparuerunt in persecutione fidelium.*

4 Accedentes autem serui. *Serui isti sunt patres antiqui, qui fuerunt in primitiua ecclesia, qui admirantes perfidiam hæresis insurgentem, ad Deum accesserunt per orationem inquirentes vnde talis perfidia oriretur: quibus fuit diuinitus reuelatum, quòd hoc erat ex diaboli opere Deo permittente: & hoc vt stabilitas fidelium probaretur. Vnde sequitur.*

5 Inimicus ho. *Id est, diabolus hoc fecit.*

6 Serui

6 Serui autem dixerunt ei. *Id est, sancti patres per orationem diuinum consilium quæsierunt.*

7 Vis imus & col. *Separando eos à communitate ecclesiæ per excommunicationem, & tandem dimittendo iusticiæ seculari, exterminandos per mortem.* Et ait non.

8 Ne for. col. *Ex quo patet, quòd dominus non vult hæreticos permitti viuere absolutè, sed in casu tantum scilicet quando non possunt separari à fidelibus sine periculo fidelium. Et hoc contingit duplici de causa. Vna, quando non bene cognoscuntur, nec bene distinguuntur à fidelibus. Alia quando habent tantos defensores, quòd si contra eos procedatur, maius periculum in ecclesia probabiliter timetur, vel schismatis vel interfectionis fidelium à fautoribus hæreticorum: tunc enim permittendi sunt propter maius periculum euitandum: vbi autem non occurrerunt ista pericula, sunt separandi ab ecclesia & iusticiæ seculari relinquendi, vt exterminentur per mortem, ne per eos totum corpus ecclesiæ corrumpatur. Sequitur.*

9 Sinite vtraque crescere vsq; ad messem. *Id est, vsque ad mundi consummationem: quod duobus modis intelligitur. Vno modo. quia in casu sunt permittendi: vt visum est. Alio modo, quia quantumcumque ecclesia hæreticos persequatur, nunquam tamen ab eis perfectè mundabitur vsque ad finem mundi.*

✠ Et in

MORALITER.

† transeo, excepto eo quod Saluator inexpositũ dimisit scilicet.

2 *Cum autem dormirent homines.* Hæc autẽ dormitio superiorum negligentiam significat circa custodiã gregis sui, & similiter negligentiam cuiuslibet circa custodiam suæ propriæ personæ. Vtramque enim negligentiam explorat diabolus: & sic per suggestiones malas Zizaniam seminat in humanis cordibus.

☞ A Epist.48. ✠AVGVSTINVS. Mea sententia erat neminem ad vnitatẽ Christi esse agendũ, verbo enim agendũ, disputatione pugnãdum, ratione vincendũ. Sed hæc opinio mea, non contradicentiũ verbis, sed demõstrantiũ superabatur exẽplis. Harũ enim legũ terror ita profuit, vt nunc alij dicant, iã hoc volebamus, sed Deo gratias qui nobis occasionem prębuit, & dilationis morulas amputauit.

Epist.50. ad Bonifaciũ. ✠IDEM. Aliter nõ meruit pacẽ habere domus Dauid, nisi Absalon fuisset extinctus. Quid autẽ ei restitit, nisi perditũ flere, & sui regni pace acquisita, suã mœstitiam consolari? Sic ecclesia, si aliquorũ perditione, tã multos cæteros colligit, dolorẽ materni cordis lenit. Vbi est autẽ quod isti clamare cõ B sueuerunt, liberũ est credere vel nõ credere? Cui vim Christus intulit? quẽ coegit? Ecce habent Apostolũ Paulum, agnoscant in eo prius cogentem Christum, & postea docentem: prius ferientem, & postea consolantem. Mirum est, quod ille qui pœna corporis ad euangelium coactus intrauit, plus illis omnibus quæ ad euangelium verbo vocati sunt laborauit.

a ¶ In ecclesia. ¶ Iudicium.

a que crẽscere vsque ad messem, & in tempore messis dicam 1

a ¶ Non vobis. b ¶ Separate à bonis. ¶ Hic vagos. 2

b messoribus. Colligite primum zizania, & alligate ea in fasci- 3

a ¶ Non vnum falcem, quia pro modo peruersitatis suæ vnusquisque punietur. b ¶ Vt qui vnitatem amauerunt. c ¶ In cœlestes mansiones.

culos ad comburendum, triticum autem congregate in hor- 4

c reum meum. Aliam parabolam proposuit eis, dicens. † Simi- 5

a ¶ Quanto plus teritur, tanto plus redolet. b ¶ Acceptum habens. 6

d le est regnum cœlorum grano sinapis, quod accipiens homo †

a ¶ Deus in iusto, vel iustus vir in corde suo granum prædicationis fouet. b ¶ Hæc prædicatio primo humillima est omnium disciplinarum pro scandalo crucis.

seminauit in agro suo, quod minimum quidem est omnibus 7

e seminibus. Cùm autẽ creuerit, maius est omnibus oleribus, †

f & fit arbor, ita vt volucres cœli veniãt, & †habitãt in ramis e- 8

a ¶ Vt pro varietate verborum varia sit medicina. b ¶ Vita iustorum vel sancta doctrina. †

ius. Aliam parabolam loquutus est eis. † Simile est regnum 9

a Hic ponitur tertia parabola in qua describitur ecclesiæ status sequens immediatè surrectionẽ hæresum: quia contra hæreses insurgentes dominus in ecclesia suscitauit doctores sanctos literatos, vt sic possent hæreticos per rationem & scripturam confutare. Et licet primò fuerint humiles & abiecti, tamen diuina dispositione fuerunt postea exaltati, & maximis principibus valde chari: vt beatus Syluester Constantino, & beatus Ambrosius Theodosio: vt per potestatem secularem ecclesia ab hæreticis purgaretur, & hoc per rationem & scripturam quantum ad illos qui doctrinam sanctorum reciperent. Vel per potestatem secularem quantum ad eos qui indurati essent, & iste status figuratur per parabolam de grano sinapis: Quod cum sit.

7 Minimu ~.

dicitur venena expellere, id est, omnia dogmata prauitatis. Potest in grano sinapis humilitas dominicæ incarnationis intelligi. Quo accepto homo misit in hortũ suũ, quia corpus crucifixi Saluatoris accipiens Ioseph in horto sepeliuit. Expandit ramos in quibus volucres cœli requiescent, quia prædicatores dispersit in mundũ, in quorum dictis & consolationibus fideles ab huius vitæ fatigatione respirarent. D

✠GREGO. Chri- Lib.19. mo ral.
stus granũ fuit synapis, quod in agro seminatũ fuit, cum ille † Mar.4.c.
à populo cõprehen- Lucæ 13.d.
sus, & morti traditus, tãquam in agro fuit
satione quadã corpo
ris consepultus. Tan
dem verò vltra men-
surã omniũ olerum
excreuit, & vniuer- † nidificãt
sam prophetarũ glo
riã excessit. Granum † Luc.13.c.
fuit cum moreretur, E
vnde & dicebat de seipso. *Nisi granum frumenti, &c.* arbor fuit cum resurgeret. Granum per humilitatem carnis, arbor per potentiam maiestatis.

e *Cum au. cre.* Toto mundo vel in animo singulorum: quia nemo repentè perfectus. Creuerit & factum est in arborem, quia surrexit & ascẽdit in cœlũ. Vel creuerit, id est, mẽtibus hominũ quantæ sit virtutis innotuerit. Cætera apparent olera, quæ cito crescunt & corruunt: non viuida, sed marcida: illa non olus, sed arbor fit, vbi folia cum fructu, & in eius diuersis sententiis spiri tuales quiescunt.

f *Oleribus & fit arbor.* Id est, dogmatibus Philosophorum, quę citò crescunt & corruunt, nil vitale promittentia.

✠GREGOR. In istis ramis volucres requiescunt, quia sanctæ animę, quę quibusdam virtutũ pennis à terrena cogitatione Lib.19. mo ral.c.1.
☞ se subleuant,

a *Et in temp.* Qui longanimiter tulit per iustitiam digna retribuit: discretæ enim sunt virtutes, sed non contrariæ.

b *Et alli.* In hac vita non est alligatio, alioquin non tot ab errore resipiscerent,

c *Simi.est reg.* Regnũ cœlorũ, prædicatio est euangelij, de qua
Infra 12. d. alibi. *Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum eius.* Vel noticia scripturarum.

d *Grano sina.* Grano sinapis comparatur pro feruore fidei, quia dicitur

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et in tempore messis. *Id est, iudicij.*

✠ 2 Dicam messoribus. *Id est, angelis.*

3 Colligite primum Zizaniam. *Quia ministerio angelorum separabuntur mali tunc de medio iustorum, & mittentur in gehennam, vt habetur infra eodem ca.*

4 Triticum. *Id est, fideles in area huius mundi mihi contritos & flagellatos.*

C 5 Congregate in horreum. *Id est, in ecclesia gaudium.*

6 Aliam parabolam. *Hic ponitur tertia parabola in qua describitur ecclesiæ status sequens immediatè surrectionẽ hæresum: quia contra hæreses insurgentes dominus in ecclesia suscitauit doctores sanctos literatos, vt sic possent hæreticos per rationem & scripturam confutare. Et licet primò fuerint humiles & abiecti, tamen diuina dispositione fuerunt postea exaltati, & maximis principibus valde chari: vt beatus Syluester Constantino, & beatus Ambrosius Theodosio: vt per potestatem secularem ecclesia ab hæreticis purgaretur, & hoc per rationem & scripturam quantum ad illos qui doctrinam sanctorum reciperent. Vel per potestatem secularem quantum ad eos qui indurati essent, & iste status figuratur per parabolam de grano sinapis: Quod cum sit.*

7 Minimum. *In quantitate: tamen est magnum in virtute, quia crescit ad modum arboris.*

8 Vt volucres cœ. *Sic sancti prædicto modo fuerunt paruuli in humilitate, sed magni scientia & virtute, & ideo sic diuinitus exaltati, quod volucres, id est principes huius mundi alta petentes, habitabant in ramis eorum, id est, regebantur per eorum consilium.*

9 Aliam parabolam. *Hic ponitur quarta parabola, in qua describitur status ecclesiæ sequẽs exaltationem prædicatorum sanctorum. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponit parabolam, secundò, subiungit huius parabolæ & aliarum rationem, ibi,* Hæc omnia, &c. *Circa primum considerandum, quòd principibus huius mundi per sanctos prædictos ad fidei veritatem inductis, data est licentia per totum orbẽ Romano imperio subditum prædicandi fidem catholicã, & ecclesias construendi: & sic fides catholica in modico tempore per totum orbem vulgata est. Et hoc signatur per parabolam fermenti absconditi in tribus satis farinæ & fermentantis totum. Tria sata, sunt tres partes orbis, Asia, Aphrica, Europa: quæ tunc erant subiectæ Romano imperio, vel pro toto vel pro maiori parte. Fermentum autem propter colorem intrinsecum significat legem euangelicam, quæ est lex amoris mulier autem ponens fermentum in tribus satis prædictis est diligentia sanctorum ad fidem catholicam vbique prædicandum,* Diuisio F

✠ Hæc omnia

MORALITER.

✠ 6 *Aliam para.* Sequitur.

† *Simile est regnum cœlorum.* Istud moraliter exponi potest de virtute humilitatis, quæ fundamentum est aliarum virtutum, & sic habet proprietatem principiorum in scientiis quæ sunt minima quantitate & maxima virtute: ideò subditur.

† *Cum autem creue. maius.* Ideo scribitur Luc. 14. Qui se humiliat exaltabitur.

8 *Vt volucres.* Id est, angeli sancti qui ad consolationem humilium descendunt.

† *Et habitant in ra.* Per ramos istos possunt intelligi duodecim humilitatis gradus, qui ponuntur in regula beati Benedicti. Primus, est, in corde & corpore semper humilitatem ostendere, de fixis in terram aspectibus. Secundus, vt pauca verba & rationabilia loquatur aliquis, non clamosa voce. Tertius, vt non sit facilis

cilis aut prõptus in risum. Quartus, taciturnitas vsque ad interrogationem. Quintus, tenere quod habet cõmunis monasterij regula. Sextus, credere & pronunciare se omnibus viliorẽ. Septimus, ad omnia indignũ & inutilẽ se cõfiteri & credere. Octauus confessio peccatorum. Nonus, pro obediẽtia in duris & asperis patientiã amplecti. Decimus, vt cũ obediẽtia se subdat maiori. Vndecimus, vt propriã voluntatẽ non delectetur implere. Duodecimus, vt Deũ timeat, & memõr sit omnium quæ præcepit.

9 *Aliam parabolam, &c.* Sequitur. *Simile est regnum cœlorum fermento quod.* Licet in scriptura frequenter fermentum accipiatur in malum eò quòd est corruptiuũ, tamen hic accipitur in bonũ, & significat charitatem eò quòd cõtinet calorem sicut in principio huius operis dixi de leone. Qui propter voracitatem diabolum significat, & propter constantiam Christum. Per tria verò sata significãtur tres regulæ religiosorũ scilicet regula beati Aug. & regula beati Benedicti & regula beati Frãciſci, quæ fun

✠ dantur

☞ se ſubleuant, in eorum dictis atque conſolationibus ab huiuſ-
A modivitæ fatigatione reſpirant

a *In farinæ ſa.* Vt ſpiritus, anima, & corpus in vnum redacta non diſcrepent inter ſe. Vel tres animæ virtutes in vnum rediguntur, vt in ratione poſſideamus prudentiam, in ira odium vitiorum, in cupiditate deſiderium virtutum. Vel, mulier, eccleſia, fidem homi nũ farinę tribus ſatis miſcet, credulitati Patris & Filij & Spi rituſſancti. Cúmque in vnum fuerit fermentatum, non nos ad triplicem deum ſed vnius deitatis no ticiã perducit, quia non eſt diuerſa natura in ſingulis.

Satum eſt genu s mẽſurę iuxta morem Palęſtinorũ modiũ & dimidiũ capiens.

Poſſunt in ſatis
B tribus illi dominici ſeminis fructus intel ligi, triceſimus. ſ. ſexa geſimus & centeſimus. i. cõiugatorum continentium, & virginum. Vel ſata tria genera hominum. Noe, Daniel, & Iob.

b *Donec fermentatum.* Tamdiu charitas in mente recondita creſcere debet donec mentem totam in ſui perfectionem commutet, vt nihil præter Deum diligat vel recolat, quod hic incipitur, inalia vita perficitur.

hom.48. in Mat. c *In parabolis ad tur.* Quia quidquid ibi dicitur de exercitu Iſrael, & omnia ſigna occulta ſunt ſacramenta.

d *Meſſis verò, &c.* ✠ Chrysostomvs. Alio loco ait, Meſſis quidem multa operarij autem pauci. In quibus verbis meſſem dicit iam adeſſe. Quomodo ergo hic eam dicit eſſe futuram? Sed ſciendum quod in alia ſignificatione meſſem dicit:
C

a ¶A gratia dei. b ¶Mater eccleſia vel ſapientia dei. c ¶Commendat hominibus de tribu s Noe filiis originem ducentibus quos eccleſia ad fidei veritatem colligit

a cœlorum fermento, quod acceptum mulier abſcondit in fa-

a ¶Non quia nihil propriè, ſed quia nihil vbi non ſit aliquid parabolæ.

b rinæ ſatis tribus, donec fermentatum eſt totum. † Hæc om- 1

a ¶Non, ad diſcipulos quibus volebat aperta loqui.

c nia loquutus eſt Ieſus in parabolis ad turbas, & ſine parabo- 2

¶Et ſic impletum eſt.

lis non loquebatur eis: vt impleretur quod dictum eſt per

a In pſa.77. ex perſona domini b ¶Qui prius aperui ora prophetarum. c ¶De profundo eliciam.

prophetam dicentem: † Aperiam in parabolis os meum, eru

¶Myſticè. ¶A tumultuantibus receſſit ad electorum corda, qui digni erant inſtrui.

ctabo abſcondita à conſtitutione mundi. Tunc dimiſſis 3

¶Familiares

turbis, venit in domum & acceſſerunt ad eum diſcipuli eius dicentes. Ediſſere nobis parabolam zizaniorum agri. Qui reſpondens ait: Qui ſeminat bonum ſemen, eſt filius hominis. Ager autem eſt mundus. Bonum vero ſemen, hi ſunt filij re-

¶ Omnes iuſti. ¶Omnia ſcandala.

gni, Zizania autem filij ſunt nequam. Inimicus autem qui ſe
d minauit ea, eſt diabolus. Meſſis verò conſummatio ſęculi eſt. Meſſores autem angeli ſunt. Sicut ergo colliguntur

a ¶Omnis immundicia in ſegete, zizania dicitur. b ¶Filius hominis conſummabitur

zizania & igni comburuntur: ſic erit in conſummatione ſecu

a ¶ Bonos quorum officio vindicta implebitur.
b Prius, quia in tribulatione præcedente ſeparabuntur impij à piis.

li. * Mittet filius hominis angelos ſuos, & colligent de regno 4 5

¶ Non qui fecerunt.

e eius omnia ſcandala, & eos qui faciunt iniquitatem, & mit- 6

¶Nota duplicem pœnam.

f tent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & ſtridor dentium. 7

a ¶Quorum vita hic æſtimatur inſania. ¶ Sine defectu. ¶ Quia myſticè omnia.

Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris eorum Qui ha 8

¶Conuerſatio iuſtorum. a ¶Theſaurus cœleſte deſiderium eſt. 9

g bet aures audiendi audiat. Simile eſt regnũ cœlorũ theſaũro 10

D metit, hic autem eundem dicit eſſe qui ſeminat, & qui metit, quoniam ibi non ad ſui differentiam, ſed Apoſtolorum prophetas induxit. Etenim ipſe Chriſtus per prophetas ſeminauit in Iudæis. Idem ergo nominat ſemen & meſſem ſecundùm aliud & aliud. Cum enim de obedientia loquatur & perſuaſione ad fidem, tunc vocat meſſem: ſed cum de fructu auditionis verbi Dei, tunc conſummationem dicit meſſem. † Mar.4.d

e *Omnia ſcandala* ✠ Avgvstinvs. Nunquid de regno illo vbi nulla ſunt ſcandala? de regno ergo iſto eius quod eſt hic, ſcilicet eccleſia, colligentur. † Pſal.77.a Lib. 20.d. ciuitate. cap.9.

f *Caminum ignis.* ✠ Chrysostomvs. Ita duplicem punitionem videre licet: vnam, cum igni æterno ardebunt, alteram cũ ab ineffabili gloria excident. E hom.48.in Mat.

✠ Idem. Vide autem ineffabilem Dei amorem ad homines. Eſt enim ad beneficia prõptus. & ad pœnam tardus. Cum enim ſeminat, per ſeipſum ſeminat cum autem punit, per alios: mittit enim ad hoc angelos ſuos.

g *Theſauro abſcondito in agro.* Theſaurus, poteſt accipi verbum Dei, qui in carne Chriſti abſconditur. Vel ſcriptura, in qua repoſita eſt notitia Saluatoris. Vel, duo teſtamenta in eccleſia, pro quorum intelligentia omnibus renunciatur vt in ocio diſcantur.

Terrenis regnum cœlorum ſimilatur, vt per cognita ſurgat ad incognita animus, & diligat.

☞ *Abſcondit* F

NICOLAVS DE LYRA

✠ Diuiſio. 1 Hæc omnia, *Hic conſequenter redditur ratio prædictæ parabolæ & aliarum, Et diuiditur in duo. quia primò ponitur dicta ratio. & ſecundò, quæritur cuiuſdam parabolæ prædictæ interpretatio, ibi:* Tunc dimiſſis turbis: *Ratio autem quare loquebatur parabolicè turbis ſuprà eſt aſſignata, & iterum hic alia aſſignatur, ſcilicet, vt ſcriptura quæ hoc prædixerat Pſal. 77. impleretur. Et patet litera excepto hoc quod dicitur ibi quod.*

2 Sine parabolis. *Quod non eſt intelligendum, quod nihil loqueretur niſi parabolicè, vt expoſitum eſt in principio huius ca ſed quia cum hoc aliqua dicebat clarè illa ſcilicet quæ debebat turba ſcire, aliqua etiam interponebat parabolicè, quæ ſcilicet pertinebant ad ſecreta eccleſiæ*

3 Tunc dimiſ.tur. *Hîc ponitur interpretatio parabolæ de Zizania in medio tritici ſeminata, & notat Euangeliſta locum, vbi facta eſt interpretatio iſta dicens:* Tunc dimiſſis turbis venit in domum. *Vnde ex hoc etiam patet, quod alias parabolas eis ibidem expoſuit licet non fiat hic mentio de aliarum expoſitione parabolarum. Vnde dicitur Mar. 4.d. Seorſum autem diſcipulis diſſerebat omnia. Interpretata eſt autem parabola prædicta à Chriſto, ſicut ſuperiùs expoſita eſt: Et patet vſq; ibi.*

4 Mittet filius hominis angelos. *Id eſt Chriſtus, qui iudicabit mundum in forma humana, in qua iudicatus eſt coram Pilato, ſed tunc apparebit in forma glorioſa.*

5 Et colligent de reg. eius omnia ſcandala. *Id eſt hæreticos, qui generant ſcandalum in eccleſia.*

6 Et eos qui faciunt iniquitatem. *quia non ſolum damnabuntur hæretici, ſed etiam fidem tenentes habentes tamen opera mala*

7 Ibi erit fletus. *In hoc ſignatur duplex pœna inferni. vna ex parte mentis, ſcilicet triſtitia vehemens quæ ſignatur per fletum: & alia ex parte corporis, quæ ſignatur per ſtridorem dentium.*

8 Tunc iuſti ful. *per dotem ſcilicet claritatis redundantis ex gloria animæ ad corpus.*

9 Qui habet aures. *exponatur ſicut ſupra expoſitum eſt in eodẽ c.*

10 Simile eſt regnum cœlo. *Hîc ponitur quinta parabola deſignans eccleſiæ ſtatum ſequentem poſt prædictum: quia diuulgata fide*

✠ *in orbe*

MORAL ITER.

✠ dantur in perfectione charitatis, & ex earum doctrina inducitur ad charitatem totus orbis. Mulier autem abſcondens hoc fermentum in tribus ſatis eſt diuina ſapientia per quam omnia ſuauiter diſponuntur.

10 *Simile eſt regnum cœlorum theſauro abſcondito in agro quem.* Theſaurus iſte ſapiẽtia eſt de qua dicitur Sap.7.b. *infinitus enim theſaurus eſt hominibus, &c.* Ager autẽ eſt ſacra ſcriptura ſub ſenſu literali ſenſus myſticos habens abſconditos tanquam theſaurum precioſum, quem inuenit qui ſollicitè eam ſtudet & deuotè, & ſic pro iſto theſauro vendit omnia quæ habet, quia in eius comparatione ea paruipendit, Sap.7.a. *Et præpoſui illam regnis & ſedibus, & diuitias nihil eſſe dixi in comparatione illius, &c.*

✠ *Iterum*

☞ a *Abscondit prægaudio illius.* Vt seruetur à malignis spiritibus & A laudibus hominum. Sic sit opus in publico, vt intentio maneat occulta.

b *Negociatori.* Beatitudinem qua exuti sumus culpa primi hominis, debemus omnes intelligendo rectè, & operando bene negociari.

c *Bonas margaritas.* Bonæ margaritæ, lex & prophetæ. Vna preciosa, scientia saluatoris, pro qua homo vt Paulus omnibus mysteriis legis & obseruationibus renunciauit.

d *Inuenta autem.* Id est, Christo, qui præest omnibus hominibus, vel spiritua li præcepto dilectionis. Vel intellecto verbo, quod erat a- B pud Deum penetrata carnis testudine. Vel cœlestis vitę dul cedine, pro qua omnia vilescunt.

† sua

e *Sagenæ mis.* Impletur Ieremiæ vaticinium. *Ecce ego mitto advos piscatores mul tos.* Postquam audie runt Petrus & An- dreas, Iacobus & Ioannes. *Sequimini me faciam vos piscatores hominum:* contexuerunt sibi sagenam ex veteri & nouo Testamento, & in mare seculi miserunt, quæ vsque hodie trahitur, & in fluctibus tunditur: capiens quidquid incidit, bonos & D malos, quos ad litus trahit, id est, ad finem mundi, vt tunc fiat diuisio. Vnde sequitur. Sic erit in consummatione secu. &c. Sagenæ comparatur ecclesia vel prædicatio euangelica, quæ à fluctibus sæculi ad cœlum trahit.

Iere. 16. c.

* At illis Ie sus Suprà. 4. c.

a ¶ Ager, est cœlestis studij disciplina. b ¶ Qui impetrata gratia Dei. c ¶ Depredari desiderat qui thesaurum publicè portat in via.

a absconditoin agrò, quem qui inuenit homo abscondit præ

a ¶ Incipit ire, cum incipit diligere. b ¶ Omnibus terrenis renunciat. c ¶ Per contemptum terrenorum venit ad studium æternorum.

gaudio illius vadit, & vendit vniuersa quæ habet, & emit a-

b gnum illum. Iterum simile est regnum cœlorum homini ne- 1

¶ Qui cum sit pauper multis laboribus negociatur. a ¶ Bonos homines cum quibus viuat, vel bona præcepta, vel bonos intellectus.

c gociatori quærenti bonas margaritas: Inuenta autē vna præ- 2

d a ¶ Cœlestis vitæ & dulcedo, pro qua omnia vilescunt. b ¶ Renunciat omnibus suis & sibiipsi. ¶ Alias comparauit. 3

cioſa margarita, abiit & vendidit omnia quæ habuit, & emit

a ¶ Terret timore pœnæ quos præmij amore inuitauit,

e eam. Iterum simile est regnum cœlorum † sagenæ missæ in 4 †

a ¶ In mundum. b Quæ ad veniam vocat, omnis generis homines. ¶ Vniuersaliter.

mare, & ex omni genere piscium congreganti. Quam cum

a ¶ In fine seculi. b ¶ Quia tunc verum iudicium secernendorum patebit.

f impleta esset, educentes, & secus littus sedentes, elegerunt

¶ In æterna tabernacula. ¶ In infernum.

bonos in vasa, † malos autem foras miserunt. Sic erit in con-

¶ Ad opus sibi iniunctum. a ¶ Apertè dicit de tormentis malorum, ne quis se excuset per ignorantia.

summatione sæculi: Exibunt angeli & separabunt malos de

medio iustorū, & mittent eos in caminū ignis; † ibi erit fletus

¶ Hæc ad apostolos qui sunt futuri magistri, quos non vult audire tantum vt populum. 5

& stridor dentium. * Intellexistis hæc omnia? Dicunt ei: Etiā. 6

a ¶ Intelligentibus dignum testimonium reddet, dicens eos similes esse sibi. 7

g Ait illis: Ideò omnis Scriba doctus † in regno cœlorū similis 8 9 †

✠ Chrysost. Hom. 48. in Matt.

Hæc parabola distat à parabola zizaniorū etenim illic hi quidem saluantur, hi autem pereunt, sicut & hic, sed illic quidē propter prauorum dogmatum hęresim. In anteriori autem parabola de semine, quia non attendebāt quæ dicebantur, hic autem propter vitæ nequitiam: propter, quam quamuis & pi- † verriculo iacto. scatione capti, id E est, cognitione Dei fruentes, nō possunt saluari.

f *Et secus littus.* Littus, finis sæculi, in quo boni ad cœlum mali ad tenebras mit tentur: in præsenti e- † infrà 21. nim erant permixti. b. & 25.

g *Ideò omnis Scriba doctus, &c.* Quia intel ligitis mysteria quæ vobis reuelo: ideo fa † ad regnū ciam vos prædicato- res, & eritis mihi similes qui de thesauro scientiæ meæ, noua & vetera profero, vt vos similiter faciatis.

☞ Qui

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *in orbe terrarum per prædicationem sanctorum, multi valentes viri & literati in doctrinis* Philosophorum *conuersi ad fidem catholicam inceperunt se exercere & suam scientiam conuertere ad vtilitatem & regimen animarum: sicut Augustꝰ. & multi alij valentes episcopi: & hoc signatur per thesaurum absconditum in agro, qui ager omnibus venditis emitur, vt thesaurus ibidem absconditus habeatur. Ager enim iste la* C *bor est positus in exercitio vitæ actiuæ, & operibus misericordiæ in regimine ecclesiæ. Thesaurus autem est premium cœleste. Ager autem omnibus venditis emitur, vt thesaurus habeatur: quia propter magnitudinem præmij cœlestis prædictus labor est suscipiendus ex charitate aliis dimißis: vnde dicit Aug. in epistola ad Valerium: Cogitet religiosa prudentia nihil esse in hac vita maximè hoc tempore difficilius laboriosius periculosius episcopi aut presbyteri aut diaconi officio sed apud Deum nihil beatius, si eo modo militetur quo imperator noster iubet. Ad intellectum autem huius parabolæ maiorem sciendum, quòd aliqua sunt quæ nunquam fuerunt in possessione alicuius, vt lapides pracioſi in littore maris & huiusmodi, & talia sunt ipsius inuenientis. Alia autem sunt quæ aliquando fuerunt in possessione alicuius, sed tātum tempus est elapsum quòd non est memoria, sicut thesauri antiquitus in terra occultati, & idem iudicium deberet esse sicut de præditis, sed propter pacem communem hominum, statutum fuit antiquitus, vt medietas inuentoris esset, & medietas illius cuius est ager in quo inuenitur, & ideo hic dicitur quòd ille qui inuenit thesaurum vendit omnia & emit agrum, vt habeat ius possidendi totum.*

Presbyterii & diaconatus officiū arduum e.. operib. comitantibus.

1 Iterum simile est regnum cœlorum homini. *Hîc ponitur sexta parabola, in qua declaratur status ecclesiæ immediatè sequens præcedentem, quia post statum prædictum inceperunt aliqui contemptis mundi delitiis, diuitijs & honoribus, intendere vitæ contemplatiuæ, sicut beatus Benedictus & alij sequentes ipsum in gradibus diuersis, & statibus religionum. Et iste status figuratur per margaritam quæ inuenitur in conchiliis maris: quia religio fundatur & nutritur in humore deuotionis. Ista autem margarita dicitur vna & preciosa.*

2 Vna. *Quia hominem vnit. Actiua autem vita magis diuidit: propter hoc dicitur quòd Martha erat circa multa occupata: Maria verò circa vnum. Dicitur etiam.* Diuisio F

3 Preciosa. *Quia vita contemplatiua simpliciter & absolutè melior est quàm actiua, licet in casu actiua sit magis fructifera: propter quod dicitur Lu. decimo. g.* Maria optimam partem elegit sibi, &c. *Ista autem margarita venditis omnibus est emenda, in quo designatur, ad quòd statum religionis requiritur relinquere terrena, saltem quantùm ad proprietatem, & in particulari. Et quia iste status duraturus est vsque ad finem mundi, ideò non ponitur alia parabola post istam, nisi illa quæ signat finem mundi: & hoc declaratur, cum subditur.*

4 Iterū simile est regnū cœlorum. *Id est, status ecclesiæ militantis. Sicut enim non distinguuntur boni pisces à malis quandiu sagena est intra aquam. sic in ecclesia admixti sunt mali cum bonis: sed in fine mūdi trahetur ad littus per apertum iudicium, quia tunc erunt manifestæ absconditæ cordium: & tunc iudicio diuino & ministerio angelorum separabuntur mali de medio iustorum, & mittentur in infernum, vt sic ecclesia purgata offeratur Deo patri sine macula & ruga.*

5 Intellexistis. *Hic ponitur principalis conclusio. Ad hoc enim in parabolis prædictis præscriptus est processus ecclesiæ militantis vt apostoli qui erant ipsius fundatores post Christum per sanguinem suum, vt suprà dictum est, intelligerent huiusmodi processum, & hoc est quod dicit.* Intellexistis. *quasi dicat ad vos pertinet intelligere.*

6 Dicunt ei. &c. scriba. *Id est, doctor.*

7 Doctus. *Id est, literatus & à Deo inspiratus.*

8 In reg. cœ. *Id est, in ecclesia militante.*

9 Similis est homini. *Quia sicut paterfamilias habet pascere filios pane corporali, sic iste paruulos fideles pane spirituali.*

✠ Qui

MORALITER.

✠ 1 *Iterum simile est regnum cœlorum homini, &c.* Iste margaritæ sunt virtutes, inter quas vna est preciosa scilicet charitas, sicut dicitur 1. Cor. 13. b. *Maior autem horum est charitas:* propter quod ad habendum ipsam omnia sunt exponenda, Can. octauo. c. Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.

4 *Iterum simile est regnum cœlorum.* Ista sagena regularis est disciplina: mittens eā, est inducens sæculares ad religionis ingressum. Trahens autē ad littus est recipiens ad professionis vōtum & illos qui probati sunt de bonitate debet recipere; alios autem reiicere.

† *Omnis scriba doctus in regno cœlorum.* Sequitur. *Profert de the-*

✠ *sauro*

a *Qui profert de thesau. suo.* Vetus erat pro culpa ad infernum descendere. Nouum est per aduentum Christi, vt conuersus in regno viuat, hoc ergo in conclusione ponit quod præmisit. Prius enim de regni similitudine thesaurum & bonam margaritam protulit, post de malorum combustione narrauit: tunc concludens subiungit. *Ideò om. scr.* Ac si apertè dicat. Ille in sancta ecclesia doctus est prædicator, qui noua scit proferre de suauitate regni & vetusta de terrore supplicij, vt pœnæ terreant quos præmia non inuitant.

Apostoli sunt scribæ & notarij Christi, verba eius signantes in tabulis cordis, & pollent opibus patrisfamilias, eiicientes de thesauro doctrinarum suarũ noua & vetera, quia quidquid in euangelio prædicatur legis & prophetarum vocibus comprobant.

¶ Nouum testamentum præponit dignitate.

a est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo nõua 1
& vetera. Et factum est, cum consummasset Iesus parabolas 2
¶ Vt ibi doceat apertius. b ¶ Galilæam vel specialiter Nazareth. ¶ Conuentibus. 3
istas, transiit inde. Et veniens in patriam suam docebat eos in 4
b synagogis eorum, ita vt mirarentur & dicerent: † Vnde huic 5 6
¶ Græci sapientiam, Iudæi signa petunt. ¶ Ad doctrinam. ¶ Tanta. ¶ Ad miracula. 7
c sapientia hæc, & virtutes? Nónne hic est fabri filius? Nónne 8
a, ¶ Cognati more scripturæ. ¶ Iustus. 9
mater eius dicitur Maria, & fratres eius Iacobus & Ioseph & 10
Simon & Iudas, & sorores eius nónne omnes apud nos sunt?
¶ a ¶ Quia huic magna, huic humilia. 11
Vnde ergo huic omnia ista? Et scãdalizabãtur in eo. Iesus autẽ 12
¶ Vel ego, vel quilibet alius. a ¶ Quia mos est ciuibus ciues inuidere, & recordari fragilitatem infantiæ. 13
d dixit eis. † Non est propheta sine honore, nisi in patria sua &
e in domo sua. Et non fecit ibi virtutes multas propter incre- 14 15
dulitatem illorum.

b *Vt mira.* Magna cæcitas quem verbis & factis Christum cognoscunt, ob generis noticiam contemnunt.

c *Fabri filius.* Non sine re voluit dici faber fabri filius, non illius quem putant, sed fabricatoris omnium. Sed huius sacramenti menti Iudæi ignari diuinæ virtutis opera carnalis prosapiæ contemplatione contemnunt. Non enim considerant præsentia eius opera sed fragilem recordantur infantiam.

✠ Chrysostomvs. Per omnia ergo insensati vilipendunt eum ab eo qui eius pater esse putabatur, quamuis multa exempla præ manibus haberent, qui ex humilibus parentibus magni euaserint. Hom. 49. in Matt.

✠ Hilarivs. Sic inhonoratur dominus à seruis. Et quanquam docendi prudentia & operandi virtus admirationem commoueret, non tamen credunt hæc illũ in nomine Domini agere, sed paternæ artis quodã opprobrio lacessunt. † Mar. 6. a.

d *Propheta.* Christus dicitur prophetа: vnde Moses dicit. *Prophetam suscitabit vobis dominus de semine vestro.* Deut. 18. c.

d *In patria.* Id est, in populo Iudæorum: maiora autem facit in gentibus.

e *Et non fecit.* Fecit virtutes aliquas, sed non multas, ne incredulos condemnaret. Vel despectus pauca facit, ne penitus excusabiles sint, maiora autem in gentibus facit.

☞ Cap

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Qui profert. *Id est, de scientiam in corde absconditam.*

2 Noua & vetera. *Id est, authoritates vel processus noui & veteris Testamenti. Ex quo patet, quod episcopi qui successores sunt apostolorum debent habere noticiam vtriusque Testamenti, in cuius signum portant mitram in capite cum duplici cornu.*

C 3 Et factum est. *Postquàm euangelista descripsit Christi multiplex documentum hic describit populi doctrinam eius recipere debentis impedimentum: quia illi de patria sua propter paupertatem generis, ei inuidebant & ipsum despiciebant & in hoc irrationabiliter mouebantur, quia Dauid qui fuit radix regum & eximius prophetarum fuit pastor ouium, & ideo isti ex malicia sua facti sunt inepti ad recipiendum doctrinam Christi & eius miracula, & hoc est quod dicit.*

4 Cum consummasset Iesus parabolas, &c. *Docens discipulos suos & turbas.*

5 Transiit inde & veniet in patriam suam. *Id est, in Galilæam vbi fuerat conceptus & nutritus: licet fuisset in Bethleem natus vt suprà dictum est.*

6 Docebat eos in synagogis eorum, ita vt mirarentur. *Quia non viderant eum literas discentem, nec in lege studentem: propter quod dicebant.*

7 Vnde huic sapientia hæc. *Id est noticia scripturarum.*

8 Et virtutes. *Quasi dicat non habet hæc à Deo, vel exercitij studio, sed magis à diabolo, quod arguunt ex ignobilitate seu infirmitate parentum.*

9 Nónne hic est fabri filius? *Id est, Ioseph, qui vt dicitur erat faber lignarius, & ipse putabatur eius filius, vt habetur Lucæ tertio.*

10 Et fratres eius Iacobus & Ioseph & Simon & Iudas, &c. *Dicuntur autem fratres Christi, quia erant eius cognati germani, non quia essent de Maria & Ioseph post natiuitatem Christi generati, vt dicit Eluidius hæreticus, qui dicit Mariam esse cognitam à Ioseph post natiuitatem Christi: sed hoc supra improbatum est 1. c. Sequitur.* Eluidii error

11 Vnde ergo. *Quasi dicat si non habet exercitio vel ex genere, habet ergo ex dæmone. Et ideo sequitur.*

12 Et scandalizabantur. *Attribuentes virtuti dæmonis quod debebat attribui virtuti diuinitatis.*

13 Iesus autem dixit eis. *Quia inuidia magis est ad patriotas & ad propinquos quam ad extraneos. Cuius ratio est, quia inuidia est tristitia de excellentia alterius inquantum apprehenditur, vt proprij boni diminutiua, excellentia autem alicuius distantis multum non apprehenditur, vt proprij boni diminutiua: propter quod inter artifices eiusdem artis est magis inuidia, & eadem ratione inter compatriotas. Sequitur.*

14 Et non fecit virtutes multas. *Quia erant indigni. Causa subditur.*

15 Propter incredulitatem illorum. *Non tamen nullas, quia ibi aliquas virtutes fecit, vt non haberent excusationem de peccato suo videntes opera diuinitatis in eo.*

✠ Cap.

MORALITER.

✠ *Thesauro suo noua.* Thesaurus iste est sacra scriptura continens nouum & vetus Testamentum, quorum differentia secundùm Augustinum est timor & amor: ergo prædicator doctus de thesauro suo profert vetera quando prædicat terrentia, ad incussionem diuini timoris, & noua quando prædicat demulcentia, inducens ad amplexum diuini amoris.

7 *Vnde huic sapientia hæc.* Hoc autem dicebant de Christo contemptibiliter propter paupertatem parentum, vnde subditur.

9 *Nónne hic est fabri filius?* Istis similes sunt illi qui doctrinam pauperum religiosorum contemnunt & diuitum venerantur, secundum illud Eccle. decimo tertio. d. *Diues locutus est & omnes tacuerunt: & verbum illius vsque ad nubes perducent: pauper locutus est, & dicunt, quis est hic.*

✠ MORA-

CAP. XIIII.

A *In illo tempore audiuit Herodes.* Lucas verò ita. Audiuit Herodes te: omnia quæ fiebant ab eo, & hæsitabat, eò quòd diceretur à quibusdam, quòd Ioannes resurrexit: à quibusdam verò quia Elias apparuit. Quod ergo ait. *Hic est Ioannes.* Vel confirmatus quorundam sententia post hæsitationem dixit, vel adhuc dubius: hæc enim verba ad vtrũque se habent.

Luc.9.a. Luc.4.i. Ioan.4 f. .1q.1.c.Paulianistæ de immortalitate animæ loquẽtium opinio

Hom.49.. ✠ CHRYSOSTOMVS. Vnde quàm magna sit virtus. Nã & defunctum Ioannem Herodes formidauit, & de resurrectione philosophatur.

† alligauerat

† 26.dist.c. vna.

b *Et ait.* Nota inuidiã Iudæorum. Hic

B alienigena dicit resurrexisse Ioannem, qui nullum signum fecit. Illi Iesum tot virtutibus approbatum non resurrexisse contendunt.

†Cum autẽ agerentur natalitia.

c *Et ideò.* Senserunt enim quòd maioris virtutis sunt futuri sancti à mortuis resurgentes, quam fragili carne grauati.

d *Herodes enim.* Quia dixit de opinione resurrectionis cum nihil de morte dixisset, reuertitur & narrat qualiter & cur obierit. Herodes iste & Philippus fratres fuerunt filij Herodis, sub quo dominus fugit in Aegyptum.

e *Herodiadem vxorem.* Herodias filia Arethæ regis quem ipse pater tulit Philippo, & in dolorem eius dedit Herodi inimico illius.

f *Non licet.* Herodes forsitan legem Iudæorũ tenebat, & ideo Ioannes eum ab adulterio prohibebat.

g *Timuit populum.* Populum timebat, sed amor superabat, pro quo & Deum postponebat. Timor Dei corrigit, timor hominum differt, sed voluntatem non aufert: vnde & auidiores reddit ad crimen quos aliquando suspendit à crimine.

D

h *Die autem.* ✠ HIERONYMVS. Nullum alium inuenimus obseruasse diem natalis sui, nisi Herodem & Pharaonem, vt quorum erat par impietas, esset vna natiuitas.

CAPVT XIIII.

In illo tempore, audiuit Herodes tetrarcha famam Iesu, & ait † pueris suis: † Hic est Ioannes Baptista, ipse surrexit à mortuis: & ideo virtutes operantur in eo. Herodes enim † tenuit Ioannem, & † alligauit eum, & † posuit in carcerem propter Herodiadem vxorem * fratris sui. Dicebat enim illi Ioannes. † Nõn licet tibi habere eam. Et volens eum occidere, timuit populum quia sicut prophetam eum hãbebant. † Die autem natalis Herodis, saltauit filia Herodiadis in medio, & placuit Herodi. † Vnde cum iuramento pollicitus est ei dare quodcumque postulasset

1 2 a b c d e f g h i 3 4 5 6 7

¶ Gentilibus populi. a ¶ Fratre adhuc viuente, mortuo enim non prohibebat lex. a ¶ Facile à iusticia deuiat qui non habet Deum in causis. a ¶ Non tantum populus sed & Herodes. ¶ Triclinio.

† famulis † Mar.6.a. Luc.9.a.

† tenuerat †' posuerat

* Philippi.

i *Cum iuramento.* Ad hoc forte iurauit vt occasionem pararet, qua videretur facere inuitus quod faciebat spontaneus. Nõ enim hoc implesset de aliquo amato, quod impleuit de propheta: quod & ante fecisset, si excusabiliter posset.

E

Beda. Si quid nos fortè incautè iurasse contigerit, quod obseruatum scilicet peiorem vertatur in exitum, liberè illud consilio salubriori mutandum nouerimus, ac magis instante necessitate periurandum nobis, quam pro vitando periurio in aliud crimen grauius esse diuertendum. *Denique iurauit per dominum Dauid occidere Nabal virum stultum & impium, atque omnia quæ ad illum pertinerent demoliri,* sed ad primam intercessionem Abigail fœminæ prudẽtis mox remisit minas, reuocauit ensem in vaginã, nec aliquid culpæ se tali periurio contraxisse doluit.

† 22.q.4.c. est etiam & c.vnusquisque & c. actione.

1.Reg.25.b

Iuramenti fractio tolerabilior stupro continuato

Isidorus. Non est conseruandum sacramentum quo malum incautè promittitur, velut si quispiam adulteræ perpetuam cum ea manendi fidem polliceatur, tolerabilius enim est non implere sacramentum, quam manere in stupro.

☞ *Contristatus.*

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XIIII.

C ✠ 1 IN illo tempore. *Posita promulgatione euangelij parabolica, hic ponitur huius promulgationis confirmatio. Et hoc ex duobus. Primò ex fama nominis. Secundò ex eius miraculis, ibi.* Quod cum audisset Iesus. *Prima in duas, quia primò ostendit famam ipsius Christi. Secundò: ex hoc incidentaliter narrat mortem Ioannis, ibi.* Herodes enim. *Circa primum aduertendum, quòd miracula Christi fuerunt intantum euidentia, quòd non solum fama eius fuit inter vulgares homines, sed inter magnas personas & principes. Et hoc est quod dicit.*

2 Audiuit Herodes. *Dicitur autem tetrarcha, quia habebat quartam partem regni Iudeæ. Mortuo enim Herode Ascalonita qui interfecit innocentes, diuisum est regnum eius in duas medietates, ita quòd Archelaus filius eius habuit medietatem, vt supra dictum est 2.ca. Alia autem medietas diuisa fuit in duas partes: & vna data est Herodi, & altera Philippo, qui erant iuniores. Et ideo dicitur Tetrarcha, à quarta parte regni, à tetras quod est quatuor, & archos quod est princeps, quia principabatur in quarta parte, non tamen dicebatur rex: quia Romani abstulerant à Iudæis nomen regium ad frangendum eorum superbiam. Vnde dixerunt coram Pilato Ioan.19.c.* Non habemus regem nisi Cæsarem. *Sequitur.*

3 Hic est Ioan. Baptista. *Opinio enim omnium loquentium de immortalitate animæ & resurrectione fuit, quòd post resurrectionem homo sit excellentioris virtutis, quàm ante, & ideo licet Ioannes Baptista in vita sua non fecisset miracula, iste tamen Herodes credens eum surrexisse à mortuis, asserebat eum facere miracula.*

F

Diuisio Ægesippus lib.2. excidii Ierosol.c. 4. ait Philipp. Herodia. virũ viuere dum Ioan. argu. Hero. vide locum

4 Herodes enim. *Quia fecerat mentionem de morte Ioãnis, ideo hic incidentaliter ostendit modum mortis. Et diuiditur in duas: quia primò ostendit interfectionis eius causam. Et secundò modum & ordinem, ibi.* Die autem natalis. *Causa autem fuit ista, quia Herodias quæ fuit filia Aristoboli & soror Herodis Agripæ & neptis huius Herodis & Philippi fratris sui, secundùm quod dicit Iosephus & magister in historiis, fuit coniuncta matrimonialiter Philippo fratri Herodis: quia hoc erat licitum secundùm legem. Ipsam autem adamauit Herodes amore illicito, & ideo eam abstulit fraudulenter fratri suo, de voluntate tamen ipsius Herodiadis, & hoc erat ei illicitum, vt viuente eius fratre haberet eius vxorem. Ioannes autem vir sanctus & iustus de hoc arguebat Herodem, propter quod ab eodem captus est, & incarceratus: quia non audebat eum interficere, ne seditionem populi excitaret contra se: quia omnes reputabant Ioannem sanctum prophetam.*

5 Die autem nat. *Hic ponitur modus mortis ipsius. Herodias enim timens ne ad prædicationem Ioannis Herodes pœniteret, & ipsam fratri redderet: & per consequens cum priori marito à quo recesserat cum periculo remaneret: ideo excogitauit modum quomodo interficeretur Ioannes absque seditione populi, & eiusdem doli Herodes conscius fuit, vt videbitur. Et hoc est quod dicitur.* Die autem natalis. *Ista erat consuetudo apud antiquos, quòd principes solemnizabant diem suæ natiuitatis, & diem etiam natalis imperij sui, in quo scilicet coronabantur. In illo ergo festo.*

6 Saltauit filia Herodiadis. *Id est, tripudiauit, & hoc fuit ex dispositione matris & ipsius Herodis.*

7 Vnde cum iuramento pollicitus est ei, &c.

✠ At illa

MORALITER.

✠ 1 *In illo tempore audiuit Herodes tetrarcha famam, &c.* Sequitur.

3 *Hic est Ioannes.* Omnes credentes resurrectionem mortuorum, dixerunt eos fore maioris virtutis post resurrectionem quàm ante. Per quod moraliter significatur, quòd resurgentes de morte culpæ maiora virtutum opera debent facere, quàm ante, vt sic ostendant se Deo gratos de sua resurrectione.

† *Dicebat enim.* Non omittens dicere veritatem propter potestatem Herodis, nec propter insidiationem Herodiadis. Et in hoc dedit exemplum prædicatoribus euangelij, vt propter talia non omittant constantiam veritatem prædicandi.

5 *Die autem natalis.* Per hoc quòd in conuiuio Ioannes præcipitur decollari ad saltatricis petitionem & suæ matris adulteræ monitionem, ostenditur quòd multa mala fiunt propter crapulam & mulierum maliciam. Eccl.19.a. Vinum & mulieres apostatare faciunt etiam sapientes.

✠ *Quod cum*

a *Contriſtatus.* Vt diſcumbentibus videbatur. Talis quippe erat triſtitia Herodis qualis pœnitentia videlicet Pharaonis.

b *Et decolla.* Minutus eſt Iohannes capite, exaltatus eſt in cruce Chriſtus: quia illius fama decreuit, iſtius creuit. vnde: *Illum oportet creſcere, me autem minui.* In truncato capite Ioannis, oſtenduntur Iudæi Chriſtum (qui eſt caput omnium prophetarum) perdidiſſe.

Ioan. 3. d.

MORALITER

Mors Ioannis finem ſignificat legis, qua finita meritò migratur ad Chriſtum, qui eſt finis legis ad iuſtitiam omni credenti.

Rom. 1. b.

✠ AMBROSIVS

Turpe quod regnum pro ſaltatione promittitur, crudele quod mors prophetæ pro iuſiurandi religione donatur. Quantò tolerabilius tali ſacramento periurium fuiſſet: ſi tamē periurium dici poſſit, quod ebrius inter vina iurauerat, quod deieratur inter ſaltantium choros promiſerat.

lib. 3. offi. cap. 12.

B

✠ HIERONYMVS. Legimus in Romana, hiſtoria Flaminium ducem Romanorum, quòd accubanti iuxtà ſe meretriculæ quæ nunquam vidiſſe ſe diceret hominem decollatum, accenſus ſit, vt reus quidam capitalis criminis in conuiuio truncaretur, à Cenſoribus pulſum curia, quod epulas ſanguini commiſcuerit.

Lib. 3. moral. cap. 5.

✠ GREGORIVS. Deus ſuos ſic premit in infimis, quia videt quomodo muneret in ſummis. Hinc ergò vnuſquiſque colligat, quid illi ſint paſſuri quos reprobat, ſi ſic cruciat quos amat.

Ioſephus

C

c *Et ſepelierunt.* Ioannes apud Sebaſtem occiſus, apud Macheronta ſepultus eſt. Narrat Ioſephus vinctum Ioannem, in caſtellum Macherontam adductum, ibíque truncatum. Et eccleſiaſtica hiſtoria ſepultum eum in Sebaſte vrbe Paleſtinæ, quæ quondam Samaria dicta fuerat: & à tempore Iuliani principis Paganos inuidentes Chriſtianis, qui ſepulchrum eius pia ſollicitudine frequentabant, inuaſiſſe monumentum, oſſa diſperſiſſe

De obitu & ſepultura Ioannis Baptiſtæ

a ¶ Timente, ne Herodes, aliquando cum fratre ſuo conuenire[t].

ab eo. At illa præmonita à mātre ſua, da mihi inquit hic in di- 1

a ¶ Vt ſimulator oſtendit, in quo ſe reum innuit. ¶ Triſtitiam præferebat in facie, cum lætarerur in mente.

a ſco caput Ioannis Baptiſtæ. Et contriſtātus eſt rex: propter 2

a ¶ Sub occaſione pietatis ipſius fuit dum iuramento ſcelus excuſat. ¶ Alias iuramentum. b ¶ Vt omnes fierent conſortes ſceleris.

iuſiurāndum autem, & eos qui pāriter recumbebant, iuſſit

¶ In Paſchalibus diebus.

b dari. Miſítque & decollauit Ioannem in carcere. Et allatum 3

eſt caput eius in diſco, & datum eſt puellę: & illa attulit matri

a ¶ Vt habeat in poteſtate linguam, quæ illicitas nuptias arguit.

c ſuæ. Et accedentes diſcipuli eius tulerunt corpus eius: & ſepe 4

a ¶ Quod Ioannes paſſus eſt, 5

d lierūt illud, & veniētes nunciāuerunt Ieſu. Quod cū audiſſet 6

e Ieſus receſſit inde in nauicula in locū deſertū ſeorſum. Et cū 7

a ¶ Cum prædicatio Chriſti fieret in Gentibus, multitudo credidit in eum. 8

¶ Vt mentis ardorem oſtenderet.

f aūdiſsēt turbæ, ſecutæ ſunt eū pedeſtres de ciuitatib. Et exiēs 9

¶ Amauit. a ¶ Magna retributio laboris eorum.

vidit turbā multā, & miſertus eſt eis, & cūrauit lāguidos eorū 10

d *Quod cum audiſſet Ieſus.* Poſtquàm apud Iudæos lex & propheta caput perdit & vocem. Ieſus tranſit ad deſertum eccleſiæ locum, quæ ante non habebat virum.

e *Receſſit.* Non fugit timore, ſed receſſit parcens inimicis ne homicidium homicidio iungerent, dans exemplum vitandæ temeritatis. *Vel receſſit.* vt probaret fidem credentium, vnde: *Et cum audiſſent turbæ, &c.*

F

f *Pedeſtres, &c.* Proprio labore, vt ardorem mentis oſtenderent. Relinquunt ciuitates, id eſt, priſtinas conuerſationes. Habent voluntatem, ſed non vires perueniendi. Ideò Ieſus obuiā exit, & miſertus curat, vt plena fides ſtatim premium habeat. Ecce quantum delectatur deuotione credentium.

☞ *Veſpere*

NICOLAVS DE LYRA

✠ 1 At illa præmonita à matre ſua. *Petiuit caput Ioannis.*

2 Et contriſtatus eſt rex. *Hoc tantum fuit ſecundum apparētiam ad reprimendum populi ſeditionem. Quod patet primò, quia voluit eum primò occidere, ſed retardatus fuit tantùm ex populi timore. Secundò, quia ſi vellet eum viuere, non interfeciſſet eum propter iuramentum: quia in promiſsione facta in generali etiam cum iuramento non intelligitur aliquid illicitum ſub obligatione cadere, cuiuſmodi erat interfectio Ioannis. Tertiò, quia non eſt veriſimile, quod propter ſaltationem vnius puellæ promiſiſſet ſub iuramento etiam medietatem regni ſui dare, vt habetur Marc. 6. Et ideò credendum eſt, quod totum fuit fictitium, vt haberet occaſionem apparentem interficiendi Ioannem. Ita enim ardebat libidine in Herodiadem, quod voluit fingere tantam maliciam. Et ideò quod ſequitur,* Et contriſtatus eſt rex propter iuſiu. *Totum eſt intelligendum ſecundùm apparentiam, ad reprimendum populi ſeditionem. Et eodem modo exponendum eſt de iſta materia, quod dicitur Mar. 6. Sequitur.*

Caput Ioannis Baptiſtæ vbi eſt.

3 Et allatum eſt caput eius. *Primò enim allatum eſt in præſentia Herodis. Poſtea in Ieruſalem, Et poſt in Aquitaniam apud Eugoliſtium: nunc autem dicitur eſſe Ambianis.*

4 Et accedentes diſcipuli eius tulerunt corpus eius. *Scilicet, de carcere.*

5 Et ſepelierunt illud. *Scilicet, in Sebaſte ciuitate quæ antiquitus Samaria dicebatur.*

6 Quod cum audiſſet Ieſus. *Hic ponitur confirmatio prædictæ doctrinæ ex Chriſti miraculis. Et hoc quadrupliciter. Primò, ex ſanatione languoris multiplicis. Secundò, in multiplicatione panis, ibi: Veſpere autem facto. Tertiò, in calcatione maris, ibi: Et ſtatim impulit. Quartò in ſanatione infirmorum ad tactum ſuæ veſtis, ibi: & cum transfretaſſet. In prima parte dicitur ſic:* Quod cum audiſſet Ieſus, *ſcilicet, mortem Ioannis propter doctrinam veritatis.*

7 Receſſit inde. *Non timens mortem, ſed vt oſtēderet, quod aliquando eſt cedendum malitiæ humanæ.*

8 In locum deſertum. *Vt daret prædicatoribus verbi diuini exemplum aliquando recedendi à turbis, & redire ad locum ſolitarium, ad corrigendum proprios defectus, qui contrahuntur ex conuerſatione cum hominibus: & ad vacandum orationi, vt ibi prædicator hauriat quod poſtea populis effundat.*

9 Et cum audiſſent turbæ, ſecutæ ſunt eum pedeſtres. *Ex quo patet quòd pauperes ſequebantur Chriſtum equos non habentes: Sequitur.*

10 Et curauit languidos eorum. *In quo verbo miracula multa includit, quia nomine languoris intelligitur omnis infirmitas.*

✠ *Veſpere.*

MORALITER.

✝ 6 *Quod cum audiuiſſet Ieſus, receſſit inde in nauicula.* Non propter timorem Herodis, ſed vt oſtenderet, quòd aliquando dandus eſt iræ locus, & condeſcendens fidelibus infirmis qui fugituri erant tempore perſecutionis.

9 *Et cum audiſſent turbæ, ſecutæ ſunt eum pedeſtres de ciuitatibus.* Adhuc populares & pedeſtres magis vadunt ad ſermones quam diuites & eqeſtres.

✝ *Veſpere*

a *Vespere autem facto accesserunt ad eum.* Recedit Iesus de Iudæa,vadit in desertum,turbæ sequuntur,quibus obuiat & curat Hoc non mane vel meridie,sed vespere quando sol iustitiæ occubuit & finis mundi appropinquauit.

Homil. 50. in Matth. ✠ CHRYSOSTOMVS. Cibaturus eos dominus expectat rogari, quasi vbique prior non insiliens ad miracula,sed vocatus. Ideo autem nullus de turba accedit, venerabantur enim eum & neque famis sensum accipiebāt amore instantiæ.Sednec discipuli dicunt,ciba eos, sed dicunt, *Desertus est locus.*Quod enim videbatur Iudæis in B eremo esse miraculum , cum dicerent, *Nunquid potest parare mensam in deserto?* hoc & per opera ostendit,

supra.10.a. Mysticè Isa. 40. d. b *Discipuli eius.*Carnales, & de futuro miraculo refectionis ignari quibus dictū erat in viam gentium ne abieritis.

a Vespere autem facto accesserunt ad eum discipuli eius, di- 1
b centes:Desertus est locus & hora iam præteriit.Dimittē tur- 2
c bas,vt euntes in castella emant sibi escas. Iesus autem dixit
d eis:Non habent necesse ire,date illis vos manducare,Respō- 3
e derunt ei:Non habemus hic,nisi quinque panes,& duos pi-
sces.Qui ait eis:Afferte mihi illos huc. Et cum iussisset tur- 4
f bam discumbere super fœnum, acceptisquinque panibus &
g duobus,piscibus,aspiciens in cœlum benedixit, & fregit, & 5
h dedit discipulis suis panes:discipuli autem dederunt turbi. 6
Et manducauerunt omnes , & saturati sunt. Et tulerunt
reliquias duodecim cophinos fragmentorum plenos.
i k Manducantium autem fuit numerus quinque milia vi-

a ¶ Tanto tempore idololatræ fuerunt

a ¶ Id est à suis phariſæis mittant sibi escam.

a ¶ Vt aliunde quærant cum ego sum panes.

a ¶ Legis intellectum ad me referte.

a ¶ Studio continentiæ calcata carne.

a ¶ Vt nos sursum habere corda doceret. b ¶ Integri non in tot diuiderentur.

a ¶ Qui prius apostolis dederat sensum,vt intelligerent scripturas, quæ per ministerium apostolorum aliis exponuntur.

a ¶ Intellexerunt. ¶ Edent pauperes & saturabuntur.

MYSTICE Fastidiunt Iudæi gentes recipi & murmurant: quorum voce vtitur Isaias:*Ecce gentes quasi stilla situlæ.* Iterum *Omnes gentes quasi non sint,sed sunt coram eo.*Sed dominus per apostolos reficere decreuit vnde subdit:Iesus autem,&c.

c *Dimitte turbas.*Diu est quod idola sequitur,ideóque non est à nobis pascenda pane verbi Dei.*Dimittetur turbas.*His Marcus & Lucas consentiunt,hoc prætermisso,non habent necesse ire. Ioan.6.a. Ioannes ait: prospectis turbis dominum quæsiuisse à Philippo tentando:*Vnde ememus panes vt man.hi.*Intelligitur ergo discipulos prius rogasse,vt dimitteret turbas. Post hæc vero verba dominum inspexisse multitudinem,& dixisse Philippo quod Ioannes memorat , & isti prætermittunt. Deinde quod Philippus apud Ioannem respondet,hoc Marcus à discipulis esse responsum commemorat,volens hoc intelligi ex ore cæterorum Phi Ioan.6.a. Mar.6.c. lippum respondisse.

d *Date illis.*Prouocat ad dandum,vt illis se non habere testantibus notior sit magnitudo signi, vbi etiam innuit, quòd per eos sunt pascenda ieiuna corda.

e *Quinque panes & duos pisces.*Per quinq;panes & duos pisces, totum vetus testamentum significatur.Per quinq; panes,quinque libri Mosi, qui bene hordeacei,qui cibus est iumentorum. 1.Cor.1.d. rudibus enim aspera & grossa danda.Animalis enim homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei: intus tamen latet medulla suauissimi sensus. Per duos pisces , prophetæ & psalmi:vnde & post resurrectionem ait : Quæ scripta sunt in lege & prophetis plurimis de me.

Luc.24.f. Discubuere autem alij quinquageni,alij centeni.Diuersi discubitus,diuersi sunt ecclesiarum conuentus,qui vnam faciunt catholicam. catholicam.Iubilei requies, quinquagenarij mysterio continētur.Quinquagenarius enim bis ductus centum facit,quia prius à malis actibus quiescitur,vt post anima pleniùs quiescat in cogitatione.Quidam igitur quinquageni,quia quidam sunt qui à malis actibus habent requiem. Quidam centeni, quia sunt qui à malis actibus & prauis cogitationibus habent requiem mentis.

✠ CLEMENS ALEX. lib.de pæda gog.c.7. frugalitatē ac tenuitatem mihi quoque videtur dominus significare,cū panes benedixit & assos pisces:cibi non minus exquisiti pulchrum exemplar adducens.

f *Acceptis quinq;,&c.* Accepit quinque panes,non nouos creauit , quia veniens in carne non alia quàm E prædicta erant prædicauit, & opere impleuit.

g *Benedixit.* Cum aperiens sensum , vt intelligerent scripturas , dono internæ suauitatis multiplicauit. Fregit cum mysteria legis in medium protulit

✠ LACTANTIVS. Frangebat igitur ipse panem minutatim,carnémque piscium comminuebat,& vtraque in manibus eius augebantur.

✠ HILARIVS. Non autem quinque panes multiplicantur in plures, sed fragmentis fragmenta succedunt. Crescit deinde materies, nescio vtrum in mensarum loco, aut in sumentium manibus.

h *Dedit discipulis.* ✠ HILARIVS. Dantur Apostolis panes, lib.4.cap.5. quia per eos erant diuinæ gratiæ dona reddenda. Idem autem edentium numerus inuenitur,qui futurus fuerat crediturorum. Nam sicut in libro Actuum continetur ex Israel populi infinitate virorum quinque millia crediderunt. d & 6. q. f.Ioan .6b

i *Reliquias.*Secretiora quæ à rudibus capi nequeunt, non sunt negligenter habenda,sed à duodecim apostolis qui per cophinos duodecim significantur, & ab eorum successoribus diligenter inquirenda. Cophinis seruilia opera geruntur,& deus in firma mundi elegit , vt confundat fortia.

✠ TERTVL. Panis nostri aliquid decuti in terrā auxiè patimur. lib. de coro k *Quinque mi.*Pro quinq; sensibus corporis.hi sunt qui in secu na milius lari habitu exterioribus rectè vti nouerūt. Hi quinque panibus i. legalibus præceptis ad huc necesse est vtin stituantur.Nā qui mundo integrè renunciant : quatuor milia sunt, & septem panibus id est euangelica perfectione sublimes & spirituali gra- soCor .1.d. tia reficiuntur. Quod alibi narratur: Hoc miraculum panum .Ian.6 a. scripturus Ioannes prætermisit,quia proximū erat Pascha dies festus Iudæorum , Matthæus verò & Marcus hoc mox occiso Mar.6.d.

☞ Ioanne

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Vespere autem facto. *Hîc consequenter ponitur secundum miraculum de multiplicatione panis.* Dicit ergo. Vespere autem facto.*Ex quo patet deuotio populi ad Christum ,quia nec propter noctem imminentem recedebant ab eo.Sequitur:*

2 Et hora iam præteriit , dimitte turbas vt eun. *Redeundi scilicet ad propria , & quiescendi. Sequitur:*

3 Date illis vos man.*Ioannis.6. a.dicitur quod petiuit à Philippo: vnde ememus panes?Et hoc est verum,quia primo interrogauit eum tentans eum, quia sciebat quid esset facturus, vt ibidem dicitur. Et postea dixit illis quod hic ponitur.* 4 Et cum iussisset turbam discūbere super fœnum.*Id est super herbam agri*

5 Aspiciens in cœlum benedixit.*in quo dedit exemplum ante comestionem ad laudem dei benedicere cibum.*

6 Et manducauerunt.*Ex quo patet, quod panes fuerunt multiplicati inter manus ipsius: quia ex tam modico cibo non potuissent tam magna multitudo saturari, nec tantæ reliquiæ remanere: quia plus remanſit quam à principio fuerit. De modo autem multiplicationis est dubitatio inter doctores, quia non determinatur in litera.Dicunt enim alii quod hoc fuit sine additione alicuius materiæ sicut de costa Adæ formatum est corpus mulieris.Sicut enim deus potest de nihilo aliquid facere,ita modicum corpus in magnum conuertere sine additione materiæ Alij autem dicunt, quod hoc fuit conuersionem alicuius materiæ præexistentis,vt aëris vel huiusmodi in substātiam panis & piscis,& hoc videtur Aug. sentire super Ioan.6.ca.dicens:inde multiplicauit quinque panes, vnde ex paucis granis creat segetes. Certum est autem ,quod segetes creantur ex conuersione materiæ præexistentis in segetem.*

MORALITER.

✠ 9 *Vespere autem facto accesserunt discipuli eius dicentes:Desertus est locus & hora iam.*Per hoc autem quod pauit eos corporaliter,significatur gnificatur quod prælati & curati debent subditos pascere verbo doctrinæ & sacramento eucharistiæ.vnde & Ioannes euangelista describens hoc miraculum præmittit , quòd prope erat pascha Iudæorum, in quo fideles pascuntur eucharistia.

✠ Et statim

a virorum, exceptis mulieribus & paruulis.† Et ſtatim † com- 1
b pulit Ieſus diſcipulos aſcendere in nauiculam: & præcedere
c eum trans fretum, donec dimitteret turbas.† Et dimiſſa tur-
a ¶ Sic qui bene orat mentem ſurſum à terrenis eleuat. ¶ Non pro ſe ſed pro nobis. b ¶ Nocte tribulationis appropinquante diſſimulat opem ferre.
d ba aſcendit in montem ſolus orare. Veſperè autem facto ſo-
a ¶ Dum Ieſus abierat. b ¶ Significat labores eccleſiæ in hoc ſeculo dum tendit ad patriam.
e lus erat ibi.† Nauicula autem in medio mari iactabatur flu- 2
a ¶ Malorum ſpiritum flatus.
g ctibus. Erat enim cõtrarius ventus. Quarta autem vigilia no- 3
¶ Etſi pondus carnis habens. ¶ Comprimens preſſuras ſeculi.
h ctis, venit ad eos ambulans ſupra mare † Et videntes eum* 4
i ſupra mare ambulantem turbati ſunt dicentes: quia phan- 5 6
a ¶ Magni timoris indicium eſt confuſus clamor & incerta vox. ¶ Quia prope eſt omnibus timentibus eum.
taſma eſt. Et præ timõre clamauerunt. Statímque Ieſus lo- 7
a ¶ Contra deſperationem ¶ Non phantaſma.
k quutus eſt eis, dicens: Hãbete fiduciam, ego ſum no-
a ¶ Quia vbique ardentiſſimæ fidei eſt. ¶ In perſona præſentis eccleſiæ & laborantis.
l lite timere. Reſpondens autem Pẽtrus dixit domine ſi tu 8
a ¶ In tua iuſſione fiunt aquæ ſolidæ & corpus leue contra naturam.
es, iũbe me venire ad te ſuper aquas. At ipſe ait: Veni.

A Ioanne commemorant factum. Vnde colligitur Ioannem imminente eadem feſtiuitate fuiſſe decollatum,& anno ſequente cum denuo Paſcha rediret, myſterium dominicæ paſſionis eſſe completum.

a *Exceptis mulieribus & paruu.* Sexus fragilis & minor ętas ſunt numero indigni. Significat infirmos in fide nondum idoneos pugnæ.

b *Et ſtatim compulit Ieſus diſcipulos.* Quia vt ait Ioannes venturi erant vt facerent eum regem, qui miraculum panum viderant, quos fugit, docens nos fugere de bonis noſtris fauorem. Crucifixoribus verò promptus occurrit, vt parati ſimus ad aduerſa, cauti ad blanda, pro quibus ne nos emolliant oremus.

Ioan.6.b.

† 1.q.4 c. eccleſia. ver turbatur & 24.q.1.non turbatur.

B

c *Præcedere eum transfretum, donec dimitteretur.* Quo prę cederent Marcus oſtendit ad Bethſaidã. quæ eſt in Galilæa ciuitas Andreæ & Petri & Philippi, prope ſtagnum Genezareth, quod dicitur & Mare Galileæ Dicitur vt Tyberiadis, à ciuitate Tyberiade. Sed quomodo dicit Marcus peracto miraculo panum iſſe ad Bethſaidam cum Lucas dicat hoc ipſum factum eſſe in locis Bethſaidæ? Sed Lucas ait in deſertis locis non vicinis ciuitati, tamen pertinentibus ad eam. Marcus de ipſis confinibus ciuitatis. Vnde Lucas non dicit in deſertum locum qui eſt Bethſaida, ſed qui eſt Bethſaidæ. Ioannes autem dicit manducaſſe panem iuxtà Tyberiadem, & inde diſcipulos veniſſe trans mare in Capharnaum, quæ ambæ ſunt ciuitates in Galilæa.

Mar.6.f.

C

d *Aſcendeit.* Pauli turbam vt Deus, aſcendit orare, vt homo Non quod omnia non habens in poteſtate, ſed vt formam hominis impleret. In hoc officium pietatis eſt, ſequitur inſigne poteſtatis miraculum.

e *Veſpere autem.* Meritò dicitur hæc tempeſtas eſſe in veſpere quia dum eccleſia in tribulatione eſt dicitur eſſe quaſi in nocte

ctè & Sol iuſtitiæ ſe abſcondiſſe videtur.

D

f *Nauicula autem.* Nauis in medio Mari, ſolus Ieſus in terra: quia aliquando ita eſt eccleſia non modo afflicta, ſed & fœdata vt prorſus videatur derelicta à Deo: ſed Deus eam non relinquit. Vnde Marcus ait: *Vidit eos laborantes remigando.* Etſi non præſens, & ſi differt tamen videt & corroborat.

Mar.6.f.

† Mar.6.f. † iuſſit.

g *Quarta autem.* Tota noctè periclitantur, quia cum ſe homo conſiderat, nihil inuenit niſi tenebras anguſtiarum & ęſtus hoſtium. Sed quarta vigilia dominus venit Id eſt, iam diluculo, cum mentem ad præſidium Dei erigit, quaſi inter tenebras ortum lucifer videt, qui diẽ nunciat. Lucifer ad plus tres horas noctis, id eſt, totam vigiliam matutinã illuminat adeſt dominus qui ſopitis periculis protegit.

† Luc.5.c. & 6.b.

† Mar.6.g. * diſcipuli

E

h *Venit ad eos.* Marcus ait: volens præterire eos, pro quibus tamen liberandis venit. Quod fit vt ad horam turbati, ſed mox liberati amplius ſtupeant, & gratias agant, quod idem ſæpe fit in paſſionibus ſanctorum.

i *Et videntes, &c.* Quia ſæpe fit, vt cum aliqua ſubito diutinæ tribulationis oritur ſedatio, non ſtatim credatur vera liberatio. Ideóque permanente priori formidine intenſa, ad liberationem dirigitur oratio.

✲ Dyonysivs Areopag. Vt ignoramus quomodo de virgine natus ſit, ita quomodo ſuper mare ambulauerit.

Lib. de diuinis nominibus cap. 2.

✲ Ivstinvs Martir. Non mutatione corporis in ſpiritum ambulauit dominus ſuprà mare, ſed diuina ſua poteſtate fecit, vt ambulare poſſet mare, quod ambulare alioq nõ poteſt.

quæſt. 117. ad orthodoxos.

F

k *Ego ſum nolite timere.* Non ſupponit quis, quia ex voce ſibi nota poterant eum cognoſcere. Vel quia ipſe eſt qui dixit: Qui eſt miſit me ad vos.

Exo.3.d.

l *Domine ſi tu es.* Si tu es ille liberator, iube me venire ad tuam imitationem ſuperando preſſuras.

☞ *Et deſcendens*

NICOLAVS DE LYRA.

✲

1 Et ſtatim, &c. *Hic ponitur tertium miraculum de calcatione maris: vt ſicut oſtenderat ſe dominum terræ in multiplicatione panis, ita oſtenderet ſe dominum maris. Dicit ergo:* Et ſtatuit, &c. *Cauſa hic tacetur, ſed Io.6. habetur quia turbæ quæ viderant miraculum de multiplicatione panis, voluerunt venire, & facere eum regem, ipſe autem præſciens præcepit diſcipulos ſuos vltra mare Galileæ transfretare, & ipſe ſolus fugit in montem, vt poſſet ibi patrem orare. Et in hoc dedit nobis exemplum humilitatis, quia quæſitus ad honorem fugit, vt hic habetur, quæſitus autem ad mortem vltrò ſe obtulit, vt habetur Ioan.18.*

2 Nauicula autem in medio mari. *Ex quo inſinuatur, quod illi qui carent Chriſti ſocietate, exponuntur tentationibus. Sequitur.*

3 Quarta autem vigilia noctis venit, &c. *Iſta erat conſuetudo antiquitus in exercitibus, quod nox in quatuor partes diuidebatur, & in qualibet parte diuerſi milites ſibi ſuccedentes vigilabant ad cuſtodiam exercitus, quarta ergo vigilia eſt vltima pars noctis. Ex quo patet quod in tribus partibus præcedentibus in periculo fuerant.*

4 Venit ad eos am. ſupra ma. *Ex periculo enim præcedenti longo magis deſiderabant aduentum Chriſti.*

5 Et vi. eum, &c. tur. *Propter viſionem inſolitam.*

6 Dicentes: quia phantaſma eſt. *Id eſt, apparitio rei non exiſtentis.*

7 Et prę timore. *Timentes, ne eſſet apparitio alicuius ſpiritus maligni nocere volentis, & ideo Ieſus aſſecurauit eos dicens.* Ego ſum. *Sequitur.*

8 Reſpondens autem. Pe. *In tãtum deſiderabat ſocietatem Chriſti, quod nolebat expectare aduentum eius vſque ad nauem, ſed volebat occurrere ſupra aquam: oblitus præ amore Chriſti aquæ periculum. Et in hoc apparuit maius miraculum, quia non ſolus Chriſtus virtute diuinitatis ſupra aquas ambulauit, ſed etiam Petrus eadem virtute ad ipſum venit.*

✲ Videns

MORALITER.

✝

1 *Et ſtatim compulit Ieſus diſcipulos, &c.* Per aſcenſionem in nauiculam, ſignificatur promotio ad animarum curam quam nullus debet aſſumere niſi compulſus ſuperioris autoritate. Hebræo.5.a. Nec quiſquam aſſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo tanquam Aaron.

† *Et dimiſſa turba aſcendit, &c.* Sicut dixerat ſupr.6.a. Tu autem cũ oraueris intra in cubiculũ tuum & clauſo oſtio ora patrem tuum

tuum in abſcondito.

2 *Nauicula autem in medio ma.* Id eſt, eccleſia turbabatur perſequutionibus.

3 *Quarta autem vigilia noctis.* Permittit enim ſuos aliquando perturbari, ſed non debellari, faciens cum tentatione prouentum, vt poſſint ſuſtinere, vt dicitur. 1.Cor.10.c.

8 *Reſpondẽs autem Pe.* Per hoc autem quod timens cœpit ſubmergi, reprimitur aliquorum præſumptio, qui ardua petunt, in quibus deficiunt.

a *Et descendens.* De humano desperans adiutorio, mente calcat præssuras, vt Ieſu ſit conformis.

b *Ambulabat super.* Ecce homo ſuperaquas ambulat. Ne ergo dubites Chriſtum verum corpus eſſe, quia ſuper aquas ambulauit.

Super mare ambulare fecit, vt oſtendat diuinam poteſtatem. Mergi facit, ne infirmitatem obliuiſcatur, ne putet ſe æqualem Deo, & ne ſuperbiat.

c *Et cum cœpiſſet &c.* Paululum relinquitur tentationi, vt augeatur fides, vt enim credidit ſe eius imperio poſſe fluctibus ſuſtentari, ſic dum mergitur, poſſe eius virtute ſaluari.

d *Ceſſauit ventus.* In quocumque Deus per gratiam adeſt, mox vniuerſa bella quieſcunt.

e *Et adorauerunt, &c.* Viſo ſigno filiũ Dei confitentur: cur ergo Arrius creaturam eſſe prædicat.

f *In terram Geneſar.* ALLEGO. Geneſar interpretatur, ortus principum. Per Typum ergo apoſtolorum & nauis, intelligendum eſt eccleſiam de perſequutionibus liberatam à Domino duci ad littus, id eſt, quietem, vbi paradiſi reſtituetur hereditas & primæ ſtolæ iocunditas.

a b Et deſcendens Petrus de nauicula ambulabat ſuper † aquam
¶ Perſequutionem vehementem.
vt veniret ad Ieſum. Videns verò ventum validum timuit. 1
c Et cùm cœpiſſet mergi, clamauit dicens, Domine ſaluum
a Impendens auxilium, quia non eſt volentis neque currentis, ſed Dei miſerentis. ¶ Sic nullus prædeſtinatus perit.
me fac. Et continuò Ieſus extẽdens manum apprehendit
¶ Quia vel parum timuit. a ¶ Ardebat fides ſed humana infirmitas in profundum trahit, & in hoc ei oſtenditur, quod non domino æqualis ſit. 2
eum, & ait illi: Modicæ fidei, quare dũbitaſti? Et cùm aſcen- 3
¶ Nautæ & vectores.
d diſſet in nauiculam, ceſſauit ventus. Qui autem in nauicula 4
e erant, venerunt, & adorauerunt eum dicentes: Verè filius 5
a ¶ Ita nominatam à vicinia loci. ¶ Geneſar generans auram ex criſpantibus vndis
B f Dei es. Et cùm transfretaſſent venerunt in terram Geneſar. 6
a ¶ Alij rumore alij quoque facie.
† Et cùm cognouiſſent eum viri loci illius, miſerunt in vni-
a ¶ Magna fides, quod non contenti ſalute ſuorum, ſed aliorum quærebant ſalutem.
uerſam regionem illam, & obtũlerunt ei omnes malè haben-
g tes, & rogabant eum vt vel fimbriam veſtimenti eius tange- 7
rent. Et †quicumque tetigerunt, ſalui facti ſunt. 8

† aquas

g *Fimbriam ve. &c.* Id eſt, minimum mãdatum, vel caro quam ad verbum Dei venimus, quem qui credendo tangit, ab omni morbo impietatis ſanatur.

✠ CHRYSOSTOMVS. Nos autem non ſolùm fimbriam aut veſtimentum Chriſti habemus, ſed etiam corpus eius vt comedamus. Si ergo qui fimbriam veſtimenti eius tetigerunt, tantam acceperunt virtutem, multo magis quæ totum ipſum ument.

Hom. 51. in Matth.

E

Vt ex veſte fimbria, ita ex ipſo virtus ſpiritus ſancti quæ apoſtolis data, ſalutem his qui tangunt miniſtrat.

f *In*

† Mar. 6. g.

† quotquot

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Videns verò ventum validum timuit. *Permiſſus eſt autem Petrus ex timore ſubmergi, vt cognoſceret propriam fragilitatem, ſicut ex ſua ſaluatione cognouit Chriſti diuinitatem. Sequitur.*

2 Modicæ fi. *In hoc enim apparuit paruitas: fidei in Petro, quia ex quo ad præceptum Dei ſuper aquas liquidas ambulauerat, de vento contrario timere non debebat.*

3 Et cum aſcen. *In hoc oſtendit ſe Chriſtus dominum aeris, ſicut in deambulatione ſuper aquas oſtenderat ſe dominum maris.*

C 4 Qui autem, &c. ado. *Adoratione, ſcilicet, latriæ quæ ſoli Deo debetur.*

5 Dicentes: Verè filius Dei es. *Dicitur verè, id eſt, non metaphoricè, nec per adoptionem, ſicut ſancti, ſed proprie & eiuſdem naturæ.*

6 Et cum transfre. *Hic ponitur quartum miraculum de curatione infirmitatis ad tactum ſuæ veſtis. Homines enim terræ Geraſenorum prius cognouerant eum miracula facientem & dæmones eiicientem, vt habetur ſupr. 8. ca. & ideo videntes eum cognouerunt, & adduxerunt ad eum omnes infirmos illius regionis, ſcientes, quod poterat eos curare & quia non poterant præ multitudine eum tangere. Ideo.*

7 Rogabant eum vt vel fimbriam veſtimenti eius tangerent. *Portabat enim Chriſtus veſtimentum factum admodum Iudæorum, quibus erat præceptum, vt in angulis palliorum fimbrias inſererent, vt ſup. habitum eſt. 9. ca. Et illa erat pars veſtimenti quæ poterat facilius tangi ſequitur.*

F

8 Et quicumque tetigerunt ſalui facti ſunt. *Id eſt corpore & mente: quia illos quos Chriſtus ſanabat corpore ſanabat & mente, ſecundùm quod dicitur Io. 7. c. Totum hominem ſaluum fecit in ſabbato.*

MORALITER.

4 *Qui autem in nauicula erant, venerunt & adorauerunt eum.* Quilibet enim recipiens beneficium, oſtendere ſe debet eſſe gratum.

† 6 *Et cum transfretaſſent.* Per hoc, quòd curauit omnes malè habentes illius regionis, ſignificatur quod prædicator euangelij debet curare languidos ſpiritualiter medicina prædicationis & ſanctæ operationis: Vnde dicitur hic, quod tangentes fimbriam veſtimenti Chriſti fuerunt ſanati. Tangere verò fimbriam veſtimenti prædicatoris eſt imitari veſtigia ſuæ perfectionis.

CAP. XV.

CAPVT XV.

✠ a *Vnc acceſſerunt.* Homines Geneſar minus docti credũt, ſed qui ſapientes videntur ad pugnam veniunt.

† Mar. 7. b.

✠ CHRISOSTOMVS. Euangeliſta tempus deſignat, vt oſtendat ineffabilem illorum nequitiam nulli credentem: Tunc enim venerunt quando

hom. 52. in Matth.

a ¶ Mira ſuperbia, filius Dei traditionibus hominum non eſt ſubiectus.

I Vnc acceſſerunt ad eum † ab Ieroſolymis Scribæ & Phariſęi, dicẽtes: † Quare diſcipuli tui trãſgrediũtur

† qui ab.

quãdo plurima ſigna operatus eſt, quando infirmos ex tactu fimbriæ curauerat.

✠ REMIGIVS. Duabus de cauſis reprehenduntur. Et quia à Ieroſolymis venerant, id eſt à loco ſancto. Et quia ſeniores populi & legis doctores erant, & non ad diſcẽdũ ſed ad reprehẽdẽdũ venerant

☞ *Non*

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XV.

✠ T Vnc acceſſerunt ad eum, &c. *Superius poſita eſt publicatio legis euangelicæ inter Iudæos. Hic ponitur eius promulgatio quantum ad gentiles. Et diuiditur in duas partes, quia primò oſtenditur eccleſia gentium legitimè fundata, Et ſecundò Synagoga Iudæorum iuſtè reprobata.*

✠ *vigeſimo*

MORALITER.

† 1 *Tunc acceſſerunt.* Per ſcribas & Phariſæos multum ſollicitos de mundicia exteriori & modicum de interiori, ſignificantur hypocritæ falſi, arguentes frequenter alios de modicis, cum tamen ſint infecti grauibus peccatis. Propter quod eis dicitur ſupra ſeptimo. a. Quomodo dicis fratri tuo: frater, ſine vt eiiciam feſtucam de oculo tuo, & ecce trabs eſt in oculo tuo, &c.

† *quare*

¶ Non Dei

a traditiones seniorum? Non enim lauant manus suas, cum pa-
b nem manducant. Ipse autem respondens: ait illis Quare &
vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem ve-
¶ Imbecillitati consulens. a ¶ Dando necessaria.
c stram? Nam Deus † dixit: † Honorā patrem & matrem. Et
a ¶ Debitis obsequiis parentes indignos iudicauerit. ¶ Aeterna.
d qui mãledixerit patri vel matri, morte moriatur. Vos au-
tem dicitis: Quicumque dixerit patri vel matri, † munus
e ¶ Deo denotum.
f quodcunque est ex me, tibi proderit, & non honorificabit
¶ Ita.
patrem suum aut matrem suã: & irritum fecistis mandatum

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

A 1 *Non enim lauant.* Intus nihil arguit, qui intus liuore polluti sunt. In vanum quidem sua baptismata seruant, qui suorum cordium & corporum sordes abluere negligunt.

b *Quare & vos.* Si vos mandata Dei contemnitis propter traditiones hominum, quare arguitis discipulos, qui mandata hominum dimittunt, vt scita Dei custodiãt.

✠ CHRYSOSTOMVS. Christus non excusauit, sed reaccusauit, demonstrans quoniam eum qui magna peccat, pro paruis peccatis aliorum sollicitum esse non oportet. Non dicit autem quod bene faciunt trãsgrediẽtes, vt non det eis occasionem calumniæ, neque tamen vituperat quod ab Apostolis factum est: ne approbet eorum traditiones. Neque rursus accusat seniores, quia tanquam iniuriam repulissent.

B †praecepit

c *Honora patrem.* HIERONYMVS. Honor in scripturis, non tantum in salutationibus & officiis deferendis, quantum in eleemosynis ac munerum oblatione sentitur. Præceperat ergo Dominus, vel imbecillitates, vel ætates vel penurias parentum commemorans, vt filij honorarent etiam in vitæ necessariis ministrandis parentes suos.

C d *Vos autem dici.* Vestra autem traditio contraria est. Hoc filios dicere parentibus compellitis, quod Deo oblaturus eram in tuos consumo cibos, tibique prodest ô pater, vt timeat consecrata comedere. Vel quod Deo offero, tibiipsi prodest.

D Impietatem sub nomine pietatis inducunt, qui docent quod oblatio domini, qui verus est pater, obsequiis parentum præferatur: & hoc pro lucris suis: vnde & patres ne sacrilegij crimen incurrant Deo consecrata deuitant, & egestate conficiuntur.

e *Quicumque dixerit.* Scilicet, vita æterna dignus erit. Vel *dixerit*: Id est, dicere proderit.

f *Proderit.* Quasi dicat, Non imo sacri legus esses, si accipe res, quia Deo deuoui, *Vel, tibi proderit:* Si Deo dedero.

†Exo.20.b Deut.5.b. Eccl.3.b.

†quidquid doni à me profectum erat.

E

✠ AVGVSTINVS. Vel aliter, munus quodcunque est ex me, tibi proderit, id est, munus quod offers causa mei, ad te iam pertinebit. Quibus verbis significant filij, iam sibi non necesse esse parentum pro filiis oblationem; quod ad eam ætatem peruenissent, vt possent iam ipsi offerre pro se. In hac ergo ætate constitutos, vt possent parentibus suis hoc dicere: cum hoc dixissent, negabant Pharisæi reos esse, si parentibus non præstarent honorem.

Li de quæst. euang.c.15.

☞ *Bene*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *vigesimoprimo capitulo. Item prima in duas, quia primò fundatur ecclesia gentium in fide. Secundo, in moribus decimooctauo capitulo. Prima in duas quia primò reprobatur superstitio Iudaica in lege. Secundò declaratur in fide veritas euangelica, se. capit. Et tertiò, confirmatur vtrumque duplici teste in Christi transfiguratione. 17. capitulo. Præsens capitulum diuiditur in tres partes: quia primò recedit a Iudæis confutato primo errore eorum. Secundò, transit ad gentiles, commendato in eis fidei amore, ibi: Egressus inde. Tertiò reuertitur ad Iudæos collato eis ampliori munere, ibi: Et cum transisset, Hoc autem factum est, vt per Christi facta ostenderet nobis quid futurum esset in ecclesia: quia in aduentu Christi Iudæi pro maiori parte sunt excæcati, & gentium populi illuminati: sed iterum Christus in fine reuertetur ad Iudæos, quando conuertentur in fine mundi. Prima in tres quia primò Christus arguit Iudæos de falsa legis expositione. Secundò, de apparenti sanctitate ibi: Hypocritæ. Tertiò, de vana superstitione, ibi: Audite & intelligite. Prima in duas: quia primo ponitur Iudæorum maligna interrogatio ad Christi deprehensionem. Secundò ponitur eius responsio vera ad eorum confutationem, ibi: Ipse autem respondens. Ad euidentiam primæ partis aduertendum, quod a tempore Moysi de voluntate Dei constituti sunt. 70. seues, ætate & moribus maturi, & scientia præditi ad regimen ipsius populi, & Moyses erat super eos, ita quod in vniuerso erant 71. vt habetur Nume. 11. Et ex illo tempore statutum est quod tot essent ad regimen populi ordinati. & isti dicebantur iudices ordinarij, quia per impositione manus instituebantur, vt habetur in glosis Hebraicis in multis locis: & isti residebant in Ierusalem, & ad eos fiebat recursus de ciuitatibus in ambiguis & difficilibus, & eorum determinatio habebatur pro lege firma, quam non licebat transgredi, vt habetur Deu. 28. Isti etiam statuebant aliqua quæ pertinebant ad regimen populi, & in statutis eorum erant aliqua quæ cadebant sub præcepto tanquam necessitatis eorum: & aliqua sub monitione tanquam cuiusdam decentiæ & honestatis. De talibus autem erat istud statutum quod hic tangitur, videlicet quod accedentes ad mensam prius lauarent manus suas: veruntamen Pharisæi & scribæ intellectum huius mandati volebant trahere ad quandam falsitatem, videlicet quod per hoc acquireretur quædam mundicia spiritualis. Mouebantur autem ad hoc, quia in lege aliquæ immunditiæ per corporales oblationes dicebantur emundari. Et quia discipuli Christi aliqua quæ non erant necessaria, sed magis cuiusdam superstitionis inquantum intellectus sic trahebatur, non obseruabant: quia Christum in discipulis suis arguebant tanquam contemptorem doctrinæ*

Diuisio

seniorum, vt sic redderent eum populo odiosum.

1 Ipse autem. *Hic ponitur Christi responsio vera ad ipsorum confutationem, dicens.*

2 Quare & vos. *Non respondet dicendo, quod lotio manuum quæ faciebat ad honestatem esset mala: vel quod apostoli ipsam omittendo bene facerent, vt facit ad honestatem, licet bene facerent omittendo propter superstitionem, sed quasi clauum clauo retundendo dicit eos deficere quia faciebant transgredi mandatum domini propter mandatum hominum. Quod probat dicens.*

F

3 Nam Deus di. *Exo. 20.*

4 Honora pa. & ma. *Honor iste non solummodo intelligitur reuerentia, sed & administratio necessariorum: hanc autem excludebat per suam doctrinam falsam, quia sacerdotes qui erant cupidi, vt bona quæ essent administranda parentibus conuerterentur in lucra eorum dicebant, quod melius erat illa Deo offerre, Tum quia est pater principalis & spiritualis: Tum quia licet per talem oblationem parentes sustinerent detrimentum corporale, consequebantur tamen bonum spirituale inquantum illud quod erat in eorum necessitatem conuertendum, Deo offerebatur & ex hoc sequebatur quod præceptum de honore parentum inquantum intelligitur in hoc administratio necessariorum, euacuabatur per talem expositionẽ falsam. Et hoc est quod dicit Saluator.*

5 Vos autem dicitis. *Falso, scilicet, exponendo mandatum Dei.*

6 Quicumque dixerit patri, &c. quod est ex me. *Deo consecratum scilicet, & oblatum.*

7 Tibi prode. *Magis supple quam si expenderes in necessitates tuas: & est constructio defectiua. & est sensus,* Quicumque dixe. *Id est licite & bene potest dicere quod dictum est: Et impleuit præceptum diuinum, & est dignus vita æterna, quod est falsum: quia secundùm veritatem est transgressor præcepti. Et hoc est quod subditur.*

8 Et non honorifica. &c. *Illud quod erat sibi debitum subtrahendo.*

9 Et irritum feci. *Vos sacerdotes & Pharisæi.*

10 Mandatum Dei. *Ad maiorem intellectum considerandum quod pater per se tenetur prouidere filiis, quia est causa eorum quantum ad esse: & ideo debet eis nutrimentum & documentum, filius autem tenetur prouidere parentibus de necessariis per accidens, scilicet, si indigeant, & ipse sit potens: & ideo si pater iam necessitatem incurrerit, bona de quibus filius potest sibi administrare, iam sunt sibi debita. De alieno autem nullus potest Deo sacrificium facere, & ideo talia Deo offerre non est licitum, quia hoc est transgredi præceptum de*

✠ *honore*

MORALITER.

2 *Quare & vos.* Simile fit hodie, & in multis locis in quibus maior solicitudo habetur circa custodiam mandatorum hominum quam circa custodiam diuinorum præceptorum: quia grauius satis punitur transgrediens mandatum principis vel prælati (quod tamen frequenter non est malum nisi quia prohibitum) quam transgrediens Dei mandatum quod de se semper est illicitum.

BIBLIOTECA NACIONAL MADRID

☞ A Isaias.29.d. Mar.12.b.

a *Bene prophetauit, præuidit Isaias.* In spiritu simulationem Iudæorum, quod in dolo repugnarent euangelio.

b *Labiis me honorat.* Magister. Scimus quia verax es. Vel exteriorem mundiciam commendando. interior, & quæ vera est, in eis non est.

c *Non quod intrat.* Nihil est extra hominem quod interius inquinet, nec idolothitũ in hoc quod dei creatura est, V-bno sermone omnis superstitio obseruationum eliditur, cũ in discernendis cibis religio putetur.

✠ CHRYSOSTOMVS. Non autem dixit nihil est obseruatio escarum neque quod Moyses malè iniunxerat; sed per modum admonitionis & consilij, à rerum ipsarum natura testimonium accipiens, ait, *Non quod intrat, &c.*

✠ HIERONYMVS. Opponat autem prudens lector & dicat, Si quod intrat in os non coinquinat hominem, quare idolothytis non vescimur? Sciendum igitur quod ipsi quidem cibi & omnis Dei creatura per se munda sit, sed idolorum & dæmoniorum inuocatio ea facit immunda, apud eos scilicet qui cum conscientia idoli idolothytum manducant: & conscientia eorum cum sit infirma polluitur. D

a ¶ De sustentandis parentibus. ¶ Quæ vestræ seruit auariciæ. b ¶ Simulatores. c ¶ Quia bene conuenit moribus eorum.

a Dei propter traditionem vestram. Hypocritæ, bene prophe- 1
¶ In persona domini.
a tauit de vobis Isaias, dicens: † Populus hic labiis me honorat † 2
¶ Ideo a ¶ Non habituri mercedem cum veris cultoribus.
† cor autem eorum longè est à me. Sine causa autem colunt 3
¶ Contemptis diuinis.
me: docentes doctrinas & mandata hominum. Et conuoca- 4 5
a ¶ Quæ in dei mandatis fictiebant.
tis ad se turbis, dixit eis: Audite & intelligite: Non quod in- 6 7 8
¶ Aug. Non timeo immundiciam obsonij sed cupiditatis. a ¶ Verba maliciam cordis exprimentia.
trat in os, coinquinat hominẽ, sed quòd procedit ex ore, hoc 9 10
coinquinat hominem. Tunc accedentes discipuli eius di- 11
a ¶ Quorum religio est in cibis.
xerunt ei: † Scis quia phárisæi audito verbo hoc scandalizati 12 13

d *Tunc accedentes.* Pharisęorum magna est religio in cibis, qui audito verbo hoc scandalizati sunt id est indignati sunt.

e *Scandalizati sunt.* Scandalon vel scandalum Grecè nos offendiculum vel ruinam vel impactionem pedis possumus dicere. Vnde: Qui scandalizauerit aliquem. Id est occasionem ruinæ dederit. E

☞ *Omnis*

† Isa.29.d. †Appropinquat mihi populus hic ore suo & cor eorũ, & cætera.

hom.52. in Matth.

B † 11.q.3.c. inter verba De renun. c.nisi. § pro graui. De voto.c.magne.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *honore parentum. Secus autem esset, si filius bona sua deo vouisset vel consecrasset antequam parentes essent in necessitate positi; quia tunc non esset licitum de eis prouidere parentibus, quia si esset deo votum factum de aliquo immolatitio non posset immutari. Si autem de aliquo non immolaticio non poterat mutari, nisi per redemptionem. Ex dictis patet falsitas illius opinionis, quæ dicit quod filius post professionem factam in religione tenetur exire clausţrum propter necessitatem parentum etiam contra voluntatem sui superioris quib per talem professionem est deo iam consecratus, & ideo propter necessitatem parentum non debet cõtra votum tale facere. Hoc etiam patet alia ratione, quia filius cum venerit ad ætatem adultam, sicut potest inuitis parentibus licitè matrimonium contrahere, vel ad sacerdotium promoueri, ita etiam religionem ingredi cessante tunc necessitate parentum* C *sed per sacerdotium excusatur de hoc, quod nõ tenetur subuenire patri per vsum armorum si ab hostibus inuadatur: quia iam non est sibi licitum pugnare corporaliter. Similiter per matrimonium excusatur, quod non tenetur manere cum patre, quia est obligatus vxori: Ergo. multo fortiùs per professionem factam in religione excusatur à subueniendo parentibus: nisi secundum modum conuenientem suæ regulæ. Et per consequens non debet propter hoc contra votum obedientiæ facere, imò esset inobediens hoc faciendo. Per hoc patet solutio cuiusdam rationis quæ solet ad oppositum induci, quæ talis est, Votum factum de his quæ sunt supererogationis non præiudicat illis quæ sunt de necessitate præcepti, cum præceptum implere sit necessitatis: vouere autem, talia, non sed votum religionis est de his quæ sunt supererogationis, subuenire autem parentibus in necessitate, est de necessitate præcepti, ergo per votum religionis per professionem solennizatum non absoluitur aliquis, quin teneatur administrare parentibus sicut ante, ergo per consequens tenetur exire clausţrum propter necessitatem parentum etiam contra voluntatem superiorum. Dicendum quod per professionem non absoluitur à precepto: bene tamen absoluitur ab aliquo modo implendi præceptum quia preceptum de honore parentum est affirmatiuum: & ideo non obligat ad semper. sed pro loco & tempore & aliis debitis circumstantiis, quæ aliquando variantur secundùm conditionẽ ipsius implentis præceptum: quia aliquis modus subueniendi patri efficitur inconueniẽs & illicitus ipsi filio per assumptionẽ alicuius status liciti, imo etiam perfecti, sicut subuenire patri per defensionem armorum efficitur illicitum per sacerdotij statum, tenetur tamen ei subuenire aliis modis suo statui conuenientibus: Ita eodem modo post votum obedientiæ subuenite patri contra voluntatem superioris efficitur illicitum ipsi religioso: tenetur tamen ei subuenire modis conuenientibus professioni suæ.*

An liceat filio exire religionẽ vt patri subueniat.

1 Hypocritæ. *Hic redarguit Saluator Iudæos de falsa sanctitatis simulatione: quia ad hoc quod essent in reuerentia populi ostendebant sanctitatem in verbis & in exteriori conuersatione, cum tamen corrupti essent intentione, sicut fuerat prophetatum per Isa.29. licet sub aliis verbis ponatur quàm hic: Sententia tamen est eadem. Sequitur:*

2 Sine causa autem. *Id est frustra.*

3 Colunt me. *Sicut enim medicina dicitur sine causa vel frustra propinari quæ non confert sanitatem sic cultus diuinus, qui non ducit ad veram fœlicitatem. Sequitur.*

4 Docentes doctrinas. *quia propropter suam auariciam docebant transgredi mandatum dei propter traditionem suam, vt visum est in falsa expositione præcepti de honore parentum, & hoc etiam faciebant propter suam superbiam, vt propter doctrinæ autoritatem populus deferret eis maiorem reuerentiam.*

5 Conuocatis ad se turbis. *Reuocando eos à falsa doctrina eorum.*

6 Audite & intel. *Hic saluator arguit Iudæos de vana superstitione.* Diuisio *Et diuiditur in duas partes, & primò facit quod dictum est in generali Secundò magis explicat intentionem suam in particulari. ibi: Respondens autem Petrus: Prima in duas, quia primò in generali ponit suum* F *documentum, Secundo ex hoc subiungit Pharisæorum scandalum, ibi: Tunc accedentes. Circa primum aduertendum, quod sicut dictum est: Lotio manuum ante comestionem vel cibariorũ appositionem faciebat ad quandam honestatem & mundiciam corporalem: & in hoc erat bonum. sed si omitteretur dicere quod ex hoc incurreretur immundicia spiritualis, hoc est falsum & superstitiosum, quia immundicia spiritualis prouenit, ab interiori delectatione & consensu mentis non ab ipsis rebus corporalibus, Et hoc est quod dicitur hic:*

7 Dixit eis: Audite. *aure corporis.*

8 Et intelligite. *aure mentis.*

9 Non quod intrat in os. *Id est cibus corporalis.*

10 Coinquinat *Hominem, spiritualiter scilicet, nisi inquantum per delectationem malè afficitur ad cibum.*

11 Sed quod. *Id est verba quæ sunt maliciæ interioris significatiua.*

12 Hoc coin. in ho. *Considerandum, quod Christus non dicit hic contra legem licet enim aliqui cibi in lege reputarentur immundi vt caro porcina & huiusmodi hoc tamen non erat secundùm eorum naturam, quia omnis creatura dei bona est, 1.ad Timo. 4. vnde Gene.1. d. Vidit deus cuncta quæ fecerat: & erant valde bona. Dicitur tamen,* Ffca quomodo non coinquinat cum aliqua in lege prohibita fiat. *porcus immundus, & agnus mundus vt dicit Aug. contra Faustum, quia per animalia immunda secundum legem signantur quædam vitia quæ sunt euitanda, & ideo quia lex euangelica quæ spiritualis est inchoata erat per Christum, ideo & illa obseruatio figuralis ciborum non erat amplius obseruanda.*

13 Tunc accedentes disci. eius. *Hic ex doctrina Christi ponitur Pharisæorum scandalizatio quia per doctrinam Christi videbant eorum simulationem & doctrinam reprobatam: & ideo non poterant resistere per rationem vel scripturam, ideo ex inuidia mouebantur contra Christum ad mouendum seditionem, Et quia veritas vitæ iusticiæ & doctrinæ non est dimittenda propter scandalum aliorum, quia tale scandalum procedit ex malicia ipsius scandalizati Vnde dicit beatus Grego. Si de veritate scandalum oritur rectius oriri permittitur. quàm quod veritas relinquatur. Ideo sequitur.*

✠ Omnis

MORALITER.

✠ † *Populus hic.* Hoc potest dici de doctoribus & prædicatoribus qui docent benè & viuunt malè. Cætera sunt ita moralia, quod non indigent alia moralitate vsque ibi.

✠ *Et egressus*

a *Omnis plantatio.* ✠ HILARIVS. Docet traditionem hominum eradicandam, cuius fauore, legis præcepta transgressi sunt.

✠ REMIGIVS. Omnis etiam falsa doctrina & superstitiosa obseruatio cum suis auctoribus permanere nō potest, & quia à Deo patre non est, cum eisdem eradicabitur.

Hom.1 in Hieremiã.

✠ ORIGENES. Sunt quædam intrinsecus in animabus vestris insita, quæ nō plantauit cœlestis pater. Omnes quippe cogitationes pessimæ, homicidia adulteria, fornicationes, furta, blasphemiæ, plantationes sunt, quas non plantauit cœlestis pater, sed inimicus homo superseminauit ea.

¶ Doctores cum sequacibus suis, qui non habent fundamentum Christum, cor figentes in terrenis. *¶ Carnalis cupiditas cui consulunt.*

a sunt. At ille respondens ait: Omnis plantatio, quam non plan- 1

a ¶ De terra viuentium. *b ¶ Traditionibus tenebrosis luce mandatorum Dei priuati.*

b tauit pater meus cœlestis erādicabitur. Sinite illos: cæci sunt, 2 3

a ¶ Quia non solum sibi non prospiciunt, sed etiam alios in præcipitium trahunt.

& dūces cæcorum. † Cæcus autem si cœco ducatum præstet, 4 5

¶ Ad prædicta.

ambo in foueam cadunt. Respondens autem Petrus, dixit ei: 6

¶ Quasi mistica sit in hoc intelligentia. *¶ Increpatiuè.* *¶ Putaris mysticum quod est propriè dictum.*

c Edissere nobis parabolam istam. At ille dixit: † Adhuc & vos 7 8

sine intellectu estis: † Non intelligitis, quia omne quod in os 9

¶ Post digestiones.

intrat in ventrem vadit, & in secessum emittitur. Quę autem 10 11

¶ Vt verba turpia & nociua. *¶ De cordis immundicia.* *a ¶ Inquinatum cogitatione magis inquinant sordida loquutione.*

procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant homi- 12 13

d nem. De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia 14 15

adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, † & blasphe- 16

¶ Intus latentia. *¶ Exteriora autem.*

e miæ. Hęc sunt quæ coinquinant hominem. Non lotis autem 17 18

f manibus manducare non coinquinat hominem. Et egressus 19

¶ Quæ fuerunt ciuitates gentilium.

g inde Iesus secessit in partes Tyri & Sydonis. Et ecce mulier 20

a ¶ Ecclesia de gentibus. *b ¶ A pristina conuersatione.* *c ¶ Per fidem vnde nouit clamare filium Dauid.*

h Chanānæa à finibus illis egressa clamauit dicēs ei; Misere mei 21 22

¶ Vt probaret patientiam & longanimitatem.

i dñe fili Dauid, filia mea malè à dæmonio vexatur. Qui non 23

B

b *Sinite* permittite suo arbitrio, quia irreuocabiles sunt.

Titum 3. c. vnde Paulus, Hæreticum hominē post primā & secundam correctionē deuita.

c *Edissere.* quodapertè est dictum putant apostoli per parabolam dictum. Vitiosus est auditor, qui vel obscura manifestè vel manifestè dicta obscurè vult intelligere.

d *De corde &c.* Non enim à diabolo immittuntur, sed ex propriavoluntate nascuntur. Diabolus enim incentor est non autor, quia nec interiora, nisi per habitus & gestus nouit.

C

e *Non lotis Spiritualia* dicta prophetarum, de cordis & corporis castigatione, vt hæc: Lauamini mūdi estote. Pharisæi carnaliter de solo corpore accipiebant, quod vanum est fieri.

Isai.1.c.

f *Et egressus inde Ie.* Relictis calumniatoribus intrat fines Tyri & Sidonis, vt filiam liberaret, & per fidem gentilis fœminæ perfidiam scribarum argueret. Relictis calumniatoribus significat quod post resurrectionem relicturus esset perfidiam Iudæorum per prædicationem iturus ad gentes.

D

✠ CHRYSOSTOMVS. Si quis quærat, cum discipulis suis dixerit, in viam gentium ne abieritis, qualiter Christus hanc ambulat viam. Primum non erat obnoxius præcepto quod discipulis dederat. Secūdò quia neq; vt prædicaturus abiit & vnde Marcus dicit. *Quia occultauit seipsum.*

Hom. 53. in Matth.

g *Et ecce mulier.* Idē Marcus dicit, nisi quod ait: Iesum fuisse in domo cum mulier venit, Matthæus per ista verba: Dimitte eam, quia clamat post nos: innuit quod post ambulantem Iesum preces emisit. Venit ergo mulier in domum vbi erat Iesus, sed quia Matthæus ait: Non respondit ei verbum, dedit intelligere quia ambo tacuerunt, & in silentio egressum esse Iesum & ita cætera contexūtur quæ in nullo discordant.

Mar.7.c.

† *Mar.7.c*

E

† *conuitia*

h *Clamauit. di. &c.* per fidē clamat, vnde nouit vocare filiū Dauid, Christi incarnationem confitens. Rogat pro filia. id est pro populo suo nondum credente, vt ipsa fraude diaboli absoluantur. Vel, filia, est anima vel conscientia cuiuslibet intra ecclesiam diabolo mancipata, pro qua mater ecclesia rogat, vel ipsa homo pro fœdata conscientia.

F

✠ CHRISOSTOMVS. Non perrexit ad diuinos, non vocauit Magos, non alligaturas quæsiuit, non impostatrices mulieres adduxit, quæ solent dæmones prouocare, & incantationibus suis vulnus augere, reliquit illa omnia, & venit ad salutarem animarum portum.

Hom.17. ex varia in matth

1 *Qui non re.* Non de superbia, sed ne sit contrarius sententiæ suæ. *In viam gentium ne abieritis.* Vnde vitat calumniam

supra 10. a.

☞ Iudæorum

NICOLAVS DE LYRA.

1 Omnis plantatio *Id est doctrina ab homine inuenta quæ non est legi ipsius dei consona.*

2 Eradicabi. *Quia non habet firmum fundamentum & radicem.*

✠ 3 Sinite il. *Id est doctrinam eorum euitate.*

4 Cæci sunt. *Id est, carentes vero intellectu legis.*

5 Et duces cęco. *Quia alios excæcant suo errore, & ducunt eos ad præcipitium.*

6 Respondens au. Pe. *Hic aperitur prædictæ doctrinæ Christi intellectus magis in speciali, quia Petrus pro se & pro aliis quæsiuit intellectum dicens.*

7 Edisse. nobis. *Id est, expone.*

8 Parabolan istam. *Id est, sententiam occultam.*

9 At ille dixit: Adhuc & vos sine intellectu estis. *quasi dicat. tā diu audistis doctrinam meam, quod statim deberetis intelligere ea quæ dicta sunt, Vnde sequitur,*

10 Non intelligitis quia omne. *Istud est verum per synecdochen quia aliqua pars de omni quod intratim os.*

11 In secessum emittitur. *quia in omni cibo quantuncumqne puro est aliquid impuritatis, & à natura expellitur tanquā superfluum, & aliquid retinetur tanquā ad nutritionem necessarium: Et neutrum istorum coinquinat hominem spiritualiter loquendo.*

12 Quæ autem procedunt de ore. *Vt verba.*

13 De corde exeunt. *quia sunt conceptus mentis significatiua.*

14 Et ea coinquinant hominem. *quando sunt malæ cogitationis significatiua. Et hoc est quod sequitur:*

15 De corde enim exeunt cogitationes ma. *Et per consequens.*

16 Homicidia. *Id est, consilia & colloquia ad perpetrandum huiusmodi vitia, quæ hic tanguntur, & consimilia.*

17 Hæc sunt quæ coinquinant hominem. *Spiritualiter.*

18 Non lotis autem manibus manducare. *immūdicia spirituali*

19 Et egressus inde Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis. *Reprobato errore Pharisæorum, hic Christus transit ad Gentiles, vt ex deuotione Gentilium ostendatur iusta reprobatio Iudæorum. Et hoc est quod dicitur:* Et egressus inde Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis. *Tyrus & Sidon sunt quædam ciuitates sitæ in terra promissionis prope montem Libani, quia filij Israël non potuerunt totaliter expellere Gentiles de terra sua.*

20 Et ecce mulier. *Natione scilicet, Chananæi enim habitauerunt in terra promissionis ante filios Israel, nec potuerunt per eos totaliter extirpari, vnde ista mulier ab illis qui remanserant descenderat, Ista autem audiuerat miracula & famam Iesu Christi, & ideo firmiter credebat, quod filiam suam sanare poterat.*

21 A finibus. *quia Christum sequebatur in via ad impetrandum suæ filiæ sanationem. Marcus tamen dicit. 7. cap. quod venit ad Iesum intra domum, & hoc est verum primò: sed quia eam ibi non exaudiuit secuta est eum in itinere clamans.*

22 Miserere mei domine fili Dauid. *Audierat enim Christi promissum Iudæis descendere de genere Dauid.*

23 Qui non respondit ei verbum. *Non propter indignationem, sed vt ex perseuerantia eius in prece ostenderetur fides eius, & deuotio discipulis.*

15 De

✠ Et

MORALITER.

19 *Et egressus inde Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis.* Per mulierem Chananæam, cui dicitur à domino,

Iudęorum, Gentium autem ſalus, paſſionis & reſurrectionis tẽpori ſeruatur. *Qui non reſpondit.* MYSTICE. Si ad primã petitionem eccleſiæ dominus ſalutem animæ differt dare, non eſt deſperandum, vel à petendo ceſſandum: ſed magis precibus inſiſtendum, & ad deum & ad ſanctos donec orent pro eccleſia, & tunc perficietur oratio.

a *Non ſum miſſus.* Quaſi dicat, priùs oportet me ſacramẽtum mei aduentus complere in Iudæis, & ſic adducere alias oues, & hoc de ſigno petitionem huius differendo.

b *Panem filiorum.* Verbũ ſalutis, quod priùs debetur Iudęis non eſt bonum dare canibus vel gentibus canina rabie latrantibus ſemper.

c *Etiam domine.* Sub perſona mulieris, mira fides eccleſiæ, & patientia, & humilitas prædicatur. Fides, quia credit poſſe ſanari filiam. Patientia, quia toties deſpecta in precibus perſtat. Humilitas, quia ſe non canibus, ſed catellis comparat.

✠ HIERONYMVS. Mira rerum conuerſio. Iſrael quondam filius, nos canes. Pro diuerſitate fidei, ordo nominum commutatur. De illis poſtea dicitur. *Circundederunt me canes multi,* nos audiuimus cum muliere, *Fides tua te ſaluam fecit.*

d *Nam & catelli.* Menſa, eſt ſacra ſcriptura, micæ puerorum, ſunt interna myſteria quibus humiles reficiuntur ſub menſa: quia ſcripturæ humiliter ſubditi, catelli gentes humiles. Paruuli edunt non panes, non cruſtas, id eſt, non literę ſuperficiem ſed medullam.

ſupra 8.b. e *Magna eſt fides.* Sic ſuperiùs de Centurione: Non inueni tantam fidem in Iſrael, qui ſimiliter (vt hæc Chananæam) fidem gentium præſignabat. Magna eſt fides Gentium, quæ in auditu auris obediunt: & in Deo ſalutẽ ſibi ſuiſque impetrat. Quod puerum Centurionis & filiam Chananeæ non veniens ad eos ſanat ſignificat gentes, ad quas non venit per præſentiam ſaluandas per verbum ſuum. D

✠ CHRSOSTOMVS. Propter hoc autem Chriſtus tardabat, præſciebat enim eam hoc dictu ram, nec occultari volebat tantam mulieris fidẽ virtutem. *O mulier, &c.* ac ſi dicat, fides tua maiora his audire poteſt, verùm interim fiat tibi ſicut vis. Hæc autem Chriſti vox ſimilis eſt illi voci quæ dixit, *fiat firmamentum, & factum eſt.* Vnde ſequitur, *& ſanata eſt.* Intende autem qualiter Apoſtolis non impetrantibus impetrat ipſa, tam magnum quid eſt inſtantia orationis. Etenim pro noſtris vult magis à nobis rogari, quam ab aliis pro nobis. hom. 53. in Matth. † Mar. 7.c † catellis E

f *Et ſanata eſt.* Vbi datur exemplum cathechizandi & baptizandi infantes, qui nec ſapere, nec facere aliquid poſſunt, ſed per fidem & confeſſionem parentum liberantur à diabolo.

✠ AVGVSTINVS. Quod puerum Centurionis & filiam Cananææ mulieris, non veniens ad domos eorum ſanat, ſignificat gentes ad quas non venit, ſaluas fore per verbum ſuum. Quod rogantibus filij ſanantur: intelligenda eſt perſona eccleſiæ quæ ſibi eſt & mater & filij. Nam ſimul omnes quibus conſtat eccleſia mater dicitur, ſinguli autẽ idem ipſi filij appellãtur. Lib. 1. c. 16. de quæſtionibus euangelicis.

g *Et cum tranſiſſet.* Cum in filia Chananitidis ſalutem gẽtium præſignaſſet, reuertitur in Iudæam, quia cum plenitudo gentium intrauerit, tunc omnis Iſrael ſaluus fiet.

☞ *In montem*

NICOLAVS DE LYRA

✠ C 1 Et accedentes diſcipu. *Moti enim erant ad hoc videntes eius fidem & deuotionem.*

2 Ipſe autem reſpondit. *Primò negatiuè, tamen ſine improperio dicens.*

Iudæorum apoſtolus dicitur Chriſtus. 3 Non ſum miſ. *Quia Chriſtus erat primò & principaliter miſſus Iudæis tanquam apoſtolis eorũ. Et ideò in propria perſona nõ prædicauit Iudæis, nec fecit miracula niſi in caſu ex aliqua ſpeciali cauſa, vt ſcilicet, oſtenderet eccleſiam in fide gentium eſſe fundandam, ſicut habetur hic & Ioan. 4. vbi Chriſtus prædicauit Samaritanis deuotè eum recipientibus. Poſt mortem autem Chriſti fides prædicata eſt publicè gentilibus. Et hoc eſt quod dicit Apoſtolus Rom. 15. b. Dico autem Chriſtum Ieſum miniſterium fuiſſe circunciſionis, ſcilicet, apoſtolum Iudæorum propter veritatem Dei ad confirmandas promiſſiones patrum: quia antiquis patribus Iudæorum fuerat facta promiſſio de Chriſto, ſicut Abrahæ & Dauid: quia tamen Iudæi pro maiori parte fidem Chriſti repulerunt, & gentiles eam ſuſceperunt. ideò Apoſtolus ſubdit ibidem Rom. 15. cap. gentes autem ſuper miſericordia honorare Deum, &c. Sequitur.*

4 At illa venit & ado. *Adoratione latriæ, dicens.*

5 Domine adiuua me. *Infirmitatem enim filiæ ſuæ reputabat ſuam, & per conſequens ſanationem.*

6 Qui reſpondens. *Negatiuè, ſcilicet & cum improperio, ait.*

7 Non eſt bonum ſumere. *Id eſt, doctrinam & miracula promiſſa Iudæis tanquam ſpiritualibus filiis propter cultum vnius Dei.*

8 Et mittere canibus, *Id eſt dare gentilibus, qui erant dediti cultui idolorum: ſicut canes circa cadauera animalium defunctorum.*

9 At illa dixit: Etiam &c. *Id eſt, bonum eſt in caſu.*

10 Nam & catelli edunt. *Quaſi dicat, ſicut catelli aliqua modica vt pote micas cadentes de cibo conceſſo filiis percipiunt, ita etiam gentiles debebant, aliquid ſaltem modicum percipere de beneficiis Chriſti,* F *exquo patet quod non eſt contrarietas in verbo Chriſti, cum dicit:* Non eſt bonum, &c. *Et verbum huius mulieris dicentis, imò bonum eſt: quia verbum Chriſti eſt intelligendum, quòd non erat regulariter & vniuerſaliter bonum cum Chriſtus eſſet apoſtolus Iudæorum, vt dictum eſt, verbum autem huius mulieris intelligendum eſt in cauſa, propter ſcilicet petentis deuotionem: & vt oſtenderet eccleſiæ gentium futuram fundationem.*

11 Tunc reſpondẽs Ieſus O mu.ma. *Quod patet ex verbo & facto ſuo, quia non fuit retardata à feruore petendi. Primo, propter Chriſti taciturnitatem. Nec ſecundo propter eius reſponſionem negatiuam. Nec tertiò propter improperium adiunctum reſponſioni negatiuæ. Et ideò ſubdit.*

12 Fiat tibi ſicut vis. *Quaſi dicat, fides tua hoc meretur. Quod patet ex facto, cum ſubditur.*

13 Et ſanata eſt. *Patet etiam ex dictis, quod tarditas Chriſti ad exaudiendum eius petitionem non fuit ex ignorantia vel voluntate, ſed vt ex perſeuerantia mulieris oſtenderetur fides eius & deuotio dignior exauditione.*

14 Et cum tranſiſſet. *Hic tertio Chriſtus reuertitur ad Iudæos, col latè eius ampliori munero, ſicut poſt conuerſionem gentium reuertetur ad Iudæos per fidei illuminationem: & ideo facit eis plura miracula quàm ante. Primo infirmos eorum curando. Secundo eos corporaliter ſatiando, ibi: Ieſus autem. Circa primùm in quodam generali*

✠ *implicantur*

MORALITER.

† 11 *O mulier magna, &c.* Poteſt ratio ſuperior intelligi, quæ legibus æternis inſpiciendis & conſulendis intendit ſecundùm Aug. 12. de trinita. per filiam eius ratio inferior, per dæmonium autem ipſa ſenſualitas, quæ etiam per ſerpentem ſignificatur, vt dicit Aug. ibidẽ. Sic igitur filia mulieris Chananeæ à dęmonio vexatur, quando per ſenſualitatem inferior ratio ad conſenſum peccati mortalis impellitur, cuius ſanatio per matrem, id eſt, rationem tionem ſuperiorem à domino petitur, nam ratio ſuperior ſemper ad optima deprecatur, & ſicut dominus diſtulit exaudire petitionem mulieris Chananeæ, vt eius fides clariùs apparere, ſic & dominus aliquando dimittit impulſum rationis inferioris per ſenſualitatem diutiùs protrahi, vt augeatur meritum tentati, propter quod Paulo petenti ſtimulum carnis à ſe auferri dicit dominus 2. Cor. 12. c. Virtus in infirmitate perficitur, &c.

14 *Et cum tranſiſſet.* Sequitur.

† *Et acceſſ.*

a *In montem.* Dominus in monte, verbum in alto ſedet: quia in ſua maieſtate non poſſet intelligi.

b *Cæcos.* Cæci ſunt qui non intelligunt, etiamſi obediant iubentibus. Surdi qui non obediunt, etiam ſi intelligant.

✠ CHRYSOSTOMVS. Hi autem in duobus fidem ſuam demonſtrabant, & in aſcendendo montẽ, & in hoc quia exiſtimabãt ſe nullo alio indigere, niſi vt proicerentur ad pedes Ieſu, neque etiam adhuc tangunt ad fimbriam veſtimenti, ſed & ad altiorem fidem aſcendunt, vnde dicitur, *& proiecerunt eos, &c.* Et mulieris quidem filiam cum multa tarditate curauit, vt eius virtutem oſtenderet. Hi autem non quia meliores erant, ſed vt Iudæorum ora obſtrueret, cõfeſtim ſanationem præbet.

c *Ieſus autem.* Conuocat diſcipulos, vt doceat magiſtros cũ minoribus communicare conſilia ſua. Vel vt ex loquutione intelligant ſigni magnitudinem.

d *Miſereor tur.* Turba triduo ſuſtinet dominũ, quia fideles pœnitentes ſe ad dominum in opere & ſermone & cogitatione conuertunt, qui in præſentis vitæ via deficerent, ſi in ſua conſcientia ſine doctrinæ pabulo dimitterentur. In ſuperiori ſigno propinqui memorantur, & vicini quinque ſenſuum & eorum non recordatur dominus, ſed diſcipuli in veſpera iam inclinato ſole. Hic dominus ſe miſereri dicit, & quare, quia triduo iam perſeuerant mecum. In toto ſeculo tertium tempus eſt, quo gratia dãtur, primùm ante legem, ſecundum ſub lege, tertium ſub gratia, quartum eſt in futuro: vbi dies erit ſine nocte, ad quod tendens reficitur in via.

e *In deſerto panes.* Panes prædicatores, deſertum ſeſe, id eſt, infœcundos dicunt. Quaſi dicat, vnde nobis tanta facũdia vt poſſimus tam auidis auditoribus ſufficere.

f *Vt diſcumberent.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Finis huius & alterius miraculi non eſt ſimilis. Sequitur enim, *Et quod ſuperfuit, &c. Erant autem, &c.* Quare autem minores fuerunt reliquiæ in hoc miraculo quàm in primo, etſi non tot fuerint qui comederũt? Aut igitur hoc eſt, quia ſportæ cophinis maiores erant: aut ex diuerſitate remouerentur & illius & huius miraculi, & propter hoc tunc quidem fecit cophinos reliquiarum numero æquales diſcipulis, nunc autem ſportas panibus æquales.

g *Et accipiens.* Vt oſtendat ſe congaudere de ſalute hominum & nos ad agendas gratias informat etiam de temporalibus.

A Quid dicantur cæci, qui ſurdi hom. 55. in Matth.

B †glorificabant

C

D

E † Mat. 8. a.

F † Tot

a ¶ Vt auditores erigat ad ſuperna.

a de Ieſus: venit ſecus mare Galilææ, & aſcẽndens in montem 1
a ¶Quia requies non niſi in cœleſtibus quærenda eſt. b Mente deuota. c ¶Regnantem in cœlo. d ¶ Fidelium. e ¶ Quos ſecum ducunt doctrina & exemplo.
ſedẽb at ibi. Et acceſſerunt ad eum turbæ multæ, habentes ſe- 3
a ¶A confeſſione Chriſti. b ¶ Claudos per deuia praui operis non rectè euntes.
c ¶ A lumine fidei. d ¶ Sarcina peccatorum.
b cum mutos, claudos, cæcos, †debiles, & alios multos: & pro- 5
a ¶ Quia mediatori per humilem aduentum curandos ſubiiciunt ſancti prædicatores.
b ¶ Quaſi confitendo humanitatem Chriſti,
6
iecerunt eos ad pedes eius, & curauit eos, ita vt turbæ mi-
a ¶Quia fideles inæſtimabili gaudio exultant quando hæc vident.
¶Chriſtum confitentes ¶ Per bona opera.
rarentur videntes mutos loquentes, * claudos ambulantes, 7
a ¶ Credendo. b ¶Dicunt. Quis Deus magnus, ſicut Deus noſter? c ¶Deum non recentem.
c cæcos videntes, & †magnificabant Deum Iſrael. Ieſus autem 8
a ¶ Compatitur vt homo, paſcit vt Deus.
d conuocatis diſcipulis ſuis, dixit: † Miſereor turbæ, quia tri- 9
a ¶ In fide Trinitatis lucidi pro ſuis ſuorúmque peccatis inſtanter ſupplicant.
b ¶ Pro curatione ſuorum, ¶ Pabulum ſcripturæ.
duo iam perſeuerant mecum, & non habent quod manducent, & dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in via. Et di- 10 11
a ¶Prius aufert debilitatem, poſt cibos offert famis. b ¶A ſacra admonitione vacuos.
c ¶Perit qui ſine cœleſti pane ad patriam tendit.
cunt ei diſcipuli: Vnde ergo nobis in deſerto panes † tantos, 12
a ¶Non ignarus ſed docendo reſponſurus.
f vt ſaturemus turbam tantam? Et ait illis Ieſus: Quot panes 13
a ¶ Scriptura noui teſtamenti. b ¶ Sancti illius temporis, quo ea condita eſt, vel quorum fidem vitam & paſſiones continet.
g habetis? At illi dixerunt, ſeptem, & paucos piſciculos. 14 15
a ¶Super ipſius montis ſoliditatem, nullo fœno interpoſito. b ¶ Primum complens.
in ſe præcepta quæ dabat & ſanctorum vitam in ſe præfigurans.
Et præcepit turbæ: vt diſcumberent ſuper terram. Et acci-

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *implicantur plura miracula & diuerſorum generum, quæ ſi explicarentur in particulari: implerent vnum magnum librum, propter quod dicitur Ioan. vlt. quod ſi omnia facta Chriſti eſſent ſcripta per ſingula, totus mundus non poſſet capere libros qui ſcribendi eſſent, Dicit ergo.*

1 Et acceſſerunt. *Scilicet, cum reuerſus fuiſſet ad Iudæos.*

2 Turbæ multæ. *Quia de multis ciuitatibus, & caſtellis & villis venerant ad impetrandum ſanationem infirmorum: Et hoc eſt quod ſequitur.*

3 Habentes ſecum mutos, cæcos, claudos, debiles. *Debilitas accipitur hic ſecundùm Hiero. non in generali, ſed in ſpeciali, quando ſcilicet, non poteſt quis ſe iuuare de vna manu, hoc modo dicitur debilis ſicut claudus, qui non poteſt ambulare, niſi de vno pede. Iſtæ autem infirmitates erant incurabiles via naturæ & medicinæ, ideò propter curationem earum recurrebant homines ad Chriſtum, cui nihil impoſſibile.*

4 Et alios mul. *Hoc addit euangeliſta ad includendum omnia infirmitatum genera.*

5 Et proiecerunt eos ad pedes eius. *Vt illi qui non poterant fidem & deuotionem oſtendere verbi vt ſurdi & muti, ſaltem oſtenderent eam facto.*

6 Et curauit eos. *Solo: ſcilicet, verbo. Ille ſolo verbo poterat curare, qui ſolo verbo poterat mundum de nihilo creare.*

7 Ieſus autem conuocatis diſpulis ſuis. *Hic ponitur miraculum de multiplicatione panum.*

8 Miſereor turbæ. *Hoc autem prædixit apoſtolis, vt ipſos induceret ad pietatem,*

9 Quia triduo iam perſeuerant mecum. *Quia tantum affici ebantur ad doctrinam Chriſti audiendam & videndum eius miracula, quod per tres dies non redierant ad loca propria manentes cum Chriſto in loco deſerto & ſub diuo. Ex quo patet eorum deuotio.*

10 Et non habent. *Quia cibaria quæ de domibus ſuis apportauerãt iam erant conſumpta. Et ideò prima die vel ſecunda hoc miraculum non fecit. Tum quia alimenta adhuc habebant. Tum quia magis apparuit, quando eis victus omninò defuit.*

11 Et dimittere. *Quia plures eorum longè diſtabant à domibus ſuis, & die præcedenti parum comederant.*

12 Et dicunt. *Quaſi dicat, locus eſt deſertus & villæ multum diſtant. Et ideo non poſſumus per humanam prouidentiam talia habere.*

13 Et ait. *Non petit ignorando, ſed vt eorum reſponſione prouideat de modo.*

14 At illi di. ſep. *Quod erat quaſi nihil reſpectu tantæ multitudinis*

15 Et pauc. *Quia pauci erant in numero & parui in quantitate:*

✠ *Omnia*

MORALITER.

✠ 1 *Et acceſ.* Cæcos autem illuminat, cum ignorantibus cognitione ſuæ ſalutis infundit. Mutos etiam curat, cum eorum linguas in laudem ſui creatoris ſoluit. Similiter claudos cũ in via iuſticiæ greſſus eorum dirigit. Debiles fortificat, cum pigros & accidioſos operari bonum viriliter facit. Turbæ verò mirantes & Deum glorificant, cum ex talibus mutationibus quæ tunc ſunt dexteræ excelſi, Deum laudant.

8 *Miſereor turbæ.* Per quatuor hominum milia qui Chriſtum in deſerto ſunt ſecuti, ſignificatur multitudo credentium in Chriſtum de quatuor partibus mundi.

11 *Et dimit.* ſecundùm quod dicit Greg. in homil. In præſenti vita, quaſi in via ſumus qua ad patriam pergimus, ergo ne fideles in hac via deficiant, paſcendi ſunt per prælatos, doctores & curatos, pane ſanæ doctrinæ & ſacræ ſcripturæ & Euchariſtiæ quo augetur ſeptiformis gratia ſpiritus ſancti: propter quod dicitur hic, quod fuerunt ſeptẽ panes, & pauci piſces: per quos ſignificantur ſacræ ſcripturæ ſententiæ à piſcatoribus eccleſiæ cum labore quæſitæ.

☞ A a *Septem panes.* Septiformi Spiritu pascit, adiuncta apostolica autoritate, quasi paucorum piscium sapore qui nos reficiunt exemplo suæ vitæ vel mortis. Septem panes, scriptura nouit testamenti in quo gratia spiritussancti & reuelatur & datur. Nec sunt hordeacei, vt supra, quia hic non (vt in lege) vitale alimentum animæ figuris, quasi tenacissima palea tegitur. Hic non duos pisces (vt in lege duo vngebanttur rex & sacerdos) sed pauci id est sancti noui testamenti, qui de fluctibus seculi sunt erepti, & sustinent turbulentum mare, & exẽplo suo nos reficiunt, ne in via deficiamus. Ibi supra fœnum, vt desideria carnis comprimantur, hic super terram vbi & ipse mundus relinqui præcipitur. Vel mons in quo dominus reficit, est altitudo Christi. Ibi ergo fœnum super terram, quia ibi celsitudo Christi propter carnales carnali spe & desiderio tegitur. Hic remota omni cupiditate carnali, conuiuas noui testamenti spei permanentis soliditas continet. Ibi quinque milia: quia carnales quinque sensibus subditi: Hic quatuor propter quatuor virtutes quibus spiritualiter viuitur prudentiam temperantiam, fortitudinem, iusticiam, Quarum prima, cognitio est rerum appetendarum & vitandarum. Secunda, refrenatio cupiditatis ab his quæ temporaliter delectãt Tertia. firmitas contra molestias seculi. Quarta, quæ per omnes diffunditur dilectio dei & proximi. Et ibi & hic mulieres & paruuli excepti sunt, quia in veteri & nouo testamento non mittuntur ad nunerum qui non perdurant occurrere in virum perfectum, vel infirmitate virium, vel leuitate mentis. Vtraque refectio in monte celebrata est, quia vtriusque Testamenti scriptura altitudinẽ cœlestium præceptorum mandat & præmiorum vtraque altitudinem Christi prædicat. D

a ¶ Sacramenta aperuit. b ¶ Quia misterio apostolorum voluit ecclesiæ distribui cibaria vitæ.

1 a piens septem panes & pisces & gratias agens frẽgit, & dẽdit
discipulis suis, & discipuli dederunt populo: & come-

a ¶ Audiendo & exemplu intuendo. b ¶ Memoriæ recondendo & operando. c ¶ Vt est: Si vis perfectus esse, vende omnia &c.

b derunt omnes, & saturari sunt & quod superfuit de fra-

a ¶ Spiritualium summa perfectio.

c gmentis tulerunt septem sportas plenas. Erant autem qui

a ¶ Noui testamenti populus non quinque sensibus obnoxius, sed quatuor animi virtutibus exornatus. b ¶ Exceptis leuibus & infantibus qui in virum perfectum non creuerunt.

† virorum manducauerunt quatuor milia † hominum, † extra paruu-
d los & mulieres. Et dimissa turba ascendit in nauiculam: & 2
e venit in fines † Magedan.

b *Et quod.* Altiora mysteria quæ nõ caait communis turba apostoli sustollunt, & implent septem sportas id est perfectorum corda septiformi spiritus gratia ad intelligendum illustrata.

c *Septem sportas.* † præter Sportæ iunco & palmarum foliis solent contexi, & significant sanctos, qui radicem cordis in ipso fonte vitę col E

† Magdala B locant, ne arescant, vt iuncus in aqua & palmam æternæ retributionis in corde retinent.

✠ Avgvstinvs. Si aliquis Euangelistarum hoc dixisset qui de quinque panibus non dixisset, contrarius cæteris putaretur Sed quia illi qui miraculum de septem panibus narrauerunt, nec ilud de quinque panibus tacuerunt, neminem mouere debet. lib. 2. de consensu euangelist. cap. 50

d *Et dimisit.tur.* Hic docet quod prædicatores ministrato turbæ verbo ipsi intra cubiculũ cordis virtutũ debent refici pomis. Mar. 8. b.

e *In fines.* Magedan quæ alio nomine dicitur Dalmanunta, quæ est regio circa Gerasam Et interpretatur poma velnuncię: & significat hortum de quo dicitur: Hortus cõclusus, fons signatus vbi crescunt poma virtutum. Et ibi nũciatur nomẽ domini.

☞ Capvt

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *Omnia ista dicuntur ad maiorem declarationem miraculi, quod ex tam paruo cibo potuerit tanta multitudo satiari. & hoc fuit per multiplicationem cibi in manibus Christi eodem modo sicut dictum est supra. c. 9. Sequitur.*

1 Et dimissa turba. *Post miraculum ostensum ascendit in nauiculam fugiens turbæ applausum & reuerẽtiam, in hoc dans prædicatoribus* C *exemplum.*

Et ve.

2 Et ve. in fines Magedan. *Iste est locus in quo Iosias occurrens regi Aegypti, vulneratus est, vt habetur, 4. Regum. 24. Marcus autem dicit in fines Dalmanuta, cap. 8. b. Et dicendum ad hoc, quod non est ibi diuersitas secũndum rem, qui secundum aliquos est eadem regio habens duo nomina. Marcus accipit vnum, & Matthæus aliud secundum alios sunt duæ regiones distinctæ, sed in extremitatibus cõiunctæ. Et ideo existens in confinio vtriusque vere dicitur esse in fine istius vel illius: & in* F *tali loco erat Iesus.*

✠ Capvt

ADDITIO I.

In c. 15. vbi dicitur in po. Vos aut ẽ dicitis *falsè exponẽdo mãdatũ.*

Hæc expositio non videtur valere propter duo primò quia nõ cõsonat literæ, secundò quia præsupponit falsum. Primum patet de se literam bene aspicienti quod etiam ipse postillator videtur fateri cũ dicit, quod hæc est constructio defectiua, Vbi ergo constructio deficit, manifestum est quod litera non bene concordat sensui sibi dato. Secundum patet primò, quia nusquam inuenitur Hæbreos asserere, quod melius est deo offerre, quàm subuenire parentibus in necessitate positis imo communiter tenent, quod melius est, eleemosynas largiri, quàm sacrificia voluntaria offerre, prout ex multis autoritatibus veteris Testamenti deduci potest. Vnde a fortiori melius est subuenire parentibus in necessitate cõstitutis quàm offerre & huiusmodi Secundò quia Rabbi Moyses Aegyptius (qui inter eos magnæ reputationis est) suo libro de directione perplexorum, vbi de causis sacrificiorum tractans, scripsisse traditur quod sacrificia non fuerunt præcepta populo Israelitico ex intentu principali: hoc est, quasi fuissent per se intenta à deo, sed ex intentu secundario quasi per accidens vel indirectè vt. s. quod per huiusmodi sacrificia homines retraherentur à sacrificiis idolorum. Ad quod allegant illud Iere. 7. f. Non sum loquutus cum patribus vestris, nec præcepi eis in die qua eduxi eos de terra Aegipti, de verbo holocaustomatum & victimarum: Et alias autoritates quæ hic sonent. Sed constat quod præceptum de honoratione parentum est per se principaliter intentum, tanquam consonum & conforme iuri naturali. Illud autem quod est per se, semper præfertur ei quod per accidens est. Et ideo nunquam etiam secundum eos concederetur quod propter sacrificia offerenda prætermittendum esset præceptum de honoratione parentum. Vnde ad istum passum bene intelligendum, recurrendum est ad traditiones Pharisaicas seu Talmudicas, quas Christus intendebat in proposito reprobare. Ad cuius euidentiam sciendum, quod circa materiam votorum vnus liber à Talmudicis est compositus qui intitulatur נדרים Nedarim. *id est vota: in quo libro plura erronea scripserunt sine aliquo fulcimento sacræ scripturæ, inter quæ vnus error talis est. Tradunt enim, quod sicut quilibet potest consecrare bona sua Deo: sic quod facta huiusmodi consecratione per votum, postea non licet alicui talibus bonis vti, nisi in dei obsequium scilicet in seruitio altaris vel tepli & huiusmodi. Sic quilibet potest consecrare bona sua singulariter, hoc est respectu vnius personæ tantum. verbi gratia. Si quis dicit alicui proximo, volo seu voueo quod bona mea sint consecrata respectu tui, tunc dicunt quod illa bona sint consecrata respectu illius hominis tantum, sic quod nullo modo potest eis vti, ac si essent simpliciter consecrata: deo dominus tamen illorum bonorum & etiam alij homines quicunque possunt vti talibus bonis, ac si non essent consecrata, sed mere † proprio. Votum autem huiusmodi secundum eos multipliciter ore-* † Pphana *tenus exprimitur, & specialiter cum verbis significantibus aliquã rem consecratam Vt si dicat aliquis sicut templum sic est res mea, tunc illa res est consecrata tanquam templum Similiter si dicat, sicut altare vel sicut corbona, & huiusmodi Similiter si dicat Munus sit, vel est talis res, idem est iudicium, intelligitur enim de munere deo oblato. Ex quibus inferunt quod si dicat quis patri suo: Munus quodcunque est ex me tibi proderit, tunc pater nullo modo potest vti aliquo bono filij sui, etiã filio volente & patre in necessitate existente & hoc ideo, quod secũdum traditionem suam prædicta omnia bona filij sui, sunt consecrata respectu patris, vnde manifestè Pharisæi irritum fecerunt mandatum dei propter traditiones suas, vt Christus dicit. Nam secundum traditionem illã (quæ nullius fundamenti est) filius excusaretur à subuentione patris, quod est manifeste contra dei preceptum. Verba autem euangelij secundum prædicta construuntur plane & sine defectu sic. Quicunque dixerit patri vel matri: Munus est quodcunque ex me, tibi proderit &c. Cuius sensus est. quod filius vouet, vt sit tanquam munus altari consecratum: quidquid sit de bonis suis patri proderit. & sic filius taliter vouens nullo modo potest prodesse patri secundum eos, quod est de directo contra preceptum diuinum. Et hoc est quod legitur Mar. 7. b. Corban quodcunque ex me tibi proderit, & vltra non dimittitis eum quidquam facere*

Erroror Talmudicorũ

☞ *patri*

patri suo aut matri. Ex quo patet, quod non persuadendo Pharisæi hoc A dicebant, sed potius cogendo: quod patet ex hoc quod dicit: Non dimittitis eum &c. quia ex virtute illius voti prætensi, iam non poterat filius prodesse patri: & sic irritum fiebat mandatum dei per suam falsam traditionem. Et sic iste error non procedebat ex auaritia sacerdotũ, sed ex eo quod malè interpretabãtur sacram scripturam, & traditiones suas diuinis præceptis præferebant.

ADDITIO. II.

In eodem ca. vbi dicitur in postil. Istud est verum per Synecdochen. Attendendum, quod non dixit Christus: Totum quod in os intrat, sed omne quod in os intrat. Vnde ad sanè intelligenda verba Christi hoc loco, non requiritur vt intelligatur per Synecdochen, sed sufficit quod fiat ibi distributio pro speciebus singulorum, sicut cum dicitur: Omne animal fuit in arca Noe. Cuius intellectus cõmuniter est, quod de qualibet specie animalium fuit aliquod animal in arca Noe. Et in proposito de qualibet specie ciborum aliquid emittitur licet aliquid ad nutritionem retineatur. Sed adhuc hoc non videtur sufficere ad amouendum scandalum Pharisæorum, qui videbantur credere, quod ea quæ remanebant in corpore possent hominem coinquinare: alioquin nihil faceret contra eos, quod cibus intrans per os emitteretur in secessum vel non. Vnde melius videtur dici secundum Hiero. scilicet quod quidquid ex alimẽto generatur, potest etiam per calorem naturalem resolui, & per occultos B quosdam poros emitti.

RELPI. In cap. 15. Vbi agitur de trãditionibus seniorum infirmantibus obseruantiam diuinorum præceptorum. Burgen. in duobus redarguit Postil: primò, quia vt dicit expositio eius non consonat literæ secundò vt dicit, Postil. præsupponit falsum. Primum probat per hoc quia Postil. dicit constructionem literæ defectiuam cum dicitur: Munus quodcunque est ex me tibi proderit. Ex quo arguit Burg. igitur sensus ei datus non consonat literæ. Vbi dico quod hoc argumentum venit ex dissimulatione grammaticæ & rethoricæ, vel ambarũ artium ignorantia. Sæpe enim in vete. Testa. facit Bur. mentionem de grammatica Hebræorum, hic autem grammaticam Latinorum videtur ignoraße. Est enim in grammatica Aposiopesis defectiua oratio qua sæpe vtitur scriptura. Est etiam in rethorica præcisio color verborum, qua sæpe vtitur scriptura, & coincidit cum Aposiopesi: præterquam quod hic excusatur defectus figura, ibi ostẽditur ornatus rhetoricus ex orationis trumcatione. Argumentoũ igitur Bur. videtur tentatiuum cum dicitur: Oratio vel constructio est defectiua. igitur sensus datus non consonat literæ, Nã pro cõsonantia habenda in litera suppletur, quod per figuram vel colorem truncatũ est. Secundò dicit Bur. Postil. præsupponere falsum, in eo quod dicit Iudæorum scribas & sacerdotes propter auaritiam feciße inter cæteras traditiones etiam illam quod melius est C offerre deo quam subuenire parentibus, &c. Hoc dicit Bur. falsum. Primò vt dicit, nusquam reperitur Iudæos hoc sensisse, quinimmo præponderant eleemosynam spontaneis sacrificiis, multò fortius honorem parentum &c. Vbi dico, quod si consequentia valeat, antecedens est mihi valde dubium propter dicta beati Hiero. & propter glo. super Matth. & Mar. & Scholasticam historiam: & propter dicta aliorum D doctorum: quorum multi sciuerunt Hebraicum, & concorditer dicunt sicut Postil. qui ab eis recepit. Sed dato (quamuis non concesso) quod Iudæorum proceres sicut dicit Bur. sensissent, non tamen sequitur igitur sic facerent vel docerent auaritia cæcati, Nec hodie eorum docti docent vel faciunt id quod sentiunt, immo potius per Talmudicas & erroneas doctrinas simplicem populum decipiunt, & veram literam corrumpunt, secundò dicit Bur. dictum Postil. falsum. Allegat ad id probandũ Rabi Moysen AEgyptium satis benedicentem: sed non allegat bene facientem, qui traditionibus humanis diuina præcepta præponderat: Et quod Bur. nos vltrà in sua expositione ad Talmud remittit, & librum quem nominat Nedarim, nihil aliud est quàm fides Christi retrahere à sanctorum veris expositionibus, & remittere ad videndum vna scripta erroribus plena, prout ipse Bur. met testatur in multis locis Nec est cautum simplices sensum literalem sæpe cupientes huiusmodi erroribus occupare.

In eodem capitulo vbi dicitur. Omne quod intrat in os &c. Dicit Postil. intelligendum secundùm Synecdochen. Bur. facit inutilem obiectionem, & incidit in id quod improbare putat. Dicit enim, quod non oportet dici per Synecdochen quia non dicitur totum quod intrat sed omne, distributio debet accipi vt dicit pro speciebus singulorum, vt sit sensus, de qualibet specie ciborum aliquid mittitur in secessum, licet aliquid ad nutriendum retineatur. Nunc autem & apud philosophos & theologos, totum vniuersale, & omne, quod eodem accipiuntur. Qui enim dicit omne, nihil excipit. Sic & similiter de toto vniuersali, & specialiter omne est totum in quantitate secundùm logicos, vnde resolutio Bur. qua dicit de omni specie ciborum aliquid mitti, idem est sicut E diceret debere intelligi secundùm partem, & sic omne capitur, per Synecdochen, quod voluit improbare. Sed mouet Bur. hic dubium quia per vtranque expositionem non videtur tolli scandalum à Pharisæis & propter hoc dicit dubium allegando beatum Hier. quod vniuersaliter debeat accipi sic, quod quidquid intrat in eos & ex alimento generatur potest etiam per calorem naturalem resolui, & per occultos quosdam poros emitti. Sed illud videtur frustra dici per Bur. Primum quia Christus dicit, omne quod intrat &c. per hoc noluit nec curauit tollere scandalum Pharisæorum: quia dixit: Sinite eos, cæci sunt & duces cæcorum sed solũ voluit instruere discipulos petentes. Et non est verisimile, quod de illis occultis modis digerendi & egerendi curaui, discipulos instruere: sed innuere argumento à maiori scilicet vt si impurum nutrimenti quod in secessum emittitur, non coinquinat: igitur multo magis id quod purum est non coinquinat, iuxta illam regulam: Si id quod magis videtur ineße non inest, nec quod minus. Sed si ex cibis deberet homo inquinari magis videtur hoc verum de impuris, quod tamen non est, vt dicitur in litera. Et subintelligendum est moraliter, quia ex his qua naturalia sunt nec laudandus quis est nec vituperandus. Si igitur per naturalem digestionem vel indigestionem ex puro vel impuro cibo generaretur corruptus humor vilem faciens hominem, ex hoc tamen non dicitur moraliter inqu-nari quamuis naturaliter, de qua hic non dicitur. F

CAP. XVI.

ET accesse. &c. Vt sig. de. Vt qui pauit multos paucis manna plueret quo omnes reficeret. Vnde Ioannes post edulium panũ: Quod signum facis, vt videamus & credamus tibi? quid operaris? Patres nostri mãducarũt manna in deser. Petebant tentando, vt in morẽ Eliæ ignem de sublimi mitteret vel similitudinem Samuelis ẽstiuo tẽpore mugire tonitrua faceret quasi non possẽt & illa calumniari, & dicere ex occultis & variis aëris passionibus accidisse.

Ioan. 6. d. 3. Reg. 18. f

CAPVT. XVI.

a ¶ Legis fiducia insolentes, dedignantes opera virtutum.

ET accesserunt ad eum Phariſæi & Saducæi tentantes, & rogauerunt eum, vt ſignum de cœlo oſtenderet eis. At ille reſpondens ait eis

ORIGENES.

NICOLAVS DE LYRA

CAP. XVI.

ET acce. ad. In præcedenti capitulo Christus reprobauit errorem Iudæorum in lege, hic fundationem ecclesiæ gentium in fide, vbi primò aperit incarnationis mysterium, secundò prædicit redemptionis precium. ibi: Venit autem Iesus in partes. tertiò imponit imitationis exemplum, ibi: Tunc Iesus dixit discipulis. Prima in duas: quia primò mysterium incarnationis aperitur secundò, ex hoc doctrina Pharisæorum non solum sicut erronea sed sicut curiosa & inutilis excluditur, ibi: Et cum vidissent discipuli eius. Circa primam partem aduertendum, quod aliqui Scribæ & Pharisæi omisso studio legis & prophetarum studebant in mathematicis & potißimè in astrologia: vnde & vsque hodie aliqui eorũ in hoc sunt valde curiosi. Et quia astrologi aliquando volunt iudicare per considerationem astrorum de inchoatione legum & sectarũ diuersarum, ideo & isti per astra volebant prænosticare de aduentu Christi, hoc autem est impoßibile, quia virtus cœli non se extendit ad talia licet se extendat ad prænosticandum de futura dispositione aeris, vt siccitate, & pluuia, & huiusmodi. & hoc est quod dicitur.

1 Et ac. ad eum ph. &c. Scilicet si poßent eum in aliquo capere.

2 Et rog. eum vt sig. Declarando scilicet tempus sui aduentus ex aliquo signo cœlesti.

3 At ille resp. Id est aliquid prædicere de futura temporis dispositione potestis per considerationem cœli: quia ad hoc bene se extendit talis scientia propter quod subditur: Serenum erit.

Rubicundum

MORALITER.

1 Et accesserunt ad eum Pharisæi & saducæi tentantes eum &c. Per istos qui venerunt ad Christũ non addiscendi gratiam, sed malignandi malignandi: significantur illi qui veniunt ad sermonem vel lectionem, non vt ædificentur, sed vt prædicatori vel lectori insidientur. Per hoc autem quod quæsierunt signum de alio,

✠ ORIGENES. Hi dogmatibus inter se dissidentes, concordes sunt, vt tentent Iesum. Simile quiddam vsuuenit inter Pilatum & Herodem, qui inter se facti sunt amici, vt Iesum occiderent Frequenter autem & nunce videre licet in vita, eos qui maximè discrepant opinionibus, apparere concordes, vt irrideant oppugnéntq; Iesum Christum qui est in discipulis suis.

In cap. 16. Matth.

a *Facto ve.* Increpat eos, quod ex ordine elementorum discernant dies, sed signa temporum ignorant, cum omnis lex & prophetæ, aduentus sui indicia ex operum quę gereret admiratione significēt.

† Rutilat, rubescit

Cum qualitatem tēporis futuri ex signis præsentibus cognoscerent rem tam necessariā ex signis suis intelligere negligebant.

✠ CHRISOS. Sicut ergo in cœlo, aliud quidem est signum serenitatis, aliud pluuiæ: ita in me putare oportet. Nunc enim in primo aduentu his signis quæ in terra sunt, opus est: quæ autem in cœlo sunt, reseruantur tempori secundi aduentus. Nunc enim sicut medicus veni, tunc sicut iudex adero.

† Intra se

Hom. 54. in Matth.

b *Rutil.e.* Patiuntur apostoli post resurrectionem, per quos me iudicare in futuro scire potestis, quia cum non parco meis bonis quin patiantur, non parcam aliis in futuro.

c *Sign.* ad tempus gratiæ pertinentia à prophetis prędicta, non possunt vobis fidem facere de meo aduentu. *Signa au.* Signa temporum dixit de aduentu suo vel passione cui simile est roseum cœlum vespere. Et item de tribulatione ante aduentum futurum, cui simile est roseum cœlum cum tristicia.

Act. 1. a.

C d *Non da.ei.* Sed datur fidelibus de cœlo quando videntibus Apostolis Apostolis in cœlum ascendit, & spiritum sanctum misit.

✠ ORIGENES. Illud signum hoc, erat signum, eò quòd illud huius erat significatiuum: vt illius signi explicatio, quod ex seipso obscuritatem habebat, sit quod seruator passus est, quod in corde terræ tres dies ac tres noctes egerit.

D Vbi supra.

a ¶Ita in morte mea debetis resurrectionem peccatorum per meum sanguinem intelligere. 1

† Fácto vespere dicitis serenum erit: † rubicundum est e- 2

a ¶Futurum iudicium præuidere per præcedentes tribulationes sanctorum.

nim cœlum: & mâne, hodie tempestas, rutilat enim triste 3 4

¶Ex istis signis.

cœlum. * Faciem ergo cœli diiudicare nostis, signa autem 5 6

a ¶Nota eadem superius dicta. ¶Incredula pro spirituali carnalem intelectum habens:

temporum non potestis, scire † Generatio mala & adultera 7

a ¶De cœlo. ¶Hoc potestatis suæ signum constitutum esse demonstrat. b ¶De inferiori

signum quærit: & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ 8

a ¶Vt infidelibus, non dimissis Iudęis. ¶Ad gentes

prophetæ. Et relictis illis abiit. Et cum venissent discipuli eius 9

trans fretum obliti sunt panes accipere. Qui dixit illis: † In- 10

¶Id est, àvani s traditionibus, quibus addentur quod, non sunt.

tuemini, & cauete à fermento Pharisæorum & Saduçæorum

a ¶Non vult, vt de panibus eorum accipiamus.

At illi cogitabant † inter se, dicentes: quia panes non acce- 11

a ¶Cogitationes eorum.

pimus. Sciens autem Iesus dixit: Quid cogitatis inter vos 12

a ¶Neque mysterium intelligitis neque virtutem in memoria habetis.

modicæ fidei, quia panes non † habetis? Nondum intelligi- †

e *Obliti sunt panes accipere.* Quomodo panes non habent qui modo impletis sportis nauem ascenderunt & nauigantes audiunt vt caueant à fermento Pharisæorum. Sed tamen ait scriptura quod obliti sunt tollere panes secum vnius veri & interni panis (qui cum eis erat) dulcedine capti, parum se curare iudicantes de cura corporis & necessariis, cum & ipsa naturalis refectio à mente excesserat.

† Lu. 12. g.

† Mar. 8. b Luc. 11. d.

f *A fermento.* Fermentum est peruersa doctrina, quæ vel modica totā massam corrumpit, & in suum saporem trahit.

† Videte. 1. Cor. 5. b.

E

† Accepistis.

✠ CHRYSOSTOMVS. Non dixit attendite à doctrina Pharisæorum quia vult commemorare quæ facta sunt de multiplicatione panum simpliciter autem de hoc incusare non videtur habere rationem, occasione autem ab eis recepta susceptibilem facit incusationem.

✠ ORIGENES. Erat enim consperfio quædam doctrinæ fermentiq; verè veteris, quam prebebant Pharisæi & Saducæi, vnde Iesus non vult amplius edere suos discipulos, quos fecerat nouam & spiritualem consperfionem.

g *Quid cogitas.* Quid cogitatis me dixisse de terrenis panibus de quibus non est vobis dubitandum, cum de tam paucis tantas

☞ feci F

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Rubicundum est enim cœlum. *Talis enim dispositio cœlestis est signum futuræ serenitatis, quia scilicet, sic frequenter contingit, licet aliquando impediatur:*

2 Et mane. *supple dicere potestis.*

3 Hodie tem. *erit supple.*

4 Rutilat. *quod contingit ino cruscatione & tonitruo: & hoc est signum tempestatis, propter quod subditur.*

5 Faciem er. cœli diiudicare no. *inquantum scilicet facies cœli est signum alicuius dispositionis futuræ in elementis.*

6 Signa autem temporum non po. *Id est signa temporum definitorum in presentia dei de aduentu Christi non potestis per talia diiudicare, quia solummodo dependet ex diuina dispositione, & non ex constellatione. Et propter hoc aduentus Christi considerandus est (vt dictum est) ex dictis prophetarum: qui hoc habuerant ex diuina reuelatione, sicut habetur Dan. 9. vbi circa hoc taxantur hebdomadæ determinatæ. & Gen. 49. vbi signum aduentus Christi ponitur translatio regni Iudæorum ad alienigenam, quod factum est sub Herode.*

7 Generatio mala & adultera. *Hoc suprà expositum est ca. 12.*

8 Et cum venissent. *Hic concludit doctrinam Pharisæorum vitandam à discipulis suis, non solum tanquam curiosam & inutilem, sed etiam malam & periculosam, propter hoc vocat eam fermentum propter corruptionem malitiæ & nequitiæ contentam in ea, & hoc est quod dicit:*

9 Intue. *Per diligentem considerationem mentis.*

10 Et cauete à fermento. *id est à doctrina corrumpente. Nec est mirum, si fermentum dicitur hîc doctrina corrumpens, Suprà, autem 13. cap. fermentum accipiuntur pro feruore fidei, vt visum est quia eadem res ex diuersis proprietatibus bene significat oppositа & disparata sicut Leo aliquando accipitur pro Christo, vt dicitur Apocal. 5. b.* Vicit Leo de tribu Iuda: *& hoc propter constantiam & audaciam in aggrediendo ardua & periculosa. Aliquando autem accipitur pro diabolo propter crudelitatem, secundùm quod dicitur, 1. Pe. 5. c.* Aduersarius verò vester diabolus tanquam leo rugiens circumit quærens &c. *Ita eodem modo fermentum propter calorem inclusum significat feruorem fidei, propter autem corruptionem, doctrinam malam.*

Mar. 8. b Luc. 12. a

11 At illi co. inter se di. quia pa. non *Ac quasi dicerent intra se: bene cauimus, quia ab eis nullum panem accepimus. Ex quo patet, quod intelligebant fermentum ad literam id est panem fermentatum. Patet etiam eorum deuotio ad Christum, quia sic ei inseparabiliter adhærebant, quod obliti fuerant accipere necessaria.*

1 Sciens autem Iesus cogitationes eorum, &c. *Tanquam Deus.*

✠ Quare

MORALITER

✠ significantur illi qui quærunt audire subtilia, curiosa & inutilia, propter quod dictum est eis: quod sibi non dabitur signum nisi signum Ionæ prophetæ, qui propter suam inobedientiam fuit deglutitus à ceto: sic & ipsi deglutiendi sunt à diabolo: si tamen verè pœniteant de suis defectibus, saluabuntur, sicut Ionas verè pœnitens de ventre ceti fuit liberatus.

8 *Et cum venissent discipuli eius trans fretum &c.* Per istos significantur

ficantur illi qui Christi doctrinam audiunt, sed non retinent vel opere non adimplent, ideò dicitur eis.

† *Nondum in.* Et interrogabat discipulos suos dicens: Quem dicunt homines esse filium hominis &c. Origines. In hoc dedit exemplum, vt nos semper scrutemur qualis opinio sit apud homines de nobis, vt si quid mali dicitur de nobis occasiones illius prescindamus: Si autem quid boni, occasiones augeamus.

† Caro

feci abundare reliquias?

A ✠ CHRYSOSTOMVS. Quia discipuli circa obseruationes Iudaicas adhuc repebant ideò Dominus vehementer eos increpat ad vtilitatem omnium.

a *Cauete à fermento Pharisæorum.* A superstitiosa doctrina, quæ more fermenti veri panis simulat se substantiam habere. Per hoc innuit, quid significant quinque panes vel septem. Si enim fermentum dicit hæretica, dogmata panes sunt vera doctrina.

† Et quinque milium

†[Quomodo

b *In partes Cæsareæ Philip.* Iste locus est, vbi Iordanus oritur ad radicem Libani, ex Ior. & Dan. duobus fontibus.

B c *Homines esse.* Homines sunt qui de filio hominis loquuntur: Dij enim qui deitatem intelligunt.

d *Filium hominis?* Dominus de se humilitatem humanitatis profitetur, discipuli deitatem intelligunt.

tis, neque recordabimini quinque panum [a] ¶ Expensorum. †in quinque milia hominum, & quot cophinos sumpsistis? Neque septem panum [a] ¶ Expensorum. †in quatuor milia hominum, & quot sportas sumpsistis. † Quare non intelligitis, quia non de pane [a] ¶ Pane corporali. dixi vobis: 1
a Cauete à fermento Pharisæorum & Saducæorum. Tunc 2
intellexerunt, quia non dixerit cauendum à fermento panum: sed à doctrina Pharisæorum & Saducæorum. † Venit 3
[a] ¶ Quam in honore Tyberij Cæsaris Philippus frater Herodis extruxit.
[b] ¶ Vt veræ confessionis mercedem reddat, non quasi nesciat.
b autem Iesus in partes Cæsareæ Philippi, & interrogabat [b] 4
c discipulos suos, dicens: Quem me dicunt homines esse 5
[a] ¶ Non dicit me: ne insolenter loqui videatur.
d filium hominis? At illi dixerunt: Alij Ioannem Bapti- 6
e stam, alij autem Eliam, alij verò Ieremiam, aut vnum 7
[a] ¶ Discreti ab aliis, non homines sed Dij. 8
ex prophetis. Dicit illis Iesus: Vos autem quem me esse 9
[a] ¶ Sciunt & Apostoli, sed Petrus respondet pro omnibus. 10
[b] ¶ Omnia complexus est, qui & naturam & nomen expressit. 11
¶ Verum hominem, & verum Deum credit & confitetur.
f dicitis? Respondens Simon Petrus dixit: Tu es Christus filius [b] 12 13

✠ ORIGENES. Interrogat discipulos, quem ipsum dicerent homines esse, quo nos disceremus ex Apostolorum responso, id temporis apud Iudæos varias fuisse de Christo opiniones. Et vt nos semper scrutemur, qualis sit opinio apud homines de nobis, vt si quid malè dicitur de nobis, occasiones

Tractatu 1. in Matth.

siones illius præcidamus, si quid autem boni, eius occasiones augeamus.

D ✠ CHRYSOSTOMVS. Plebis mentem quæ ad malum prona inflexu non erat, inuestigat, non Pharisæorum. Etsi enim multò humilior quàm oportebat, eorum erat de Christo opinio, sed tamen à nequitia libera erat, Pharisæorum autem de Christo opinio, erat plena multa malitia.

Hom. 55. in Matth.

† Et quinque milium

e *Alij Ioannem Baptistam.* sic poterant errare in Elia vel in cæteris aliis, sicut Herodes errauit in Ioanne cum ait: *Ioannes quem ego decollaui surrexit à mortuis: & ideò virtutes operantur in eo,* Ideò vult exponi errores eorum, vt eis repulsis discipuli veritatem proferant, non ex vulgi opinione, sed ex domini reuelatione.

Mar. 6. b.
† Mar. 8. c.

E f *Respondens Simon Petrus.* Ideò vnus respondens, & vni respondetur pro omnibus vt vnitas in omnibus obseruetur.

✠ CHRYSOSTOMVS. Quando Dominus de plebis opinione interrogat, omnes respondent, sed omnibus discipulis interrogatis, Petrus tanquam os Apostolorum & caput pro omnibus respondet.

Hom. 55. in Matth.

☞ *Dei viui.*

C NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Quare non intelligitis, quia non de pane dixi vobis. *Quasi dicat ex factis meis præcedentibus & doctrina deberetis sic esse illuminati, quod verbum meum intelligeretis, non de pane materiali, quia de hoc possum vobis sufficienter prouidere. Quod probat duplici exemplo, in quo magnam multitudinem satiauerat paruo cibo, Vt patuit suprà 14. & 15. cap. & hoc est quod dicit* Nondum intell. &c. *& patet. Sequitur.*

2 Tunc intellexerunt, &c. à fermento panum. *Materialium sed à doctrina Pharisæorum, quæ vocatur fermentum ratione pr. dicta.*

3 Venit autem Iesus in partes Cæsareæ Philippi. *In ista parte ostendit se humanæ salutis precium, & primò ostendit se Dei & hominem mediatorem, & secundo hominum redemptorem per suam passionem, ibi,* Et exinde cœpit Iesus, &c. *Circa primum primò ponitur discipulorum confessio, Secundò, ex hoc subditur potestatis collatio, ibi:* Respondens autem Iesus. *Circa primum aduertendum, quod mediator inter aliqua debet participare extrema, & ideò Christus qui habebat duplicem naturam in vno supposito, scilicet diuinam & humanam, vnam sibi naturalem, aliam pro nobis assumptam, erat verè Dei mediator & hominum, & per consequens aptissimus vt esset humanæ redemptionis precium. Hanc autem duplicem naturam declarat in seipso. Humanam per euidentem ostensionem, quia dicebat se & ostendebat se filium hominis. Aliam ex vera confessione Petri pro se & aliis discipulis diuinam naturam in eo confitentis, quam confessionem tanquam veritatis expressiuam approbat Christus. Dicit igitur:* Venit autem Iesus in partes Cæsareæ Philippi. *Dicitur autem Cæsaræa Philippi, quia renouata & ampliata à Philippo Tetrarcha fratre Herodis. Extunc nominauit eam Cæsaream, in honorem Cæsaris qui dedit ei quartam partem regni, vt refert Iosephus, & habitum est supra. Dicitur etiam Cæsarea Philippi: ad differentiam alterius, quæ dicitur Cæsaræa Palestina, vbi Cornelius Centurio mansit Act. 10. & ista ciuitas antiquitus dicta est Lachis, & postea Dan à filiis Dan eam occupantibus: vt habetur Iudi. 18. postea dicta est Cæsarea Philippi & nunc Pelneas seu Palneas dicitur. In ista autem ciuitate habitabant Gentiles & in confinibus eius: & ideo ex hoc quod Christus hoc mysterium suæ incarnationis reuelauit: ostenditur fundatio ecclesiæ in fide Gentium. sequitur.*

F 4 Et interrogabat discipulos suos. *Non interrogabat ignorans quid crederent vel quid responderent, sed vt eorum fideli confessione conuenientius solidarentur in fide.*

5 Quem me dicunt homines esse filium hominis? *Id est, turbæ vulgares. Et quia de ipso erant variæ opiniones in populo. Ideo sequitur.*

6 At illi dixerunt: alij verò Ioannem Baptistam. *Cuius opinionis fuit Herodes & sui sequaces, vt supra visum est 14. cap.*

7 Alij autem Eliam. *Propter zelum veritatis.*

8 Alij verò Ie. *Propter patientiam in aduersis.*

9 Aut vnum ex prophetis, *Antiquis, scilicet, secundùm quod habetur Luc. 9. vbi habetur sic, quod propheta vnus de prioribus surrexit. Opinio autem omnium loquentium de immortalitate animæ, & de resurrectione fuit, quod anima separata à corpore sit maioris virtutis, quam coniuncta tali corpori quale nunc habemus, secundùm quod dicitur Sap. 9. d.* Corpus quod corrumpitur aggrauat animam. *Et similiter, quod in resurrectione homines erunt maioris virtutis. Et quia videbant Christum maiora facere miracula, quam aliquis prophetarum fecerit, ideo credebant quod vnus de antiquis prophetis surrexisset à mortuis; & sic maiora miracula faceret, quam antea fecisset, & hoc modo motus est Herodes ad credendum quod esset Ioannes Baptista, vt habitum est supra. Sequitur.*

10 Vos autem. *Quasi dicat, si alij errant opinando falsa de me, vos tamen non debetis errare, qui tandiu mecum fuistis, & meam doctrinam frequenter audiuistis, & miracula tanta vidistis.*

11 Respondens Simon Petrus. *Tanquam principalis, inter alios pro se & pro aliis dedit responsum.*

12 Tu es Christus. *Quod interpretatur vnctus, & sic confitetur eius humanitatem in qua vnctus est oleo gratiæ præ aliis.*

13 Filius Dei. *Naturalis, scilicet, & non adoptiuus sicut alij, & per consequens eiusdem naturæ cum Deo patre: & sic confitetur veri-*

✠ *tatem*

a *Dei viui.* Ad distinctionem falsorum deorum,quos Gentes vel de mortuis hominibus, vel de sensibili materia sibi instituerunt.

b *Bariona.* Bene filius columbæ, quia dominum pia simplicitate sequebatur, vel quia plenus spirituali gratia erat. Filius spiritus sancti dicitur, qui ostensus est in columba, ab eo quem filium dei viui vocauerat, & filio columbæ pater reuelat, quia vna est operatio patris & filij cum sancto spiritu. Reuelat inquam mysteriũ fidei, quia caro & sanguis non reuelare potuit id est homines carnali sapientia inflati, qui non columbæ filij, & ideo à sapientia spiritus alieni. de quibus, supra, *Alij Ioannem Baptistam, alij autem Eliam &c.*

a ¶ In Petro omnibus respondit. b ¶ Tam altæ fidei confessione.

a Dei viui. Respõdens autem Iesus, dixit ei : Beatus es 1 2

a ¶ Filius columbæ Syriacę. b ¶ Carnalis quilibet. c ¶ Tantum arcannum.

b Simon Bariõna, quia cãro & sanguis non reuelauit tibi, 3 4

a ¶ Qui illustrat mentes hominum.

sed pater meus qui in cœlis st. Et ego dico tibi, quia † 5 6

a ¶ Tu dixisti mihi filius Dei, & ego dico tibi, cuiu dicere est facere. b ¶ Id est Christum in quem credis.

c tũ es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam 7 8 9

a ¶ Non separabunt eam à charitate mea & fide.

d e meam, & portæ inferi nõn prævalebunt aduersus eam.

a ¶ Præsentis iudicij potestatem. b ¶ Ecclesiæ. c ¶ Quemcunque indignum remissione iudicaueris dum vivit, apud Deum indignus iudicabitur. 10 11

f g Et tibi dabo clãues regni cœlorum. Et quodcunque liga- 12 13

c *Tu es.* non dico vocaberis, sed tu es Petrus ob fortitudinem fidei & confessionis constantiam.

d *Petrus.* A me petra, ita tamen vt mihi retineam dignitatem fundamenti: tu super me ordinabis lapides mundos, & abiicies leprosos.

Supra 5.b. Sicut lumen & cætera nomina, vt *Vos estis sal terræ*, à domino sortiti sunt apostoli, sic Simoni à se nomen Petri dedit.

✠ Avgvstinvs. Dixi quodam loco de Apostolo Petro, quod in eo tanquam in petra fundata sit ecclesia. Sed scio me postea sic exposuisse, quod à domino dictum est. *Tu es Petrus &c.* Vt super hunc intelligeretur quem confessus est Petrus, dicens, *Tu es Christus filius Dei viui*, ac si Petrus ab hac petra appellatus, personam ecclesiæ figuraret, quæ super hanc petram ædificatur. Harum autem duarum sententiarum quæ sit probabilior eligat lector.

Lib.1.retra ctat.c.21.

✠ Chrysostomvs, *Super hanc petram*, id est, in hac fide & confessione *ædificabo ecclesiam meam.* Hinc ostendit multos iam credituros, quod Petrus confessus fuerat, & erigit eius sensum & pastorem ipsum facit.

✠ Leo Magnvs. Et ego dico tibi, &c. Hoc est, sicut meus pater tibi manifestauit diuinitatem meam, ita & ego notam tibi facio excellentiam tuam. Quia *tu es Petrus*, id est, cum ego sim inuiolabilis petra, ego lapis angularis qui facio vtraq; vnum. Ego fundamentum præter quod nemo potest aliud ponere. Tu tamen quoque petra es, qui à mea virtute solidaris, vt quæ mihi potestate sunt propria, sunt tibi mecum participatione communia.

serm. 3. de S. Petro

✠ Clemens Romanvs. Simon Petrus fidei merito & integræ prædicationis obtentu fundamentum ecclesiæ definitus est. A petra cognominatus est Simon Petrus, vt edoceamur, Petrum Christi vicem in terris habiturum, cuius nomen & accepisse cognouimus, & eandem petram vocari supra quam fundanda erat ecclesia, quæ iam in Christo primario fundamento ædificari cœperat. Quamobrem dixit illi, *super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.*

In epist. ad Iacobum.

† 19.dist.c. tu dominus & 21. di. c. in nouo & c. quamuis.

✠ Hilarivs. Est autem in nuncupatione noui nominis fœlix ecclesiæ fundamentum, dignáque ædificatione illius petra, quæ infernales leges & tartari portas, & omnia mortis claustra dissolueret.

✠ Origenes. Petra est quisquis Christi discipulus est, ex quo biberunt de spiritali consequente petra. Et super talem petram constituitur omnis ecclesiastica doctrina, & secundum hanc vitæ institutio.

e *Et portæ.* Portæ inferi sunt peccata, minæ, blandimenta, hæreses, quibus infirmi ruunt in mortem, qui non verè suprà petram, sed super arenam domum professionis suæ credendi sunt ædificauisse, id est, non simplici & vera intentione Christum sequi, sed ob terrenam quamlibet causam habitum prætendisse. Qui enim in intimo cordis amore fidem Christi percipit, quicquid ingruit extra facilè vincit.

✠ Evsebivs. Ecclesia sanctorum orationibus glorificata, neque hostibus terga dat, neque ipsis ianuis mortis cedit, propter pauca verba quæ Christus protulit, *Super petram ædificabo.&c,& portæ inferi non prævalebunt.*

Lib.1.de præpar.euã. c.2.

✠ Origenes. Sed & singulæ spirituales nequitiæ in cœlestibus, portæ sunt inferorum, quibus contrariantur portæ iustitiæ. Non autem exprimit vtrum petræ non prævalebunt, in qua ædificat Christus ecclesiam: aut ecclesiæ, quam ædificat super petram, tamen manifestum est, quia nec aduersus petram nec aduersus ecclesiam portæ prævalent inferorum.

Vbi supra.

f *Et tibi.* Vt omnibus constaret, quia absq; ea confessione ac fide nullus regnum cœlorum posset intrare. Qui præ cæteris confessus est præ cæteris donatur clauibus. Claues sunt discernendi scientia & potentia, qua dignos recipere, indignos excludere debet à regno, vnde subdit.

g *Et quodcunque liga.* Id est, quem in peccatis persistentem æternis pœnis adiudicaueris: vel quem humilem & verè pœnitentem

☞ tentem

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *tatem diuinæ naturæ & humanæ in eodem supposito,*

1 Viui. *Hoc additur ad differentiam illorum qui colebantur tanquam Dij à Gentilibus, vt Hercules, Iupiter & cõsimiles. Fuit enim anti quorum opinio, quod quando tales excellentes personæ moriebantur ad vitã deorum transferebantur, vnde 2.Mac.11. dicitur quod rex Antiochus scripsit de patre suo mortuo.* Patre nostro inter Deos translato, nos volentes eos qui sunt in regno nostro sine tumulo agere &c. *Ad istas ergo falsitates excludendas dixit Petrus*, Dei viui.

2 Respondens autem Iesus. *Hic consequenter ad confessionem deitatis subditur collatio potestatis.*

3 Beatus es Simon Bar. *Id est, filius Ioanna. Bar enim idem est quod filius. Iona autem ponitur per diminutionem subtracta media syllaba pro Ioannam, vnde est ibi compositio ex integro & corrupto. Vnde Bariona hic accipitur, ac si diceretur filius Ioannis, propter hoc Petrus dicitur Io. vlt.* Simon Ioannis: *dicitur autem hic* Bea. *quia confessio vera fidei ducit ad beatitudinem.*

4 Caro & sanguis non reuelauit tibi. *Id est, homo mortalis non docuit te illam veritatem.*

5 Sed pater meus. *& per consequens tota trinitas, quia indiuisa sunt opera trinitatis à dextra.*

6 Et ego dico tibi. *Pro te & pro sociis tuis.*

7 Quia tu es Petrus. *i. confessor petræ veræ quæ Christus est, factus.*

8 Et super hanc petram. *Quam confessus es, id est, super Christum.*

9 Ædificabo ecclesiam meam Et portæ inferi. *Id est persequutiones tyrannorum, & insultus & tentationes spirituum malignorum.*

10 Non prævalebunt ad.eam. *A vera fide subuertendo. Ex quo patet, quòd ecclesia non consistit in hominibus ratione potestatis vel dignitatis, ecclesiasticæ vel secularis, quia multi principes & summi pontifices & alij inferiores inuẽti sunt apostatasse à fide: propter q̃ ecclesia cõsistit in illis personis in quibus est notitia vera, & cõfessio fidei & veritatis.*

11 Et tibi da. *Non solùm pro te, sed etiam pro aliis. Sicut enim confessio Petri erat confessio aliorũ, ita potestas hæc data Petro intelligitur dari aliis, licet Petro principalius inquantum erat aliorum capitaneus.*

12 Claues regni. *Istæ claues non sunt materiales sed potestas spiritualis duplex. Vna est potestas discernendi peccatum à non peccato, sicut in veteri lege sacerdotes iudicabant inter lepram & non lepram. Aduertendum etiam, quod licet homo non possit hoc bene iudicare sine scientia, tamen scientia non dicitur clauis, sed potestas iudicandi per scientiam præhabitam; & ideo licet scientia non sit clauis, tamen necessario præexigitur ad debitum vsum huius clauis. Alia clauis est potestas admittendi ad regnum, vel excludendi, secundùm verum iudicium præhabitum: quia debent indigni excludi, & digni recipi.*

Claues Petro concessæ quæ quotuplices

13 Et quodcunque liga. *Quia supposito hic in terra debito vsu*

✠ clauis,

MORALITER.

4 *Caro & sang.* Origen. Si ergo & nos patre nobis reuelante qui est in cœlis, quãdo s. conuersatio nostra in cœlis fuerit, confessi fuerimus Iesum Christũ esse Dei viui filiũ, & nobis dicetur.

8 *Tu es Petrus.* Petrus enim est omnis imitator Petri.

13 *Et quodcunque.* Hier. Istum locum episcopi & presbyteri

✠ malè

tentem ab ſolueris, ſic erit & in cœlis.

A *Et quodcunque ligaueris ſuper terram.* HIERONYMVS. Habent quidem eandem iudiciariam poteſtatem alij apoſtoli, quibus poſt reſurrectionem ait: *Accipite Spiritum ſanctum quorum re. &c.* Habet etiam omnis eccleſia in presbyteris & epiſcopis: ſed ideo Petrus ſpecialiter accipit, vt omnes intelligant, quòd quicunque ab vnitate fidei & ſocietate eius ſe ſeparauerit, nec à peccatis ſolui: nec cœlum poteſt ingredi. Hũc locum quidam non intelligentes, aliquid ſibi ſumunt de ſupercilio Phariſæorum, vt damnare innoxios, vel ſoluere ſe noxios putent: cum apud Deum non ſententia ſacerdotum, ſed reorum vita quæratur. Vnde in Leuitico oſtendere ſe ſacerdotibus iubentur leproſi, quos illi non faciunt leproſos, ſed diſcernunt qui mundi vel immundi ſunt, ita & hic.

Ioan. 20. c.

Leui. 13. f.

† Propitius tibi ſis.

B

Sacerdotũ poteſtas ligandi, &c. quanta & qualis.

Nota Chriſtum per ſe intus viuificare, miniſtris poteſtatem ſoluendi poſt vitam redditam tribuere. Non enim aliquem ſoluere poſſunt, niſi viuat, quem ſoluunt. Sed ad quid ſoluendi poteſtatem accipiunt, cum à Deo iam liberatus & viuificatus quem ſoluunt quæritur? Dicunt quidam miniſtros ſoluere, id eſt, ſolutos demonſtrare reconciliatos eccleſiæ, quos priùs de crimine manifeſtos vel conuictos ab introitu eccleſiæ pro bauerant. Alij, à quadam impotentia bene operandi, quæ poſt remiſſionem & ſatisfactionem adhuc remanet, & eſt fex & reliquiæ præcedentium peccatorum, non tamen peccatum, ab hac purgatur homo cum reconciliatur eccleſiæ per iudicium ſacerdotis. Vt enim in homine poſt febris purgationem debilitas quædam remanet quæ febris non eſt, à qua non citò purgatur. Sic in homine poſt criminalem remiſſionem pro qua iudicium eccleſiæ ſubiit, ipſius peccati debilitas remanet. Alij, veritati & euangelio adhærentes, miniſtros eccleſiæ à peccato ſoluere dicunt. Dicit enim veritas. *Accipite Spiritum ſanctum quorũcunque re. &c.* De hoc iterum Au. contra quinque hæreſes. Nec eos audiamus qui negant catholicam eccleſiam non omnia peccata poſſe dimittere. Illi enim in Petro petram non intelligunt, & non intelligentes eccleſiæ datas eſſe claues regni cœlorum, ipſi

Ioan. 20. c.

C

¶ Quemcumque ſoluendum iudicaueris dum viuit, & remiſſionem peccatorum conſequetur à Deo.

ueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque ſolueris ſuper terram erit ſolutum & in cœlis. Tunc præcepit 1
a diſcipulis ſuis, vt nemini dicerent, quia ipſe eſſet Ieſus Chri-
b a ¶ Non aliis ſed prouectioribus.
c ſtus. Exinde cœpit Ieſus oſtẽdere diſcipulis ſuis, quia oportet eum ire Ieroſolymam, & multa pati à ſenioribus, & 2 3 4
ſcribis, & principibus ſacerdotum, & occidi, & tertia die re- 5
a ¶ Separatim, ne coram aliis magiſtrum arguat. ¶ Amantis affectu. 6
ſurgere. Et aſſumens eum Petrus, cœpit increpare illum, 7
¶ Optando. a ¶ Non poteſt eſſe vt filius Dei occidatur.
d dicens: † Abſit à te Domine, non erit tibi hoc. 8

ipſi eas de propria manu amiſerunt. His opponitur quòd ſolus Deus Lazarum ſuſcitauit: apoſtolis ſoluendum tradidit. Item quòd ſolius ei dimittere peccatum eſt. Ad hoc dicunt, quod Deus priùs Lazarum ſuſcitauit, hoc eſt, quod ipſe à ſe, non ab alio peccatum dimittit. Quod diſcipuli reſuſcitatum ſoluũt, hoc eſt quod non à ſe, ſed à Deo habent quod peccata dimittunt, ſic dicitur, ſolus Deus peccatum dimittit, quia hoc quod per ipſum facimus, ipſe facit.

D

Mar. 2. a.

✠ ORIGENES. Vbi ſupra. Vide autem quantam poteſtatem habet petra, ſuper quam ædificatur eccleſia eius, vt etiam iudicia maneant firma, quaſi Deo iudicante pereant.

E

✠ CHYSOSTOMVS. Hom. 55. in Matth. Promittit ſe daturum quæ ſunt propria Dei ſolius, ſcilicet, peccata ſoluere, & eccleſiam immutabilem facere inter tot tentationum & perſecutionum procellas.

a *Vt ne.* Supra aduentum ſuum prædicare præcepit, hic ne dicant eum eſſe Ieſum. Sed aliud eſt prædicare Chriſtum, quod eſt commune nomen dignitatis: aliud Ieſum, quod eſt proprium ſaluatoris, quaſi dicat, non prodeſt publicè prædicari maieſtatẽ populis: qui viſuri ſunt me multa pati, quod tunc demum licebit, cum reſurrectio potentiam deitatis oſtenderit.

b *Ieſus Chriſtus.* Saluator, ne ſcandalizarentur in eo quem paulò pòſt viſuri ſunt conſpui & crucifigi.

✠ ORIGENES. Vbi ſupra. Qui vult etiam Chriſtum prædicatum prius ab Apoſtolis dicat quoniam leuiter præmittere voluit mentionem nominis ſui, vt interim facto ſilentio prædicationis huius, hoc ipſum quod leuiter de Chriſto auditum fuerat, digeratur in cordibus auditorum. Aut ita eſt ſoluenda quæſtio, vt videantur ea quæ priùs de annunciando Chriſto ſunt dicta, non ad tempus pertinere quod fuit ante reſurrectionem, ſed ad tempora poſt futura.

c *Exinde.* Ecce cauſa prohibitæ prædicationis, quaſi dicat, tũc me prędicate cum iſta paſſus fuero, quia non ante prodeſt.

F

d *Abſit.* Non vult Petrus deſtrui confeſſionem ſuam: nec putat filium Dei poſſe occidi.

☞ CHRYSOST.

NICOLAVS DE LYRA

✠ *clauis, Deus illud approbat in cœlis, aliter non.*

1 Tunc præcepit diſcipulis ſuis. *Hoc videtur eſſe contrarium ei quod eſt dictum ca. 10. quod miſit diſcipulos, ad denunciandum aduentum ſuum. Dicendum, quod tunc denunciauerunt aduentum eius tanquam cuiuſdam ſancti prophetæ à Deo miſſi: & iſtud non præcipitur hîc taceri, ſed poſtquam cognouerant hîc diuinitatem ipſius, vt patet ex confeßione prædicta præcepit vt eius diuinitatem aliis non diuulgarent ne vulgares homines qui viderent eum pati tam ignominiosè, ſcandalizarentur de eorum prædicatione: ſed poſtquam reſurrexit, à mortuis, habita perfecta victoria mortis voluit hoc publicè predicari.*

2 Exinde. *Hîc oſtendit ſe eße mundi redemptorem per ſuam paßionem: & hoc eſt quod dicitur:* Exinde. *Id eſt, poſt quam ſe oſtenderat habere veram naturam diuiniam: ſecundùm quam eſt impaßibilis, & humanam in qua poterat verè pati.*

3 Cœpit. *Quia erat præordinatum à Deo Patre, quòd ibi compleretur myſterium redemptionis noſtræ. Illud autem quod præordinatum eſt à Deo infallibiliter euenit: quia licet non ſit neceßitas conſequentis, eſt tamen ibi neceßitas conſequentiæ. Modus autem noſtræ redemptionis ſubiungitur cum dicitur.*

4 Et mul.pa.à. *Quia ab iſtis iudicatus eſt ad mortem, & præſidi traditus.*

5 Et occidi. *A Gentilibus, qui eum crucifixerunt manibus propriis, vt habetur Ioan. 19.*

6 Et tertia die reſurgere. *Hoc prædixit, vt minùs triſtarentur de eius morte. Oportebat autem iſta impleri, quia à Deo erant præordinata.*

7 Et aſſu.eum Pe. &c. *In ſecreto, ſcilicet, quia inferior non debet ſuperiorem publicè arguere.*

8 Abſit à te domine. *Quaſi dicat, indecens eſt, quòd tu tam ignominiosè patiaris.*

✠ Qui

MORALITER.

✠ male intelligentes, aliquid de Phariſæorum aſſumunt ſupercilio vt vel damnent innocentes, vel ſoluere ſe noxios arbitrentur: cum apud dominum non ſententia ſacerdotum, ſed de eorum vita quæratur.

1 *Tunc præcepit diſcipulis.* Dans aliis exemplum, vt nõ quærant, ſed magis fugiant gloriam hominum.

2 *Exinde cœpit.* Ad hoc enim ignominiam ſuæ paſsionis, & reſurrectionis ſuæ gloriam prædixit, vt eius exemplo timorem paſsionis tolleret, & eos ad conſiderandum ſuæ reſurrectionis gloriam eleuaret.

7 *Et aſſum. eum Pe. &c.* Hic fecit Petrus ex affectu carnali: propter quod Chriſtus dicit ei:

✠ *Vade*

✠ Chrysostomvs. Quid mirabile est, hæc pati Petrum qui de his reuelationem non suscepit? Vt enim discas quod neque illa quæ de Christo confessus fuerat, ex se locutus est, vide qualiter in his quæ non reuelata sunt ei, turbationem patiatur humana enim & terrestri cogitatione quæ sunt Christi considerans, æstimabat turpe & indignũ esse ei quod pateretur.

Hom. 55 in Matth.

a *Vade.* Supra: omnia illa gloriosa in futurum promissa sunt, non in præsenti data. Ædificabo ecclesiam meam, & tibi dabo cla. &c. Quę si statim dedisset, nunquam postea locum error inuenisset in eo.

† Abi

✠ Origenes. Satana dixit ei, quasi per ignorantiam aliquid habenti contrarium Deo.

Vbi supra.

b *Quia non.* Non placet tibi, vt per mortem meam mundum redimam, quæ est voluntas patris: sed carnaliter hæc sapis.

†De simo. c. Matthæus.

c *Si quis vult.* Prædicta apostolis passione & resurrectione hortatur ad sequendum tam eos quam turba.

Hom. 56 in Matth.

✠ Chrysostomvs. Quasi dicat, Tu dicis, *Absit à te Domine*, Ego autem dico tibi, quoniam non solùm me prohibere à passione nociuum tibi est, sed neque saluari poteris, nisi patiaris, & moriaris, & vitæ abrenuncies semper.

d *Abneget se* Quod per vetustatem est, vt capiat quod vltra se est. Remotis vitiis, virtus sequatur: tollat crucem suam, & sequatur me. Quod erat per vetustatem, abnegauerat ille qui dicebat, *Viuo autem ego, iam non ego.* Quod verò vltra se erat: cœperat: *viuit verò in me Christus.*

Gal. 2. d.

e *Tollat cru.* Scilicet, Crux tollitur vel cum per abstinentiam corpus, vel cum per compassionem proximi animus affligitur. Crucem abstinentiæ habuit Paulus, dum dicebat: *Castigo corpus meum & in ser. &c.* Compassionis quoque cum ait: *Quis infirmatur, & ego non infirmor?*

1. Cor. 11. g.

✠ Chrysost. Ne autem existimes quod vsque ad verba tantum & contumelias oportet abnegare seipsum ostendit ad vsque ad quantum abnegare seipsum oporteat, quia vsque ad mortem etiam turpissimam, scilicet, crucis.

† Aduersa. rie

†Mar. 8. d. Luc. 9. c. 1. Cor. 9. d.

f *Qui enim volue.* ✠ Origenes. Hoc dupliciter potest intelligi, primum sic: Si quis amator vitæ præsens parcit animæ suæ timens mori, & putans animam suam per hãc mortem perire, iste volens hoc modo saluare animam, perdet eam. Si quis contemnens vitam præsentem, vsque ad mortem pro veritate certauerit, perdet quidem animam suam, quantum ad vitã præsentem: sed quoniam propter Christum perdet eam magis eam saluam faciet in vitam æternam. Alio modo sic: Si quis intelligit quæ est vera salus, & acquirere vult eam ad salutem animæ suæ, iste abnegans semetipsum, perdit quantum ad voluptates carnales animam suam propter Christum, & perdens animam suam hoc modo, saluat eam per opera pietatis.

Tract. 2. in Matth.

g *Quid e. p.* Ecclesia habet tempus persequutionis: habet & tempus pacis. Hæc tempora designat in præceptis. Nam tempore persequutionis ponenda est anima, & tempore pacis fran

Persequutionis & pacis tempore quid agendum sit.

☞ genda

a ¶ A laude ad vituperium. b ¶ Sequere sententiam meam. c ¶ Aduersaria meæ voluntati. d ¶ Offendis me volendo præire.

1 a Qui conuersus dixit Petro: † Vade post me Sathana: scanda-
2 b lum es mihi, quia non sapis ea quæ Dei sunt, sed ea quæ ho-
† ¶ Ego verò patiar, & si quis vult me imitari, renunciet voluptatibus suis.
3 c minum. Tunc Iesus dixit discipulis suis. † Si quis vult post
4 5 d me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, se-
6 e ¶ Faciendo hoc ex charitate. ¶ Hic.
7 f quatur me. Qui enim voluerit animam suam saluam facere,
8 9 a ¶ In futuro. ¶ Quasi dicatur agricolæ, si frumentum seruas, perdis, si seminas, renouas.
b ¶ Non propter vanam gloriam vel aliud quodlibet.
10 perdet eam. Qui autem perdiderit animam suam propter
11 12 a ¶ Cum deest persecutio, custodia tur cor, quia pacis tempore licet viuere, licet & ambire.
13 g me, inueniet eam. † Quid enim prodest homini, si mundum
14 vniuersum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur?

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Qui conuersus. *Id est, facie versa erga Petrum, vt eum de sua temeritate efficacius argueret.*

2 Dixit Petro. *Id est, aduersariè inquantum per istam increpationem nam volebat salutem humani generis quodammodo impedire: & per consequens Christo aduersabatur qui erat huius salutis nũcius.*

C

Scandalum quid sit & quotuplex.

3 Scandalum es mihi, *Scandalum ibi impropriè accipitur: quia scandalum actiuum propriè dictum, est dictum alicuius vel factum minus rectum, præbens occasionem ruinæ alteri. Scandalum autem passiuum, est ruina alicuius ex tali facto vel dicto. Neutrum autem potuit habere locum in Christo; & ideò scandalum hic accipitur pro impedimento, quasi dicat.* Scandalum es mihi. *Id est, quantum est in te vis me à salute mundi impedire. Cuius ratio subditur.*

4 Quia non sapis ea quæ Dei sunt. *Quærendo, scilicet, impedimentum præordinationis diuinæ.*

5 Sed ea. *Quia illud quod dictum est, Petrus dicebat Christo motus ex affectu humano.*

6 Tunc Iesus. *Hic proponit Christus suæ imitationis exemplum. Et diuiditur in duas partes: quia primò facit quod dictum est proponendo, scilicet, exemplum suæ limitationis: secundò, promittit ex hoc gloriam futuræ resurrectionis, ibi:* Filius enim hominis *dicit igitur.*

7 Si quis vult post me venire. *Per meam doctrinam & facta sequendo.*

8 Abneget semetipsum. *Id est, affectum humanum, non solum meam passionem non impediendo, sed etiam me in hoc imitando.*

9 Et tollat crucem suam. *Id est, paratus sit in animo voluntariè crucem portare in qua crucifigatur ignominiosè. Ad hoc autè rationem inducit, dicens.*

10 Qui enim voluerit. *Hoc autem potest dupliciter intelligi. Perdere enim habet duplicem significationem. Vno modo idem est quod* F *amittere: & in isto sensu cum dicitur hic:* Perdet eam. *subintelligendum est, in alia vita. quasi dicat.* Qui enim voluerit animam suam. *id est, delitiis & voluptatibus occupare in hac vita: quia hoc est vitam suam saluare secundum opinionem carnalium: talis perdet eam in alia vita, quia obligat eam ad pœnam inferni. Alio modo perdere idem quod destruere: & tunc cum dicitur, perdet eam, subintelligitur in hac vita, & est sensus:* Qui enim voluerit animam, *quantum ad meritum vitæ æternæ,*

11 Perdet eam. *Id est, destruet corpus laboribus, & passionibus exponendo. ex quibus sequitur separatio animæ à corpore. Et hoc est animam perdere secundùm æstimationem falsam carnalium: licet sit saluare eam secundùm veritatem, secundùm hunc sensum vltimũ sequitur.*

12 Qui autem. *Hoc est propter Deum mortem sustinendo.*

13 Inueniet eam. *In beatitudine Deo fruendo. Et quia anima cum sit immortalis præponenda est omnibus corruptibilibus & transitoriis, ideo subditur.*

14 Quid enim prodest: *Quasi dicat, nihil: imo per talia perdit multum, quia perdit illud quod est immortale & diuinum in eo.*

✠ Filius

MORALITER.

Duo abstinentiæ genera.

† † *Vade post me. &c.* Quasi dicat, non debes impedire passionem meam: sed magis sequi, ideò subditur.

6 *Tunc ait discipulis. s.* Maximus in sermone de sancto Ioanne Baptista. Duo autem abstinentiæ & crucis sunt genera vnum corporale, & aliud spirituale. Vnum est à potu & epulis temperare appetitum gulæ, à delectationibus & mollissimis suauitatibus coercere, & ab his quæ tactu, gustu, visu decipiunt sensum viriliter reuocare, ac violenter abstrahere. Alterum abstinentiæ & crucis genus est preciosius atque sublimius motus animi regere, & perturbationes illius modestiæ tranquillitate placare: irę ac superbię impetus quasi feram bestiam refrenare, litigare quoti die contra vitia inc repare se quadam censura & austeritate virtutis, & rixa quodammodo cum homine interiore conferere.

10 *Qui enim vo.* Id est, vitã animalem voluptatibus exponere.

11 *Perdet eam.* Æternaliter.

12 *Qui au.* Id est, à voluptatibus retraxerit. *Inuenier eam.* ad gloriam ordinatam.

14 *Quid en m pro.* Quasi dicat, nihil, sed multum nocet, nam anima rationali imagine trinitatis insignita preciosior est omnibus terrenis.

† Filius

genda ſunt terrena deſideria. Nam quid prodeſt homini, &c.

a *Aut quam.* Nec lucra, nec timor, nec aliquid aliud retrahat à ſalute: quia quam commuta.da.homo.

Calicem ſalutaris accipiam, & nomen domini inuocabo. Vel nihil terrenum pro anima perdita poterit homo dare.

p 115.a.

Hom.56.in Matth.

✠ CHRYSOSTOMVS. *Quid prodeſt.* Quaſi dicat, Ne dicas quod qui pericula quæ propter Chriſtum imminent effugit, ſaluet animam ſuam, id eſt, vitam temporalem. Sed pone etiam cum anima, id eſt, vita temporali totum orbem terrarum, quid ex his homini erit amplius anima in perpetuum pereunte? Si enim famulos tuos videas in lætitia, te autem in malis vltimis conſtitutum, quid lucrareris ex eorum dominio? Hoc etiam in anima tua reputa, cum carne laſciuiente ipſa futuram perditionem expectat.

✠ CHRYSOSTOMVS. Ac ſi dicat, Diuitias ſi perdideris, poteris dare diuitias alias ad eas redimendas: animam autem perdens, non poteris animam aliquam dare, ſed neque aliquid aliud. Quid autem mirabile eſt, ſi in anima hoc contingit? Etenim hoc videtur in corpore contingere. Etſi enim decem milia diademata corpori inſanabiliter ægroto circumpoſueris, non curatur.

D

vbi ſupra.

a ¶Q.d. Quid retribuam domino pro omnibus, &c. quia filius hominis ſecundum opera dabit. b ¶Nihil dabit pro anima c ¶Quam ipſe redemit.

a Aût quam dabit homo commûtationem pro ânima ſua? Fi- 1
b lius enim hominis ventûrus eſt in gloria patris ſui cum ange- 2
lis ſuis, & †tunc reddet vnicûique ſecundum opera eius. 3 4
c Amên dico vobis: ſunt quidam de hic ſtantibus, qui non gu- 5 6
ſtâbunt mortem, donec videant filium hominis venientem 7 8
d in rêgno ſuo.

a ¶Qui priùs vênit humilis.

a ¶Omni conditioni, omni ſexui. ¶Stella enim differt à ſtella in claritate.

a ¶Quod quia incertum eſt.

a ¶A ſanctis mors, quaſi libando guſtatur, vitam verò poſſident in futuro.

a ¶In ea claritate in qua erit peracto iudicio, quod completum eſt in transfiguratione, de qua ſtatim agit euangeliſta,

b *Filius e.* Nec durum videatur hoc pati, *quia non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ re. in nobis.*

Rom.8.d.

c *Sunt quidam.* Quia rudes erant apoſtoli, etiam in præſenti vita promittitur eis aliqua conſolatio, vt certiùs credant de futuro.

d *In regno.* In regno beatitudinis æternæ vel oſtendendo ſuam poteſtatem in præſenti eccleſia.

B E

☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA

✠ 1 Filius enim. *Quia inuitauerat eos ad imitandum exemplum ſuæ paſſionis, ideo ne terrerentur morte corporali & tranſitoria, promittit eis præmium futuræ reſurrectionis: quod complebitur in aduentu Chriſti ad iudicium, quia tunc reſurgent homines ad vitam immortalem & hoc eſt quod dicit:* Filius enim. *Id eſt, Chriſtus verus homo.*

2 Venturus eſt. *Ad iudicium.*

3 In gloria. *Quia in forma glorioſa iudicabit.*

4 Et tunc red. *Iuſtis gloriam animæ & corporis aliis autem pœnam vtriuſque. Et vt ſint de futura gloria animæ & corporis magis certi, promittit eis quod aliquibus eorum oſtendet in hac vita præſenti quod oſtendit in ſua transfiguratione, vt patebit in cap. ſeq. & hoc eſt quod dicit.*

5 Amen. *Id eſt fideliter.*

6 Sunt qui. *Scilicet, Petrus, Iacobus & Ioannes, vt videbitur.*

7 Qui non guſta. *De vita præſenti recedendo.*

8 Donec videant fi. *Scilicet, apparentem eis in forma corporis glorioſa, qualem habebit poſt reſurrectionem, cum adeptus fuerit poteſtatem regni, tunc enim dixit diſcipulis ſuis Matth. vlt. d.* Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra.

✠ CAP.

MORALITER.

✠ 1 *Filius e. ho.* HIERONYMVS. Timens mortem, audi gloriam triumphantis, veteris crucem: auſculta angelorum miniſteria.

6 *Sunt quidam.* Cum Chriſto hic ſtant qui pro ipſo paſſiones patienter ſuſtinent, & iſti mortem culpæ vel gehennæ non guſtant, ſed cum ipſo tranſeunt ad gloriam ſempiternam.

C

ADDITIO I.

In cap. 16. *vbi dicitur in Poſtilla.* Signa autem temporum non poteſtis.

Hæc reſponſio ſecundùm expoſitionem poſtil. non videtur pertinere ad propoſitum. Petebant enim Phariſæi ſignum de cœlo, in quo declararetur tempus Chriſti aduentus, vt patet ex dictis ſuis. Dicere autem, quòd hoc non poſſent cognoſcere per conſtellationes ſiderum ſeu per faciem cœli, nihil videtur ad propoſitum facere cum ipſi ſupernaturalia ſigna petebant, non ſigna quæ ſecundum curſum temporum naturalem apparent. Vnde iſte paſſus melius exponitur per Chriſti ſuper Matt. vbi ſic ait: Sicut ergo in cœlo aliud quidem eſt ſignum ſerenitatis, aliud pluuiæ: ita & in me putare oportet. *Nam nunc in primo aduentu ſignis quæ in terra ſunt opus eſt, quæ autem in cœlo ſunt, conſeruantur tẽpori ſecundi aduentus; quando virtutes cœlorum mouebuntur. hæc Chryſoſt. Quæ quidem expoſitio propriè videtur applicari propoſito, vt patet ſeriem literæ bene intuenti.*

ADDITIO II.

In eo. ca. *vbi dicitur in Poſti.* Et ideò licet ſcientia non ſit clauis, tamen neceſſariò præexigitur.

Licet ſcientia diſcernendi peccatum à peccato ſecundũ magiſtrum in 4. di. 18. ſit clauis, nõ tamen in hoc tenetur communiter à doctoribus, vt ibidem tractatur. Nam prout communiter tenetur, in ſacerdotis ordinatione non infunditur habitus ſcientiæ de nouo, ſed imprimitur ſacerdotalis character, in quo fundantur hæ duæ poteſtates; ſcilicet, dicernendi & ligandi ſeu ſoluendi, quæ quidem poteſtates vnum ſunt in radice, ſed diſtinguuntur penes earum actus. Quod autem dicit poſtilla tor, quod ſcientia neceſſario præexigitur ad debitum vſum clauis, non videtur verum. Quamuis enim claues eccleſiæ recipere non debeat, niſi habens ſcientiæ habitum conuenientem ſeu ſufficientem ad executionem huius poteſtatis: ex hoc tamen non ſequitur, quod ſi ſacerdos non habeat talem ſcientiam; quod non habeat claues. Eſſet enim maximè periculoſum, cum quamplurimi & innumerabiles ſacerdotes curam animarum habentes, talem ſcientiam non habeant, vt quotidie conſtat per experientiam, & ſic tales nec ligarent, nec ſoluerent: quod crudeliſſimum eſſet opinari. Hoc tamen manifeſtè ſequeretur ex dictis Poſtil. dicentis, quod ſcientia neceſſariò præexigitur ad debitum vſum clauiũ. Nihil autem eſt ſine eo, quod neceſſariò præexigitur. Vnde videtur dicendum prout dictum eſt, ſcilicet, quod ſacerdos de congruitate debet habere ſcientiã ſufficientem, non tamen de neceſsitate. Et ſic ſacerdos, qui non habet talem ſcientiam actualiter nec habitualiter, poteſt tamen vti clauium poteſtate, ſecundùm quam ligat & ſoluit tanquam habens diuinam poteſtatem, vt iudex eccleſiaſticus. Quod intelligendum eſt ſemper claue non errante.

F

REPLI. In cap. 16. *vbi dicitur:* Signa autem temporum ſcire non poteſtis. *Quod exponit poſtil. ad intentionem beati Hiero. glo. or. & aliorum. Burg. autem adducit expoſitionem Chryſ. & ob hoc abiicit expoſitionem poſtil. ſine ratione, quaſi eiuſdem paſſus non poſsint eſſe plures expoſitiones, fidei tamen veritate per omnia ſeruata. Cum enim poſtil. dicit, quod ſigna temporum in diuina præſcientia definitorũ non poſsunt ſciri ex his quæ in cœleſtibus corporibus fiunt, intelligit etiam ſi fiat præter curſum communem naturæ, de qua ratio redditur: quia huiuſmodi tempora aduentus Chriſti & ſigna, non dependent ex his quæ in corporibus cœlorum fieri poſſunt, ſed ex diuina præſcientia: vnde etiam cœli ortum habuerunt.*

In eo. c. *vbi circa collationem clauium poſtil. dicit, licet ſcientia non ſit clauis, tamen neceſſario præexigitur: de quo dicto Bur. magnum facit ſtrepitum, imponens poſtil. falſum: ſed falsè, Nam Poſtil. non dicit ſcientiam neceſſario præexigi ad ſuſceptionem clauium, nec ad vſum clauium, ſed declarando ſic dicit ſcientiam neceſſariò præexigi ad legitimum & debitum vſum earum: & ſic Bur. in fine huius corruptorij venit eandem ſententiam cum poſtil. dicens vſum clauium ſequi clauem, claue tamen non errante. vbi igitur clauis errat, certum eſt vſum non eſſe legitimum, vtendo autem autoritate diſcernendi abſque ſcientia & diſcretione, committitur error. Ad euitandũ igitur errorem neceſſariò præexigitur diſcretio quæ ſcientia dici poteſt non clauis, quæ eſt ſententia poſtil. bene viſa, non truncatim. Quod autem dicit Bur. de identitate clauium in radice: & earum ſecundum actus diſtinctionem, habet tractari lib. 4. di. 18. & 19.*

CAP. XVII.

A a *Et post di.* Idem Marcus dicit, sed Lucas octo. Hi ergo pomar. 9. a. Luc. 9. d. nunt medios, Lucas addit & primum quo promisit, & extremum quo compleuit. Et illi post sex mundi ætates quiescendum ab omni labore, & hic octauo tempore designat esse resurgendum. Tres dicit, quia qui fidē trinitatis firmiter seruauerint, in æterna visione gaudebunt. In b mōtem etiam secundum Lucam oraturus, quia qui resurrectionem expectant, mentes, in excelsis habitare, & precibus continuis debēt insistere. Seorsum quia iusti & nunc animo sunt ab impiis separati, & in futuro omni modo separabuntur, cum abscondet eos in *absconditofaciei suæ à contur. hominum.*

psal. 30. f. b *Petrum.* Nomina istorum conueniunt. Quisque debet esse B Petrus, id est, firmus in fide. Inde Iacobus, id est, supplantator vitiorum. Inde Ioannes, id est, omnia gratiæ diuinæ ascribens contra superbiam vitæ, quæ solet oriri ex virtutibus.

Hom. 57. in Matth. ✠ CHRYSOSTOMVS. Ideò hos tres assumpsit, quoniam aliter potiores erant. Intende autem qualiter Matthæus non occultat eos qui sibi præpositi sunt, hoc enim & Ioannes facit præcipuas laudes Petri commemorans. Ab æmulatione enim & vana gloria mundus fuit Apostolorum chorus.

c *Transfiguratus.* Speciem quam habebat per naturam, ostēdit non amittens carnem quam assumpserat voluntate. Illud autem corpus quod habuit per naturam, dedit discipulis suis in cœna, non mortale, non corruptibile.

D Quale corpus dederit discipulis in cœna. Serm. de resurrectione ✠ CYPRIANVS. Mirati sumus in transfiguratione quæ facta est presentibus Apostolis, Petro, Iacobo & Ioanne, quā do sicut sol resplenduit facies Saluatoris, & vestimēta eius cādorem omnē exuperantia Apostolorū hebetauere conspectū, sed momēta neus ille decor imaginem non speciem similitudinem non substantiam, partem non plenitudinem transformationis mirificæ explicauit.

CAPVT XVII.

1 ET post dies sex assumpsit Iesus Petrum & Iaco-
a ¶ Gloriam maiestatis ostensurus. 2
bum & Ioannem fratrem eius & † dūxit illos in 3
a ¶ Vt discant gloriam non in profundo huius seculi, sed in regno supernæ beatitudinis esse quærendam. ¶ Non substantiam carnis, amisit, sed gloriam futuræ resurrectionis ostendit.
c mōtē excelsum seorsū, & trās figuratus est ante eos. Et resplē 4
a ¶ Non habet clarius quod cui comparet. b ¶ Sancti quicunque baptizati estis Christum induistis. 5 6
d duit facies eius sicut sōl, vēstimēta autē eius facta sunt alba si-

† Subducit

d *Resplenduit. facies.* In exemplum futuræ beatitudinis & claritatis, quam videbunt iusti, prius sublatis impiis. E

e *Vestimenta autem, &c.* Facta sunt alba quod non antè, quia nondum apparuit quod erimus, sed cum apparuerit, similes ei erimus. Marcus ait, qualia fullo sepi terram non potest facere. Id est, Deus in hac vita tam claras nequit facere quia nullus sine peccato. Nullus mundator sui in terra faciet, quod Deus in cœlo, mundans vestem suam ab omni inquinamento. Fullo est doctor animarum, vel mundator sui corporis.

☞ *Et ecce.*

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XVII.

✠ ET post di. *Fundata ecclesia gentium in fide præced. cap. hic ponitur eiusdem fundationis confirmatio. Et diuiditur in duas partes: quia primò declarat gloriam futuræ resurrectionis, & secundò efficaciam suæ passionis: ibi,* Conuersantibus autem. *Procedit autem hoc modo, ordine, scilicet, retrogrado ad præcedens cap. vt continuet principium huius ca. ad finem præcedentis, vbi promiserat gloriam futuræ resurrectionis, vt visum est. Prima diuiditur in duas partes, quia primò ostenditur gloria futuræ resurrectionis,* C *secundò ex hoc subditur solutio duplicis quæstionis, ibi:* Et interrogauerunt discipuli. *Prima in tres: quia primò ad declarationem futuræ resurrectionis describitur Christi transfiguratio, secundò subiungitur huius transfigurationis testificatio, ibi:* Et ecce apparuerunt. *tertiò circà hoc ponitur discipulorum instructio, ibi:* Et descendentibus illis. *Circa Christi transfigurationem euangelista notat quatuor, videlicet, tempus determinatum, consortium, locum & modum. Quantum ad tempus dicit sic.*

Diuisio.

1 Et post di. *Scilicet, à promissione præcedenti discipulis facta, quādo dixit: Sunt quidam de hic stantibus, &c. Considerandum tamen, quod Lu. 9. dicitur:* post dies octo, *quia Matthæus non computat diem in qua Christus fecit eis promissionem, nec vltimam in qua transfiguratus est, sed computat, tantum tempus inter medium & ideo secundum veritatem computando totum tempus à promissione facta vsque ad transfigurationem, transfiguratio fuit in octaua die. Ratio autem huius sunt, quia ista transfiguratio facta est ad ostendendum discipulis gloriam futuræ resurrectionis, illa autem erit in octaua ætate mundi, & propter hoc figurata est hic per octauam diem. Prima enim ætas mundi fuit ab Adam vsque ad Noe, secunda à Noe vsque ad Abraham, tertia ab Abraham vsque ad Dauid, quarta à Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis, quinta à transmigratione Babylonis vsque ad Christum, sexta à Christo vsque ad finem mundi. Istæ autem sex ætates accipiuntur secundùm diuersos status viuentium in hoc mundo. Septima autem accipitur secundum statum animarum quiescentium in paradiso, & ideo incœpit ab ascensione domini quando eis cœlum patuit, & durabit vsque ad iudicium, & ideò ab ascensione domini currit cum sexta ætate quantum ad simultatem temporis. Octaua ætas erit resur-*

Transfiguratio quare facta octauo die &c.

Ætatum mundi initia & fines. Mar. 9. a. Luc. 9. a.

resurgentium: & sic patet. quod bene significatur hic per octauam diem & sic patet tempus conueniens huius transfigurationis. Consortium autem notatur cum dicitur.

2 Assumpsit Iesus, &c. *Isti enim tres sunt assumpti ad videndum gloriam futuræ resurrectionis propter prærogatiuam eminentiæ specialis inter alios. Petrus enim propter feruorem fidei erat inter alios principalis, propter quod & principaliter datæ sunt ei claues ecclesiæ, vt patet in præcedenti c. Ioannes autem excellebat in prærogatiua virginitatis. propter quod erat inter alios Christo magis familiaris. Iacobus autem inter alios discipulos primus sustinuit martyrium propter Christum. vt habetur Act. 12. Considerandum tamen quod beatus Ambro. super Luc. & Aug. super epistolam ad Gal. videntur dicere, quod Iacobus iste qui fuit in transfiguratione, fuit ille Iacobus qui primo rexit ecclesiam Ierosolymitanam: & ille non fuit frater Ioannis & Filius Zebedæi sed filius Alphæi. Sed dicendum quod cum textus expresse dicat istum fratrem Ioannis, & per consequens filium Zebedæi, quod Aug. & Amb. non loquuntur asserendo, sed magis opinionem aliorum referendo. Si tamen loquerentur assertiuè, non esset curandum de dictis eorum: quando sacra scriptura expresse dicit contrarium, sicut hic. Vnde Aug. in epist. ad Vincentium Donatistam dicit de doctrina sanctorum quæ est extra scripturam canonicam. Hoc genus scripturarum ab illis quæ canonicè nominantur distinguendum est: non enim ex eis ita testimonium proferendum, vt contrarium sentire non liceat: maximè vbi aliter senserunt quam veritas se habeat: nos in illo genere sumus, vt non dedignemur etiam ab apostolo dictum suscipere, si quid aliud sapiti's, Deus illud reuelauit. Consequenter euangelista designat locum di.*

F

3 Et duxit il. in mon. excel. *Ad designandum quod illi sunt apti ad contemplandum cœlestia, qui eminent in contemplatiua vita. Subdit autem.*

4 Seorsum. *Ad denotandum quòd contemplatiui debent esse à tumultu secularium segregati. Consequenter describit transfigurationis modum di.*

5 Et transfiguratus est. *Non quod mutauerit lineamenta corporis vel figuram, sed propter claritatis vultus eius immensitatem, & hoc est quod subditur.*

6 Et resplen. *Ad cuius euidentiam considerandum, quod anima Christi à principio creationis fuit glorioſa per apertā visionē & perfectā*

✠ *fruitionem*

MORALITER.

✠ 1 *Et post dies sex.* ORIGENES. Sex diebus factus est visibilis mundus igitur qui transcendit omnes res mundi visibiles, potest excelsum montem ascendere & aspicere gloriam verbi Dei.

✠ *Et ecce*

a *Et ecce.* Quales vel quid loquuti, Lucas dicit: Visi in maiestate, & dicebãt excessum eius quem cõpleturus erat in Ierusalem, id est passionem & resurrectionem. Significant oracula legis & prophetiæ, quæ in domino completa, & nunc doctis & in futuro omnibus electis patebũt. Et bene visi in maiestate, quia tũc apertiùs videtur quãta dignitate veritatis omnis diuinorũ non solùm sensus, sed etiã sermo fuerit prolatus. Vel Moyses & Elias significant omnes cum Christo regnaturos. Mortuus Moyses, mortuos. Elias viuus, eos qui viui inuenientur. Quibus conuenit in maiestate videri pro gloria quam habebunt, & excessum memorare, quia vnica materia laudis fit fidelibus passio Christi. Et quia gustata dulcedine cœlesti vilescunt infima, Petrus visa domini, & sanctorum maiestate, solis his perpetuò vult hærere dicẽs: *Bonũ est nos hic esse: faciamus hic, &c.* Secun B dum alium euangelistam nesciebat quid diceret, in eo quòd in cœlis tabernacula quærit, vbi nulla aduersitatis aura est timenda, quia Deus omnipotens templum eius est & agnus. Sed in hoc sciebat quid diceret, *bonum est nos hic esse*, quia verè solum hominis bonum est intrare in gaudium domini sui. Quòd si Petrus videns glorificatam humanitatem tanto afficitur gaudio, vt nunquam velit ab eius intuitu secerni, quid putandum est de his qui diuinitatem videre meruerunt?

Luc.9.d.

Apo.21.g.

Inf.15.b.

✠ Tertvllianvs. Dominus quoque in secessu montis etiam vestimenta luce mutauerat, sed lineamenta Petro agnoscibilia seruauerat. Vbi etiam Moyses & Elias, alter in imagine carnis nondum receptæ, alter in veritate nõdum defunctæ, eandem tamen habitudinem corporis, etiam in gloria perseuerare docuerunt. D

Lib.de resurrectione.

✠ Idem. Meritò etiã in carne se Dominus ei (Moysi) ostendit collegę ieiuniorum suorum, non minus & Eliæ. Nam & Elias hoc primùm quòd famem fuerat imprecatus satis iam se ieiuniis vouerat. *Viuit*, inquit, *Dominus, cui assisto in conspectu eius, si erit rosistis annis & imber.*

Lib. aduersus phisicos.

3.Reg.17.

✠ Damascenvs. Moyses quidem gloria externa aduentante glorificatur: at Dominus Iesus haud quaquam ascititium gloriæ ornamentum habebat verùm ex insita diuinæ gloriæ claritate manans.

Sermone de transfiguratione.

b *Domine bonum est, &c.* ✠ Evthymivs. Cum Petrus vehementer præceptorem amaret, nec vellet eum ire in Ierusalem, E ne pateretur: palam quidem non audet eum prohibere, ne rursum increparetur. Viso autem quòd mons magnam haberet securitatem, vtpote insidiatoribus incognitus, simul autem Moysem & Eliam idoneos qui vlciscerentur, (nam ille plurimas gentes deuicerat, hic verò ignem super quinquagenarios de cœlo detraxerat) consulit illi, dicens, *bonum est nos hic esse.*

c *Adhuc eo lo.* Vt discat qui tabernaculum quæsiuit, in resurrectione non tegmine domorum, sed spiritussancti gratia protegendos esse.

☞ Ecc

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *fruitionem. Verumtamen ex diuina dispositione fiebat, vt gloria animæ non redundaret ad corpus: vt sic corpus esset passibile & mortale ad implendum præcium redemptionis humanæ. Et eodem modo ex diuina ordinatione factum est, vt gloria animæ redundaret ad corpus in hora transfigurationis, vt ostenderetur discipulis gloria futuræ resurrectionis non tantum animæ sed corporis, vt sic animarentur ad sequendum Christum in acerbitate passionis, ad quod eos inuitauerat in ca. præced. Et sic patet, quòd claritas illa in transfiguratione fuit claritas gloriæ quantum ad essentiam, sed non quantum ad modum quia fuit eiusdem rationis cum illa claritate quæ est in corporibus glorioſis, sed non fuit ibi per* C *modum qualitatis permanentis, sicut est in illis, sed per modum passionis transeuntis: & ideo illa claritas non debet dici dos gloriæ, quia dos de sua ratione importat qualitatem permanentem. Et est simile de lumine eleuante animam Pauli ad videdum in raptu diuinam essentiam, quod fuit eiusdem rationis cum lumine eleuante animas beatorum. Veruntamen, quia non fuit in Paulo per modum qualitatis permanentis, sed per modum passionis transeuntis, ideò ex tali eleuatione siue visione nõ fuit Paulus beatus, quia beatitudo importat permanentiam.*

Diuisio.

1 Et ecce. *Hic ponitur transfigurationis testificatio. Et primò testificatio humana, secundò diuina, ibi.* Adhuc eo loquente. *Prima in duas: quia primò ponitur testificatio eminentium virorum in ve. Test. secundò eminentium in nouo, ibi.* Respondens autem Petrus. *Dicit ergo primò quòd Moyses & Elias apparuerunt illis, hoc est ipsis discipulis.*

2 Loquentes cum eo. *De quo autem loquerentur, Lucas exprimit 9.ca. dicens, quòd loquebantur cum Iesu de excessu quem expleturus erat in Ierusalẽ: qui quidem excessus fuit in sua passione, in qua sustinuit dolorem exceßiuum & ignominiam exceßiuam propter amorem excessiuum ad nos. Ratio autem quare Moyses & Elias magis apparuerunt quàm alij, fuit quia Moyses erat legislator, & Elias maximus æmulator pro honore diuino, secundùm quòd de eo scribitur 3. Reg. 19.* Zelatus sum pro domino exercituum: *& ideò per testimonium istorum apparuit, quòd Christus non erat dissolutor legis vt imponebant sibi Iudæi sed magis adimpletor. Similiter nec blasphemator diuini nominis, vt imponebant ei Iudæi, quia dicebat se filium Dei, sed magis confessor veritatis. Considerandum etiam, quòd Moyses & Elias non fuerunt ibi secundum apparentiam phantasticam, sed secundùm veritatem: quia Elias fuit adductus ibi de loco quodam eminenti ad quem fuerat raptus, vt habetur 4. Regum 2. & sic apparuit ibi in anima & corpore. Moyses autẽ fuit adductus ibi de limbo sanctorum patrum, non quia resurrexerit, sed quia anima apparuit ibi, in quodam corpore sibi adaptato, sicut apparent angeli in corporibus assumptis. Per hoc etiam ostenditur, q̃ Christus erat dominus vitæ & mortis, quia habebat testimonium ab Elia qui erat adhuc viuus & à Moyse qui iam fuerat mortuus.*

Quare Moyses & Elias Christo apparuerunt

3 Respondens. *Hîc ponitur testimonium apostolorum qui fuerunt* F *eminentes in no. Test. Ad cuius euidentiam sciendum, quòd beatitudo essentialiter consistit in aspectu claro ipsius diuinitatis & perfecta eius fruitione: accidentaliter autem consistit in aspectu humanitatis Christi, & delectatione consequenter per quam sicut per instrumentum coniunctum diuinitati sunt sancti adducti ad gloriam. Isti autem apostoli qui admißi fuerunt ad videndum transfigurationem Christi, non viderunt ipsius diuinitatem, sicut Paulus in raptu, sed tantum eius humanitatem in forma glorioſa: & tamen in eius aspectu fuerunt sic delectati, quòd voluissent ibi perpetuò manere, propter quod dixit Petrus:* Domine, bonum est nos hic esse.

4 Faciamus hic tria. *Ad manendum scilicet hic continuè.*

5 Tibi vnum. *Non loquitur de tabernaculo faciendo pro se & sociis suis: quia volebat cum Christo esse in suo tabernaculo, & socij sui cum aliis duobus. Lucas autem dicit, quòd loquebatur Petrus nesciens quid diceret: Sicut enim ex magnitudine passionis, vt timoris, vel amoris aliquis prorumpit in aliqua verba sine præmeditatione, ita similiter ex magnitudine deuotionis & delectationis ex parte dixit Petrus illa verba, quæ tamen non erant rationabilia: quia in solo aspectu humanitatis Christi non consistit beatitudinis essentia, vt iam dictum est: & ideò illud non debebat sufficere pro finali beatitudine.*

6 Adhuc eo. *Hic ponitur testificatio diuina: Sicut enim in baptismo Christi in quo consistit regeneratio & principium vitæ*

✠ *spiritualis*

MORALITER.

✝ 1 *Et ecce appar.* Origenes. Si quis intelligit spiritualem legem conuenientem sermonibus Iesu, & in prophetis absconditam Dei sapientiam, ille videt Moysen & Eliam in gloria cum Iesu.

✝ *Domine*

✝ *Domine bonum est nos hic esse.* Scilicet in contemplationis dulcedine.

4 *Faciamus hic tria tabernacula.* Quæ contemplatiuus moraliter facit, quando legem & prophetas & euangelium practicè legendo disponit, scilicet corde credendo, ore confitendo, & opere adimplendo.

k

☞ a *Ecce nu.lu.&c.* Sicut baptizato domino, sic & clarificato my
A sterium sanctę Trinitatis ostenditur: quia gloriam eius quam in baptismo confitemur credendo, in resurrectione laudabimus videndo. Spiritussanctus ibi in columba hic in nube lucida. Quia qui modo simplici corde fidem seruat, tunc aperta visione quod crediderit contemplabitur, & ea gracia qua illustrabitur, protegetur.

†De cō. dis. 3. c. fina. Hom. 57.

✠ CHRYSOST. Cum dominus comminatur, nubem tenebrosam ostendit, sicut in Sina. Hic autem quia non terrere volebat, sed docere, nubes apparuit lucida.

b *Et ecce vox, &c.* Quia imprudenter quæsiuit responsionem domini nō me-
B ruit. Sed vox patris de filio testatur, docétque Petrum, & in eo cæteros veritatē.

c *Hic est filius.* Moyses & Elias sunt serui, & nobiscum debent in cordibus domino præparare tabernaculum.

d *Ipsum audite.* Hoc iam pater præcipit, quod Moyses incarnationi testimo-
Deut. 18. c. nium dans prædixit: *Prophetam susci. &c.* Quasi diceret. Iste est quem Moyses promisit.

e *Et audientes discipuli ceciderunt in fa.* Altiorem enim sensu vnam vtriusque intellexerunt deitatem. Timuerunt, vel quia se errasse cognouerunt, vel quia nubes operuit eos, vel quia vocem patris audierunt.

f *Surgite nolite.* Pulso metu, doctrina datur, quo manente non audiretur.

g *Leuantes autem oculos suos neminem, &c.* Ablata nube vident Iesum, & Moysen & Eliam euanuisse: quia postquam legis & prophetarum vmbra discessit, quæ velamento suo apostolos te-
C xerat, verum lumen in euangelio reperitur.

h *Nisi solum Iesum, &c.* Si enim Moyses & Elias cum Iesu perseueraſſent, vox patris videretur incerta, cui potius dedisset testimonium.

i *Nemini dixeritis nisi. &c.* Ne gloria futuri regni præostensa incredibilis esset, & apud rudes sequens crux scandalum faceret.

k *Quòd Eliam oporteat pri. ve.* Traditio Pharisæorum est iuxta Malachiā prophetam, quòd Elias veniat ante aduentum Saluatoris, & reducat corda patrum ad filios, & filiorūm ad patres, & restituet omnia in antiquum statū. Æstimant ergo apostoli transformationē gloriæ vltimā hanc esse quam viderant, & dicunt. Si iam venisti in gloria, quomodo pręcursortuus nō apparet, maximè quia & Eliam viderant recessisse. Mal. vlt. b.

E ✠ CHRYSOST. Aduentum Elię non de scripturis sciebāt, sed Scribæ eis manifestabant. Scribæ autem plebem euertentes, secundum aduentum solùm commemorabant plebi, & dicebant. Quoniam si hic est Christus, oportebat Eliam præuenire. Est igitur solutio quam Christus inducit, Elias quidem venturus est, & restituet omnia. Ne autem existimes eum in sermone errasse, si quādo dicit Eliam venturum, & quandoque venisse. Cum enim dicit, venturus est, de ipso Elia in propria persona loquitur, qui tunc inuenientur, quod est conuertere corda patrum ad filios, id est, Iudæorum ad Apostolos. Hom. 58. in Matth. * Primum vel prius.

✠ TERTVLLIANVS. Helias autem non ex dicessione vitę, sed ex translatione venturus est, nec corpori restituēdus, de quo non est exemptus, sed mundo reddendus, de quo est translatus, non ex postliminio vitæ, sed ex supplemēto prophetiæ, idem & ipse & sui nominis, & sui hominis. Lib. de anima.

l *Omnia.* Vtique illa quæ propheta prædixit, id est, corda patrū ad fidē filiorū, & è cōuerso restituet, etiā hoc q̄ morti debet & soluet scilicet morietur, vt in Marco apertius demonstratur.
F

☞ ✠ AVG.

a quente, ecce nubes lucida obumbrauit eos. Et ecce vox de † 1
b c nube dicens: † Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene 2
a ¶ Qui prius dixit: Pœnitet me feciſſe hominem. ¶ Homo fragilis maiorem gloriam non sustiner, sed capit.
d a complacui: ipsum audite. Et audientes discipuli, ceciderunt 3 4
e a ¶ Non solum de patris, sed de filij maiestate. b ¶ Quia per se surgere non poterant. c ¶ Vt metum fugę: & membra solidet.
in faciem suam, & timuerunt valde. Et accessit Iesus, & tetigit 5 6
a ¶ Quos manu sanauit sanat imperio.
f g eos, dixítque eis: Surgite nolite timere: Leuantes autem ocu- 7
¶ Vbi cœpit filius designari, serui discesserunt.
h los suos neminem viderunt, nisi solum Iesum. Et descenden 8
i tibus illis de monte præcepit Iesus dicens: Nemini dixeritis † 9
visionem, donec filius hominis à mortuis resurgat. Et inter-
a ¶ Cum iam te in gloria videremus.
rogauerunt eum discipuli, dicentes. Quid ergo Scribæ di- †
¶ Ante aduentum domini.
k cunt, quòd Eliam oporteat primum venire? At ille
a ¶ Præcursor iudicis, vnde constat hunc non esse secundum aduentum.
respondens, ait illis: Elias quidem venturus est, * & re- 10 11
a ¶ Præcursor redemptoris, vnde constat primum aduentum completum. ¶ Non corpore, sed virtute & spiritu.
l stituet omnia. Dico autem vobis, quia Elias iam venit, 12

NICOLAVS DE LYRA

✠ *Spiritualis apparuit tota Trinitas, filius in carne, pater in voce, spiritussanctus in specie columbæ: ita similiter conueniens fuit quod appareret in transfiguratione, per quam ostensus est terminus, seu perfectio vitæ spiritualis, videlicet gloria futuræ resurrectionis: & ideò sicut filius apparuit ibi in carne, decorata tamen claritate gloriæ, ita spiritussanctus in lucida nube, per quam significata est plenitudo veritatis in Christi prædicatione propter quod dictum est.*

1 Hic est fil. *Scilicet naturalis, alij autem sunt adoptiui.*

2 In quo mi. *Id est, in quo diuinum beneplacitum complebitur de redemptione mundi. Sequitur.*

3 Ipsum au. *Pater autem apparuit in voce.*

4 Et audientes di. ceci. in fa. su. & timue. valde. *Hoc autem factum est ad declarationem humanæ fragilitatis iuxtà excellentiam diuinæ maiestatis.*

5 Et acces. Ie. *Ad consolandum eos.*

6 Et teti. eos. *Familiariter & dulciter eos consolando. Sequitur.*

7 Leuantes au. oculos suos, &c. *Quia Moyses & Elias iam recesserant, reducti voluntate diuina ad loca vnde fuerunt adducti.*

8 Et descendentibus illis de monte præcepit Iesus, &c. *Hic ponitur discipulorum instructio de visione præhabita, quia præcepit eis Iesus, ne visionem prædictam aliis diuulgarent ante resurrectionem suam, ne alij audientes Christum eis apparuisse in forma glorioſa scandalizarentur: postea videntes ipsum pati tam ignominiose.*

9 Et interrogauerunt eum. *Hic ponitur solutio duplicis quæstionis subortæ ex prædictis. Secunda ponitur, ibi. Et cum venisset ad turbam. Circa primum aduertendum, quòd discipuli audierant à Pharisæis & legisperitis, quod Elias debebat venire circa mundi consummationem, vt habetur Malach. vlti. & ideò quia Eliam viderant, credebant finem mundi propinquum: nō mirabantur tamen, quòd ipse ita cito recesserat, & nihil docuerat, vel prædicauerat: cum tamen scriptum sit Malach. vlt. quòd deberet conuertere c corda patrum ad filios: & ideò quærebant intellectum huius, quemodo sit intelligendus eius aduentus ante Christum. Et Saluator breuiter respondet, quòd duplex ipsius est aduentus. Vnus ad iudicium in fine mundi, & hunc præueniet Elias in propria persona prædicando Iudæis & conuertendo ad Christum, & falsitatem Antichristi detegendo: & hoc est quod dicit.*

10 Elias quidem venturus est. *In fine mundi scilicet.*

11 Et restituet omnia. *Quia omnes Iudæi qui tunc inuenientur, ad Christū conuertētur. Alius est aduentus ipsius Christi in mundū, qui iam præcessit, & hunc præuenit in spiritu Elias, id est, Ioannes Baptista, qui habuit zælum veritatis sicut Elias: & hoc est quod dicit saluator.*

12 Dico autem vobis quia Elias iam venit. *Id est, Ioannes baptista qui venit in spiritu & virtute Eliæ, vt habetur Luc. 1.*

✠ Et non

MORALITER.

✠ † *Ecce nubes lucida.* Id est, cognitio vera: ideo subditur.

1 *Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene compla. &c.*

4 *Et audientes, &c.* Nā sic illuminati venerātur Dei maiestatē.

† *Nemini dixeritis, &c.* Quia diuina mysteria non sunt semper, sed loco & tempore debitis publicanda.

† *Quid ergo scribæ dicunt, quòd Eliam opor. primò veni. &c.* Sicut triusque est duplex aduentus Christi, ita & duplex Elias scilicet in spiritu & persona: prædicator autem euangelij gerit officium vtriusque: nam disponendo populum ad suscipiendum Christum per gratiam venientem gerit officium primi scilicet Ioannis Baptistæ. Disponendo verò populum ad suscipiendum Christum iudicem venturum gerit officium secundi scilicet Eliæ personaliter. *Et cum venisset ad turbam, &c.* Sequitur. Christi aduentus duplex: quorūquemque præcedit Elias, sed aliter, &c.

✠ Domine

☞ ✠ AVGVSTINVS. Restituet omnia, id est, eos quos Antichristi persecutio turbauerit, vel vt ipse restituat moriendo, quæ debet.

Lib.1. de q. eu. gel.c. 21.

a *Tunc intellexerunt, &c.* Ex indicio passionis suæ quam sæpe dixerat, & præcursoris sui quam completam videbant.

Mar.9.a.

b *Et cum venisset.* Loca rebus cõgruũt. In monte orat, transformatur, arcana maiestatis aperit, inferiùs turba occurrit, miseros audit, infirmos confortat, docet, castigat.

† venissent † turbas

† Mar.9.c. Luc.9.c. Mar.9.c.

c *Quia lunaticus est.* Hunc Marcus surdũ & mutum dicit quẽ Matthæus lunaticũ. Non quòd luna dæmonibus seruiat, sed dæmon lunæ cursum obseruans corripit homines, vt per creaturam infamet creatorem.

† distorta.

B

Tractatu 3. in Matth.

✠ ORIGENES. Medici loquantur quæ volunt, quia nec immũdum spiritum arbitrantur, sed corporalem aliquã passionem: & dicunt, humida moueri in capite secundum aliquam passionem ad lumen lunare, quod humidam habet naturam. Nos autem qui euangelio credimus, dicemus hanc passionem immundũ spirituum in hominibus operari. Obseruat enim quędam schismata lunæ, & sic operatur, vt ab obseruatione lunæ pati homines mentiantur, & per hoc culpabilem Dei creaturã ostendat. Sic & alij dæmones secundùm aliqua stellarum schismata insidiantur hominibus.

Typicè. Lunaticus est qui per horarum momenta mutatur in vitia, nec perstat in incœpto, sed crescit & decrescit: & nunc in ignem libidinis vel iræ fertur, nunc in aquas cupiditatis, quæ non valent extinguere charitatem.

Hom.58.in Matth.

d *Cadit in ignem.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Considerandum est, quod nisi prouidentia hic homo esset munitus, dudum periisset. Dæmon enim qui ipsum in ignem & aquam mittebat, interfecisset eum omninò, nisi Deus eum refrænasset.

C

D

e *Et obtuli, &c.* Latenter accusat discipulos, cum sæpe impossibilitas curandi non ex vitio curantium, sed eorum qui curandi sunt proueniat.

f *Respondens.* Non tædio superatus, qui mitis est in verba erumpit, sed sicut medicus ægroto contra sua præcepta agenti.

† ei

g *O gener.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Ex multis monstratur hunc hominem infirmũ in fide fuisse, non tamẽ tantùm in eius personam inuehitur, ne ipsum conturbaret, sed in omnes Iudæos probabile enim est, multos præsentium de discipulis inconuenientia cogitasse.

† Genuaflectens. Hom. 58. in Matth.

† Mar.9.c.

E

h *Et increpauit.* Quia iratus est non homini, sed vitio: & per vnum hominem Iudæos arguit infidelitatis. Vnde addit. *Afferte illum huc ad me.*

† seorsum. † illud scilicet dæmonium.

i *Et exiit ab eo dæ.* Marcus dicit de isto, quia cum vidisset dominum, statim spiritus conturbauit eum: & elisus in terra volutabatur spumans, & domino iubente vt exeat, clamans & discerpens exit, quia sæpe dum conuerti ad dominũ post peccata volumus, magis à diabolo impugnamur: vt vel odium virtutis incutiat, vel expulsionis suæ vindicet iniuriam. Exiturus discerpit, & furenti clamore intuentes terruit, quia plærúmque dum de corde expellitur, acriores tentationes excitat, quàm prius quando possidebat quietus.

k *Propter incre.* Ecce quando non exaudimur non est impossibilitas præstantis, sed culpa deprecãtis. Nã ex oppositi si fides vestra tã feruẽs esset quàm tribulata magis & magis caleſceret.

☞ ✠ HILA-

F

a ¶ Amauerunt. ¶ Spreuerunt decollauerunt. Pharisæi enim consenserunt.

1 & non cognouerunt eum, sed fecerunt † in eo quæcunque
2 a ¶ A Iudæis Herode consentiente.
3 a voluerunt. Sic & filius hominis passurus est ab eis. Tunc in-
4 b tellexerunt discipuli, quia de Ioanne Baptista dixisset eis. Et
5 cùm † venisset ad † turbam, accessit ad eum homo † genibus
† 6 prouolutus ante eum, dicens: † Domine miserere filio meo,
a ¶ Deprecans exponit omnia incommoda ægroti.
7 c quia lunaticus est, & malè patitur. Nam sæpe cadit in ignem,
d a ¶ In aquam voluptatis quæ emollit.
† 8 e & crebrò in aquam. Et obtuli eum discipulis tuis, & non po-
9 f tuerunt curare eum. Respondens autem Iesus, ait: † O gene-
g ratio incredula & † peruersa: quousque ero vobiscũ? Vsque-
a ¶ Per ipsum Iudæos arguit. b ¶ Puerum non dæmonem, vt ostenderet traditum esse immundo spiritui propter peccatum suum vel parentum.
10 h quo patiar vos? Afferte huc illũ ad me. Et increpauit illum Ie
a ¶ Quia ibi nullus morbus prævalet, vbi omnipotentis interuenit manus.
11 i sus, & exiit ab eo dæmonium, & curatus est puer ex illa hora. Tũc
12 accesserunt discipuli ad Iesum † secretò, & dixerunt: Quare
13 k nos non potuimus eiicere † illũ? Dicit illis Iesus. Propter in-
14

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et non cognouerunt eum. *Id est, facta eius & doctrinam non approbauerunt, quia Pharisæi & legisperiti baptisma suum & doctrinam contempserunt. Herodes autem de eorum consilio, vt probabiliter creditur, eum incarcerauit.*

2 Sed fecerunt in eo quæcunque voluerunt. *Ipsum incarcerando & interficiendo.*

3 Sic & filius passurus est ab eis. *Quia per consilium Pharisæorum captus est & morti adiudicatus, & manibus crucifigentium ipsum traditus.*

4 Et cum venisset ad turbam, accessit ad eum homo, &c. *Hic ponitur solutio secundæ quæstionis. Et primò ponitur quæstionis occasio: secundò, quæstionis dissolutio, ibi.* Tunc ascenderunt. *Circa primum considerandum, q̃ alij discipuli videntes, quòd non essent admissi ad secreta Christi, sicut alij tres discipuli prædicti, aliquod humanum passi incurrerunt quendam motum turbationis & inuidiæ, sicut clariùs videbitur capitulo sequenti; & ideo ex hoc factũ est, quòd in absentia Christi non habuerunt tantam virtutem dæmones expellendi sicut ante, & propter hoc quendam dæmoniacum per lunationes afflictum eis oblatum non potuerunt curare. Alia autem causa fuit incredulitas patris, qui perfectè non credebat, sed Christus aduenies ipsum solo verbo curauit: & hoc est quod dicitur.* Et cum venisset ad turbam. *Rediens de monte, vbi fuerat transfiguratus.*

5 Accessit ad eum homo. *Duplici enim de causa dæmon aliquando secundùm varietatem lunæ affligit hominem magis quàm alio tempore: vna est, vt per hoc creatura Dei, scilicet ipsa luna infametur. Alia causa est, quia propter molliciem cerebri in nouilunio quando abundant humida super quæ luna habet dominium, cerebrum est aptius vt in ipso dæmon aliquid operetur. Sequitur.*

Quare dæmõ affligit homines per lunationes.

6 Nam sæpe cadit in ignem. *Quia diabolus volebat eum comburere vel submergere, si Deus permisisset.*

7 Et obtuli eum discipulis tuis, &c. *Causæ huius iam dictæ sunt.*

8 Respondens autem Iesus ait: O generatio incredula & peruersa. *Hoc dixit & propter discipulos & propter patrem pueri rationibus dictis.*

9 Vsquequo patiar vos. *Id est, defectus & malicias vestras.*

10 Et increpauit illum Iesus. *Scilicet dæmonem affligentem puerum.*

11 Et exiit ab eo. *Non audens resistere Christi præcepto.*

12 Et curatus est puer ex illa hora. *Quia extunc non afflixit eum dæmon.*

13 Tunc accesserunt discipuli ad. *Videntes discipuli, quòd non potuissent curare puerum, cum tamen alias pluries eiecissent dæmonia de corporibus obsessis. Ideo accesserunt ad Iesum secretò. Probabiliter enim timebant, quòd ex culpa eorum erat in parte, & ideò nolebant de hoc Iesum publicè interrogare, sed magis in secreto.*

14 Propter incredulit. *Quia vnum peccatũ trahit ad aliud inde est q̃ postquam incurrerant motũ turbationis & inuidiæ contra alios apostolos, consequenter incurrerunt quendam temporem in fide: ex quibus secutum est, quòd non potuerunt dæmoniacum curare.*

✠ Amen

MORALITER.

✠ † *Domine miserere filio meo quia luna. est.* Per quem instabilis designatur, sicut dicitur Eccle.27.b. Stultus vt luna mutatur. Ideò sequitur,

6 *Nam sæpe cadit in ignem.* Scilicet iracundiæ: nam ira est accensio sanguinis circa cor.

† *Et crebro in aquam.* Scilicet voluptatis & luxuriæ: & de hoc dicitur infra,

credulitatem vestram. Amen quippe dico vobis. Si habueri- 1
a ¶ Quod minimum contra montem accipietis. ¶ Vnde alibi. b ¶ Superbo diabolo. ¶ Quæcumque in nomine meo petie.cre. quia c ¶ Ab obsesso corpore in altum maris, id est, in profundum inferni.
a tis fidem sicut grânũ sinapis: dicetis monti huic trânsi hinc, & 3
b 4
a ¶ Nulla incommoditas insanabilis.
c transibit: & nihil impôssibile erit vobis. Hoc autem genus 5
d non † eiicitur, nisi per orationem & ieiunium. Conuersanti- 6
e bus autem eis in Galilæa, dixit illis Iesus. † Filius hominis tra- 7
a ¶ Si hoc contristat. ¶ Hoc lætificet. 8
f dendus est in manus hominum, & occidênt eum in tertia die 9
g resurget. Et contristati sunt vehementer. Et cum venissent 10 11
¶ Exactores tributi.
Capharnaum, accesserunt qui didrachma accipiebant ad Pe
trum, & dixerunt ei: Magister vester non soluit didrach- 12
¶ Verè non.
ma? ait. Etiam. Et cùm intrasset in domum præuenit 13 14

☞ ✠ HILARIVS. Crediderant quidem Apostoli, nondum tamen erant perfectæ fidei. Nam Domino in monte demorante, & ipsis cum turbis residentibus, quidam tepor eorum fidem relaxauerat.

a *Sicut gra. sina.* Fidem perfectam grano sinapis comparat, quæ sit in facie humilis, & in pectore feruẽs: vilis videntibus, & nullarum virium apparens, sed pressuris trita, quid intus habet ostendit.

Tractat. 4. in Matth. ✠ ORIGENES. Vel ideò omnis fides grano synapis comparatur, quoniã cõtemnitur quidem fides ab hominibus & modicum aliquid & vile apparet. Cum
† egreditur
B verò consecutũ fuerit huiusmodi semen bonã animam quasi terram, fit arbor magna.

b *Dicetis mõti huic.*

Hom. 58. in Matth. ✠ CHRYSOST. Si autem dixeris, vbi Apostoli montem transtulerint? Illud dicam quia multa maiora fecerunt, mortuos plurimos suscitantes. Dicuntur autem post Apostolos sancti quidam Apostolis minores, montes necessitate imminente transtulisse. Si autem Apostolorum tempore montes non sunt translati, hoc non fuit quia non potuerunt, sed quia noluerunt, vtilitate non imminente. Nec dominus dixit, quod hoc essent facturi, sed quod hoc facere possent: probabile tamen est, factum esse, sed scriptum nõ esse. Neque enim omnia miracula quæ fecerũt scripta sunt.

c *Hoc autem ge.* Quomodo proteruitas diaboli superetur ostendit, vt grauiora quæque sciamus ieiuniis & orationibus superanda: & iram Dei in nos hoc remedio posse placari. D

d *Nisi per orationem.* Ista carnalium voluptatum mutabilitas non mutatur vel vincitur, nisi spiritus oratione confirmetur & caro per ieiunium maceretur. *Nisi per orationem & ieiu.* Ieiunium enim genera le est, non modo ab escis sed ab omnibus illecebris carnalibus & ab omnibus vitiis abstinere. Sic & oratio generalis non so lòm verbis, sed etiã in omnibus quæ in † Mar. 9. c. Luc. 9. c. obsequiũ Dei & fidei deuotione gerimus: vnde dicitur. Sine intermissione orate.

e *Filius hominis.* Sẽper lætis miscet tristia, vt cum venerint quasi præuisa minus molestè ferantur. 1. Tes. 5. d. E

f *Et contristati.* Hoc non de infidelitate prouenit, sed de dilectione: quia nihil humile de eo patiuntur audire.

g *Et cum veniss. Caph.* Per Augustum Cæsarem Iudæa facta est tributaria, & omnes censi capite ferebantur: vnde & Ioseph cum Maria profectus est in Bethleem. Rursus quia nutritus est in Nazaret, quod est oppidum Galileæ, vbi Capharnaum subiacens, poscuntur tributa, & pro signorum multitudine non audent ipsum aggredi, sed conueniunt discipulum, siue maliciosè siue fideliter: vtrum reddat tributa, an contradicat Cæsari. Luc. 2. a.

☞ *Quid*

NICOLAVS DE LYRA

✠ 1 Amen. *Id est, fideliter.*

2 Dico vobis fi. ha. fidem sic. &c. *Quod est modicum in quantitate, sed maximum in virtute.*

3 Dicetis. *Id est, dicere poteritis.*

4 Monti huic, transi hinc & transibit & nihil impossibile erit vobis. *Licet apostoli non legantur montes transtulisse ad literam, le-*
C *guntur tamen maiora fecisse in virtute fidei, vt mortuos suscitasse, & cæcos illuminasse, & consimilia: quæ non possunt fieri nisi virtute superna-*
Mõtis translatio quo modo intelligẽda sit. Iob 41. b. *turali & diuina: Translatio autem montis ad alium locum aliquando fit virtute naturali, sicut in terræ motu vehementi, vel potest dici, quòd mons hic accipitur metaphoricè, id est diabolus qui potest dici mons propter superbiam: quia ipse est rex super omnes filios superbiæ, vt dicitur in Iob: & sic est sensus. Si habuissetis fidem feruentem scilicet charitatẽ, potuissetis dixisse monti huic, id est diabolo transi hinc, id est de obsesso lunatico: & transisset de corpore exeundo: & sic in hoc ostendit causam quare non potuerunt eum eiicere: & hoc est quod subditur.*

5 Hoc autem genus non eiicitur, &c. *Oratio autem quæ est mẽtis eleuatio in Deum, & ieiunium per quod refrenatur caro, sunt effectus fidei formatæ per charitatem. Sciendum etiam, quòd sicut in diuersis rebus corporalibus administrandis diuersi angeli à Deo præponuntur & diuersorum ordinum, sic etiam in diuersis tentationibus diuersi dæmones habent specialem effectum: quia aliqui potißimè tentant de diuitiis congregandis, aliqui de honoribus appetendis. Vnde & aliqui dicuntur spiritus superbiæ, & aliqui spiritus luxuriæ. Iste autem dæmon habebat virtutem tentandi potißime de vitio carnis, quod vitium potißimè refrenatur per orationem & ieiunium, & per consequens dæmon de talibus tentans per talia superatur.*

6 Conuersantibus autem illis. *Hìc declarat se esse precium nostræ redemptionis Et diuiditur in duo: quia primò ostendit suam futurã passionem: secundò ex quodam facto declarat suæ passionis efficaciam, ibi.*

Et cum veniss. *In prima parte dicit sic.* Conuersantibus autem eis. *Id est, Iesus & discipulis suis.*

7 In Galilæa. *Quæ erat terra vbi fuerat conceptus & nutritus.*

8 Dixit illis Iesus: Filius hominis tradendus est in manus hominum. *Quia per instinctum dæmonis intranti cor Iudæ traditus est in manus Iudæorum, vt habetur Ioan. 13. Et à Iudæis traditus est in manus gentilium.* F

9 Et occident eum, & tertia die resurget. *Cum morte sua prædixit resurrectionem suam, ne in passione eius incurrerent desperationẽ.*

10 Et contristati sunt vehementer. *Quia eius societas ita erat dulcis & grata, quòd non mirum est si contristati sunt passione eius audita.*

11 Et cum veniss.. *Hic ostenditur passionis eius efficacia, quæ est libertas vera, quia per passionem Christi sumus à seruitute diaboli liberati, & ista libertas sic declaratur, cùm dicitur.* Et cum veniss. Capharnaum accesserunt qui didrachma accipiebant. *Capharnaum erat ciuitas principalis in Galilæa: & ideo ibi manebant qui tributum colligebant ex parte Romanorum quibus Iudæa erat subiecta: & quilibet Capitaneus domus soluebat didrachma: & valebat didrachma duplex drachma: Drachma autem est octaua pars vnciæ, & valet sex obolos: obolus autem valet quantum vnus paruus turonensis, & sic quilibet Capitaneus soluebat annuatim quasi duodecim turonenses: ista autem possunt colligi ex his quæ dicunt Papias & Isidorus de ponderibus. Isti igitur qui didrachma accipiebant à quolibet Capitaneo, dixerunt Petro.*

12 Magister vester non soluit didrachma. *Non faciebant mentionem de Apostolis quia non accipiebant nisi à Capitaneis vt dictum est.*

13 Ait etiam. *Quasi dicat: hoc est verum.*

14 Et cum intrasset, &c. *Ea quæ facta erant in eius absentia sibi prædicendo. Et in hoc ostendit, quòd nihil latebat ipsum. Sequitur.*

✠ Reges

MORALITER.

✝ 5 *Hoc autem genus non eiicitur nisi per orationem & ieiunium.* Per ieiunium enim curantur pestes corporis, & per orationem pestes mentis.

6 *Conuersantibus autem eis in Galilæa dixit illis Iesus: filius hominis tradendus est, &c.* Galilęa volubilis interpretatur: & ideo per hoc quod dominus ibi prædixit passionem suam discipulis, significauit quòd memores esse debemus mortis Christi, & etiam nostræ quandiu sumus in volubilitate vitæ præsentis.

11 *Et cum veniss. Capharnaum, accesserunt qui didrachma, &c.* Didrachma continet duplex drachma. Et per vnum potest intelligi pœnalitas corporis, scilicet fames & sitis, & huiusmodi. Per aliud autem pœnalitas mentis, scilicet timor, tristicia & huiusmodi. Hoc autem duplex drachma debet reddere quilibet imperatori omnium pro peccato primorum parentum, quod facit patienter tolerando pœnalitates dictas. Licet autem Christus non haberet peccatum, tamen reddere voluit pro salute omnium, & quia carnem assumpsit similem peccatrici.

✝ MORA-

eum Iesus,dicens. Quid tibi videtur Simon? Reges terræ à ¶ De terris. ¶ De capitibus. quibus accipiunt tributum vel censum, à filiis suis, an ab alienis? † Et ille dixit. Ab alienis. Dixit illi Iesus: Ergo liberi ¶ Quanto magis dominus regum. ¶ Non simus eis causa offensionis. sunt filij. † Vt autem non scandalizemus eos, vade ad mare, ¶ Mira præscientia. † & mitte hamũ, & eum piscem qui primus ascenderit, tolle. ¶ Mira potentia, qua hoc dicendo creauit ſtaterem. Et aperto ore eius inuenies ſtaterem: illum sumens da eis pro me & te.

1 2 3 4 5 6

a *Quid tibi videtur.* Antequam Petrus suggerat, dominus interrogat ne scandalizentur discipuli ad postulationem tributi, cum videant eum nosse quæ eo absente gesta sunt.

b *Reges terræ.* Dominus noster, & secundum carnem filius regis erat ex Dauid natus, & omnipotentis verbum: ergo vt filius regum tributa non debebat, sed pro humilitate carnis decet eum implere omnem iustitiam.

Tractatu 4. in Matth. † dicit ei Petrus.

✠ ORIGENES. c Sermo iste duplicem habet sensum. Secundum vnum enim, filij regum terræ, liberi sunt apud reges terræ, extranei autẽ extra terram liberi nõ sunt, propter eos qui deprimunt eos, sicut Aegyptij filios Israel serui. Secũdum alterum autem propter hoc ipsum quod aliqui sunt alieni à filiis regum terræ, sed sunt filij Dei, liberi sunt: qui manent in verbis Iesu, & cognouerunt veritatem, & veritas liberauit eos à seruitute peccati filij autem regum terræ liberi non sunt, quoniam omnis qui facit peccatum, seruus est peccati.

† Christus quare & vn de tributũ soluit.

B

c *Ergo lib. &c.* Liberi sunt filij regni in omni regno, tunc multo magis liberi sunt filij illius regni, sub quo sunt omnia regna in quolibet terreno regno.

Hom. 7. in Ezechielẽ.

d *Vt autem.* ✠ GREGORIVS. Considerãdum enim est, quia inquantum sine peccato possumus, vitare proximorum scandalum debemus. Si autem de veritate scandalum sumitur vtilius permittitur nasci scandalum quàm veritas relinquatur.

D

e *Et eum piscem.* ALLEG. Christus est piscis in hoc mari moratus, qui primus morti pro redemptione se obtulit, vt id quod in ore eius, id est, in confessione fuerat inuentum, pro Petro & domino daretur. Et bene idipsum præciũ, sed diuisum, quia pro Petro quasi pro peccatore. Dominus autem peccatum nõ fecit. Stater dicitur qui habet duo didrachmata, vt ostẽderetur similitudo carnis dũ eodem precio dominus & seruus liberantur. Sed etiam simpliciter intellectus ædificat, dum dominus tantæ fuit paupertatis vt vnde daret tributa, non haberet. Iudas quidem communia in loculis habebat, sed res pauperum in suos vsus conuertere nefas duxit, idipsum dans exemplũ nobis.

† 11.q.1.c. magnum & q.3.c. inter verba 23.q. vlti.c. tributum.

Christus est piscis, mare mundus, hamus mors. Christus gerebat præcium nostræ redemptionis. Quod autem præcium in ore piscis inuentum est, significat redemptionem nostram ore Christi prænunciatam esse. Ille censum soluit qui nil possidebat, tu qui lucrum seculi sequeris, cur seculi obsequium non agnoscis?

E

Tractat. 4. in Matth.

✠ ORIG. Mysticè in agro consolationis (sic enim interpretatur Capharnaũ) consolator omnẽ discipulũ, & liberũ filiũ esse pronunciat: & dat ei virtutẽ piscandi primum piscem, vt ascendente eo piscationẽ accipiat Petrus super eum quẽ piscatus est.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Reges terræ à quibus accipiunt tributũ vel censum, &c. *Hoc autem interrogauit, non ignorans quid erat respõsurus, sed vt ex sua responsione melius informaret eum de veritate.*

2 At ille dixit, Ab alienis. Dixit illi Iesus. *Concludendo veritatẽ.*

3 Ergo liberi sunt filij. *Ipse autem Christus erat filius Dei secundùm naturam diuinã, & per consequens nulli subiectus. Similiter secũdum naturam humanam erat filius Dauid, & per consequens liber à tributo. Et ex hoc sequitur, quòd apostoli qui erant de eius familia essent liberi. Verumtamen ne scandalizarentur illi qui colligebant voluit tributum reddere. Ad cuius euidentiam considerandum, quòd scandalum aliquando oritur ex malicia, quale fuit scandalum Pharisæorum. Et tale est contemnendum, sicut dictum est sup. 15. cap. Aliquando oritur ex*

C *ignorantia, & tale scandalum vitandum est. Salua tamen triplici veritate, scilicet iusticiæ, vitæ & doctrinæ: & tale erat istud scandalũ: quia illi qui colligebant tributum erant gentiles, legem & prohetas ignorantes, & propter hoc ignorabant q̃ Christus esset immunis à tributo. Tum quia filius Dei secundum naturam diuinam. Tum quia filius Dauid secundum humanam, quia non tenebantur talia scire: dare autem eis tributum non est contra veritatem veræ, iusticiæ & doctrinæ: ideò Christus voluit dare propter scandalum vitandum: eadem ratione ecclesia in aliquibus terris, vbi non est consuetum decimas dare, non repetit decimas ad scandalum vitandum: & hoc est quod dicit Christus.*

4 Vt autem non scandalizemus eos va. ad ma. & mitte. *Ex quo patet quòd Christus erat ita pauper, quòd non habebat vnde posset soluere tributum. Sequitur.*

5 Et eum piscem, &c. *Ex quo patet eius diuinitas, futura contingentia certitudinaliter prædicendo.*

6 Illum su.da eis pro me & te. *Stater enim valet duplex didrachma. Christus enim voluit dare tributum pro se & pro Petro, quia iam Petrum fecerat capitaneum super alios apostolos, vt habetur in præcedenti capitulo.*

F

CAP. XVIII.

CAPVT XVIII.

a IN illa hora, &c. *Quispu.* Ex qualitate præcij qua in tributi redditione domino fuerat comparatus arbitrati sunt Petrum omnibus apostolis prælatum.

Hom. 59. in Matth.

✠ CHRYSOSTOMVS. Tu autem considera, primùm quidem

a N illa hora accesserunt discipuli ad Iesum dicentes 1 2

dem quòd nihil eorum quæ sunt in terris, quærunt. Deinde quòd postea hanc passionem deposuerunt. Nos autem neque ad defectus eorum contingere possumus. Neque enim quærimus: quis maior est in regno cœlorum, sed quis maior est in regno terræ.

☞ *In regno*

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XVIII.

✠ Diuisio

IN illa hora, &c. *Superius fundata est ecclesia gentium in fide, hic consequenter fundatur in moribus. Et diuiditur in tres partes secundum tres status diuersos in ecclesia. Primò enim describuntur virtutes actiuorum, & secundò religiosorum seu contemplatiuorum, sequenti capitulo, & tertiò prælatorum 20. capitulo. Prima in duas, quia primò describitur virtutum fundamentum: secundò, ædificium desuper constructum ibi.* Et qui susceperit. *Ad euidentiam primæ partis aduertendum q̃ Saluator describendo virtutes actiuorum conuenienter incipit ab humilitate duplici de causa. Primò quia est fundamentum aliarum virtutum, vt dictum est. Secundò, quia habuit occasionem ex præhabitis immediatè in præcedenti capitulo. Dictum est enim, q̃ saluator assumpsit secum Petrum, Iacobum & Ioannem aliis dimissis: & duxit eos in montem seorsum, & transfiguratus est ante eos, ideo alij aliquid humanum passi, motum cuiusdam inuidiæ incurrerũt. Item quia pro Petro iusserat solui tributum, quod solum à capitaneis colligebatur, ideò in hoc eum principalem aliis constituerat & capitaneum: propter quod alij aliquo modo indignati, quia non erant adhuc confirmati per missionem spiritussancti, in via positi cœperunt inter se altercari de maioritate, quis eorum esset maior vt habetur expressius Mar. 9. & postea dum venissent ad domum Iesus quæsiuit ab eis, de quo in via disputauerant: & tũc ipsi præ verecundia tacuerunt, videntes motum superbiæ in eis deprehensum à Saluatore: & post paululum factum est quod hic describitur à Matthæo.*

1 In illa hora. *Hoc est post tempus modicum.*

2 Accesse. disci. ad Ie. *Videntes se esse deprehensos ab ipso de contentione maioritatis dicentes.*

✠ Quis

MORALITER.

✠ 1 In illa hora accesserunt discipuli ad Iesum, &c. *Sequitur.*

☞ a *In regno cœl.* Vel regnum Dei, doctrina est euangelij, cui o-
A bedire simpliciter & sine vlla retractatione debemus, sicut puer non contradicit doctoribus.

Mar.9.c. b *Et aduocans.* Secundùm Marcum puerum Iesus complectitur, significans humiles dignos suo complexu & dilectione.

c *Paruulum, &c.* Paruulum ætate, vt similitudinẽ demonstraret. Vel se statuit in medio qui non venit ministrari, sed ministrare. Vel *Paruulum*, id est, spiritum sanctum posuit in cordibus eorum, vt humilitate superbiam vitarent.

†Mar. 9.c. Luc.9.f. † puellum.

Infr. 20. d.

d *Quicumque ergo hum. &c.* Inuitat discipulos suos, & omnes alios dominus, vt quod puer habet per naturam, id est, innocentiam & humilitatem, hoc habeant discipuli & omnes alij per virtutem.

B

† Mar.9.f. Luc.17 a. De renũ.c. nisi § pro graui.

e *Sicut paruulus iste.* Innocens erit sicut iste paruulus, qui non perseuerat in ira, Iesus non meminit, visam mulierem non

a ¶ In collegio iustorum. b ¶ Contra ambitionem gloriæ humilitatem proponit.

a †Quis putas maior est in regno cœlorum? Et aduocans Iesus 1
b 2
c †paruulum, statuit eum in medio eorum, & dixit: Amen di- 3
a ¶ A vestra elatione. b ¶ Innocentes & humiles per virtutes. 4
co vobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, 5
a ¶ Non sensibus, sed malitia. b ¶ Qui de se maiora non senserit, innocens erit. † ¶ Qua aliter non intratur. ¶ Talem per virtutem qualis iste per naturam. 6
d non intrabitis in regnum cœlorum. Quicumque ergo humi- 7
a ¶ Quem præpono, vel qui me imitatus fuerit, qui me extraniui formam serui accipiens. 8
e liauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno cœlorũ.
a ¶ Humilem meæ innocentiæ imitatorem. b ¶ Ne putent se honorari.
Et qui susceperit vnum paruulum talem in nomine meo me 9
a ¶ Magnus enim non potest moueri. 10
f suscepit. † Qui autem scandalizauerit vnum de pũ- 11
12

non cupit.

f *Qui autem scandali.* Etsi hoc generaliter dicitur contra omnes tamen hic specialiter contra apostolos qui hic de dignitate videntur contendere & in hoc poterant alios perdere. Mola asinaria secundum ritum dicitur prouinciæ, vbi ista pœna est maiorum criminũ. *Expedit ei:* quia multo vtilius est innoxiũ grauissima pœna vitam finire, quam lædendo fratrem mereri mortem perpetuam. Vel per molam asinariam secularis vitæ circumitus, & labor exprimitur: per profundum maris, extrema damnatio. Qui- E
cumque ergo speciem sanctitatis habens verbo vel exemplo cæteros destruit, melius esset ei, vt eum sub exteriori habitu ad mortem terrena acta constringerent, quàm sacra officia cæteris in culpa imitabilem ostenderent: quia si solus caderet tolerabilior eum pœna cruciaret.

☞ Aliter.

D

NICOLAVS DE LYRA

✠ 1 Quis putas ma. est in re. cœl. *Non fecerunt tunc quæstionem quis esset maior inter eos de quo prius contenderant, sed quis esset maior in ecclesia militante per meritum, & quis in ecclesia triumphante per præmium. Et quia in moralibus magis mouent facta quàm verba, ideo docens eos de humilitate posuit eis exemplum sensibile: & hoc est quòd dicitur.*

2 Et aduocans Iesus paruulum. *Aetate & malicia, scilicet beatum Marcialem qui postea à beato Petro missus in Galliam prædicauit Lemouicensibus fidem catholicam.*

3 Statuit eum in medio eorum. *Vt ab omnibus videretur & attente considerare tur.*

4 Et dixit amen. *Id est, fideliter.*

5 Dico vobis nisi conuersi fue. *Ab elatione scilicet superbiæ & ambitione maioritatis.*

C 6 Et efficiamini sicut paruuli. *Id est, humiles & simplices sine malicia peccati.*

7 Non intrabitis in regnum cœlorum. *Dæmones enim abiecti fuerunt per superbiam, & ideò oportet homines illuc venire per viam contrariam scilicet per humilitatem. Concludit ergo intentum, dicens.*

8 Quicumque ergo hu. se, &c. *Quasi dicat ille qui erit humilior erit maior hic per gratiam: quia humilitas est recta dispositio ad gratiam suscipiendam, secundum quòd dicit beatus Iacobus 4.b.* Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, *& talis etiam erit maior in ecclesia triumphante. Aduertendum tamen, quòd ex hoc non sequitur, q̃ humilitas sit maxima virtutũ, quia virtutes Theologicæ sunt maiores, quàm morales videlicet fides, spes, & charitas. Humilitas autẽ est virtus moralis. Et iterũ in virtutibus moralibus prudẽtia quæ dirigit alias virtutes morales, & ponit in eis medium, est maior aliis. Et iterum iusticia quæ importat rectum ordinem ad alterum est maior quàm humilitas, quæ facit hominem esse bene subditum huic ordini: Sed pro tanto dicitur, quòd maioritas in regno correspondet humilitati, sicut thesaurus cœlestis dispersioni thesauri terreni propter Deũ, vt habetur inf. sequenti capitulo. Item quia sicut dictum est, humilitas est fundamentum aliarum virtutum: sicut ergo ex magnitudine fundamenti proiecti arguitur magnitudo ædificij superædificandi, sic in proposito ex magnitudine humilitatis, arguitur magnitudo fœlicitatis, licet humilitas non sit maior inter alias virtutes: quia illa quæ sunt priora generatione, non sunt maiora simpliciter. Item quia virtutes sunt connexæ, & maximè virtutes infusæ quæ connexæ sunt in gratia & charitate, & ideò quantum crescit vna virtus in eodem homine, tantum crescit altera proportionabiliter: secundum illud quod est formale in virtute. Sicut digiti manus æqualiter crescunt, licet in se non sint æquales. Ille autem qui habet maiorem humilitatem loquendo de vera humilitate, per consequens habet alias virtutes maiores & ideo ille qui est magis humilis est maior in merito & præmio: non propter humilitatem tantum, sed propter alias virtutes humilitati connexas, quæ sunt etiam maiores ipsa humilitate.*

Quæ virtus vocatur superior.

9 Et qui susce. *Hic docet construere ædificium virtutum super humilitatis fundamentum. Istud autem ædificium consistit in communicatione ad proximum, & hoc contingit dupliciter scilicet ratione corporis, & ratione animæ. Primò ergo docet communicationem charitatiuam ad hominem ex parte corporis, vt ex notioribus procedat ad minus nota, bona autem corporis sunt nobis magis nota. Secundò docet communi* F
cationem ad proximum ex parte animæ, ibi, Qui autem scandalizauerit. *Dicit ergo primò.* Et qui susceperit vnum paruulum talem. *Humilem scilicet & fidelem.*

10 In nomine meo. *Hoc est propter Deum ipsum ad hospitium recipiendo, & necessaria corporis ministrando & per hoc intelliguntur omnia alia beneficia quæ impenduntur propter Deum ex parte corporis.*

11 Me susce. *Quia vbi vnum propter alterum vtrobique tantum vnũ & ideo qui recipit proximum propter Christum, dicitur Christum recipere. Exemplum huius habemus in legenda beati Martini, vbi dicitur, quòd Christus se vestitum ostendit illa parte chlamydis, quam beatus Martinus dederat pauperi propter Christum.*

12 Quia aut. scand. *Hic docet communicationem charitatiuam ad proximũ ex parte animæ. Quæ consistit in duobus, primò ne proximo inferatur nocumentũ: secundò vt ei præbeatur beneficium, ibi.* Venit enim filius hominis saluare. *Prima in duas quia primò admonet ne proximum scandalizemus, secundò, ne eũ contemnamus, ibi.* Videte ne contemnatis. *Prima in duas: quia primò docet vitare scandalum actiuum, secundò, passiuũ, ibi.* Si autẽ manus tua. *Circa primum aduertendum, q̃ scandalũ actiuè dictum, est dictum vel factum minus rectum, præbens occasionem alteri ruinæ. Scandalizare igitur aliquem est facere eum ruere in peccatum mortale ex dicto vel facto suo malo: & hoc est propriè inferre ei nocumentum ex parte animæ, quod est rectè contra cha-*

✠ *ritatem.*

MORALITER.

✠ 2 *Et aduocans Iesus paruulum, &c.* MORALITER paruulus in medio statuitur, cum verè humilis in statu ponitur dignitatis: quia tunc sicut lucerna super candelabrum ponitur aliis in exemplum, quia plus honoratus, plus reputat se indignum. Ideò subditur.

† *Nisi conuersi fue.* Scilicet à superbiæ fastu.

6 *Et efficiamini sicut par.* Imitantes eius humilitatem, & non aspirantes ad dignitatem.

7 *Non intra. in reg. cœ.* Nam angusta est porta, vt dicitur sup. 7. ca. propter quod grossi per superbiam transire non possunt per ipsam, sed humiles tantum. Ideo concluditur.

8 *Quicunque ergo, &c. Et qui susceperit vnum paruulum talem in nomine meo, me suscepit.* Nam ab eo verè suscipitur qui ei conformatur.

12 *Qui autem scandalizauerit, &c.* Sequitur.

✠ *Expedit*

Aliter. Asinus ad molam gentilis cæcus ad lapidem quem adorat. Hic cum persecutionem Christiano intulerit, hac pœna plectitur, vt cum sui sacrilegij mola iudicandi sæculi fluctibus mergatur. Nota quòd inquantũ potes sine peccato vitare scandalum proximi, debes. Quia si de veritate est, pro scandalo veritas relinqui non debet. Quicumque speciem sanctitatis habens, verbo vel exẽplo elationis ad alterius vitij, causa ruinę infirmo fuerit, cui maximè nos oportet cõtulere expedit, &c.

✠ ORIGENES. Si hæc intelligeremus, quòd sic vindicat Deus eos qui scãdalizati fuerint ab eis qui scãdalizauerint, & quæ intelligeremus timeremus: nun quã peccaremus in fratres, nec percuteremus conscientias eorum infirmas, pro quibus Christus mortuus est, propter quos quasi in Christum peccantes subimus pœnas, cum requisitæ fuerint animæ, quæ propter nos perierunt ex nobis.

a *Expedit.* Quia multò melius est pro culpa breuem suscipere pœnam quàm æternis seruari cruciatibus. Non enim iudicabit Deus bis in idipsum.

b *Necesse est.* ✠ CHRYSOST. Cum dicit, necesse est, non destruit libertatem arbitrij, neque necessitati aliquarum rerũ supponit, sed quod omninò futurum est, prædicit. Scandala quidem sunt prohibitiones rectæ viæ: non autem prædictio Christi scandala inducit neque eum quia prædixit, propter hoc fit: sed omninò futurũ erat, propter hoc prædixit. Sed dicet aliquis. Si omnes corrigãtur, & nullus sit qui scandala afferat, nónne mendacij arguetur hic sermo? Nequaquam quia enim inemendatos præuidit, futuros homines esse, propter hoc dixit, *necesse est vt veniant scandala.*

a sillis his qui in me credunt, expedit ei vt suspendatur mola 1
asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.
¶ Ergo. a ¶ Quæ non cauet. b ¶ Tamen. ¶ Vtile. c Vt qui probati sunt, meliores fiant.
b Væ mundo ab scandalis: b Necesse est enim, vt c veniant scan- 2 3
c dala: † Verumtamen væ homini per quem scandalum venit. 4
a ¶ Quantumcunque vtilis adiutor. b Discursor in tuos vsus. c ¶ Scandalizat qui dicto 5
vel facto minus recto occasionem dat ruinæ. ¶ Lædit te in causa animæ. d ¶ Rumpe affectu.
d † Si autem a manus tua vel b pes tuus c scandalizat te, abscinde d 6 7
a ¶ De via eius societatem quem castigare nequis.
e eum, & a proiice abs te. Bonum tibi est ad vitam ingredi † de- 8
a ¶ Sine pernicioso adiutore vel discursore. b ¶ Cum his. 9
bilem vel claudum, quàm a duas manus vel duos pedes haben
a ¶ Prouisor in consiliis in terrorem vult te inducere.
tem mitti in ignem æternum. Et si a oculus tuus scãdalizat te, † erue eũ, & proiice abs te. Bonũ tibi est cum vno oculo in vi-

† De noui ope. nũ. c. 2. † Supr. 5. c. Mar. 9 f. Tractatu 5. in Matth.

B

Hom. 60. in Matth.

c *Væ homini.* Quia non iudicatur secundùm vtilitatem quæ inde prouenit, sed secundùm exitum quẽ intendit. Naum. 1. c. secũdũ aliã trãslationẽ.

d *Si autẽ manus tua.* Docuit supra ne scãdalizemus credẽtes, nunc quantum cauere debemus eos qui scandalizare nos possunt: quia parum distat in vitio fallere vel falli, scandalizare vel scandalizari, si ex negligentia: Si ex inuincibili ignorantia distat, quia tunc falli peccatũ nõ imputat. †Mancum.

E

Inemendabiles amici sunt à nobis alienandi, ne per immunditiã eorũ, & ipsi polluti pereamus. Omnis affectus omnis propinquitas amputetur, ne per occasionẽ pietatis pateas scandalis.

✠ CHRYSOSTOMVS. Vt autem discas quod non sunt absolutæ necessitatis scandala, audi quæ sequuntur, *Si autem manus tua vel pes tuus, &c.* Hom. 60. in Matth.

e *Bonum tibi est, &c.* Melius est vitam solitariam ducere, quàm ob vitæ præsentis necessaria vitam æternam perdere.

✠ ORIGENES. Vel sacerdotes rationabiliter possunt dici oculus, quoniam speculatores habentur. Diaconi autem cæteríque, manus: quia per eos spiritualia opera geruntur populus Tractatu 5. in Matth.

☞ autem

NICOLAVS DE LYRA

✠ *ritatem: & ideo talis faciens alium sic ruere, si faciat hoc de intentione seu ex aduertentia semper peccat mortaliter, etiam si factum vel dictum ex quo ruit alius, non esset de genere peccati mortalis. Sicut dicens mendacium iocosum mulieri intentione protrahendi eam ad adulterium, est peccatum mortale ex intentione finis.*

Qui scandalizaue. vnum, &c. *Dicit autem pusillis, quia nullus scandalizatur passiuè, nisi inquantum pusillus, id est, paruæ virtutis: quia homo perfectæ virtutis ex dicto vel facto malo alterius non ruit in peccatum. Sequitur.*

1 Expedit ei, vt suspenda &c. *Loquitur euangelista ad modum terræ Palæstinorum in qua condemnati ad mortem ligato saxo ad collum præcipitabantur in mare. Sensus est ergo.* Expedit, &c. *Id est, melius esset homini mori corporaliter, quam ex malo exemplo suo facere alium*

C *ruere in peccatum mortale, quia ex hoc mereretur mortem æternam, quæ est grauior morte temporali: & ideo sequitur.*

2 Væ mundo ab scandalis. *Id est, mundanis hominibus, qui non curant scandalizare proximos.*

3 Necesse est enim, vt veniant scandala. *Non est necessitas absoluta, sed tamen ex suppositione. Si enim homines velint viuere mundanè, id est, in omnibus voluntatem suam adimplere, necessario sequitur ad hoc scandalum aliorum, quia non formidant proximos scandalizare.*

4 Verumtamen væ homini illi. *Id est, comminatio pœnæ æternæ sibi infligendæ.*

5 Per quem scandalum ve. *Actiuè scilicet proximum scandalizando.*

6 Si autem manus tua, &c. *Et quia scandalizare actiuè semper est peccatum, quia est ruina ex dicto alterius minus recto: ideo admonet pusillos, vt excludant à se occasionem ruinæ d.* Si autem manus tua, &c. *Id est, tibi est occasio ruinæ in peccatum per tactum inhonestum vel pergressum dissolutum.*

7 Abscinde eum. *Non quia aliquod membrum corporis sit amputandum ad vitandum peccatum. Membra enim corporis sunt à Deo data: & ideo non est in potestate alicuius personæ abscindere sibi membrum: sicut nec se occidere: sed semper hoc est illicitum personæ singulari nisi in casu, quando scilicet vnum membrum propter sui corruptionem est in periculum totius corporis: quia vnicuique committitur cura sanitatis sui corporis ideo tunc licitum est sibi per se, vel per alium vnũ membrum abscindere ne pereat totum corpus. Et eodem modo licitum est ei qui tenet locum iusticiæ publicæ interficere hominem vel mutilare propter conseruationem iusticiæ. Sed propter peccatum euitandum non est alicui licitum abscindere sibi aliquod membrũ. Tũ quia per hoc non excluditur concupiscentia interior in qua viget peccatum. Tũ quia per aliam viam potest melius obuiare peccato, per rationem scilicet & liberum arbitrium, cohibendo membrum à peccati exercitio. Et sic dicitur manus abscindi inquantum prohibetur ab illicito actu quia manus* F *abscissa non potest aliquid agere. Et eodem modo exponẽdum est de aliis membris. Aliter tamen potest exponi, vt per manum intelligatur auxiliator in negociis suis, quia manus est organum organorum. Per pedem intelligatur cursor qui currit ad negocia peragenda. Per oculum, consiliarius qui dirigit in agendis. Amicitia autem istorum quantumcunque sit vtilis in temporalibus, est tamen præscindenda à se, & remouenda: si sit occasio ruinæ in spiritualibus: propter hoc quod sequitur.*

8 Bonum est tibi. *Id est, melius.*

9 Ad vitam ingredi debilem vel claudum. *Sicut enim sequenti capitulo dicit saluator, q̃ vno, modo dicitur castratus propter regnum cœlorum qui continet membra genitalia ab illicito actu, sic dicitur hic claudus qui continet pedem ab inordinato gressu, & debilis qui continet manũ ab illicito tactu. Et sicut testimonio Saluatoris illa castratio, quæ est per membrorum genitalium continentiam, est meritoria & laudabilis: non autem illa quæ per membrorum amputationem. Sic in proposito claudicatio vel debilitas seu cæcitas quæ est per cohibitionem manus ab*

✠ *illicito*

MORALITER.

1 *Expedit vt suspendatur mola asinaria in collo eius, &c.* Eligibilius

† enim est corporaliter affligi quàm æternaliter cruciari.

6 *Si autem manus tua vel pes tuus scandalizat te, &c.* Per manum quæ est organum organorum, intelligi potest opus bonum de genere, quod tamen non est necessarium ad salutem, & si tale bonum si occasio ruinæ, vtpote superbiæ, vel alterius mali debet dimitti. Per pedem verò potest intelligi gressus honestus non tamen ad salutem necessarius, & si sit occasio mali debet dimitti.

† *Et si oculus tuus scandalizat, &c.* Per oculum potest intelligi scientia sæcularis, quæ licet sit bona, tamen si sit occasio mali debet dimitti, sicut dicit beatus Gregor. de sancto Benedicto, qui liberiori genere ex prouincia Murcię ortus, Romæ liberalibus literarum studiis traditus fuit: sed cum in eis multos ire per abrupta vitiorum cerneret, eum quem quasi in ingressu mundi posuerat pedem retraxit. Et subditur ibidem: Recessit ergo scienter nescius, & sapienter indoctus.

autem sunt pedes ecclesiæ,quibus omnibus parcere non oportet,si scandalum ecclesiæ facti fuerint. A

a *Videte ne contemnatis.* Sic præcipio vobis seueritatem dimittendi omnes amicitias,vt admisceam clementiam, vt quæratis eorum salutem. Sed si persistant in malum,melius est solum saluari, quàm damnari cum pluribus. Quamuis pro scandalis omnis rumpendus est affectus: quærite tamẽ salutem infirmorum quantum potestis.

†Luc.19.b. Tractatu 5. in Matth. ✠ ORIGENES. Pusilli sunt, qui nuper in Christo sunt nati, aut tales qui permanẽt sine profectu,quasi nuper nati. Non autem habuit necesse mãdare Christus de perfectioribus fidelibus nõ contemnendis, sed de pusillis. B

b *Quia angeli eo.* Cur non sunt contẽnendi? quia pro eis quotidie mittũtur angeli. Hieron. Magna dignitas animarum, vt vnaquæq; habeat ab ortu natiuitatis in custodiam sui angelum delegatum.

Vbi supra. ✠ ORIGENES: Quidam volunt ex eo dari hominibus Angelum adiutorẽ, ex quo per lauacrum regenerationis nati sunt infantes in Christo,dicentes non esse credibile incredulis & errantibus præesse Angelum sanctum, sed tempore infidelitatis & peccatorum est homo sub Angelis Satanæ. Alij autem volunt mox cum quis fuerit natus, eorum qui præcogniti sunt à Deo,accipere sibi præpositum Angelum.

Hom.8. in Genesim. ✠ IDEM. Angeli velut procurationem animarum nostrarum tenent,quibus dum adhuc paruuli sumus velut tutoribus & actoribus committimur vsque ad præfinitum tempus à patre.

Hom.60. in Matth. ✠ CHRYSOSTOMVS. Cum dicat vident faciem patris mei,nihil aliud,ostendit quam magis liberam præsentiam & maiorem eorum apud Deum.

c *Semper vident,&c.* Visione Dei manifesta perfruuntur, ideo non est spernendum ab homine,quod apud Deum tantæ curæ est,ergo vos nolite spernere,quantùm in vobis est.

Et si enim missi veniant,sic exterius implent ministerium vt nunquam intus desint per contemplationem. Mittuntur ad hominum salutem,& tamẽ semper vident faciem patris: quia quolibẽt missi veniant,intra ipsum currunt qui vbique est. D

d *Venit enim.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Rursus aliam rationem ponit quare pusilli non sunt contemnendi proire maiorem. Vbi supra.

e *Si fuerint alicui centum, &c.* Dominus centum oues habuit, dum rationalis naturæ numerus angelorum & hominũ integer,id est, in sua perfectione mansit, sed vna errauit, cum homo peccauit. Angeli mittũtur ad hominũ salutem.

Ouis perdita omnes peccatores qui per pœnitentiam reconciliantur Deo, nonagintanouẽ sunt superbi, quos reliquit in mõtibus per tumorem vel sollicitudinẽ gerunt in animo,qui solos se videri volunt, qui de se præsumentes pœnitentibus præponunt se: quibus ad perfectionẽ vnitas deest. Luc.15.a. †Errabat. † 50. dist. quia sanctitas tua. E

f *Nónne relinquet, &c.* GREGOR. Quia *seipsum exinaniuit formam serui accipiens*, angelica natura persistente in summa beatitudine. Alij in nonagintanouem iustorum numerum putant intelligi,in vno peccatorum,vnde alibi. *Non veni vocare iustos, sed peccatores.* In Luca scriptũ est, *Maius gaudiũ est super vno pec.pœ.a. quam super nonagintanouẽ iust.q.non in pœ.* Quia vt quotidie experimur,qui illicita nõ cõmiserunt, in rebus licitis sæpe sibi præbẽt vsum,ad cœlestia anxiè non anhelant. Et quia securi sunt,ad bona agenda pigri remanent. Econtra autẽ plærúmque peccator facit. Maius ergo gaudiũ de eo,quã de stãte iusto, vt dux in prælio. Plus enim militẽ illũ diligit qui post fugã reuersus hostẽ fortiter premit,quàm eũ qui nũquã fugit, nec vnquã fortiter egit. Sed & sunt quidã iusti,de quib, est tãtũ gaudiũ vt eis nullus pœnitens præponi possit: qui etsi non sint malorum conscij sibi tamen licita respuunt,in omnibus se humiliant. Quantum ergo gaudium est,si humiliter plangat iustus,cum tantum sit si quod male gessit damnat iniustus. Hom.34.in euang. Phil.2.a. Mar.2.c. Luc.5.f.

g *Gaudebit,&c.* Magis dominus gaudet de nostra reparatione (quia F

tam intrare, quàm duos oculos habentem mitti in gehen-
a nam ignis. Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis. Dico 1 †
¶ Deputat eis custodiam.
b enim vobis, quia angeli eorum in cœlis semper vident fa- 2
c a ¶ Non debetis curam hominum paruipendere pro quibus ego veni. 3
d ciem patris mei,qui in cœlis est. † Vẽnit enim filius hominis 4 5
a ¶ Ad clementiam prouocat qui præmisit. Videte ne contemnatis.
b ¶ Aliud de eadem re subdit exemplum.
e saluare quod perierat. Quid vobis videtur? Si fuerint alicui
a ¶ Quia rationalis creaturæ numerus pereunte homine fuit imminutus. ¶ Alias relinquit.
f cẽtum oues,& errãueritvna ex eis,nónne relinquet nonagin
a ¶ In cœlo ab homine derelicto. ¶ Alius euangelista dicit,in montibus,id est,excelsis.
b ¶ In terram. c ¶ Hominem vt summa reintegretur.
tanouem in deserto,& vadet quærere eam quæ † errauit? Et
si contigerit, vt inueniat eam. Amen dico vobis, † quia
a ¶ Quia maior gloria reformantis est perdita restaurare,quam ea quæ sunt immota retinere.
g gaudebit super eam magis quàm super nonagintanouem,
a ¶ Docet parabolam ideo propositam, vt pusilli non contemnantur. ¶ Sicut non est voluntas pastoris,vt vna de ouibus pereat.
quæ non errauerunt. Sic non est voluntas ante patrem
a ¶ Sed omni beneuolentia ab his quos offendunt corrigantur. ¶ Si perit non voluntate eius perit.
vestrum qui in cœlis est, vt pereat vnus de pusillis istis.

C

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *illicito tactu,& oculi ab illicito visu,& pedis ab illicito gressu,est meritoria & laudabilis,non autem illa quæ esset per membrorum priuationem. Cætera patent.*

1 Videte ne contemnatis,&c. *Hìc consequenter prohibet ne proximum contemnamus. Cuius rationem assignat: quia quantumcunque homo sit paruus in hoc mundo,tamen habet angelum assignatum à Deo ad sui custodiam: & ideo si homines tantum à Deo honorantur,quòd ad eius imaginem sunt facti,multò fortius à nobis sunt honorandi, & hoc est quod dicit.* Videte ne contemnatis. *Sequitur.*

2 Quia angeli eorum. *Id est,assignati eis.*

3 In cœlis semper vident faciem patris. *Quia quantumcunque mittantur ad temporalium rerum administrationem, tamen semper Deo inhærent per apertam visionem.*

4 Qui in cœl.est. *Licet enim Deus sit vbique per essentiam,præsentiam & potentiam,tamen specialiter dicitur esse in cœlis, vbi adest beatis per apertam visionem.*

5 Venit enim filius ho. *Ostenso quòd non est proximo inferendum nocumentum ex parte animæ,hoc ostendit, quòd ei est beneficium impendendum: & primo in affectu,secundò in effectu ibi.* Si autem peccauerit. *Primum ostenditur exemplo saluatoris qui ad salutem hominum descendit de cœlis dicens.* Venit enim filius hominis saluare quod perierat. *Et inducit ad hoc exemplum de illo qui habet centum oues: vna enim errante dimittit nonagintanouem,& vadit ad quærendum illam,quæ errauerat: & cum inuenit eam gaudet speciali gaudio de inuẽtione eius. Non quia magis diligat illam solam quàm nonagintanouem, sed quia sicut dictum est,habet specialem rationem gaudendi de inuentione eius quam non habebat in aliis. Sic Deus de reuersione peccantium ad salutem habet specialẽ rationẽ gaudij quam non habet de permanentibus in iustitia. Cæteris tamen paribus,permanentes in iusticia sunt magis dilecti Deo. Hoc autem inducit saluator ad considerandum, quòd similiter debemus gaudere in affectu de salute proximorum. Considerandum etiam,q; alia ratione aliquando Deus magis diligit peccatores reuertentes quàm remanentes in iusticia: non quia peccauerunt, sed quia ex peccato commisso humiliores efficiuntur,& sanctiores,& in bono feruentiores. Vnde dicit beatus Gregor. in moralibus,quòd princeps militiæ plus eum militem diligit qui post fugam fortiter hostem premit, quàm qui nunquam fugit,nec vnquam aliquid fortiter egit: Et eodem modo est de peccatore post pœnitentiam viriliter agente: & de iusto tepido in sua iusticia permanente.* Diuisio.

✠ Si autem

MORALITER.

✠ 1 *Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis.* Graue ergo est contemnere quem Deus honorat angelo custode, & propter cuius salutem Dei filius voluit in mundum venire: Et hæ rationes tanguntur, tanguntur, cum dicitur.

† *Dico enim vobis,&c. Si autem pecca.in te frater tuus.* Id est, te sciente: vnde Aug. Quid est in te peccauit: nisi tu scis, quia peccauit.

✠ *Vade*

(quia magis nos gaudere facit) quàm de angelorum immutabilitate. Maior enim Dei virtus & humilitas in nostra reparatione cognoscitur quam in nostra creatione.

a *Si autem peccauerit in te, &c.* Si enim in Deum, non est nostri arbitrij.

Hoc ordine scandala vitare debemus ne quem lædamus: & peccantem zelo iustitię corripiamus, & pœnitenti misericordiæ viscera pandamus.

† Luc. 17. a. 45. di. c. sed illud 2. q. 1. c. si peccauerit.

Hom. 61. in Matth. †Deu. 19. b 2. Cor. 13. a.

✠ CHRYSOST. Ne hi quibus scandala inferuntur, ita resupini fiant, vt totum contemnentes in aliud vitium incidant, sed scandalizantes per omnia sibi parci volentes, in elationem incidant, hic dominus eos comprimit, & redarguti onem fieri iubet.

B †Io. 20. c.

a ¶ Iniuria vel contumelia affecerit.

a † Si autem peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum 1 2

b a ¶ Ne publicè correptus verecundiam perdat qua perdita in peccato permaneat. b ¶ Per alterius salutem salus tibi acquiritur.

inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratus eris fratrem 3

a ¶ Studio corrigendi vel conuincendi sub testibus.

c tuum. Si autem te non audierit, adhibe tecũ vnum vel duos, 4

† vt in ore duorum vel trium testium † stet omne verbum. †

a ¶ Adhuc incorrigibilis extiterit. b ¶ Vt obiurgatio plurimorum eum corrigat. ¶ Hic autoritas de manifesta vocatione.

d Quòd si non audierit eos, dic ecclesiæ. † Si autem eccle- 5 6

a ¶ Gentilis. b ¶ Exactor publicorum vectigalium.

e siam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & Publicanus. 7 8

a ¶ Vinculo anathematis.

f † Amen dico vobis, quæcumque alligaueritis super 9

a ¶ Diuino iudicio.

terram, erunt ligata & in cœlo: & quæcunque solueritis 10

b *Corripe eum, &c.* Non passim iubet peccanti dimittere, sed pœnitẽti. Ita peccat qui vidẽs fratrẽ peccare tacet: sicut qui pœnitẽti nõ indulget. Nã q dixit: si pœnitet dimitte præmisit, si peccauerit increpa. Nec difficilis sit venia nec remissa indulgentia.

Hom. 61. in Matth.

✠ CHRYSOSTOMVS. Ideo autem præcepit arguere ei qui passus est, iniuriam, & non alij, quia ille qui fecit iniuriam, ab eo mansuetius sustinet, & maximè cum solus eum corripiat. Cum enim qui vindictam expetere debebat, hic salutis videtur diligentiam habere, maximè hoc eum potest propitium facere.

Sermon. 16. de verbis Domini.

✠ AVGVSTINVS. Si tu solus nosti, tunc verè in te solum peccauit. Nã si multis audientibus tibi fecit iniuriam, & in illos peccauit, quos suæ iniquitatis testes fecit. Ergo ipsa corripienda sunt coram omnibus, quæ peccantur corã omnibus: ipsa corripienda sunt secretius, quæ peccantur secretius.

D

c *Adhibe tecum.* ✠ CHRYSOST. Quasi dicat, habes iã testimoniũ, quod totũ fecisti quod tuũ erat. Etenim medicus cum videritmorbum nõ remitti non desistit, sed tunc magis præparatur ad curãdum.

Vbi supra.

d *Dic ec.* Vt detestationi eum habeat. Et qui nõ potuit pudore saluari, saluetur opprobriis, & vt rubore sequestrationis emẽdetur, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Sed ne quis superbus talem contẽneret sequestrationẽ subdit. *Amen dico vo.* Potestatẽ tribuit apostolis, vt sciant qui à talib. dominãtur humanã sentẽtiã diuina sentẽtia corroborari.

† consistat † De iure iu. c. quẽadmodum

† 24. q. 2. c. omnibus & 26. q. 7. c. ergo 35. q. 8. c. fi.

E

e *Sicut ethnicus.* Detestabilior est qui sub nomine fidelis agit opera infideliũ, quàm apertè Gẽtilis. Nec ideo salus eius negligenda est, nã & ethnicos, id est, Gentiles & publicanos in numero quidem fratrum non deputamus, sed tamen eorum salutem semper inquirimus.

Typicè, Publicani sunt qui lucra sæculi sectantur & exigunt vectigalia negotiationis per fraudes, per furta & per periuria

f *Amen dico, &c.* Adeo vestra sententia confirmatur diuina vel ad recipiendum pœnitentem, vel ad abiiciendum contumacẽ.

✠ ORIGENES.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Si autem peccauerit, &c. *Hic consequenter ostendit, quòd debemus esse benefici proximo ex parte animæ in effectu. Et hoc dupliciter. Primò, defectus eorum charitatiuè corrigendo & secundo, offensam misericorditer remittendo, ibi.* Iterum dico vobis. *Ad euidentiam primi aduertendum, q̃ duplex est correptio. Vna quæ est ad peccantis punitionem, propter conseruationem iustitiæ: & ista non ordinatur semper ad correctionem delinquentis, quia aliquando sibi infligitur, pœna mortis: & ideo principaliter est ad conseruationem iusticiæ & terrorem aliorum, & talis correptio non pertinet ad singulares personas: sed ad iudicem ad quem pertinet conseruare iustitiam inter homines, & propter hoc talis correptio est actus iustitiæ. Alia est correptio quæ ordinatur ad fratris peccantis emendationem: & hæc est actus charitatis, & pertinet ad omnes: quia sicut dicitur in Ecclesiastico.* Vnicuiq; mandauit Deus de proximo. *Et ideo sicut quilibet tenetur proximũ ex charitate diligere, ita tenetur defectus eius charitatiuè ad emẽdationẽ eius corrigere, si tamẽ probabiliter credat q̃ ex sua correctione debeat se emendare. Et de tali correctione loquitur hic Saluator non de prima, quæ est actus iusticiæ. Tangit autẽ debitũ modũ huius correctionis, dicens.* Si autem peccauerit, &c. *Et intelligitur istud in te dupliciter, vel quia te solum læsit vel quæ solo sciente peccavit. Si enim alios læderet, vel corã aliis peccaret, tunc non haberet locum illud quod subditur.*

C

Eccl. 17. b.

2 Vade & corripe eum, &c. *Quia peccata publica sunt in publico arguenda, secundum quod dicitur 1. ad Timoth. 5. d.* Peccantẽ coram omnibus argue, vt cæteri timorẽ habeant, *sed quãdo sunt secreta, tunc habet locũ correctio fraterna: quæ est actus charitatis, quæ debet fieri primò in secreto. Cuius ratio est. Sicut enim medicus corporalis si debito modo procedat, nititur inducere sanitatem cũ minori dispendio corporis, vt sine membri abscisione: & si non posit, tunc abscindit membrũ minus nobile, vt conseruetur magis nobile vel totum corpus. Sic ille qui fratrẽ peccantẽ occultè corripit, charitatiuè debet tentare, si posit fratrẽ emendare absque detrimẽto suæ famæ: quia fama cõputatur inter maiora bona hominis citra virtutes, & ideò corrigens fratrẽ debet quantum potest conseruare eius famam. Alia causa est, quia amissa fama vel læsa, efficitur homo inuerecundus: & per consequens minus à peccato retrahitur quàm prius. Est ergo debitus processus in correctione charitatiua, vt homo corrigat fratrem suum inter se & ipsum solum, vt sic possit eum saluare cum omnimoda integritate suæ famæ. Et hoc est quòd sequitur.*

Fraternæ correptionis moderamen.

3 Si te audi. lucratus eris, &c. *Eũ scilicet cum integritate famæ ad salutem reducendo.*

4 Si autem te non. *Quia enim fama est minus bonum, quã sit bona vita: si non possit seruari bona vita fratris sine detrimento suæ famæ, tunc procedendum est ad salutem bonæ vitæ cum aliquali læsione suæ famæ: & ideo adducendus est vnus alius vel duo ad sciendum scilicet fratris delictum, & vt coram eis arguatur, & si se non correxerit, tunc simpliciter contemnenda est eius fama, vt conseruetur bona vita, vel saltem ordo iusticiæ ad terrorem aliorum, & hoc est quod sequitur.*

F

5 Quod si non audierit eos. *Se corrigendo.*

6 Dic ecclesiæ. *Id est, prælato per denunciationem publicam: & tũc sunt testes inducendi ad facti probationem, qui prius fuerant inducti ad fratris secretam correctionem.*

7 Si autem ec. non aud. *Præceptum prælati contemnendo.*

8 Sit tibi si. ethnic. &c. *Id est, separetur ab aliis fidelibus per excommunicationem & censuram ecclesiasticam. Et quòd talia, possint prælati ecclesiæ inferre, subditur.*

9 Amen. *Id est, fideliter.*

10 Dico vo. *Quia Deus talem punitionem approbat, si iuditium ecclesiæ non erat. Considerandum tamen circa prædicta, quòd si peccatum occultum fratris fuerit in præiudiciũ cõmunitatis: vt si aliquis tractaret secretè cum aliquibus ciuibus qualiter ciuitas esset hostibus tradenda, vel si aliquis hæreticus in secreto corrumperet fideles, tunc secreta correptio vel admonitio non esset expectanda, sed statim esset prælato denunciandum, qui posset tali periculo præcauere. Et idem iudicium de consimilibus casibus est habendum.*

✠ Iterum

MORALITER.

✠ 2 *Vade & corripe eum inter te & ipsum solùm.* HIERONY. Corripiendus enim est seorsum frater, ne si semel verecundiam amiserit, permaneat in peccato.

3 *Si te au. lu.* Per salutem enim alterius nobis quoque acquiritur salus.

4 *Si autem,* Glossa, vt si dixerit non esse peccatum, probent illud esse peccatum.

5 *Quod si non aud.* CHRYS. Id est, his qui ecclesiæ præsident.

7 *Si autem ec.* AVG. Id est. Gentilis & paganus in numero fratrum non computandus.

9 *Amen dico vobis, &c.* AVG. De verbis domini in mõte: Cœpisti habere fratrem tuum tanquam Ethnicum & publicanum, liga illum in terra: sed vt iustè liges eum vide: nam in iusta vincula dirumpit iusticia.

☞ ✠ ORIGENES. Non dixit. *In cœlis* sicut Petro, sed in cœlo A vno quia non sunt tantæ perfectionis sicut Petrus.

tractatu.6. in Math. vbi supra. ✠ CHRYSOSTOMVS. Et notandum quod non dixit primati ecclesiæ, liga talem: sed si ligaueris, indissolubilia erunt ligamina, quasi hoc eius iudicio relinquens. Vide autem qualiter incorrigibilem duplicibus colligauit necessitatibus, scilicet & pœna quæ est hic, scilicet prouectione ab ecclesia quam supra posuit, dicens, *Sit tibi sicut Ethnicus &c.* & supplicio futuro, quod est ligatum esse in cœlo, vt multitudine iudiciorum dissoluat fratris irã.

†De pdis. 3.c. septie a *Si duo.* Typicè. Vbi spiritus anima & corpus consenserint, vt non sit inter eos bellum, carne B cupiente contra spiritum & spiritu cõtra carnem, quidquid petunt fiet. Quia si corpus vult, quæ spiritus vult tantum bonarum rerum est petitio.

Hieronym. b *Ibi sum in me.* Omnis sermo supra ad concordiam prouocat & pacem quam à deo commendat, vt dicat deum in medio esse eorum, qui pax & charitas sedem sibi in pacificis constituit, & vnitatis merito

vbi supra. ✠ ORIGENES. Et ista est etiam causa propter quam non exaudimur orantes, quia non consentimus nobis per omnia super terram neq; dogmate neq; conuersatione. Sicut enim in musicis nisi sit conuenientia vocium, non delectat audientem sic in ecclesia, nisi consensum habuerit non delectatur Deus in ea nec audit voces eorum.

c *Tunc accedens.* Dixerat *videte ne cont. vnum de pu.* Id est adiecerat: si peccat, corripe. & præmium promiserat: *Si duo ex vobis* Prouocatus ergo Petrus quærit quotiens dimittat.

d *Septuagies sep.* HIER. id est. 490. vicibus id est totiens in die quotiens C

super terram, erunt soluta & in cœlo. † Iterum dico vobis, 1
a quia si duo ex vobis consenserint super terram de omni 2
a ¶ Quæsita pro salute corrigendorum. b ¶ In sanctis, ¶ In omnibus quæ indicando aguntur in terra ad salutem hominum, assum cooperator. 3
re quamcunque petierint, fiet illis à patre meo qui in cælis
a ¶ Monuit ad concordiam: nunc præmium pollicetur quod est in medio eorum
est. Vbi enim sunt duo vel tres cõgregati in nomine meo 4
b ibi sum in medio eorum. Tunc accedens Petrus ad eum 5
c dixit: Domine quoties peccabit in me frater meus, & dimit- 6 †
a ¶ Pœnitenti quidem.
tam ei? † Vsque septies? Dixit illi Iesus: Non dico tibi, vsque 7 †
d septies, sed vsque septuagies septies. Ideo assimilatum est 8
e a ¶ Vita iustorum. b Huic toti negotio ¶ Typicè Christo qui merita cuiusque examinat.
regnum cœlorum homini regi, qui voluit rationem po- 9
nere cum seruis suis. Et cùm cœpisset rationem ponere 10
a ¶ Populus Iudaicus, qui decalogo constrictus multarum transgressionum reus erat.
oblatus est ei vnus qui debebat ei decem milia talenta 11 †

quotiens ille peccare potest. D

AVG. Typi. 11. Per se transgressionem signat quia iam est extra decalogum. Cum verò multiplicatur per. 7. iam omnis intelligitur transgressio propter septem vitia.

Nota. Aliter datur venia petenti fratri, vt nobis scilicet socia charitate conicet: sicut Ioseph fratribus. Aliter inimico persequenti bonum ei velimus: & si licet faciamus, vt Dauid lugens Saul.

1.q.1.c.cum † 20.dist.c. de quibus scriptura. 24.q.1.c. audiuimus & c.alienus.

✠ ORIGENES Vel quia numerus sex, videtur esse operis & laboris, septimus autem repensationis dicit remissionem fieri oportere fratribus in hoc mundo de gentibus secundùm res huius mundi peccantibus. Si autem aliquis vltra ea peccauerit, iam non habebit remissionem. E

tractatu.6. in Math.

e *Ideo assimilatum.* vt sciatis dimittendum esse conseruis, ostendam per similitudinem, quia si ille rex & dominus dimisit sermo multò magis homo cõseruis suis

Mos erat Syriorum per parabolas loqui. Hieronym.

✠ CHRYSOSTOM. Ne aliquis existimaret magnum quid & graue dominum iniunxisse, cum dicit dimittendũ esse vsque septuagies septies adiicit parabolam. hom.62. in Math.

✠ ORIG. Filius Dei est regnum, non alicuius eorum quæ sunt deorsum, sed omnium quæ sunt sursum hoc ergo regnum cœlorum id est, filius dei, quando factus est *in similitudinem carnis peccati, tunc* similis factus est homini regi vniens hominem sibi, Serui autẽ hi soli sunt quantum ad istas parabolas, qui dispensatores verbi habentur, & quibus hoc est commissum, vt negotientur & fœnerent. Omnis autẽ vitæ nostræ ratio ponenda est à rege, quando omnes nos præsentari oportuerit ante tribunal Christi. tractatu.7.

☞ Et vxorem F

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Iterum di.vo. *Hic consequenter ostenditur, quod non solùm debemus fratrem corripere, sed etiam offensam nobis illatam remittere. Et diuiditur in duas partes: quia primò facit quod dictum est. secundò ostendit quotiens sit offensa fratris remittenda: ibi:* Tunc ac.ad &c. *Dicit igitur primò:*

2 Si duo &c. *Sicilicet offensam sibi inuicem remittendo.*

3 De omni re.&c. *Quia oratio non est accepta coram deo, si teneat odium contra fratrem in animo: propter quod subditur.*

4 Vbi enim sunt. *Id est charitate vnti.*

5 In me.&c. *Acquiescendo bonæ voluntati & petitioni eorundem, dum tamen illa oratio habeat conditiones conuenientes, quæ ad hoc requiruntur scilicet, quod aliquis oret pro se piè & perseueranter. His enim concurrentibus semper oratio exauditur: & si aliquando differtur tamen tempore competenti impletur, sicut supra habitum est c.7. Aduertendum tamen. quod licet offensa sit semper remittenda, non tamen iniuria. Si enim ex remissione iniuriæ & pœnæ debitæ sequeretur pronitas in eo cui remittitur ad facilius peccandum, non esset bonum ei remittere. similiter si ex tali remissione esset scandalum aliorum & omissio iustitiæ & in consimilibus casibus,*

6 Tunc ac. *Hic ostenditur quotiens sit fratri remittendum & primò ostenditur propositum, secundò confirmat per exemplum, ibi: Ideo as. est. Circa primum aduertendum, quod sicut frequenter dictum est Petrus tanquam principalis aliquando loquebatur pro se & pro aliis: & ideò audito à Saluatore quod offensa fratris peccantis esset remittenda, interrogauit quotiens esset remitenda fratri, & hoc petiit si sufficeret ad salutem dimittere septies.*

7 Dici.il.Ies. Non di. *Et ponitur ibi numerus determinatus pro indeterminato, ac si di. totiens quotiens, vt dicit Augu.*

8 Ideo as.est. *Hic probat hoc per exemplum quia magis sumus debitores dei & plus offendimus eum qnam homo possit offendere proximum, quia tanta est offensa quantus ille qui offenditur. Deus autem est infinitus, & ideo offensa in ipsum commissa quandam infinitatem habet: & tamen quotienscunque offendimus deum, ipse totiens paratus est remittere dum tamen velimus veraciter pœnitere: ergo multo fortius similiter debemus peccanti in nos facere: & hoc est quod dicit:* Ideo as.est. *Id est status ecclesiæ militantis.*

9 Homini regi. *Id est Christo, qui est verus homo & verus deus, rex regum & dominus dominatium.*

10 Qui voluit &c. *Id est rationem gerere de factis humanis.*

11 Oblatus est ei vnus, qui debe.ei decem mi. talenta. *Id est obligatus ad magnam pœnam propter multa peccata.*

✠ Cum

MORALITER.

✠ 1 *Iterum dico vobis quod si duo.* Sub intelligendum est si petierint piè perseueranter, & pro se.

† *Domine quoties.* subditur.

† *Vsque sep. sep.* Id est quadringentis nonaginta vicibus, vel vt dicit Aug. omnino quotienscunque peccauerit, ignoscas.

8 *Ideo assimilatum est regnum cœlorum.* Id est Christo qui est tex rex regum.

10 *Qui voluit rationem ponere cum seruis suis.* Huius enim regis serui sunt omnes homines, & cum eis rationem ponit: nam omnium actus diligenter discutit.

11 *Oblatus est ei vnus.* Id est quilibet peccator, quia præsentialiter sibi assistit.

† *Qui debe. ei de. mi.* Id est, debitum valde magnum, quia tanta est offensa, quantus ille est qui offenditur.

✠ Cum

a Et vxorem. Eum non solum populum, sed etiam prælatos & subditos simul cum tota familia vel substantia eorum pro magnitudine delictorum tradidit exteris nationibus: vt quod noluerunt voto, soluant tormento.

Iussit pro cupiditate & operibus : quia vxore & filiis pœnas soluere,

b Misertus au. Misericors dominus nō solum captiuitatem Iudaicā absoluit, sed etiam peccatorum omnium veniam in aduentu Christi se dare promisit, si persisterent in incepto.

† solutionem fieri

* domine

hom. 62. in Matth.

✠ CHRYSOSTOMVS. Vnde autem diuini amoris superabundantiam: Petit seruus solius temporis dilationē ipse autem maius dedit: & dimissionē & cōcessionē totius mutui. Volebat autem à principio dare sed nolebat solùm suum esse donum, sed & supplicationis illius, vt non incoronatus abscedat. Ideo autem antequam rationem poneret, debitum non dimisit, quia docere voluit à quantis debitis eum liberat, vt saltem ita ad conseruos māsuetior fieret.

* ad pedes eius obsecrabat

B

c Dimisit ei. Id est pondere carnalium obseruationum absoluit, & debitum dimisit, Id est, priores transgressiones.

d Inuenit vnum. Gentilem populum, quasi sibi debitorem fatigabat: gratiam Christi non esse eis ad salutem dicens carnales obseruantias ab eis non modo persuasionibus, sed etiam tormentis expectabat.

vbi supra.

e Centum denarios. ✠ CHRYSOSTOMVS. Tāta est differētia peccatorum quæ committuntur in hominem & quæ committuntur in Deum, quanta est differentia decem milium talentorum, & centum denariorum, magis autem & multò plus patet ex differentia personarum & à paucitate peccantium. Homine enim videnti & desistimus, & pigritamus peccare, deo autem videnti, non obsistimus, sed agimus informidabiliter omnia & loqmur

f Et procidens. ✠ ORIGENES. Considera subtilitatē scripturæ, quoniam seruus multorū debitor talentorū procidens adorauit regem: qui autem centum debebat denarios procidens non adorabat, sed rogabat cōseruū dicēs Patiētiam habe.

vbi supra.

† mutuum

✠ CHRYSOSTOMVS. Vide domini charitatem, & serui crudelitatem, pro decem milibus talentis, hic autē pro centum denariis: hic conseruum ille autē dominum rogabat: & hic quidem totalem absolutionem accepit ille autem solam dilationē petebat nec hoc dedit.

vbi supra.

E

† De consec. dist. 4. c. quō in fi.

g Conserui eius &c. ✠ AVGVSTINVS. Per conseruos intelligitur ecclesia, quæ illū soluit & ligat.

✠ REMIGIVS. Vel conserui fortè angeli sunt intelligendi aut prædicatores, siue quicunque fideles, qui contristantur de perditione conserui.

h Serue ne. Sæpe debita dimisi tibi, quādo in angustiis rogasti sed liberatus compassionem non habuisti, quin potius prophetas & apostolos persequaris & ingratus, & de iusticia præsumēs spernis gentes, indignas tua societate in Christo iudicans.

☞ Sic

a ¶ Viribus suis hoc explere non posset. b ¶ Permisit iusto iudicio, malignorum spirituū seruum fieri.

Cùm autem non haberet vnde redderet, iussit eum dominus venundari, & vxorem eius, & filios, & omnia quæ habebat, & reddi. Procidens autem seruus ille rogabat eum dicens: Patientiam habe in me & omnia reddam tibi. Misertus autem dominus serui illius, dimisit eum, & debitum dimisit ei. Egressus autem seruus ille inuenit vnum de conseruis suis, qui debebat ei centum denarios, & tenens suffocabat eum dicens: Redde quod debes. Et procidens conseruus eius rogabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Ille autem noluit, sed abiit & misit eum in carcerem, donec redderet debitum. Videntes autem conserui eius quæ fiebant, contristati sunt valde, & venerunt & narrauerunt domino suo omnia quæ facta fuerant. Tunc vocauit eum dominus suus, & ait illi. † Serue nequam, omne debitū dimisi tibi, quoniam rogasti me. Nónne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum?

a ¶ Cum sponte nollet malus, coactus populus ille pœnitet.

¶ Parce peccatis

a ¶ Credendo in te qui es finis legis.

a ¶ In libertatem fidei vel de captiuitate liberatus.

a ¶ Id est recognoscebat ab eo salutem præstitam sibi.

a ¶ Non sinebat eum reddere rationem. b ¶ Obserua carnales obseruantias.

a ¶ Parce peccatis.

a ¶ Quidquid lex præcepit spiritualiter implendo. b ¶ Spiritualia. c ¶ A spirituali intellectu recessit.

a ¶ Arctam tribulationem. b ¶ Hoc intendens, vt legem carnaliter impleret quod videbatur debere.

a ¶ Angeli qui referunt deo gesta hominum, vel prædicatores euangelij b ¶ Propter afflictionem Christiani populi.

a ¶ Pro salute credentium contra dolum persequutorum dominum implorant.

¶ Omnes præuaricationes.

a ¶ Dignas misericordia gentes reputare quoniam omnes peccauerunt & egent gratia dei.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 01 12 13 14 15 19 17 18 16

C

NICOLAVS DE LYRA

✠ 1 Cum autem non haberet, vnde red. *Quia Peccator non habet vnde satisfaciat deo pro peccato.*

2 Iussit eum dominus venundari. *Quia omnia sua sunt pœna æternæ propter peccatum suum obligata.*

3 Procidens autem ser. *Id est peccator per pœnitentiam.*

4 Patientiam hab. *Pœnam æternam in temporalem commutando.*

5 Et omnia reddam tibi: *Opera meritoria faciendo.*

6 Misertus autem dominus. *Quia dominus paratus est misereri & parcere verè pœnitentibus.*

7 Egressus autem ser. ille à fa. domi. *Scilicet per recidiuum peccati.*

8 Inuenit vnum de conser. *Id est de hominibus, qui sunt serui Dei cum ipso.*

9 Qui debet ei cen. dena. *Id est modicum eum offenderat, quia offensa in hominem modica est repectu offensæ commissæ in deum.*

10 Et tenens suffocabat eum. *Id est strangulabat. Et dicitur à sub & faucis, dicens.*

11 Redde quod de. *In quo ostenditur austeritas in repetendo vindictam à proximo.*

12 Et procidens conser. *Per Pœnitentiam.*

13 Rogabat eum dicens: *Patientiam quasi dicat paratus sum secundùm posibilitatem meam satisfacere.*

14 Ille autem noluit. *In quo notatur crudelitas in modo repetendi vindictam.*

15 Videntes autem conser. eius. *Isti sunt qui videntes crudelitatem hominum erga proximos contristantur, quia ad eandem virtutem pertinet gaudere de bono, & tristari de oppositio malo.*

16 Et ue. & nar. domino. *Quia in oratione petunt à domino talia vindicari ad declarationem iusticiæ, non ex liuore vindictæ.*

17 Tunc vocà. illum dominus suus. *Ista autem vocatio fit in morte vbi oportet de omnibus rationem reddere strictè.*

18 Serue nequā omne debi. *Id est offensam magnā in me cōmissam.*

16 Nónne ergo opor. *Paruam remittendo.*

✠ Et

F

MORALITER.

✠ 1 *Cum autem non ha. vnde red.* Quia peccator non habet vnde posset satisfacere Deo.

2 *Iussit eum dominus eius ve.* Per hoc significatur determinatio eius ad pœnam debitam. Per vxorem autem eius significatur delectatio praua, & per filios, actus mali procedentes inde: pro quibus est puniendus.

3 *Procidens autem.* Vt sibi daret spacium vitæ, in quo posset per pœnitentiam satisfacere.

6 *Misertus autem dominus.* Plus enim dat dominus quā rogetur.

6 *Egressus autem ser. il.* Egreditur autem à domino peccatum reiterando

reiterando.

8 *Inuenit vnum de conseruis suis.* Id est de peccatoribus, qui ei tenebatur in modico respectiuè crudeliter cogebat eū reddere.

15 *Videntes autem.* Per quos omnes Christiani & angeli sancti intelligūtur vnde Apoc. 22. b. dixit angelus beato Ioāni. *Conseruus tuus sum, & fratrum tuorum,* Et cōram deo representant facta hominum.

18 *Serue nequam &c. Nónne oportuit & te mi. conserui tui. q. di. sic.* Remigius, Seruus iste nullum legitur responsum domino dedisse: in quo demonstratur, quod in die iudicij & statim post hanc vitam cessabit omnis excusatio peccati.

† Et

a ¶ Iusta animaduersione. b ¶ In manus Romanorum,vel tartareis ministris.

Et iratus dominus eius, tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet vniuersum debitum. † Sic & pater meus cœlestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris.* Et factum est, cum consummasset Iesus sermones istos, migrauit à Galilæa, & venit in fines Iudææ trans Iordanem, & secutæ sunt eum turbæ multæ, & curauit eos ibi.

¶ In perpetuum. a ¶ Repetet à vobis dimissa. ¶ Non ficta pace.

a ¶ De Galilæa. ¶ Ex pietate vt doceantur,& infirmi sanentur. ¶ In Iudæa.

1 2 3 4 5 6 7

a *Sic & pater meus.* Si non dimiseritis ex corde quod in vos delinquitur, & hoc quod per pœnitentiam dimissum erat à vobis exigitur.

*delicta eorum

Repetet: vel de mala voluntate dãnando, à qua omne malum, vel de inobedientia quę est origo totius mali. Quoties enim quis peccat, inobediens efficitur.

Incipit narrare, quæ dominus in Iudæa fecit, & docuit, & passus est: primò trans Iordanem ad orientem, post & citra Iordanem, quando venit à Iericho in Ierusalem.

b *Sermones.* Quos in Galilæa post tributum de humilitate & innocentia, & correctione, & venia habuit. †Mar.11.d

c *Venit in fines Iu.* Omnis Iudæorum prouincia ad distinctionem aliarũ Gentium Iudæa dicitur, sed specialiter meridiana plaga ad differentiam Samariæ, Galilææ, Decapolis, & cæterarum regionum eiusdem prouinciæ.

d *Et secutæ sunt.* Galilæos maluit curare in Iudæa, vt Gentes in eam veniam, quæ Iudææ parabatur, admitteret.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et iratus dominus, &c.tor. *Id est, dæmonibus, qui in hoc sunt executores diuinæ iustitiæ.*

2 Quoadusque. *Id est, æternaliter, quia in inferno semper est redditio absque quietatione: cum pœna semper remaneat æterna à parte finis.*

3 Sic & pater meus cœlestis. *Hic inducitur applicatio parabolæ ad propositum eodem modo quo dictum est.*

4 Et factum est cum con. *Hic ponitur confirmatio doctrinæ præcedentis per operationem miraculorum, cum dicit.* Et factum est cum consummasset Iesus. *Sequitur.*

5 Et venit in fines Iudææ trans Iordanem. *Vbi erat posessio duarum tribuum & dimidiæ, scilicet Ruben & Gad, & dimidiæ tribus Manasse.*

6 Et secutæ sunt eum tur. mul. *Ex quo patet deuotio populi ad eum, quia multi sequebantur. Aliqui causa prædicationis audiendæ, aliqui causa curationis impetrandæ.*

7 Et curauit eos ibi. *Et sic patet, quòd Euangelista in vno verbo multa miracula sanitatum includit: quia propter multitudinem miraculorum non poterant omnia in particulari describi, vt dicitur Ioan. vlti.*

MORALITER.

1 *Et iratus dominus eius tradidit eum tortoribus.* Id est, dæmonibus.

2 *Quoadusque redderet.* Id est, vsque in perpetuum: nam in inferno nulla est redemptio. *Et factum est.* Sequitur.

5 *Et venit.* ORIGENES. Sanauit dominus turbas trans Iordanem, vbi dabatur baptismus. Verè enim à spiritualibus infirmitatibus curantur & saluantur homines in baptismo.

ADDITIO I.

In eo.ca.18. Vbi dicitur in Postil. *Sicut digiti manus æqualiter crescunt.*

Hæc ratio nullam propriam præeminentiam attribuit humilitati inter cæteras virtutes. De qualibet enim alia virtute verè posset dici, quòd illa crescente, cætera crescunt proportionabiliter propter connexionem virtutum, vt Postil. allegat. Sed verba Christi dicentis. Discite à me, quia mi.sum & hu.cor. *Matth.11.d. denotant quandam excellentiæ singularitatem in ipsa humilitate existere, quam doctrinam communiter doctores sequuntur. Aug. enim de vera religione dicit, quòd tota vita Christi in terris disciplina morum fuit ad imitandum præcipuè humilitatem suam. Similiter Greg. in pastorali dicit, quòd in argumentum redemptionis nostræ inuenta est humilitas Christi. Ex quibus patet, quòd humilitas commendanda est ex aliquo singulari sibi inter cæteras virtutes propriè pertinenti. Et ideo dicendum secundum Tho. in secunda secundæ. q.161. art.5. in responsione ad 3. argumentum, quòd humilitas commendatur ex hoc quòd per illam maximè remouetur impedimentum humanæ salutis, quæ consistit in hoc quòd homo ad cœlestia tendat, à quibus impeditur, dum in terrenis magnificari studet. Et sic humilitas est quædam propria dispositio ad liberum accessum hominis in spiritualia & diuina bona.*

ADDITIO. II.

In eo.ca. vbi dicitur in postil. Venit enim filius hominis, &c.

Melius videtur continuari hoc dictum Christi cum præcedentibus sic scilicet vt per aliam rationem fortiorem ostendatur, quòd non sunt pusilli contemnendi: quod sic patet. Nam posset quis dicere, quòd ille proximus non est contemnendus qui scilicet est iustus, seu de quo rationabiliter præsumi debet, quòd est in statu gratiæ, sed prauus seu peccator videretur debere contemni, cum sit à Deo remotus. Ad quod remouẽdum Saluator inducit exemplum de seipso, qui venit saluare quod perierat. Ad quod etiam inducit exemplum de centum ouibus, vt patet in litera. Et hæc videtur esse sententia Chryso. qui in hoc loco sic dicit: Rursus aliam rationem ponit, quare pusilli non sunt contemnendi priori maiorem dicẽs. Venit enim filius hominis saluare quod perierat. *Quasi dicat secundùm Remigium non contemnat pusillos scilicet peccatores quia ego pro hominibus homo fieri dignatus sum.*

ADDITIO III.

In eo.cap. vbi dicitur in postil. Si duo ex &c.

Licet verum sit quòd oratio non est accepta coram Deo illius qui tenet odium contra fratrem in animo, non tamen ex hoc sequitur, q̃ oratio semper sit accepta coram Deo illius qui non tenet tale odium contra fratrem. Potest enim in aliis sic deficere, vt non audiatur. Sed Christus dixit. Si duo ex vobis consenserint de omni re quam petierint, fiet illis. *Ex quibus sequitur, quòd oratio consentiẽtium semper audiatur: vnde aliter videtur dicendum. Ad cuius intellectum sciendum, quòd huiusmodi consensus qui facit orationem efficacem secundum doctores, non solum extendit se ad excludendum odium fraternum, sed etiam ad includendum omnia quæ ad petitionem (quæ est digna exaudiri) requiruntur, scilicet vt orans sibiipsi consentiat. Vnde Hieron. dicit. Vbi spiritus & anima corpúsque consenserint, & non intra se bellum diuersarum habuerint voluntatum, nulli dubium, quin bonarum rerum postulatio sit, vbi corpus vult habere ea quæ vult spiritus. Hæc Hiero. Similiter in hoc consensu etiam includitur, quòd orantes sibi ipsis consentiant in omnibus iis quæ ad veram doctrinã & bonæ vitæ conuersationem pertinent. Vnde Orige. in hoc loco. Ista est causa propter quam non exaudiuntur orantes, quia non consentimus nobis per omnia super terram nec dogmate nec conuersatione. Sicut enim in musicis, nisi fuerit conuenientia vocum, non delectant audientem, sic in ecclesia nisi consensum habuerint orantes, nec delectatur Deus, nec audit voces eorum. Hæc ille. Vbi igitur consensus prædictis modis est, necesse est impetrare quod petitur. Includitur enim hic tam idoneitas petitionis quàm petentium. Et ideo sequitur in litera.* Vbi enim duo sunt vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. *Vbi notandum, q̃ sententia horum verborum, est redditiua rationis præcedentium. Non enim dixit: iterum dico vobis, id est, vbi enim sunt duo vel tres, &c. sicut immediatè præcedenti conclusione vbi denotatur distinctio illius dicti à præcedentibus, sed dixit.* Vbi enim sunt, *quasi redditiuum rationis de huiusmodi petitionis efficacia, vt intelligatur sic. Ratio quare talis consensus est efficax, talis est, quia tales congregati sunt in nomine meo. Vbi enim talis consensus est, tales congregantur in nomine Christi qui est vera pax, & vera concordia: & per consequens est in medio eorum: quia vt ait Orig. Mox enim vt aliqui consenserint, Christus inuenitur in eis.*

REPLIC. In cap.18. *vbi Postillator commendat humilitatem cum debito moderamine. Burg. vult humilitatem habere singularem excellentiam inter cæteras virtutes, patet hoc ex dicto beati Aug. de vera religione dicentis, q̃ tota vita Christi in terris disciplina nobis fuit ad imitandum præcipuè humilitatem suam. Sed per hoc non potest Bur. aliquam inferre humilitatis prærogatiuam, quia beatus Aug. vult per hoc ostendere imitationem humilitatis faciliorem. Vita enim Christi in multis*

A *in multis exiſtit potius admirabilis quàm imitabilis: quo ad humilitatem tamen faciliter imitabilis. Ideo idem beatus Aug. in ſer. communi de martyrbus dicit: Chriſtus dominus non dixit: Diſcite à me mortuos ſuſcitare, ſuper aquas ſiccis pedibus ambulare: non hoc dixit: Sed quid ait?* Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. *Et ad eundem ſenſum pertinet quod Burgen. de beato Greg. Poſtillatore allegat Nec concludit ſuum propoſitum per dictum ſcilicet. Tho. ex ſecunda ſecundæ. q. 611. Nam cum dixiſſet, quod humilitas eſt quædam propria diſpoſitio ad liberum acceſſum hominis ad ſpiritualia & diuina bona ſubit idem ſanctus Tho. ibidem. Igitur ſicut perfectio potior eſt diſpoſitione, ita & charitas. Et ille virtutes quibus homo directè mouetur in deum, ſunt potiores humilitate, & ita dictum ſancti Tho. potius eſt cum Poſtilla, quam cum Burg. qui hic & alibi eſt truncator autoritatum &c.* D

CAP. XIX.

CAPVT. XIX.

¶ Ex liuore vt decipiant.

ET acceſſerunt ad eum Phariſæi tentantes 1
eum, & dicentes: † Si licet homini dimittere 2
a ¶ Earum cauſarum quæ ſcribebantur in libro repudij b ¶ Non ſua reſpondit, ſed hiſtoriæ veteris & mandatorum dei recordatur. 3 4
a vxorem ſuam quacunque ex cauſa? Qui reſ- 5 6
† 26. diſ. de inde. 28. q. 1. nunquid. De conſan. & affi. c. 4. pondens, ait illis: † Non legiſtis, quia qui fecit † homi- 7 †
a nẽ ab initio, maſculũ & fœminã fecit eos? Et dixit: † Propter † 8

CHRYSOSTOMVS. Intuere eorum malitiam. Dominus enim ſupra de lege hac diſputauerat, ipſi autem quaſi iam nullo dicto interrogant, ſcilicet, opinantes oblitum eſſe eorum quæ dixerat.

IDEM. Sicut autem ſi videas hominem aſſiduè amicitias medicorum colentem, intelligis quia infirmus eſt: ſic & cum videas virum ſine mulierem de dimittendis vxoribus aut viris interrogantes, cognoſce quia vir ille laſciuus eſt mulier illa meretrix eſt

Vbi ſupra.

† Gen. 1. d.

† Ibid. 2. d. Epheſ. 5. g. 1. Cor. 6. d.

hom. 63. in Matth. B

a *Et fœminam.* Non ait fœminas, vt vnum coniugium ſit non plura, quod ex repudio priorum quærebatur. E

Adhærebit

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XIX.

ET acceſſe. *Hic conſequenter Saluator docet virtutes contemplatiuorum ſeu religioſorum. Et diuiditur in tres partes: quia primò docet continentiam. Secundò obedientiam ibi:* Tunc oblati ſunt ei paruuli. *Tertiò paupertatem voluntariam, ibi:* Et ecce vnus. *In iſtis autem tribus conſiſtit perfectio religioſorum. Prima diuiditur in duas partes: quia primò docet Chriſtus illud quod eſt neceſſitatis in continentia vidilicet continentiam coniugalem, Secundò illud quod eſt perfectionis ſcilicet continentiam ab omni actu venereo, ibi:* Dicunt ei diſcipuli. *Prima in duas quia primò circa hoc ponitur Phariſæorum doloſa interrogatio: Et ſecundò ponitur ipſius Chriſti vera reſponſio, ibi:* Qui reſpondens. *Dicit ergo:*

Diuiſio

1 Et acceſſer. ad eum. *Id eſt ad Ieſum.*

2 Phari. *Qui in populo Iudæorum præ aliis videbantur religioſi, vt dictum eſt ſupra & dicetur inferius. 21. c.*

3 Ten. eum. *Capere ſcilicet in verbis.*

4 Et dicentes ſcilicet homini dimittere. *Id eſt ex leui cauſa, vt propter aliquam fœditatem ſeu turpitudinem corporalem. Hanc quæſtionem propoſuerunt Chriſto ad capiendum eum: quia reſponſio ad vtranque partem erat calumniabilis: quia ſi diceret quod licet, videbatur laxare fræna concupiſcentiæ carnali: dicendo quod homo pro libito voluntatis ſuæ poſſit vxorem dimittere & aliam ducere, & etiam contra dictamen legis naturæ, quia inſeparabilitas eſt de ratione matrimonij vt dicetur poſt. Si autem diceret, quod non licet, videbatur contra Moyſen dicere dicentem Deute. 24. a.* Si acceperit homo vxorem, & non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam fœditatem, ſcribet libellum repudij &c. C

5 Qui re. *Hic ponitur Chriſti reſponſio. Et diuiditur in duas partes quia primò ponitur reſponſio ſecundò remouetur quædam ſibi facta obiectio, ibi:* Dicunt illi. *Ad euidentiam primi, aduertendum, quod indiuiſibilitas eſt de ratione matrimonij: propter quod ponitur in diffinitione eius tanquam formale, cum dicitur: Matrimonium eſt coniunctio maris & fœminæ inter legitimas perſonas indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens, id eſt, indiuiſibilitatem ſecundùm totam vitam alterius coniugum. Ratio autem huius eſt, quia matrimonium eſt coniunctio maris & fœminæ ad educationem prolis ad cultum diuinum multiplicandum Ad hoc autem quod proles ſit apta ad cultum diuinum, & poſſit ſibi ſufficere poſt emancipationem à parentibus, requiritur magnus temporis tractus, quia oportet filium generari, educari & doceri, & ſibi de neceſſariis vitæ à parentibus prouideri. Quia ſecundùm quod dicit Apoſtoli. 2. Co. 12. Parentes debent theſaurizare filiis, & non filij parentibus. Antequam autem homo poſſit generare de communi curſu, eſt. 18. annorum vel. 20. Antequam verò filius genitus ſit educatus & edoctus à patre ſciens & potens ſe & familiam regere, oportet quod, ſit. 20. an. vel circiter. Et ſic patet, quod licet vir non generaret niſi vnum filium in vxore, tamen antequam filius eſſet diſpoſitus ad recedendum à patre, iam pater eſſet. 40. annorum vel circiter: nunc autem ita eſt quod maſculus & fœmina debent ſimul cohabitare indiuiſibiliter quamdiu intendunt generationi & educationi prolis, ſicut videmus in brutis animalibus & auibus, quod determinatus mas, determinatæ fœminæ inſeparabiliter coniungitur tempore quo intendunt generationi & educationi filiorum. Verumtamen, quia in aliis animalibus & auibus filij nati in modico tempore ſunt ſufficientes victum ſibi quærere, ideo maſculus & fœmina non coniunguntur inſeperabiliter per totam vitam: ſed tantum tempore educationis filiorum, Cum ergo natura humana debeat magis eſſe ordinata quam natura brutorum, ideo de dictamine naturali eſt, quod vir & vxor inſeperabiliter coniungantur, quamdiu ſtat neceſſaria educatio & doctrina filiorum: & hoc eſt ſecundùm totam vitam coniugatorum: quia ſicut viſum eſt, homo habet quadraginta annos antequan primus filius eius ſit ſufficienter educatus, & ſic ſola occaſione primi filij dictat natura, quod tantum debeat cum vxore inſeperabiliter habitare. Et quia interim antequam primus ſit ſufficienter educatus, naſcuntur filij alij vel ſaltem poſſunt naſci: quibus conſimiliter oportet per parentes prouideri. Ad quod requiritur vlterior tractus temporis magnus. Ideo ſicut natura dictat in aliis animalibus, quod maſculus & fœmina inſeperabiliter cohabitent tempore determinato à natura in generatione & educatione filiorum, ita dictat in natura humana vt vir & vxor inſeperabiliter cohabitent per totam vitam: & ſic patet, quod indiuiſibilitas matrimonij non ſolum eſt de iure diuino, ſed etiam de iure naturali. Hanc autem veritatem declarat Saluator per ſcripturam veteris Teſtamenti, dicens:* Diuiſio

Maris & fœminæ coniunctio quare inſeperabilis. F

6 Non legiſtis quia qui fe. ho. ab in. *Scilicet quando ſolùm currebat lex naturæ ante datam legem per Moyſen.*

7 Maſculum & fœminam fecit eos. *In hoc tangitur materia ipſius matrimonij ſcilicet maſculus & fœmina, quia matrimonium ordinatur ad generationem & educationem prolis: Ad hoc autem requiritur determinatum actiuum & paſſiuum: & hoc in animalibus perfectis, quia non generantur ex putrefactione. In maſculo autem eſt virtus actiua, & in fœmina virtus paſſiua. Homo autem eſt perfectiſſimum animalium, & propter hoc ad perfectionem eius requiritur diſtinctio ſexuũ vidilicet maris & fœminæ. Sequitur:*

8 Et dixit: propter hoc dimittet homo patrem &c. *In quo tangitur debita conditio materiæ prædictæ: quia matrimonium debet eſſe inter perſonas legitimas ad contrahendum Tangitur autem hic legitimitas per hoc quod excluduntur perſonæ illegitimæ, quæ ſunt pater & mater. Iſtæ enim perſonæ ſunt excludendæ ſecundum dictamen legis naturæ. Cuius ratio eſt, quia vir & vxor in actu matrimoniali ad paria iudicantur: & ideò contra reuerentiam naturalem eſt, quod filia*

coniungatur

MORALITER.

† 1 *Et acceſ.* Orige. Tentato autem domino, nullus diſcipulorum eius qui poſitus eſt ad docendum grauiter ferat, ſi tentatus fuerit à quibuſdam: ſed tentantibus reſpondeat dogmata pietatis.

† *Propter hoc dimittet homo patrem & matrem.* REMIGIVS. Myſterium hoc dixit eſſe Apoſtolus in Chriſto & eccleſia:

† Dominus

a *Adhærebit vxo.* Si malum moribus, si luxuriosa, seu quidlibet huiusmodi sit vxor, velimus nolimus sustinenda est. Cum enim liberi essemus, volentes nos subiecimus seruituti. Si ancilla libero, vel seruus liberæ supponitur, non reputatur cõiugium postquam detectum fuerit: sic & de consanguineis.

Hom.32.operis imperfecti.

✠ CHRYSOST. Si ergo quia ex viro est vxor, & ex vna carne sunt ambo, relinquet homo patrẽ suum & matrem, maior nunc charitas debet esse inter fratres & sorores: quia hi quidem ex eisdẽ parentibus exeunt, illi autẽ ex diuersis. Sed hoc magnum est nimis, quia fortior est Dei cõstitutio quàm virtus naturæ. Non enim præcepta Dei naturę subiecta sunt, sed natura Dei præceptis obtemperat. Deinde fratres ex vno nascũtur, vt diuersas vias petant: vir autem & vxor ex diuersis nascuntur, vt in vnum conueniant. Ordo etiam naturæ Dei ordinationem loquitur. Quod enim est in arboribus humor, est in hominibus amor.

†in carnem vnam.

†Deu.24.a Matth.5.e. Mar.10.a.

†Mar.10.b. Luc.16.d.

B

Nuptiarum præmium quod est

b *Et erunt duo in car.* Præmium nuptiarũ est ex duobus vna caro: Castitas coniuncta spiritui vnus spiritus efficitur. Salubri consilio Dei factum est, vt portionem sui corporis vir amplecteretur in fœmina, ne à se putaretur diuersum esse, quod de se cognosceret fabricatum.

Hom.63.in Matth.

✠ CHRYSOSTOMVS. Veteris legis verba interpretatur, dicens. Itaque iam non sunt duo, sed vna caro. Sicut enim qui spiritualiter se diligunt, vna anima esse dicuntur, dicẽte scriptura, omnium credentium erat cor vnum & anima vna: sic vir & vxor qui carnaliter se diligunt, vna caro esse dicuntur. Quemadmodum ergo carnem incidere est sordidum: ita & mulierem diuidere est iniquum.

c *Homo non se.* Homo separat, quando pro desiderio secundæ primam dimittit: Deus separat (qui & coniungit) quando ex consensu propter cultum Dei, eo quòd tempus in arto sit, sic habemus vxores quasi non habentes.

d *Quid ergo Mo. &c.* ✠ CHRYSOST. Grauis est autem fornicariis interpretatio castitatis: sed contra rationem respondere non possunt, veritati tamen credere non acquiescunt. Conferunt se igitur ad patrocinium Moysi, sicut homines malã causam habentes, confugiunt ad potẽtes viros: vt si per iustitiã nõ possunt, vincant per personam.

Hom.32.operis imperf.

e *Quoniam Moy.* Seruus cõstitutus in infirmitate permisit, ego autẽ magister & dominus præcipio. Moyses rudibus, in quibus lex naturalis hebetata erat indulget. Nõ enim indulgeret, nisi haberet postea perfectos quos argueret, de ru dib. enim paulatim boni esse cœperunt.

E

Cõsiliũ fuit hominis, nõ Dei imperiũ: qui maluit indulgere diuortiũ, q̃ desiderio secundarum nuptiarum fieri homicidium vel perdurare odium.

✠ CHRYS OS. Propterea bene dixit quod Moyses hoc permisit, non præcepit. Quod enim præcipimus, semper volumus. Quod autem permittimus, nolentes indulgemus permisit ergo vobis facere mala, ne faceretis peiora.

Hom.32. operis imp.

f *Nisi.* ALBAN. Vxor vt dimittatur, vna carnalis causa est fornicatio: vna spiritualis timor domini: vt viua ea, alia ducatur, nulla causa in lege Dei est.

✠ HIERONYMVS. Sola ergo fornicatio est quæ vxoris vincit affectum imò cum illa carnem vnam in aliam diuiserit, & se fornicatione separauerit à marito, non debet teneri, ne virum quoque sub maledictione faciat, dicente scriptura. *Qui adulteram tenet stultus & impius est.*

Hom.32. operis imp.

✠ CHRYSOST. Sicut enim crudelis est & iniquus qui castã dimittit: sic fatuus est & iniquus, qui retinet meretricẽ. Nam patronus turpitudinis est, qui crimen celat vxoris.

g *Et aliam duxerit mœchatur. Et qui dimissam.* Quia poterat accidere, vt aliquis calumniã faceret innocenti, & ob secundã

☞ crimen

a hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori [a ¶ Non vxoribus.] 1 2

b suæ, & erunt dũo [a ¶ Non tres.] † in cărne vna. Itaque iam non sunt duo, sed [b ¶ In carnali copula.] 3

[¶ Quia vnum facit carnalis coniunctio.] c vna caro. Quod ergo Deus cõiunxit, [a ¶ Faciendo vnam carnem.] homo [b ¶ Sed Deus.] non separet. Di- 4

[a ¶ Ecce aperiunt calumniam.] d cunt illi. [b ¶ Quandoquidem Deus sic ordinauit, quare Moyses superordinauit.] † Quid ergo Moyses mandauit dari libellum repu- 5 6 7

e dij, & dimittere? Et ait illis. Quoniam Moyses ad duriciam [¶ Non Deus.] 8

[¶ Non imperauit.] cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras, ab 9

[a ¶ Non sic habuit lex naturalis, ¶ Doctrina Christi concordat legi naturali, quia iam est tempus perfectionis.] initiõ autem non fuit sic. † Dico autem vobis: quia 10

[a ¶ Quæ vnam carnem diuidit in alteram & separat.] f quicunque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicatio- 11

[¶ Id est mœchiam facit.] g nem, & aliam duxerit, mœchatur. Et qui dimis- 12 13

NICOLAVS DE LYRA

✠ *coniungatur patri, & filius matri. Vnde & aliquãdo animalia magis appropinquantia ad industriã humanam, talem coniunctionem tanquam abominabilem refugiunt, sicut narratur de elephante: qui adductus à magistro ipsum custodiente ad impregnandum matrem propriam renuit, propter quod magister vultum eius operuit, & cum sic ignoranter matrem cognouisset & discooperto vultu hoc videret, insiliit præ dolore in ductorem suum & interfecit, & hoc est quod dicitur in litera.* Propter hoc. *Id est, propter opus generationis.*

C

1 Dimittet homo, &c. *Homo tamẽ est cõmunis generis, & ideo significat masculum & fœminam. Est ergo sensus q̃ filius nullo modo debet copulari matri, neque filia patri. Consequenter ponitur id quod est formale in matrimonio, scilicet coniunctio indiuidua per totam vitam, cum dicit.*

2 Et adhærebit vxo. suæ. *Per coniunctionem animorum ex amore & fidelitate.*

3 Et erunt duo, &c. *Quãtum ad corporalem cohabitationem, & ad vnã carnem prolis ex ambobus producendam aduertendũ tamen, q̃ ista verba dicuntur hic verba domini: & tamen Gen.2. dicuntur verba ipsius Adæ: non tamen hic est cõtradictio, quia illa verba protulit Adã ex diuina reuelatione, quia in extasi factus viderat mulierẽ, de costa sua formam, & ideo illa verba fuerunt Dei principaliter tãquam reuelantis, & ipsius Adæ instrumentaliter & sicut proferentis. Cõcludit ergo Saluator.*

4 Quod ergo Deus coniunxit. *Id est, virum & vxorem inseparabiliter, quantum ad totam vitam.*

5 Homo non separet. *Dimittendo propria voluntate vxorem autoritate tamen diuina aliquando separantur, quantum ad cohabitationẽ & debiti redditionem, non tamen quantum ad vinculũ: & hoc contingit quando separãtur sic propter diuinũ cultũ altero religionẽ intrante.*

6 Dicunt il. *Hic remouetur quædam obiectio quam fecerunt ei Pharisæi de autoritate Moysis supra allegata.*

7 Quid ergo. *q.d. Manifestè dicis contra legem Moysi Deut.24.*

F

8 Ait illis quon Moyses. *Quasi diceret: non dico contra Moysem, quia Moyses non scripsit hoc tanquam licitum & bonũ, sed permisit propter maius malum vitandum, ne scilicet vxores eis ingrãtas occiderent, quia minus erat dimittere, quàm occidere, sicut Deut. 15. concessit dare ad vsurã extraneis ne fratres grauarẽt. Sicut ergo qui non dat ad vsurã nec extraneo nec propinquo, facit magis secundum intentionem Moysi, ita ille qui docet vxorem non dimittendam, non dicit contra eius intentionem, sed magis supplet & perficit istius legis datæ imperfectionem: sicut supra dictum est, 5.c.* 9 Ab initio autem, &c. *Id est, in statu naturæ institutæ: sed in hominibus lapsis per peccatũ permissum est, propter maius malũ euitandũ: non tanquam licitũ, sed sicut minus malũ: & hoc est quod subdit.* 10 Dico autẽ vobis, &c. *Supplendũ est peccat, & facit contra legẽ matrimonij. Tunc enim dimittenda est si in peccato perseueret, ne vir videatur esse fautor malitiæ eius. Et hoc intelligendũ est quantũ ad cohabitationẽ & debiti redditionẽ, non tamen quantũ ad vinculũ, quod non soluitur nisi per mortem. Et propter hoc subditur.*

11 Et aliam duxerit. *Hoc est dictũ: si dimissa vxore propter fornicationem aliam duxerit.* 12 Mœchatur. *Quia remanet adhuc vinculum matrimonij cum prima: & sic patet q̃ litera huius versus prædicti defectiua est: & sunt ea quæ prædicta sunt interponenda ad habendum sensum perfectum, sicut contingit in pluribus locis sacræ scripturæ.*

13 Et qui dim. *A viro primo propter fornicationem.*

✠ Duxerit

MORALITER.

✝ Dominus enim Iesus Christus, quasi patrem deseruit, cum de cœlis ad terram descendit, & matrem, id est synagogam deseruit propter eius infidelitatem, & hæsit vxori suæ, scilicet ecclesiæ. *Et sunt duo in carne vna,* id est, Christus & ecclesia in vnõ corpore, qui dixit ad illos.

✝ Non

☞ crimen impingeret primæ vxori: sic priorem dimittere iubet, Avt ea viuente secundam non habeat. Et ne vxor idem faciat viro eadem cautela præcipitur ne secundùm habeat virum. Et quia adultera non timet opprobrium, viro dicitur, quod si talem ducit sub adulterij crimine sit, dicit script. *Qui adulteram tenet stultus & impius est.*

Prou. 18.d.

a *Non expedit.* Videbant graue pondus vxorum, quod iracundę. ebriosæ & huiusmodi, quæ quidem sunt sustinendę quia cum essemus liberi subiecimus nos seruituti,

+ capaces sunt huius dicti.

Hieronym.

b *Non omnes.* Quasi consentit, quod non expedit: sed infirmitatem videns dicit.

†Mar.10.c. Lucæ.18.c.

Non omnes ca. Non dicit, non possunt capere, sed, non omnes volunt capere

B *Non omnes ca.* Id est non omnes implere possunt præceptum continentiæ: quia non omnibus datum est à Deo, nec etiam omnibus prodest ad præmium continere: & hoc exponit.

✠ Hieronymvs. Nemo autem putet sub hoc verbo quod addit, sed quibus datum est, vel fatum vel fortunam introduci, quod hi sunt virgines, quos ad hoc casus adduxit. Sed his datum est à Deo qui petierunt, qui voluerunt, qui vt acciperent, laborauerunt.

hom.32.operis imperf.

✠ Chrysostomvs. Ideo non omnes capere possunt quia non omnes volunt. Palma proposita est: qui concupiscit gloriam non cogitet de labore. Nemo vinceret, si omnes periculum timerent. Ex eo ergò quod quidam à continentiæ proposito cadunt, non debemus circa virtutem castitatis fieri pigriores, sicut qui in pugna cadunt, non exanimant cæteros. Quod ergo dixit, *quibus datum est*, illud ostendit, quia nisi auxilium gratiæ acciperemus, nihil nobis valeret. Hoc autem auxilium gratiæ volentibus non denegatur.

Lib.2 de peccatorũ meritis & remiss.cap. 17.circa 31.

✠ Avgvstinvs. Casti non sumus, non quia non possumus, sed quia nolimus.

D ✠ Gregorivs Nazianzenvs. *Non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est*, adde his esse datum qui volunt & assentiuntur.

✠ Origenes. Quoniam sunt quidam qui calumniantur quod Christus ait, quibus datum est, quasi excusationem habentes, & volentes quidem esse in castitate, non autem præualentes, Quibus respondendum est, quod attendere debent ad illud, *petite & dabitur vobis.*

† ducere vxorem.

c *Sunt enim.* Tria sunt genera Eunuchorum, duo carnalia, eorum qui sic nascuntur: & qui captiuitate & delitiis dominarum abscisi sunt. Tertium spirituale, qui cũ possent

Eunuchorũ genera quot sint.

E esse viri propter Christum continent.

d *Qui facti sunt.* Inter hos computantur etiam hi qui specie religionis simulant castitatem.

e *Qui potest.* Vox est hortantis non iubentis, quasi vnusquisque vires suas consideret, an queat virginitatis & pudicitiæ implere præcepta.

✠ Tertvllianvs. Quandiu causabimur carnem quia dixit dominus *caro infirma*? Sed & præmisit, *& spiritus promptus* vt vincat spiritus carnem. Nam & qui potest capere capiat, inquit, id est, qui non potest, discedat. Nec ideò duritia imputabitur Christo, de arbitrij cuiuscunque liberi vitio. *Ecce.* inquit, *posui ante te bonum & malum elige quod bonum est.* Si non potes, quia non vis (posse enim te si velis ostendit, quia tuo arbitrio vtrumque proposuit) discedas oportet ab eo cuius nõ facis voluntatem.

Lib.de monogamia

f *Tunc oblati.* ✠ Chrysostomvs. Dominus de castitate sermonem fecerat, audientes autem quidam obtulerunt ei infantes castitate mundissimos: putabant enim quia dominus

hom.32.operis imperfecti.

☞ corpore

---

a ¶ Vt nullo modo sit dimittenda, nisi pro fornicatione.

sam duxerit, mœchatur. Dicunt ei discipuli eius. Si ita est 1

a ¶ Id est bonum est continere.

a causa hominis cum vxore non expedit † nubere. Qui dixit 2 3

a ¶ Quia non valemus nisi ex gratia dei. 4

b illis, Non omnes † capiunt verbum istud, sed quibus datum 5

a ¶ Continentes. b ¶ Sine instrumentis vel frigidæ naturæ. 6

c est. Sunt enim eunuchi, qui de matris vtero sic nati sunt: & 7

a ¶ Quorum neuter præmium habet, quia necessitate abstinet non voluntate. 8

d sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus: & sunt eunuchi, 9

a ¶ Qui voluntate se deuouerunt castitati. 10

e qui seipsos castrauerũt propter regnum cœlorum. Qui po- 11

a ¶ Cum de castitate esset sermo. b ¶ Vt eis manu & voce benediceret. ¶ Quasi laudaret castos necessitate, non virtute continentiæ. 12

f test capere, capiat. †Tunc oblati sunt ei paruuli, vt manus eis 13

a ¶ Infirmi fide. b ¶ Timentes deum importunitate offerentium lassari. 14

imponeret, & oraret. Discipuli autem increpabant eos Iesus 15 16

NICOLAVS DE LYRA

✠ 1 Duxerit. *Accipiens eam in matrimonium.*

C 2 Mœchatur. *Quia remanet adhuc vinculũ illius dimissæ cum viro priori & ex hoc verbo patet intellectus literæ immediatè præcedentis quæ defectiua est: quia eadẽ ratione qua vxor dimissa propter fornicationẽ non potest duci ab altero viro, sic nec vir eã dimittens potest ducere alteram, quia æqualiter manet vinculũ matrimonij ex vtraq; parte.*

3 Dicunt ei discipuli. *Posito eo quod est necessitatis in virtute continentiæ, consequenter ponitur id quod est supererogationis & consilij, videlicet continentia ab omni actu venereo: discipuli enim audientes quod vinculum matrimonij est indissolubile, dixerunt.*

Continẽcia præferenda est matrimonio.

4 Si ita est causa hominis cum vxo. *Quod non possit eam dimittere nisi modo prædicto.*

5 Non expedit nubere. *Ac si dicant, Melius est simpliciter continere: & hoc duplici de causa. Primò quia ex tali indiuisibilitate matrimonij possunt multa grauia sequi, quia si vxor incurrat lepram vel aliquam infirmitatem horribilem oportet tamen illi debitum reddere. secunda causa est, quia maius meritum est continere simpliciter quam coniugalis continentia, vnde supradictum est. 13.ca. quod continentia virginalis habet fructum centesimum, vidualis sexagesimum, & coniugalis tricesimum. Et ad istum intellectũ respondet Saluator consequenter*

6 Non omnes capi. ver. *Quia altus est status, ad quem infirmi non possunt ascendere.*

7 Sed quibus da. est. *Scilicet à Deo ex speciali munere: quia secundum quod scribitur Sap.8.d. Nemo potest esse continens nisi deus det: sed quia non omnis continentia est laudabilis, ideo consequenter ostendit quæ si laudabilis, & quæ non, dicens:*

8 Sunt enim eunuchi. *Quia continentia quæ est ex naturali frigiditate contracta à parentibus, vel priuatione membrorum genitalium, non est laudabilis, nisi inquantũ per voluntatẽ acceptatur: nec illa quæ est per violentiã, sicut in illis qbus secantur genitalia, & hoc est q̃ dicit.* F

9 Et sunt eunuchi. *Sed illa continentia quæ est per voluntatem reprimentem concupiscentiam ab actu venereo, illa propriè est laudabilis, & hoc est quod dicit.*

10 Et sunt eunu. *Non per membrorum abscisionem, sed per concupiscentiæ repressionem.*

11 Propter re. *Vt liberiùs continentes vacent contemplationi diuinæ: quia sicut scribitur. 1. ad Cor. 7. f.* Qui autem sine vxore est sollicitus est quæ domini sunt, & cogitat quomodo placeat deo: qui autem cum vxore est, sollicitus est quæ sunt mũdi, quomodo placeat vxori, & diuisus est: *Sed quia talis status est altus, nec possunt omnes ad hoc attingere: sed solum perfecti: & ideo subdit:*

12 Qui potest capere capiat. *Quasi dicat tantum bonum non est necessitatis, sed supererogationis.*

13 Tunc ob. sunt. *Hic consequenter docet humilitatis obedientiam per hoc quod paruulos sibi oblatos dulciter suscepit, manus illis imponendo, & pro eis orando: verè autem obedientes illi sunt verè paruuli: & hoc est quod dicit:* Nũc obla. sunt ei. *ex deuotione scilicet offerentiũ.*

14 Vt manus eis impo. *Scilicet benedicendo & orando pro eis.*

15 Discipuli autem *timentes ne importunitas offerentium offenderet magistrum,*

16 Iesus verò ait. *Suis discipulis.*

✠ Sinite

MORALITER.

✠ 6 *Non omnes capiunt verbum istud.* Sap.8.d. Cognoui quia non possum esse continens, nisi Deus det.

9 *Et sunt eunuchi qui seipsos castrauerunt.* Per obseruantiam castitatis.

12 *Qui potest capere capiat.* Cum adiutorio dei. Hiero. Hortantis Dei vox est milites suos ad pudicitiæ præmium concitantis, quasi dicat qui potest pugnare pugnet, ac superet & triũphet.

13 *Tunc oblati sunt ei paruuli.* Sequitur.

15 *Discipuli autem eius.* In hoc per ipsos significantur illi qui iuuenes impediunt à religionis ingressu, quos dominus reprobat dicens.

✠ *Sinite*

corpore mundos tantùm laudaret.

A ✠ ORIGENES. Iam experti erant quoniam per impositionem manuum eius & orationem repelluntur mala. Considerabant enim quod impossibile est vt postquàm per tactum Dominus dederit in eis diuinam virtutem, ruina aut dæmonium aliquod tangere eos possit.

Tract.7. in Matth.

✠ CHRYSOST. Præsens locus instituit parẽtes vt filios suos sacerdotibus offerant, non enim sacerdos manus imponit sed Christus, in cuius nomine manus imponitur. Si enim qui escas suas per orationem offert Deo, sanctificatus eas manducat (sanctificatur enim per verbum Dei & orationem vt Apostolus dicit) quanto magis pueros offerri & sanctificari Deo necesse est? Causa autem sanctificandarum escarum hæc est, quoniam totus mundus in maligno positus est. Consequenter infantes quando nascuntur, in maligno positi sunt.

Homil. 32. operis imp.

† dicis bonum?

Vtilitas manuum impositionis & benedictionis.

B

Cur benedicũtur cibi

a *Sinite paruulos.* Si sancti sunt futuri, cur vetatis venire ad patrem? Si mali, cur sententiam præfertis ante culpam.

b *Talium.* Nam quales sunt modo, meum quidẽ est: quod honorate, quales post futuri sunt, ipsorum est, quod miseremini.

Non ait istorum sed talium: vt ostendant non ętatem regnare sed mores: & his qui similem habent innocentiam & simplicitatem, præmium promittit.

c *Et cum imp.* Imponit manus paruulis, quando humilibus auxilium gratiæ tribuit.

d *Et ecce vnus.* BEDA. Audierat ille similes paruulos cõdignos, esse regno, vultque cæteris non per parabolas sed apertè exponi, ni, quibus meritis vitam possit consequi.

HIERONYMVS. Iste adolescens & diues & superbus erat. Et secundùm alium euangelistam eum non voto discentis sed tentantis interrogat.

e *Quid me interrogas de bono.* Quia bonum dixit magistrum, & non Deum, vel Dei filium confessus est: dicit quemlibet sanctum hominẽ comparatione Dei non esse bonum. Christus autem non renuit testimoniũ bonitatis, sed magistri absque Deo excludit errorem.

D Luc.10.d.

†Mar.10.c. Luc.18.d.

†nullus est bonus nisi vnus Deus.

Non se magistrũ bonum esse negat, sed magistrum absq; Deo nullum bonum esse negat, sed magistrum absque Deo nullum bonum esse dicit.

E

f *Serua mandata.* Iste quæsierat, quid faciam? contra non ait, discе: quia Deus eum docuerat factor rationalis creaturæ: ostendens quia ille non est bonus qui quærit de bono, sed qui facit quod bonum est.

BEDA. Ecce actiua vita quæ ad legem pertinet. Nota quòd iusticia legis suo tempore obseruata non solùm bona terræ, sed vitam æternam dabat.

Legis veteris obseruatio quomodo ęternam vitam præstitit. Mat.10.c.

g *Dicit ei adolescens.* BEDA. Non putandus iste (vt quidam aiunt) vel dominum tentasse vel de sua vita mentitus esse, sed simpliciter vt vixit confessus est: alioquin (vt alius Euangelista ait) non intuitus arcana cordis eius diligere eum diceretur Iesus. Diligit enim eos qui mandata legis custodiunt, sed quod ibi minus est his qui perfecti volunt esse, adiungit: vnde sequitur. Si vis perfectus esse.

☞ *Omnia*

a ¶ Non enim personarum acceptor est Deus.

a verò ait illis: Sinitẽ paruulos, & nolite eos prohibere ad me

a ¶ Vt humiles sua benedictione dignos significet.

b venire: talium est enim regnum cœlorum. Et cum impõsuis-

c set eis manus, abiit inde. Et ecce vnus accedens, ait illi: † Ma-

d gister bone, quid boni faciam, vt habeam vitam æternam?

a ¶ Quid me vocas bonum magistrum, quasi aliquem hominem.

e Qui dixit ei: Quid me † interrogas de bono? † Vnus est bo-

a ¶ Viam quæ ducit ad vitã. ¶ Tentando quasi non legerit, vel dominus posset iubere contraria Deo.

f nus Deus. Si autem vis ad vitãm ingredi, serua mandata. Di-

a ¶ Hæc est puerilis innocentia & castitas.

cit illi. Quæ? Iesus autem dixit. Non hõmicidium facies. Non adulterabis. Non facies furtum. Non falsum testimonium

¶ Non quod facit, sed quod factus est. ¶ Non vitium tuum vel suum.

dices: Honora patrem tuum, & matrem, & diliges

g proximum tuum sicut teipsum. Dicit illi adolescens:

1 2 † 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16

NICOLAVS DE LYRA

✠ 1 Sinite paruulos. *Quia isti sunt figura verè humilium & obedientium, quorum familiaritatem ego volo. Sequitur.*

C 2 Talium est enim regnum cœlo. *Sicut est dictum ca. præcedenti nullus potest intrare regnum cœlorum nisi fuerit paruulus & humilis.*

3 Et ecce vnus accedens. *Hic consequenter docet paupertatem voluntariam. Et diuiditur in duas partes: quia primò docet id quod est necessitatis: secundò id quod est supererogationis, ibi.* Dixit ei adolescẽs. *In prima ergo parte ponitur cuiusdam volentis ascendere ad statum perfectionis interrogatio dicentis.*

4 Magister bone, quid boni faci. *Iesus autem respondit ei, primò quantum ad eius cogitationem: quia ille cogitabat Iesum esse purum hominem, licet crederet eum esse bonum & sanctum doctorem: & ideò quasi respondens Iesus cogitationi, dicit ei.*

5 Quid me inter. de bo. *Quasi dicat ex quo credis me purum hominem, non debes me vocare bonum: cuius causa subditur.*

6 Vnus est bonus Deus. *Hoc est dictum, Deus est solus bonus per essentiã, & nullus alius. Consequenter respondit eius interrogationi dicẽs.*

7 Si autem vis ad vitam. *Quasi dicat hoc sufficit ad salutem, quod amplius est non est necessitatis, sed supererogationis.*

8 Dicit illi, *Scilicet adolescens.*

9 Quæ? *Scilicet sunt illa mandata, quorum obseruantia est necessaria ad salutem.*

10 Iesus autem di. non homi. *Hoc est præceptum decalogi per quod prohibetur nocumentum proximi in persona propria.*

11 Non adultera. *Per hoc prohibetur nocumentum proximi in persona sibi coniuncta.*

12 Non facies. *Per hoc prohibetur nocumentum proximi in re possessa.* F

13 Non fal. test. di. *Per hoc prohibetur nocumentũ proximi in fama.*

14 Honora patrem tuum & matrem. *Per hoc præceptum affirmatiuum intelligitur omne beneficium proximo reddendum: quia nomine patris & matris intelligitur omnis proximus: & hoc est quod subditur.*

15 Diliges proximum tuum sicut teipsum. *Quia obseruantia mandatorum non est meritoria vitæ æternæ, nisi fiat ex charitate. Aduertendum, quod licet ponatur hic solummodo præcepta secundæ tabulæ, quæ ordinant hominem ad proximum, intelliguntur tamen cur hæc præcepta primæ tabulæ ordinantia hominem ad Deum: quia homo magis tenetur Deo quam proximo: & ideò si obseruantia mandatorum secundæ tabulæ necessaria est ad salutem, multò fortiùs obseruantia mandatorum primæ tabulæ. Per prædicta etiam ostendit Saluator, quòd obseruantia præceptorum ceremonialium & iudicialium non erat amplius necessaria ad salutem.*

Præcepta primæ tabulę necessario in secundis præceptis intelliguntur.

16 Dicit illi adolescens. *Hic consequenter ostenditur quid sit supererogationis scilicet abiectio omnium temporalium per paupertatem voluntariam. Et diuiditur in duas partes: quia primò docet paupertatis voluntariæ meritum: secundò vt eam alliciat ostendit eius præmium, ibi.* Tunc respondens Petrus. *Prima in duas, quia primò docet pauper-*

✠ *tatis*

MORALITER.

✠ 1 *Sinite paruulos & nolite eos prohibere à me.* CHRYSOST. Nam si sancti futuri sunt, quid vetatis filios venire ad patrem? Si autem peccatores, vt quid sententiam condemnationis profertis antequam culpam videatis?

† *Et cum imposuisset eis manus abiit inde.* REMIGIVS. Manibus impositis pueris benedixit, significans quod humiles spiritu digni sunt eius gratia & benedictione.

3 *Et ecce vnus accedens ait illi.* Sequitur.

5 *Quid me interrogas de bono?* HIERONYMVS. Saluator noster nõ nuit renuit bonitatis testimonium, sed à magistris absq; Deo excluſit errorem. Quæ autem vtilitas, vt ita responderet reducit eum paulatim & erudit liberari ab omni adulatione, & ab his quæ sunt super terram abducens, Deo adhærere suadet, & futura quærere, & nosse eum qui verè bonus est, & radix & fons omnium bonorum.

7 *Si autem vis ad vitam ingredi, serua mãdata, &c.* REMIGIVS. Demonstratur his verbis, quòd lex suis impletoribus non solùm bona temporalia dabat, sed etiam vitam æternam, suo tamen tempore consequendam.

✠ *Si vis*

a *Omnia hæc.* HIERONYMVS. Mentitur. Si enim diligeret A proximum suum sicut seipsum, opere complesset, non esset tristis cum sua pauperibus dare iuberetur.

H .64 in M h. ✠ CHRYSOSTOMVS. Auarus fuit & pecuniarum amator, quia Christus talem esse redarguit, simulator autem nequaquam, quia non est

a Omnia hæc custodiui à iuuentute mea: quid adhuc mihi de- 1
a ¶Quia ex voluntate est. ¶In dilectione Dei. b ¶ Non partem. 2
est? Ait illi Iesus: Si vis perfectus esse, vade & vende omnia 3
¶Sic dando. a ¶Retributionem. b ¶Ecce contemplatiua, quæ ad euangelium pertinet. 4
quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo, 5
a ¶ Non sufficit relinquere mala, nisi sequatur dominum, id est, imitetur. 6
& veni sequere me. Cùm audisset autem adolescens verbum, 7 8
¶ Quare? ¶Cum amore. a ¶Quæ semen Dei suffocauerunt.
b abiit †tristis: erat enim habens multas possessiones. Iesus au- 9
a ¶ Amator diuitiarum.
c tem dixit discipulis suis: Amen dico vobis, quia diues diffi- 10
a ¶ Non impossibile est, sed rarum, quia difficulter contemnuntur diuitiæ.
d cile intrabit in regnum cœlorum. Et iterum dico vobis: † Fa- 11
a ¶ Ingentibus membris enormem.
e cilius est camelum per foramen acus transire, quàm diui- 12
tem intrare in regnum cœlorum. Auditis autem his, disci-
f puli, mirabantur valdè, dicentes: Quis ergo poterit

† tristitia affectus

b *Abiit tristis, &c.* B ✠ AVGVSTINVS. Epist. 34. Nescio quomodo cum superflua terrena diliguntur, arctiùs adepta quam concupita constringunt. Nam vnde iuuenis iste tristis discesit, nisi quia magnas habebat diuitias? Aliud enim est nolle incorporare quæ desunt, aliud iam incorporata diuel lere.

c *Diues diffi.* Diuites non manentes, sed qui esse desierunt intrabunt. De omnibus tutius est, nec habere nec amare diuitias.

✠ HYLARIVS. Habere diuitias, criminis non est, sed modus in habendo retinendus est. Nam quomodo communicandum est necessitatibus sanctorum, si communicandi materia non relinquitur. D

d *Facilius.* MYSTICE. Facilius est Christum pro dilectoribus seculi apti quam dilectores seculi ad Christum conuerti. Camelus dicitur Christus, quia sponte humiliatus infirmitatis nostræ onera sustulit. Acus est punctio per quam angustias passionis significat, qua passione velut acu nostræ naturæ quasi scissa vestimenta resarcire dignatus est, id est, reparare post lapsũ. Aliter: Facilius est Gentilem populum gibbo peccatorum deformẽ per angustę viæ vitam ingredi, quam Iudæum de meritis suis gloriantem, & ad subeundum leue onus Christi se humiliare nolentem. -omnia †Mar.10 c. Luc.18.c. E

e *Quam di.* ISIDORVS. Nullus diues intrabit, id est, confidens in diuitiis, vt Iesus secundùm Marcum exponit.

f *Mirabantur.* Quia in numero diuitum deputabantur omnes qui amant diuitias: etsi non habeant. Aliter enim cum sit maior turba pauperum: non dicerent. Quis poterit saluus esse?

✠ *Deum*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *tatis voluntariæ meritum. Secundò quid sit huius perfectionis retardatiuum, ibi:* Cum audisset autem adolescens. *Circa primum aduertendum quod adolescens iste volebat ad statum perfectionis ascendere, ideo dixit.*

1 Omnia hæc cu. *Mandata implendo.*

2 Quid adhuc mihi deest. *Ad perfectionem vitæ. Hieronymus autem dicit, quòd iste iuuenis mẽdaciter & fictè loquebatur: Quod probat per hoc quod subditur postea. Cum audisset verbum, abiit tristis quod*
C *non fecisset, si ad Christum ex deuotione accessisset. Sed Bed. & aliqui alij expositores dicunt contrarium, videlicet quod simplici animo venit ad Christum petens de salute æterna, & quod verum dixit se obseruasse mandata, quod probatur per hoc quod dicitur Mar.10.c.* Iesus autem intuitus eum dixit: *Quod non esset verum si venisset fictus. Quod autẽ arguit Hiero. contrarium ex hoc q; sequitur* Abiit tristis. *non est contra ista, quia aliquis potens est statum inferiorem seruare, qui tamen non est poteris statum altiorem ascendere.*

3 Ait illi Iesus. Si vis perfectus esse. *Id est, ascendere ad statum perfectionis supra communem statum saluti necessarium.*

4 Vade. *Contemnendo omnia temporalia.*

5 Et ven.quæ. *Propter Deũ, quia abiicere temporalia propter ostentationem non est meritorium, sicut aliqui philosophi fecerunt.*

6 Et habebis the. *Hoc non dicitur, quia paupertas sit maior virtus quã continentia vel obedientia, sed dicitur per quandam correspondentiam: quia thesaurus cœlestis sic respondet voluntariæ paupertati, sicut exaltatio humiliationi, sicut dictum est c. præce. Sequitur.*

7 Et veni seque.me. *Quia in sequela Christi per opera charitatis consistit perfectio principaliter. in paupertate autem voluntaria consistit inchoatiuè per modum remouentis prohibentis & disponentis: quia per hoc auferetur cura temporalium quæ impedit animum à dilectione Dei, & disponitur animus ad liberè Deo vacandum.*

8 Cum audisset autem. *Hic consequenter ostendit quid sit huius perfectionis impedimentum, videlicet nimia dilectio terrenarum possessionum.*

9 Abiit tristis. *Quia nimis amabat possessiones terrenas, & ideò non poterat ad perfectionem voluntariæ paupertatis ascendere. Consequenter ostendit quomodo diuitiæ faciunt difficultatem in attingendo perfectionem dicens.*

10 Amen dico vobis quia diues. *Non dixit impossibile, sed difficile, quia difficile est diuitias possidere, & non teneri nimis amore earum: quia secundum quod dicit Aug. in epistola ad Paulinum, Bona terrena diliguntur artius adepta quam concupita. Aliud enim est nolle incorporare quæ desunt, aliud iam parata diuellere. Illa enim velut extranea iam repudiantur, ista velut membra præscinduntur, &c. Et Chrys. super Matt. Appositio diuitiarum maiorem apponit flammam, & vehementior fit cupido. Et quia cupiditas est venenũ charitatis, ideò possessio diuitiarũ reddit hominem difficilem ad perfectionem acquirendam: non tamẽ facit impossibilem: quia Abraham fuit valde diues, vt habetur Gen.13. & tamen fuit perfectus, vt habetur Gen.17. ideo dicitur Eccl.31.a.* Beatus vir diues qui inuentus est sine macula, &c. *sequitur.* Quis est hic, & laudabimus eum? *quasi dicat, Vix & cum difficultate inuenitur. Consequenter ostendit qualiter diuitiæ faciunt impossibilitatem ad perfectionem & ad regnum cœlorum consequendum, quando scilicet homo constituit finem in diuitiis. Et hoc est quod dicit.*

Bonorum terrenorum cupidi quomodo angeatur. F

11 Facilius est camelum intrare in reg.cœ. *Primum est impossibile, vt patet manifestè: ergo & secundum. Quod autem loquatur de diuite constituente finem in diuitiis, patet per illud quod habetur Mar. 10.c. vbi dicitur; Quam difficile est confidentes in pecuniis regnum Dei introire &c. & sequitur ibidem,* Facilius est ca. &c. *Ex quo patet, quod illud quod dicit diuitem impossibile intrare in regnum Dei, intelligitur non de quocunque diuite, sed de diuite confidente in diuitiis, & in ipsis finem constituente, & hoc debet hic subintelligi.*

12 Auditis autem. *Quia talem perfectionem paupertatis voluntariæ & aliarum virtutum nullus docuerat, Ante Christũ. sequitur,* Quis ergo pote. sal. esse. *Ad quod respondens.*

✠ *Iesus*

MORALITER.

3 *Si vis perfectus esse va. & ven.* GNEADIVS de ecclesiasticis dogmatibus: Bonum est facultates cum dispensatione erogare, sed melius est intentione sequenti Christum totum simul donare & absolutum à solliciudine cum Christo egere.

ORIGENES. Non tamen sic intelligendum est, quod in ipso tempore quo bona sua tradidit pauperibus, fiat omninò perfectus, sed ex illa die incipiat speculatio Dei, adducens eum ad omnes virtutes, ideò subditur.

7 *Et veni se.me.* HIERONYMVS. Sequitur enim dominum qui imitator est eius, & per illius vestigia graditur.

8 *Cum audisset autem ado.ver. abiit tri.* CHRYSOS. Non enim similiter detinentur qui pauca habent & qui multis abundant: quoniam adiectio diuitiarum maiorem accendit flammam & violentior est cupido, ideò sequitur.

1 *Amen dico vobis quia di. diffi. intra in re.* CHRYSOSTOMVS. Quod quidem dixit non pecuniis detrahens, sed eis qui detinentur ab ipsis, & discipulos pauperes existentes non debere verecundari propter inopiam.

a *Deum* Qui ab amore terrenorum ad charitatem ęternorum conuertit: Non quod cupidi & superbi intrent.

✠ CHRYSOSTOMVS. Dei autem opus hoc esse consequenter ostendit, quoniam multa opus est gratia, vt homo in diuitiis dirigatur.

Hom.64.in Matth.

b *Ecce nos reliquimus omma.* ✠ ORIGENES. Etsi Petrus minima cum fratre reliquit, sed non minima æstimata sunt apud Deum cõsiderantem, quoniam ex tanta plenitudine, dilectionis, illa minima reliquerunt, vt etiamsi multas habuissent possessiones, omnia reliquissent. Et puto quod magis Petrus confidens de affectu suo, quam de ipsa quantitate rerum relictarum, fiducialiter interrogauit.

†28.q.1.§.1

c *In regeneratione.* Duæ sunt regenerationes, prima ex aqua & spiritu sancto, secunda in resurrectione. Ita duæ adoptiones & duæ resurrectiones.

d *Filius hominis.* Id est, cum serui forma quæ iudicata est, iudiciariam exercuerit potestatem, eritis & vos mecum iudices.

e *Super sedes duodecim.* Per duodecim sedes, vniuersitas iudicantiũ. Per duodecim tribus, vniuersitas iudicãdorũ intelligitur.

Qui reliquerunt omnia, & secuti sunt dominum, hi iudices erunt, qui licita habentes rectè vsi sunt: Iudicabuntur, quibus dicetur: *Venite benedicti patris mei: Esuriui enim & dedistis mihi manducare.* Duo enim sunt ordines bonorum.

inf.25.c.

✠ CHRYSOST. Non simpliciter dixit, *Sedebitis.* sed adiunxit, *Qui secuti estis me*, vt hinc Iudam excludat, & eos qui postea futuri erant, attraheret.

Hom.65.in Matth.

f *Centuplũ.* Id est, qui carnalia pro domino dimiserit, spiritualia accipiet quæ cõparatione & meritò sui ita erunt, quasi paruo numero centenarius comparetur. Marcus ait, Centies tantum nunc in tempore hoc cum persequutionibus fratres & sorores, & in futuro vitã æternã. id est, in hac

Mar.10.d.

a ¶ Suo aspectu attentos facit.

saluus esse? Aspiciẽs autem Iesus dixit illis: Apud homines 1

a ¶Vt per se à cupiditatibus suis conuertantur.

a hoc impossibile est, apud Deum autem omnia possibilia sunt. 2

a ¶ Id est, voluntatem habendi.

b Tunc respondẽs Petrus, dixit ei, ecce nos reliquimus ōmnia, 3

a ¶Id est, etiam. b ¶Quod est perfectio. c ¶Præmij. 4

a b c et secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Iesus autem dixit 5

a ¶ Non qui reliquistis tantum, quod & Socrates fecit. b ¶Quando mortui resurgent incorrupti. 6

c illis: Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me in rege- 7

d neratione, cùm sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, † 8

¶Quia vobis credentibus credere noluerunt. 9

e sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes duodecim 10

a ¶Non tantum vos. b ¶ Omnes affectus charitat: supposuerit. 11

tribus Israel. † Et ōmnis qui reliquerit b domum vel fratres, † 12

aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut †

f filios, aut agros propter nomen meum, centuplum acci- †

NICOLAVS DE LYRA.

1 Iesus di. illis. *Quia homo non potest ad hoc attingere ex virtute propria, sed solùm ex diuina gratia, quod habetur ad* Rom.6.d. Gratia Dei vita æterna: *& per hoc excluditur error Pelagij: qui posuit hominem ex sola libertate arbitrij, posse mereri. Et quia licet meritum vitæ æternæ non possit esse virtute naturæ, potest tamen esse virtute gratiæ. diuinæ, ideo sequitur.*

2 Apud Deum autem omnia pos. *Aliter autem exponitur ab aliquibus illud. Facilius est camelum &c. dicentibus quod quædam porta erat in Ierusalem quæ vocabatur porta acus, per quam non poterat camelus transire nisi priùs deposito onere: Sic nec diues in regnum cœlorum nisi deposita sarcina terrenorum, sed quia hoc de scriptura non habet autoritatem, ideo eadem facilitate contemnitur qua probatur. Non enim inuenitur scriptum in aliqua scriptura autentica quod in Ierusalem fuerit aliqua porta sic nominata: & ideo prior expositio melior videtur.*

3 Tunc respondens Petrus. *Hic consequenter ostenditur voluntariæ paupertatis præmium: & præmittitur interrogatio Petri.*

4 Ecce nos reli. *Licet autem Petrus esset pauper, tamen asserit confidenter se reliquisse omnia: quia licet esset pauper in actu, tamen habebat multa in potentia. Et quia per paupertatem voluntariam non solummodo relinquuntur possessa in actu. sed etiam possibilitas acquirendi & possidendi, & ista possibilitas aliquo modo se extendit ad omnia, ideò conuenienter Petrus dixit se reliquisse omnia.*

5 Quid ergo erit nobis? *In præmio retributionis pro tali voluntaria paupertate. Consequenter ponitur responsio Christi.*

6 Amen. *Id est, fideliter.*

7 Dico vobis. *Quia vos qui secuti estis me, dimissis omnibus terrenis.*

8 In regeneratione. *Id est, in iudicio tempore resurrectionis mortuorum: quæ quidem resurrectio dicitur regeneratio, qui terminatur ad esse secundariò acceptum.*

9 Cum sederit filius hominis. *Quia sicut in forma hominis fuit iudicatus coram Pilato, ita in forma humana iudicabit, sicut dicitur Act.1.b.* Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cœlum, sic veniet ad iudicium: *scilicet, quia sicut in humanitate ascendit, ita in humanitate descendet ad iudicium: quia tamen apparebit in forma humanitatis gloriosa, ideo subditur.*

10 In sede maiestatis suæ. *In primo enim aduentu sedit in sede humilitatis.*

11 Sede. & vos. *Aduertendum quod iudicare accipitur tripliciter. Vno modo principaliter, sicut iudex qui profert sententiam: & hoc modo solus Christus iudicabit: alio modo pro sedere in loco eminenti iuxta iudicem, sicut assessores iudicis: & hoc modo apostoli & alij perfecti cum Christo iudicabunt, tertio modo largè accipitur, scilicet, pro sententiam iudicis approbare, & hoc modo omnes electi iudicabunt, quia sententiam iudicis approbabunt. Considerandum etiam quod licet iudiciaria potestas quæ competit alicui, per modum assessoris conueniat apostolis & viris perfectis ratione suæ perfectionis supra alios eminentis, tamen magis attribuitur voluntariæ paupertati quam aliis virtutibus: & hoc per quandam correspondentiam, sicut supra dictum est: quia sicut exaltatio correspondet humilitati, sic iudiciaria potestas paupertati: quia pauperes in hoc mundo conculcantur & peruersè iudicantur: quia etiã eorum bona in malum interpretantur ideo ècontrario eminentia sedis iudiciariæ competit eis in generatione.*

12 Et omnis qui re. *Non est sic intelligendum: vt aliqui dixerunt, quod post aliquam reuolutionem temporum post iudicium centuplum omnium quæ hic dimittuntur propter Deum reddantur in eadem specie vt centum agri pro vno agro dimisso: sed est sensus quod qui corporalia pro Christo dimiserit, spiritualia bona recipiet hic in præsenti, quæ ita excedunt bona temporalia sicut centenarius numerus vnitatem.*

✠ Et vitam

MORALITER.

✠ 2 *Apud Deum omnia possi. sunt.* REMIGIVS. Hoc non est sic intelligendum, quod possibile sit apud Deum, vt diues cupidus auarus & superbus intret in regnum cœlorum, sed vt conuertatur, & sic intret.

4 *Ecce nos re.o.* GREGORIVS. homil.30. Multum dimisit qui cum re possessa etiam concupiscentiis renunciauit. Tanta ergo à sequentibus dimissa sunt quanta à non sequentibus concupisci potuerunt.

† *Vos qui sequuti estis me.* HIERONYMVS. Non dicit qui reliquistis omnia. Hoc enim & Socrates philosophus fecit, & multi alij diuitias contempserunt, sed qui sequuti estis me, quod propriè apostolorum est atque credentium.

8 *In regeneratione.* Sequitur.

11 *Sedebitis & vos super sedes duodecim.* CHRYSOS. Quod fuit extunc, quo gentes credere cœperunt in Christo † regenerante. Ex tunc enim apostoli sederunt super duodecim thronos, id est in omnibus Christianis. Omnis enim qui recipit verbum Petri fit thronus Petri: & idem de aliis apostolis est dicendum.

† regnante

† *Iudicantes duodecim tribus Israel.* HIERONYMVS. Id est, condemnantes: nam apostolis credentibus, Iudæi communiter credere noluerunt. *Et omnis qui re.do.* sequitur.

† *Centup. acci.* ORIGENES etiã in hoc seculo: quia pro fratribus carnalibus multos inuenit secundum fidem: Similiter patres, scilicet, episcopos & sacerdotes, & filios, scilicet, iuniores credentes: & sorores, scilicet, omnes qui se Christo exhibuerũt virgines castas, & agros, quia de agris multorum fidelium pascitur sufficienter, & hoc modo August. 20. de ciui. Dei: exponitur illud Apostoli tanquam nihil habentes, & omnia possidentes.

✠ Multi

hac vita perſequutionibus plena gaudium regnideguſtãt, & omnium electorum ſincera dilectio

piet,& vitam æternam poſſidebit. †Mũlti autem erunt primi ¶ Vt Iudas. ¶ Vt latro. nouiſſimi,& nouiſſimi primi.

ne fruuntur.

a ¶ Multi priùs feruentes poſtea torpent, multi ſubitò inardeſcunt.

ne fruuntur.

Sed quia multi tepeſcũt vel retrocedunt ſubdit: *Multi autem erunt primi, &c.*

† Mar. 10. Luc. 13. f

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et vitam æternam. *In futuro, ſcilicet, propter quod concluditur in fine ſic.*

2 Multi autem. *Quia illi qui ſunt hic primi in honore alios iudicantes cantes iniuſtè, tunc erunt nouiſſimi & inferiores & iudicio aliorum ſubiecti: & è contrariò voluntariè pauperes qui ſunt hic nouiſſimi, in iudicio futuro erunt primi: quia ſicut dictum eſt, erunt iudicis aſſeſſores.*

MORALITER.

Multi autem erunt primi. ORIGENES. Per hoc exhortatur eos qui nuper venerunt ad verbum, vt feſtinent ad perfectum aſcendere præ multis, qui videntur ſenuiſſe in fide.

ADDITIO I.

In ca.19.*vbi dicitur in poſtilla:* Et ſic patet, quòd indiuiſibilitas matrimonij non ſolum eſt de iure diuino, ſed etiam naturali.

Mirum videtur, quòd aſtruere nititur Poſtillator videlicet, quod de iure naturæ matrimonium eſt indiuiſibile inducens ad probationem huius concluſionis inſtinctum animalium, vt patet in litera poſtillæ, quod tamen non videtur veritate fulciri. Ad quod probandum primò eſt eua cuanda ratio eius. ſecũdo ſunt aliquæ præſupponẽda ad veritatẽ materiæ clariùs lucidanda, tertiò ſunt aliquæ concluſiones formandæ. Circa primum dicendum eſt quod ratio Poſtillatoris non probat intentum ſuum: nec eget alia ſolutione niſi intereptione: negatur enim animalia bruta ita ſimul adhærere, vt coniunctio ſua in aliquo indiuiſibilitatem ſapiat: quinimo omnia ferè animalia vel pro maiori parte ab inuicem poſt copulam diſcedunt, & vnus maſculus ſufficit pluribus fœminis, vt aries qui ſufficit centum ouibus, & vnus equus multis equabus, & vnus taurus qui ſufficit multis vaccis: & ſic de ſimilibus ideo non poteſt ſumi ad indiuiſibilitatem matrimonij efficax argumentum ab animalibus brutis: & ſic ratio huius ceſſat. Circa ſecundum primo præſupponendum eſt quod ius naturale dicitur multis modis. Interdum enim ius naturale ponitur pro diuino interdum pro illo iure quod eſt commune omnibus hominibus quod ius gentiũ appellatur: ſed propriè ſumpto vocabulo. Ius naturale primæuum eſt, quod conuenit omni animali. Hinc eſt quod ſolet dici: Ius naturale eſt quod natura omnia animalia docuit: & ideò licet promiſcuè vtamur illo verbo, ius naturale, propriè tamen loquendo C *ius naturale ſolummodo dicitur illud quod conuenit omni animali. Ad loquendum igitur propriè in hac materia, ne incertitudo vocabulorum aliquam ambiguitatem vel errorem pariat, cum dixerimus ius naturale, intelligimus de iure naturali primæuo congruenti omni animali, & de hoc videtur intellexiſſe Poſtillator. Secundo eſt præſupponendum. quod ex hoc iure eſt maris & fœminæ coniunctio, liberorum procreatio & educatio, & proprij corporis defenſio, & ſimilia: quæ pertinent ad conſeruationem indiuidui & ſpeciei: quod manifeſtè dicunt iura, cum de iure naturali loquuntur. Tertiò eſt præſupponendum quod eſt aliud ius quod dicitur Gentium; & ex hoc deſcendit conſenſus, & fuerunt inducti contractus, dominia diſtincta, introducta bella, ſeruitutes, & cætera huiuſmodi. Quartò eſt præſupponendum, quod eſt aliud ius quod dicitur ciuile ſeu humanum: & ex hoc iure fuit data forma contractibus & æquitas naturalis, quæ erat in confuſo, fuit reducta ad certas formas: vt patet in diuerſis caſibus determinatis per legumlatores. Quinto præſupponitur, quod eſt ius diuinum, ſcilicet, quod in vtroque teſtamento continetur: & quantum ad præſentẽ materiam pertinet, non eſt conſtituenda ſpecies in iure canonico, quia adhæret iuri diuino. Sextò præſupponendũ eſt, quòd homo eſt alligatus omnibus iuribus. diuerſis tamẽ reſpectibus. Iuri primæuo naturali alligatur inquantum eſt animal. Iuri verò Gentium inquantũ eſt animal rationale: Iuri autem ciuili inquantum eſt animal ciuile. Nam vt Ariſtoteles ait, à natura eſt ciuile animal homo & omnium aggregabilius: iuri verò diuino vtriuſque teſtamenti inquantum eſt animal catholicum & fidele.*

His ergo præſuppoſitis circa tertium ponendæ ſunt aliquæ concluſiones: Quarum prima eſt, quòd de iure naturali primæuo non eſt indiuiſibilitas matrimonij: Quod patet, quia de hoc iure non eſt matrimonium, ergo nec eius indiſſolubilitas. Antecedens probatur autoritate principalium gloſſatorum vtriuſque iuris. Ioannes enim Teutonicus gloſſator decreti, in ca. Ius naturale, diſt. 1. cum textus loquens de iure naturali diceret: Ex hoc iure eſt maris & fœminæ coniunctio, quam nos matrimonium appellamus: exponens dicit coniunctio, ſcilicet, corporum non animorum, quaſi dicat, coitus eſt à iure naturæ, ſed matrimonium non. Hoc idem notat Accurſius. §. 3. inſti. de iure naturali. Patet etiam hoc manifeſtè per rationem, nam ſi verum eſſet, quòd matrimonium eſſet de iure naturæ, ſequeretur quòd concubinatus eſſet matrimonium: quia ius naturale primæuum quod competit homini vt animali, non facit inter illa differentiam. Nec obſtat, quod aliqui dicunt rationẽ naturalem inducere matrimonium, ex eo quòd ratio dictat quod certi ſint parentes E *propter educationem liberorum. Nam fateor hoc: ſed aliud eſt ratio naturalis, aliud inſtinctus naturalis. Inſtinctus enim naturalis eſt communis omni animali: & iſte eſt à iure naturæ. Ratio naturalis eſt propria hominis, & iſta eſt à iure Gentium: alias enim ſequeretur, quod animalia bruta haberent rationem naturalem: cum ius naturale eſt (vt dictum eſt) quod natura omnia animalia docuit. Coitus ergo eſt ab inſtinctu naturali, qui deſcendit à iure naturæ communi omni animali. Matrimonium verò, quod eſt quædam qualitas inſtificatiua coitus deſcendit à conſenſu: qui prouenit à iure gentium. Forma enim eſſentialis matrimonij prout eſt de iure gentium, conſenſus eſt: vnde Legiſtæ ſolent dicere: Nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit. Sequitur ergo à iure naturali primæuo non eſt indiuiſibilitas matrimonij, cũ de tali iure non eſt matrimonium vt fuit aſſumptum. Secunda concluſio eſt, quod de iure gentium eſt matrimonium: ſed non indiuiſibilitas matrimonij. Prima pars concluſionis patet ex ſupradictis. Cum enim matrimoniũ formetur conſenſu, & conſenſus ſit à iure gentium: ergo & matrimonium. Secunda pars probatur per rationem eiuſdem iuris. Fundamentum enim in iure gentium eſt vt quidquid homines conſentiunt de agendis: per eos ſeruetur: vnde & legiſlator dicit: quod nihil tam congruum naturali æquitati eſt, ſicut ea quæ placita ſunt inter homines ſeruare. Hinc ergo eſt: quod matrimonium deſcendit ex hoc iure vt conſenſus ſeruetur: ſed in diuortio eſt conſenſus vtriuſque coniugis ad diſce* F *dendum, ergo ſeruandus eſt. Facit ad hoc regula iuris ciuilis quæ dicit, quod nihil eſt naturale, quod illa quæ vno genere ligantur, eodem genere ſoluantur. Cum ergo ius Gentium duntaxat reſpiciat naturalem rationem, ſequitur quod matrimonium quod ex hoc iure conſenſu firmatur contrario conſenſu tollatur, & ſic patet quod attento hoc iure matrimonium eſt indiuiſibile. Tertia concluſio eſt, quod de iure ciuili nõ eſt matrimonium originaliter: ſed eſt data forma accidentalis matrimonio, & additæ ſolennitates & ritus: ſed tamen ex hoc iure non eſt indiuiſibilitas matrimonij: Quæ concluſio pro vtraque parte patet ex prædictis, & etiam quia iuriſtæ ciuiles tractant de ritu nuptiarum & de diuortiis & repudiis & de aliis materiis tãgentibus matrimonia. Quarta concluſio eſt, quod de iure diuino conſiſtenti in veteri Teſtamento matrimonium non eſt indiuiſibile, cum ex iure hoc permittatur diuortium prout manifeſtè patet Deuteron. 24. Quinta concluſio eſt, quod de iure diuino conſiſtente in lege euangelica, & de iure canonico quod eius veſtigia ſequitur, matrimonium eſt indiuiſibile; vnde veritas ait: vt patet in eodem c. ſ. Matth. 19.* Quod Deus coniunxit homo non ſeparet, &c. *Ex omnibus his concluſionibus elicitur vna concluſio, videlicet q. nec de iure naturæ nec Gentium: nec de ciuili nec diuino, prout eſt in veteri Teſtamento, eſt indiuiſibilitas matrimonij: ſed de lege euangelica, quam lex canonica ſequitur: Ad diffinitionem matrimonij quam inducit Poſtil. pro fundanda ſua opinione, dicendum quod illa diffinitio datur ſecundum legem euangelicam ſeu canonicam quæ eam ſequitur. Poſſet etiam dici, quod cum in illa diffinitione ponitur, indiuiduã vitæ conſuetudinem retinẽs, intelligitur durante matrimonio: non autem poſt ſeparationem legitimam, quæ ſecundum iura prædicta ſeparationem permittentia fieri poſſet, vt ex prædictis patet, & ſic prædicta diffinitio competit matrimonio etiam ſecundùm iura ciuilia & huiuſmodi. Ratioi autẽ huius differentiæ inter vetus teſtamentũ & nouũ circa indiuiſibilitatem matrimonij poteſt eſſe duplex. Vna generalis ſumpta ex imperfectione ve.le. quæ nihil ad perfectam adduxit, vt ad Heb. 7. vnde matrimonium ve. le. tanquam imperfectum erat diſſolubile, nouæ vero legis quia perfectum, indiſſolubile. Alia verò ratio magis ſpecialis, prout in prima ſecundæ. q.102. art.5. in reſponſione 3. argumenti. Matrimonium fuit in ve.le. prout erat officiũ naturæ, non autẽ prout eſt ſacramentum*

A coniunctionis Christi & ecclesiæ.quæ nondum erat facta,vnde in ve.le. dabatur libellus repudij,quod est contra sacramenti rationem,non autem in no.le. Quam quidem rationem idem sanctus doctor amplius videtur declarare super 4. dist.33. in primum. q. vbi dicit quòd tria bona matrimonij, scilicet proles,fides, & sacramentum competunt homini secundum triplicem rationem.Nam bonum prolis competit homini secundùm naturam sui generis,vnde procreatio & educatio prolis communis est animalibus,vt in 8.Eth.Bonum autem fidei quod requiritur ad congruam cõmunicationem operũ quæ sunt necessaria in vita humana cõpetit homini secundùm naturam suæ speciei, scilicet, inquantum homo,Bonum autem sacramenti competit homini inquantum est Catholicus,& hoc quantum apud fideles,quia significat coniunctionem Christi & ecclesiæ.Ex quibus cõcludit,quòd pluralitas vxorum nec tollit nec impedit primum finem:cum vnus vir sufficiat pluribus vxoribus fœcundandis, etiam educandis filiis ex eis natis, sed secundùm finem qui est fides, etsi non totaliter tollit multum tamen impedit,eò quòd non facile potest esse pax in familia, vbi vni viro plures vxores iunguntur, vt ibidem declarat.Tertium autem finem, scilicet, sacramentum pluralitas vxorum totaliter tollit,eò quòd sicut Christus est vnus, ita vna ecclesia.Ex quibus patet satis, quòd dissolubilitas matrimonij non est contra legem naturæ,nisi inquantum matrimonium est sacramentum quod so-
B lum est apud fideles Catholicos.De hac materia plenius habetur suprà Deut.24.in additione 2.vide ibi.

ADDITIO II.

In eo.cap.*vbi dicitur in postilla:* Et sic patet quòd litera huius versus prædicti defectiua.&c.

Litera huius versus præsupposito vero intellectu eorum quæ traduntur circa libellum repudij, suprà Deut. 24.in additionibus ibi positis, non est defectiua sed planè sonat veritatem.Ad quod sciendum est prout ibidem fuit dictum quòd nullo modo licebat in ve.Te.repudiare vxorem nisi propter turpitudinem fornicationis, prout veritas literæ ibidẽ testatur: tamen secundùm Pharisaicam doctrinam, qui sæpè mandata Dei irritabat propter suas falsas traditiones vt supra cap.15.ex multis aliis causis licere repudium asserebant, etiam pro solo libito voluntatis viri. Cuius doctrinæ falsitatem Christus ostendit in hoc loco di. Dico autem vobis quòd quicunque dimiserit vxorem suam nisi ob fornicationem & aliam duxerit,mœchatur. *Ex quo manifestè habetur à contrario sensu,quòd qui dimiserit vxorem suam ob fornicatio nem etiamsi aliam duxerit,non mœchatur, quod est verum,eò quòd libellus repudij ex causa legitima in lege determinata, scilicet, fornicatione,licitus erat,vt patet suprà in additionibus supradictis. Quod autẽ subditur:* Et qui dimissam duxerit,mœchatur, *intelligitur planè de*
C *illa de qua immediatè ante loquitur,scilicet,de dimissa non ob fornicationem:talis enim dimissio nulla est,quia contra formam in lege datam & sic manet vinculum vxoris sic dimissæ cum viro priori & per consequens secun dus eam ducens mœchatur, vnde præsuppositа veritate non oportet supplere nec interponere aliqua nisi solùm illa quæ ex litera plano sensu accepta intelligenda sunt. Illud etiam quod Postil. dicit q̃ eadem ratione vxor dimissa ab altero viro non potest duci:sicut nec vir eam dimittens potest ducere alteram,quia æqualiter manet vinculum matrimonij ex vtraque parte vt dicit, manifestum est veritatem non obtinere secundùm legem veterem secundùm quam pluralitas vxorum fuit licita seu permissa,nunquam autem pluralitas virorum.*

REPLI. In c.19.*vbi Postillator dicit de indiuisibilitate matrimonij Burg. hoc sicut Deut.24. grandem facit contra Postillatorem commotionem.ad quam sedandam clariori modo redigam factum Bur. hic & Deut.24. inter cætera dicta.Primum dictum eius,quod in ve.le. non fuit licitum dimittere vxorem,* nisi propter fornicationem. *Hoc dictum habetur in sua digressione Deut.24. Secundum dictum est: Indissolubilitas matrimonij solùm pertinet ad legem euangelij. Tertium dictum,dare libellum repudij in ve.le.non solùm fuit licitum sed etiam fuit diuinum præceptum.Quartum dictum eius,quod ius naturæ in quo disponitur de indiuisibilitate matrimonij solùm intelligitur de iure expresso in euangelio & iure canonico ipsum sequente. Quintum dictum eius est tale,aliquid est ius naturale quod est commune omni animali,& hoc dicitur propriè ius naturale. Sic quoque dicit postillatorem accepisse ius naturale quando dicit indiuisibilitatem coniugum esse de iure naturæ,quod tamen non videtur verum, vt dicit Bur. Ex quibus dictis elicit certas conclusiones quæ quia prolixæ sunt habeãtur pro insertis, quia etiam tangentur in pertractatione istius digressionis.*

Quantum ad istam materiam primò videndum de veritate & conne xione dictorum Bur.Secundò respondebitur ad rationes eiusdem factas contra postillatorem.Quo ad primum dictum Bur.videtur falsum, quia dare libellum repudij fuit permissum in ve.le.non solùm propter fornicationem sed etiam propter quamcunq; fœditatem patet hoc Deut.24. vbi dicitur: Si acceperit homo vxorem & non inuenerit gratiam ante oculos eius per aliquam fœditatem,scribet libellum repudij.&c. *Probatur etiam per canonem priuilegia.distinct.4. vbi dicitur quod quædam permittuntur vt licita vt petere præmium quædam autem permittuntur vt illicita, sicut dare libellum repudij ne fiant grauiora. Videamus insuper quomodo illud primum dictum cum* D *tertio concordet, Nam primum dictum vult traditionem libelli fore illicitam præterquam in casu fornicationis.At tertio autem dicto dicit ipsam non solum simpliciter licitam, sed expresse à deo mandatam, quod tamen nullibi legitur,imo rotunda litera hic contradicit,quia dicitur hic* propter duriciam cordis vestri permisit vobis Moyses, &c. *Et idem tanquam minus malum permittitur ex canone priuilegia, suprà allegato.Nullum autem malum in lege generaliter præcipitur:Et dico generaliter propter præceptum factum Abrahæ de occisione filij, quod non erat regulare,nec generale sed ad tentandum singulare,Similiter & præceptum datum Osee prout patet in locis suis. Similiter & secundum dictum Bur.falsum est & contra literam euangelij præsentem,in qua Christus indissolubilitatem matrimonij sub euangelio probat per indissolubilitatem eiusdem sub lege naturæ, quæ fuit per Adam inspirante deo promulgata, dicit enim tentantibus Pharisæis:* Quia qui fecit hominem ab in tio,masculum & fœminam fecit eos: *& dixit:* propter hoc dimittet homo patrem & matrem & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna, itaque iam non sunt duo sed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit homo non separet. *Quid planius,nisi quod matrimonij inseparabilitas sub lege eũ gelica & canonica ortum habet ex inseparabilitate sub lege naturæ per Christum hic allegata.Vnde patet etiam quartum dictum Bur. esse* E *falsum:quia in ea re(de qua sermo)lex euangelica & canonica se fundant super legem naturæ & matrimonij institutionem primariam.*

Sic & tertium dictum falsum est & repugnans primo,vt suprà ostensum est,

Quintum autem dictum de iure naturæ primæuo cõmuni omni animali est confictum,quia nullũ tale ius reperitur in scripturis sacris neque canonibus. Nam ius sumptum in sua maxima generalitate solùm ad vocalia extendi probat Gratianus autoritate beati Isido.2. etymo. dicentis: Ius generale nomen est, lex autem iuris est species. Ius autem dictum, quia iustum est. Omne autem ius legibus & moribus constat. Nunc autem iustum & iusticia ad sola rationabilia pertinent: Hoc autem ius generalissimè acceptum vbi supra, distinguitur in ius naturale gentium & ciuile. Ius naturale dicitur cõmuni omni nationi:sola autem rationabilia per nationes distinguuntur: & ideò commune, quia vbique ex instinctu nãturæ est,non constitutione aliqua,vt maris & fœminæ coniunctio,liberorum successio,puerorum educatio,communis omnium possessio,& omnium vna libertas acquisitio eorum quæ cœlo terra marique capiuntur,depositi vel commodati restitutio,violentiæ per vim repulsio, & hoc & si quid simile huic est,nunquam iniustum sed naturale æquumque habetur. Hæc inquam omnia iuris naturalis portiones, solis rationabilibus conueniunt. Coniunctio autem maris & fœminæ in irrationabilibus non est secundum ius naturale,sed secundum instinctum naturæ. Aliud est enim dicere de iure naturali & de instinctu F *naturali: quia se habent sicut inferius & superius. Nam omne ius naturale est instinctus naturalis,sed non è conuersò: quia aliàs extenderetur ius naturale non solum ad irrationabilia sed etiam ad insensibilia,quia instinctus naturalis ab appetitu naturali non videtur distingui. Ius igitur naturale sic distinctum ab aliis, primatum obtinet & tempore & dignitate.Cœpit enim ab exordio naturæ rationabilis,nec tempore variatur, sed immutabile permanet, vt dicitur 5.di.c.1. Fingit igitur Bur.tale ius naturale primæuum,imò impropriissimè diceretur ius iuxta prædicta: idcircò falsum imponit postillatori quòd ita acceperit ius in proposito.Et quia fundamentum Bur. falsum est, nimirùm falsæ sunt conclusiones suæ in eo fundatæ. Prima namque conclusio fundatur super suo ficto iure naturali,& secunda conclusio,scilicet,quòd matrimonium est de iure gentium, sed non indiuisibilitas. Nam ex litera euangelij matrimonium est à prima institutione naturæ rationalis: quæ ius gentium longè præcessit. Sed nec tertia conclusio est vera, quo ad hoc quòd ex iure ciuili non est matrimonium indiuisibile. Nec quarta conclusio:quæ duæ innitũtur eidem medio,videlicet,quia in iure ciuili tractatur de diuortiis & repudiis, & in ve. Test. similiter quæ media non probãt bene illas conclusiones: nã e tsi diuortium in lege permissum est propter maius malum vitandum ex hoc arguere igitur matrimonium est diuisibile,consequentia non valet,nec formaliter nec legaliter. Non formaliter,quia arguit à secundum quid ad simpliciter, Sicut si argueretur: Antichristus est permissiue ens, est igitur ens, sicut in proposito. Nec legaliter valent consequentia.Non enim sequitur:Lex apud legislatorẽ nõ est necessaria,igitur non est necessaria.Sicut lex quæcũque non ligat Deũ quin posit vel mutare vel dispensare.stat tamẽ legẽ esse solidã in se.Sicut necessariò ignis calidus est & calefactiuus materia debita approximata:non tamen sequitur in fornace trium puerorum non fuit calefactiuus, igitur non fuit calefactiuus. Ista est de matrimonio quod ex causis in litera expressis,Deuter.24.fuerat separabile: non tam en sequitur,igitur non est indiuisibile.Iura autem quæ dicũt de diuortiis & repudiis,&c.non probant matrimonij diuisibilitatẽ, quia pertinent ad illegitimè contractũ matrimonium, quod non meretur dici matrimonium:quod de sua formali ratione est coniunctio legitimarũ personarũ & si qua iura aliter de repudiis& diuortiis sentirent, essent abolenda*

tanquam

A tanquam naturali nõ consona,quod hic in litera per Christũ allegatur.

Quinta autem conclusio quamuis in se vera, tamen non ad intentionem. Burg. quòd videlicet originaliter & primò matrimonium ex euangelio habeat suam indiuisibilitatem : nam sicut supra dictum est euangelium & canones quo ad id se referunt ad legem naturalem per Christum hic allegatam.Et his patet falsitas conclusionis per Burg.collectæ ex illis quinque ineptis conclusionibus,vt patet.

Nec valet responsio Burg.ad argumentum postil.cum dicit diffinitionem allegatã in postil.tamen intelligi debere de coniunctis in lege euangelica tantum.Huius responsionis falsitas ostensa est.suprà,immo debet intelligi in omni lege iusta & consona legi naturali & primeuæ à Deo institutæ in exordio rationalis creaturæ.Diuortium autem & repudium intelligenda sunt permißiuè ex quibus non sequitur diuisibilitas nisi per accidens,vt prædictum est & secundum quid. Et ad hoc tendere videtur secunda responsio quam dat Burg.ad idem argumentum:quia dicit quod illa diffinitio tenet durante matrimonio : sed diuortio facto secundum permißionem iurium non tenet:vnde patet quod instãtia Bur. ad diffinitionem matrimonij est secundum quid.

Nec valet differentia legis no.& ve.quam aßignat Bur.quo ad hoc quia quãuis vetus lex fuit imperfecta,tamen in ea fuerat verum matri
B moniũ de sui natura & institutione insolubili quamuis propter maliciam eorũ qui erant sub lege,non autẽ propter ipsius legis imperfectionem diuortium permittebatur secundum modum priùs dictum. Nec ex hoc debet dici matrimonium solubile nisi secundum quid,scilicet, solutione permissa.Nec valet quod Bur.de S.Tho. adducit quod videlicet in ve.lege.ideò repudium erat licitum, quia matrimonium pro tũc fuit in officiũ: non autem erat sacramentũ significatiuũ coniunctionis Christi & ecclesiæ,quæ nondum erant, falsum est enim in veteri lege ecclesiam (quæ incipit ab Abel iusto secundum beatum Gregorium) Deo non fuisse coniunctam: quia vetus Testamen.frequenter ostendit synagogam Deo despõsatam,quæ desponsatio est in vna spõsa vsque ad nouißimum iustum,Cui ecclesiæ totali Christus vt spõsus secundum deitatem ab initio coniunctus est:cuiusque coniunctio indissolubilis est vsque ad consummationem seculi Matth.vlt. Et ita oportet sanctum Tho.& Bur.sentire, nisi velint erroneè dicere cũ Helyndio Christum ante Mariam non fuisse.Christus enim etsi ex tempore est factus homo, æternaliter tamẽ fuit Christus:quia à patre vnctus:nõ vnctione vt dicit per vnctionem,sed vt significat vngendi per generationem cõmunicationem.Est enim Deus vngens sicut est lumen,& sicut filius est lumen de lumine, ita est vngẽs ab vngẽte:sententia est Hila.11.de trinitate prope medium.Item secundum sanctum doctorem & magistrum in 4. matrimonium fuit sacramentum ante peccatum:igitur alicuius sacræ rei signum,& nõ nisi con-
C iunctionis Dei ad animam iustam quæ est ecclesia,vel in ecclesia fuit ab exordio rationalis creaturæ sponsus & sponsa mystica, & eorum coniunctio:quando igitur institutum fuit matrimonium,non deficit eius sacrum signum prout sanctus Tho.dixit & Bur.Sic igitur patet dicta Bur. non habere connexionem nec veritatem.

Quantum ad secundũ articulum restat respõdere argumentis Burg factis cõtra postillatorem sed prænotãdum quòd factum Burg.fundatur super falsa imaginatione:Imaginatur enim quòd quia deus præcepit dari libellum repudij,q̃ ergo præcepisset diuortiũ.Sed hoc falsum est:nam libellum præcepit dare,non simpliciter sed ex suppositione vt suppositio quod quis habeat odium contra vxorem,& voluerit eam repudiare,det illi libellum.Non igitur in hoc conditionato præcepto datur modus dimittendi vxorem,sed datur modus temperandi furorem:& ita Christus in hoc respondet Pharisæis proponentibus fallaciam secundùm plures interrogationes, vt vnam dicentibus: Quid ergo mandauit Moyses dare libellum & dimittere?Sed dominus Iesus hanc multiplicem quæstionem distinxit tacitè concedens,q̃ Moyses bene mandauit dare libellum, sed negauit quod Moyses mandauit dimittere vxorem:vnde dixit ad illam partem quæstionis Moyses,ad cordis vestri duriciam permisit dimittere vxorem:ab initio autem sic non fuit.Glos.interli.similiter & in arg.& est beati Hier.Moyses permisit non Deus,quia contra legem naturalem Hæc in glo.sparsim,& magistro lib.4.circa hanc materiã.Sic interpretatur responsio Christi.Et hoc est quod beatus Aug.de sermone domini in monte vult.Non inquit qui præcepit dare libellum, præcepit vt vxor dimittatur, sed qui dimiserit, inquit,det libellum vt iracundiam temerariam proiiciendi vxorem libelli coactio temperaret.

Per hoc ad argumenta.Et primò ad glo.Ioannis.Teutonici & Accursij dico,quòd vbi glo.directè vadit contra textum sequenda est litera,& glo.spernenda,nisi haberet euidentem probationem qualiter non est hic. Quod autem glo.corrumpat literam patet:quia vt dicit Bur.litera habet quod de iure naturali est coniunctio maris & fœminæ quam matrimonium appellamus,Glo.coniunctio corporum,non animorum,vt allegat Burg.Talis autem glo.destruit textũ, quia cõiunctio corporum sine coniunctione animorum non est matrimonium:quia stat verum matrimonium sine coniunctione corporum. Stat etiam coniunctionem corporum esse sine matrimonio, quia in stupro adulterio &c. Malè igitur glossatur coniunctio matrimonialis, dicendo eam coniunctionem corporum tantum. Alij volentes saluare glossas dicunt,quòd loquuntur non de iure, sed instinctu naturali: sed nec sic est coniunctio illa D
sacramentum & matrimonium sicut textus accipit : quia talis coniunctio se extendit ad irrationabilia & adulteria & cætera peccata, de quibus vadit argumentum Burgen.quod valdè ponderat,quanuis modicum valeat. In declaratione autem huius inualidi argumenti Burgensis ponit hic tria inopinabilia
Bur. ponit tria inopinabilia:primum,quod instinctus naturalis est à iure naturæ,secundùm quod ratio naturalis est à iure gentium, tertium, quod matrimonium est qualitas iustificatiua coitus, & hoc à iure gentium propter consensum.Primum autem videtur irrationabile.Nam ius naturale sequitur instinctũ naturæ,non cuiuscunque, sed rationabilis naturæ,non igitur instinctus ille est à iure naturali ratione, & eius recto dictamine.Nõ igitur naturalis ratio est à iure gentium. quia dictamen rectæ rationis præcesßit & gentes & ius gentium. Sic & tertium dictum non videtur verum. Quamuis enim coitus sit ex instinctu naturæ,tamen non ex lege naturæ generaliter, quia sic omnis esset iustus & ordinatus, & tunc non essent adulteria & cætera mala. Qui igitur generationem præcepit quæ sine coitu per naturam fieri non potest,hic rationalem dedit ordinem per institutionem matrimonij, quam institutionem hic Christus allegauit.Si igitur coitus cadit sub Dei præcepto precipientis generationem,non fuit de se malus, sic nec hodie est malus, E
Iustificatio igitur matrimonij nõ respicit directè coitum, sed eius vsum: vsus autem irrationabilium non potest esse deordinatus,quia illa agunt secundum impetum naturæ. Natura autem non ponit laudem nec vituperium.Rationabilia autem agunt secundum prohæresim & electionem quæ possunt deordinari.Illi autem conuenienter datur ordo per matrimonium:nõ ad iustificandum coitum qui ex instinctu naturæ bonus est, & per Deum mandatus: sed ad prohibendum abusum qui factus fuisset & fieret,nisi lex matrimonialis interueniret.

Ad primum argumentum quod Burg.facit circa Deut.24.dico quod lex naturæ satis exprimit matrimonij indissolubilitatem prout hic à Christo allegatur,non igitur oportuit in lege Mosaica de huiusmodi singulare mandatum dare.

Ad secundum dico,q̃ Deus præcipiendo dationem libelli,non dat modum repudiandi sed dat modum temperandi pertinax odium per cõsequens dat magis modum impediendi dimißionem.

Ad tertium dico,quòd quantumcunque fiat repudium semper manet vinculum,sed quòd in veteri lege post repudium permittebatur vterque nubere alteri,hoc fuit ad vitandum maius malum.Repudium enim per mitttebatur ad vitandum vxoricidium.Alteri nubere permittebatur ne remaneret odium & vitaretur incontinentia.De iusticia enim legis naturæ & euangelij quamuis videatur vinculum rumpi,non tamen rumpitur etiam facto diuortio in casu fornicationis, nam permißio de nu- F
bendo per euangelium correcta est permißio autem de diuortio manet Mar. 10. g.
in casu fornicationis,sed illa non tollit vinculum,quia separatione legi- Luc.18.f.
tima facta neuter nubere potest sine mœchia:vt dicitur in litera hic, & ita fuit in veteri lege de iustitia, secus fuit de permißione ex causis sæpe dictis.

Ad quartum assumptum negatur,videlicet quod repudium sit de expresso mandato Dei. Probatio autem non valet,quia nõ sequitur: Deus præcepit,dare libellum.ergo præcepit repudium,sicut patet ex dictis. Et cum postillator respondet rationibus alterius opinionis, Burgen. replicat,sed nihil cõcludit.Cum enim arguitur,quòd sicut pluralitas vxorũ non fuit in veteri lege illicita,sic neque repudium.Respondet postillator quod non est simile quia pluralitas vxorum non fuit prohibita:nec vnitas vxorum est de lege naturæ sicut inseparabilitas:& ideò propter maius bonum pluralitas fuit licita & sancta patribus sanctis. Secus est de repudio quod concessum est propter maius malum vitandum:hoc tamen minus malum,non facit fore licitum.Ibi replicat Bur.per illud Apostoli Non sunt facienda mala vt eueniant bona : quasi habere plures vxores propter maius bonum,deberet esse malum, quod falsum est. Sed adhuc replicans Bur.arguit sic: Pluralitas virorum est mala quia contra legem naturæ : igitur pluralitas vxorum : consequentiam istam negat Scotus circa 4.di.32. in quæ.de bigamia.Sed quod incidentaliter dicit Burg. quòd in repudio non permittitur aliquod malum,hoc redarguit hic plena litera,vide eam bene.

Sed & Bur. hic calumniatur exemplum postil.quod ponit de animalibus brutis quorum coniunctio in parte & si non in toto manducit ad videndum inseparabilitatem matrimonij. Quod exemplum etsi non sit in toto simile,non igitur calumniari debet,quia exempla & similitudines non semper currunt quatuor pedibus:prout patet sup. Osee 1.& inf. Matth.20. in additione Burg.& patet totum.

In eo.ca.vbi dicitur:Quicũque dimiserit vxorẽ, &c. postillator dicit versum illum supplendum,quia oratio defectiua est. Burgen. dicit eum planè esse intelligendum.Supposito quòd verum sit totum quod ipse per suas digreßiones hic & Deutero.24.differũt:sed suppositum non cedit igitur nec reliquum.Sed quod obiicit contra postillatorem de pari iure viri & vxoris quo ad posse nubere alteri, allegans causam diuersitatis:quia pluralitas vxorum fuit in veteri Testamento licita non autem virorum,non valet propter superius dicta & vide ibi Scotum in loco supra allegato.

CAP. XX.

A *Simile est re.* Ostendit per parabolã,quia primi erunt nouissimi,& nouissimi,primi. Pater iste familias cõditor noster est,qui habet vineã,vniuersalem ecclesiam,quæ ab Abel vsque ad vltimũ electum qui in fine nasciturus est quotquot sanctos protulit,tot palmites misit.Hic pater exiit ad excolendam vineam mane hora tertia:sexta nona:vndecima operarios conduxit à mundi huius initio vsq; ad finem: ad erudiendam fidelium plebem prædicatores mittere non desistit.

a *Simile est re.*Non homini solùm, sed toti negocio ab homine gesto, & in similibus similiter.

B ✲ CHRYSOSTOMVS. Homo paterfamilias,Christus est,cui cœli & terra, quasi vna est domus : familia autem cœlestium, terrestrium, & inferiorum creaturarum.Vinea autem eius iustitia est in qua diuersæ species iustitiarum positæ sunt, quasi vites, puta mansuetudo,castitas patientia,cæteraq; virtutes, quæ omnes generaliter iustitia appellantur homines autem vineæ cultores ponuntur.Deus enim iustitiam suam dedit in sensibus nostris,non propter suam vtilitatem sed propter nostram.Scitote ergò quia mercenarij sumus conducti. Sicut ergo nemo conducit mercenarium, vt hoc solùm faciat quod manducat, sic & nos non solùm vocati sumus à Christo,vt hæc solùm operemur,quæ ad nostrum pertinent vsum, sed ad gloriam Dei. Et sicut mercenarius prius aspicit opus suum, deinde quotidianum cibum, sic & nos primum debemus aspicere, quæ ad gloriam Dei pertinent, deinde quæ ad nostram vtilitatem. Et sicut mercenarius totam diem circa Domini opus impendit, vnam autem horam circa suum cibum, sic & nos omne tempus vitæ nostræ debemus impendere circa gloriam Dei, modicam autem partem circa vsus nostros terrenos.Et sicut mercenarius ea die qua opus nõ fecerit,erubescit intrare domum & petere panem, quomodo tu non confunderis intrare in ecclesiam,& stare ante conspectũ Dei,quando nihil boni in conspectu Dei gessisti?

C

b *primo ma.* Manifestè cœpit à primo iusto æterna mercede prædicatores prędicatores ad plantandam ecclesiam inuitare.

c *Conuentione.*Id est,confirmata promissione quòd ad imaginem Dei reformandi essent,si ecclesiam ædificando mandatis decalogi insisterent.

d *Ex dena.*HIERON. Denarius habet imaginem regis qui olim pro decem nummis cõputabatur.Quãtò plus aliquis in cultu ecclesiæ laborat decalogi mãdatis insistendo,tãtò plus informatur in imaginẽ regis Dei. Prædicatores sunt operarij, etiã vnusquisq; dum fide recta in bono opere persistit. Manè hora tèrtia, sexta & nona antiquus & Hebraicus populus qui fide recta Deum coluit in electis, ad vndecimã gẽtiles vocãtur.Possunt etiam diuersitates horarũ in vno quoq; notari per momẽta ætatũ.Mane quippe intellectus nostri puericia est hora tertia,adolescẽtia,quia iã sol in altum proficit.Sexta iuuẽtus:cum plenitudo roboris solidatur. Nona,senectus, quando sol.i.calor ætatis descẽdit.Vndecima,decrepita ætas.In omnibus his aliqui ad bonam vitam perducuntur. Qui sibi viuit vt ociosus redarguitur. Qui & vsque ad vltimam ætatem differt rectè ei dicitur,*Quid hic statis:*id est,vel in vltimis respicite.

D

†ipsoſtatim diluculo,

† In diem.

E

†quodcunque Hominis ætates diuersis horis significãtur.

e *In foro.*✲ORIGENES.Forum autẽ est quicquid extra vineam est,id est,extra Ecclesiam Christi.

✲ CHRYSOST.In hoc enim mundo vẽdendo,& emẽdo viuũt homines,& inuicẽ sibi fraudem facientes,vitã suam sustentant. Otiosi autem sunt peccatores.Illi enim mortui dicuntur.Otiosus autem est, qui opus Dei non operatur. Vis ergo non esse otiosus?non aliena tollas, & de tuis des, & operatus es in vinea Domini misericordiæ vitem colens.

Hom. 35. operis imperf.

f *Et quod,&c.* ✲ CHRYSOST. Solis primis conuenit specialiter dare,denariũ,alios autem sub incerto pacto conduxit, dicens: *Quod iustũ fuerit,dabo vobis.*Sciens enim Dominus quia præuaricatus fuerat Adã,& omnes postmodũ in diluuio erant perituri, certum fecit pactũ ad eũ,nequãdo dicat, ideò se neglexisse iustitiã, quia nescieba quæ præmia fuerat recepturus.Istis autem non fecit pactum,quia tantum paratus est retribuere, quãtum mercenarij recipere non sperabant.

Vbi supra.

F

☞ A nouissimis

CAPVT XX.

¶ Exponit per simile. ¶ Præsens ecclesia. a ¶ Vita iustorum

Imile † est regnum cœlorũ homini patri-

¶ Paterfamilias conditori, qui possidet electos in mundo, vt dominus subditos in domo.

familias, qui exiit † primo mane conducere operarios in vineam suam. Conuentione autem facta cum operariis ex denario † diurno, misit eos in vineam suam. Et egressus circa horam tertiam, vidit alios stantes in forò ociosos, & dixit illis: Ite & vos in vineam meam, & quod † iustum fuerit dabo vobis.Illi autem abi erunt.Iterũ autem exiit circa sextam

¶ Prima hora ab Adam,vsque ad Noe. ¶ A Noe vsque ad Abraham.

a ¶ Quasi venales,si quis dignè emere vellet,à bono tamen opere cessantes.

a ¶ Ab Abraham vsque ad Moysem.

1 2 3 4 5 6

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XX.

✲ In prælatis debent esse quatuor.

SImile est. *Hic consequenter Saluator docet virtutes prælatorum In prælatis autem præ cæteris virtutibus debent esse quatuor.s.seruor ad continue laborandum in agro dominico vigor ad se martyrio exponendum pro grege sibi cõmisso, humilitatis tenor etiam in statu alto,pietatis dulcor continuè subditis benefaciendo,primũ tangitur in prima parte c.secundũ ibi:*Et ascendens Iesus:*tertium,*Tũc accessit ad eũ.*quartum.*Et egredientibus illis.*primũ ostenditur in parabola illorũ qui vocati sunt ad operãdum in vinea à mane vsque ad vesperam. Ex quo patet q; prælati debent continuò laborare per doctrinam in ecclesia,debent etiam operari ibidem sine inuidia & mutua æmulatione,quod patet per hoc quia laborantes murmurãtes hic reprehẽduntur,propter quod Nu.11.dicitur quod cum Iosue diceret Moysi,vt prohiberet Heldad & Medad prophetãtes in castris Moyses redarguit ipsum dicens:*Quid æmularis prò me? Quis tribuat vt omnis populus prophetet,& det dominus eis spiritum suũ ? *Igitur circa hoc duo tanguntur.Primum est vocatio ad laboris exercitium. Secundum ad recipiendum præmium ibi:*Cũ serò factum esset,*Circa primum ergo dicitur:*Simile est re.*id est,status ecclesiæ militantis.* 2 Homini. *Iste est Deus pater, qui ita gubernat totum mundum sicut paterfamilias subditos in domo.* 3 Qui exiit.*Iste exitus non est per loci mutationem,sed per suæ bonitatis diffusionem in creatura subiecta. Vinea ista est vniuersalis ecclesia,quæ à primo iusto colligitur vsque ad vltimum,qui in fine mundi nasciturus est,vt dicit Gre. Operarij autẽ sunt doctores & prælati à Deo missi ad culturam huius vineæ per prædicationem & doctrinam.Primo ergo manè deus pater operarios conduxit, quia à principio mundi vsque ad Noe aliquos sanctos patres ad eruditionem hominum misit,videlicet Adam Seth & Enoch & alios iustos.* 4 Conuentio.*Conuentio ista est promissio vitæ æternæ pro labore. Quæ quidem vita æterna dicitur denarius diurnus, qui est æqualis omnibus,quia vita æterna erit æqualis omnibus à parte finis.*

5 Et egres.*Hora tertia intelligitur mundi discursus à tempore Noe vsque ad Abraham,in quo aliqui sancti ad eruditionem aliorum missi sunt à Deo.vt Noe,Sem,Heber,Thare & Abraham,& consimiles.*

6 Iterum.*Hora sexta fuit ab Abrahã vsque ad Moysen, in qua missi sunt Abraham,Isaac,& Iacob,& 12.Patriarc.Hora nona à Moyse vsque ad Christum, videlicet tempore legis, in quo ad eruditionem populi missi sunt Moyses & Aaron Iosue,iudices,reges, propheta,& sacerdotes.*

✲ Circa

MORALITER.

1 *Simile est.*Parabolam istam de laborantibus in vinea patrisfamilias,alias exposui literaliter & moraliter,prout competit communitati fidelium Nunc autem eam exponam prout conspicit communitatem religiosorum:quia religio vinea spiritualis est domini,ad quam veniunt aliqui in pueritia quasi in mane,aliqui in iuuentute quasi hora tertia,& aliqui in ætate virili tanquam hora sexta,& aliqui in senectute tanquam hora nona & aliqui in senio tanquam hora vndecima.Dominus autem vineæ Christus est,procurator autem eius præsidens illi religioni,qui aliquando tantum vel plus honoris vel recreationis facit vltimo venientibus propter compassionem vel personarum reuerentiam seu aliam rationabilem causam,quantum primò venientibus. Et aliquando contingit quod primo venientes accipiunt inde occasionem murmurandi licet iniustè propter quod meritò arguuntur à domino.

✝ MORAL.

a *A nouiſſimis vſq.* Quia qui in aduentu domini vocati ſunt ad regnum, ſine aliqua tarditate peruenient, æquales his qui ab initio mundi cœperunt, omnes quidem idem cœlum, ſed ſtella differt à ſtella in claritate. A nouiſsimis incæpit, dum priùs latronem quam Petrum in paradiſum introduxit. Quia priùs aliquando remunerantur ſerò venientes quia prius de corpore exeunt, quam qui in pueritia vocati ſunt.

1.Cor.15.c. Lu. 23.f.

b *Et accipientes.* Quia antiqui patres in infernum deſcendentes à gloria dilati ſunt, quaſi ergò poſt murmurationē denarium accipiunt; qui poſt longa inferni tempora ad gaudia peruenerunt. *Et accipientes.* Hi ſunt qui in initio naſcentis eccleſiæ vocatis ex gentibus ſe præponebant, quaſi populus Dei ab initio mundi, & illi canes qui pondus obſeruationum portabāt. Sed qui non venit ſuperbos vocare iuſtos, ſed humiles pœnitentes, cui magis placet humilis confeſsio malorum quā ſuperba gloriatio bonorū, ſubdit, *Amice non facio tibi iniuriam.* Non dolent quaſi fraudati ſua mercede, ſed (ritu inuidorum) quòd illi plus quam merentur, accipiunt, & non tam ipſi plus acciperel, quam alios nihil vel minus accipere deſiderant, quaſi alterius conſortio ſibi præmium minuatur.

* otioſos.

†ſingulidenarium.

†ſingnli denarium.

c *Murmurabant aduerſus patremfamilias, dicentes: Hi nouiſſimi vna, &c.* Quæritur, quomodo accipientes murmuraſſe dicantur.

a ¶ Ab Abraham vſque ad Moyſem

bo vobis. Illi autem abierunt. Iterū autem exiit circa ſextam.

a ¶ A Moyſe vſque ad aduentum domini. b ¶ Ab aduentu domini vſque ad finem mundi. c ¶ Per ſeipſum apparuit, qui priùs per patres innotuit.

& non nam horam, & fecit ſimiliter. Circa vndecimam verò exiit & inuenit alios ſtantes, & dixit illis, Quid hic ſtatis tota die otioſi? Dicunt ei, quia nemo nos conduxit. Dicit illis; Ite & vos in vineam meam. Cum ſerò autem factum eſſet, dicit dominus vineæ procuratori ſuo; Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens à nouiſſimis vſque ad primos. Cùm venisſent ergo qui circa vndecimam horam venerant, acceperunt ſingulos denarios. Venientes autem & primi, arbitrati ſunt, quod plus eſſent accepturi, acceperunt autem & ipſi ſingulos denarios. Et accipientes murmurabant aduerſus patremfamilias, dicentes: Hi nouiſſimi

a ¶ Gentilem populum à bono opere torpentem.

a ¶ Omni tempore pro ſalute laborare negligitis. b ¶ Vias vitæ nemo nobis prædicauit

¶ Cum finis mundi vel cuiuſlibet veniſſet.

¶ Pater. a ¶ Filio cui omnia dedit in manus. b ¶ Statue ante tribunal tuum.

a ¶ Vnicuique ſecundum opera ſua prout geſſit.

a ¶ Gentiles; vel qui decrepiti ſunt vocati.

a ¶ Eandem æternitatem cum his qui ab initio mundi vocati ſunt. ¶ Id eſt, Iudæi.

a ¶ Digniorem locum in regno, qui prius in tabernaculo.

a ¶ Conformitatem claritatis corporis Chriſti.

ipſi autem tanto tempore in labore detinentur, de dilatione præmij quaſi murmurare videntur. Poteſt etiam dici de malis, qui in principio quidem boni fuerunt, ſed bonum quod incæperunt, ad finem non perduxerunt. Vnde, non illi qui denarium acceperunt, ſed iſti, qui in bonitate non perſtiterunt, premio priuati murmurant, quia denario carebant, qui in principio boni pro quo etiam principio cum primis accipientibus connumerantur, ſe promeruiſſe crediderant.

☞ Chrysost.

D

Pſal 104.d. Ibid.77.f.

* horam.

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

* Et quodcunque fuerit iuſtum accipietis

E

NICOLAVS DE LYRA.

C ✻ 1 Circa vndecim verò exiit. *Vndecima hora intelligitur à tempore Chriſti vſque ad finem mundi, in quo gentiles vocati ſunt per prædicationem apoſtolorum & aliarum eccleſiæ doctorum, & propter hoc dicitur hic.*

2 Quid hic ſta. &c. *Quia qui à principio mundi vſque tunc laborare in bonis moribus neglexerant, quaſi tota die otioſi ſtabant.*

3 Dicunt ei. *Id eſt, nullus doctor, nullus propheta ad nos inſtruendum venit: quia lex & prophetæ filiis Iſrael dati fuerunt, vt illi ſpeciali ſanctitate fulgerent, ex quibus Chriſtus ſecundùm carnem erat naſciturus.*

4 Ite & vos in vineam meam. *Interponitur hæc coniunctio copulatiua quia gentiles Iudæis adiuncti ſunt vt vna eccleſia ex ambobus fieret.*

5 Cum ſerò autem factum eſſet. *Hic deſcribitur vocatio ad recipiendum præmium. Serò autem ab aliquibus hic dicitur finis mundi, in quo vocabuntur iuſti ad receptionem præmij, vt habetur infrà 25.cap.* Venite benedicti pa.mei. &c. *Sed illud quod ſequitur videtur contradicere, quod aliqui accipientes præmium murmurabant aduerſus patremfamilias quia nullus in fine mundi præmium æternum recepturus murmurabit contra Deum, ſed erit ſuo præmio contentus. Ad quod reſpondet beatus Greg. quod iſta murmuratio non eſt aliud quàm dilatio præmij quam ſuſtinuerunt patres ſancti in limbo vſque ad paſſionem Chriſti, ſed hæc reſponſio non videtur conueniens, quia murmuratores hic dicuntur nequam, quod non poteſt dici de ſanctis patribus in limbo exiſtentibus: & in fine parabolæ concluditur:* Multi ſunt vocati, pauci verò electi. *Ex quo patet, quod iſta parabola non ſolùm extendit ſe ad electos, cuiuſmodi ſunt illi qui in fine mundi recipient præmium. Et ideò dicendum, quòd ſerò hic accipitur pro tempore gratiæ, quod incœpit à Chriſto, vnde Ioan.1.b. dicitur:* Gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt: *& ideò cum dicitur:* Cum ſerò autem fa.eſſet. *id eſt, cùm tempus gratiæ aduenisſet.*

6 Dicit dominus. *Id eſt, Deus Pater.*

7 Procuratori ſuo. *Id eſt, homini Chriſto, qui miſſus eſt ad procurationem ſalutis humanæ.*

8 Voca ope. *Illa merces bene intelligitur gratia, quia eſt quædam inchoatio gloriæ cum gloria non ſit aliud quam gratia conſummata.*

9 Incipiens

F

9 Incipiens. *Quia in primitiua eccleſia gratia Chriſti data eſt gentilibus qui vltimo venerant ad fidem, Iudæis pro maiori parte in infidelitate remanentibus.*

10 Cum veniſſent. *Id eſt, gentiles.*

11 Accepe. ſin. *Id eſt, donum gratiæ quæ eſt quædam inchoatio & arra gloriæ.*

12 Venientes autem & pri. *Id eſt, Iudæi qui à principio legis datæ Deo ſeruierant.*

13 Arbitrati ſunt. *Quia in primitiua eccleſia credebant, quod plus deberent habere de Chriſti gratia vnde reputabant gentiles indignos gratia Dei, ſecundum quod dicitur Act.10.vbi Petrus vidit linteum ſubmiſſum de cœlo, in quo erant animalia quadrupedia & ſerpentia & volatilia & immunda ſecundum legem. Et dictum eſt Petro:* Occide & manduca: *in quo ſignabatur incorporatio gentilium intra eccleſiam per fidem & gratiam, ſicut patet ex litera conſequenti: quia à Deo miſſus eſt Petrus ad prædicandum Cornelio Centurioni & aliis gentilibus, propter quod Petro abominationem habente de manducatione immundorum ſecundùm legem, in quo ſignabatur (vt dictum eſt) vocatio gentilium ad fidem dictum eſt ſibi à deo.* Quod Deus purificauit, tu ne commune dixeris. *Et inf.eo.cap. dixit Petrus Cornelio & amicis ſuis:* Vos ſcitis quoniam abominatio ſit viro Iudæo coniungi aut accedere ad alienigenam, ſed mihi oſtendit Deus neminem communem aut immundum dicere hominem.

Act.10.c.

14 Acceperunt. *Id eſt, conſimilem gratiam, ſicut & gentiles, & non maiorem, vnde Act.10. dicitur, quod prædicante Petro cecidit ſpiritus ſanctus ſuper omnes qui audiebant verbū videlicet ſuper Cornelium & amicos eius: quia vt ibidem dicitur.* Receperunt ſpiritum ſanctum in ſigno viſibili, & donum linguarum. *ſicut receperant apoſtoli & alij diſcipuli qui erant Iudæi in die Pentecoſtes.*

15 Et acci. &c. *Quia ad literam in primitiua eccleſia conuerſi Iudæi murmurauerunt de hoc, quod conſimilis gratia fiebat gentibus ſicut & ipſis, vnde Act.11.dicitur, quod cū Petrus rediſſet in Ieruſalem baptizato Cornelio & amicis eius diſceptabāt aduerſus illū qui erat ex circunciſione dicentes: Quare communicaſti cum illis, qui habent præputium, manducaſti cum illis. Et ibid.6.a. dicitur.* In diebus illis creſcēte numero diſcipulorū, factum eſt murmur Grecorum aduerſus Hebræos, eo q̄ deſpicerētur in miniſterio quotidiano viduæ eorū.

☞ A Hom.65.in Matth.

✠ CHRYSOSTOMVS. Non autem oportet ea quæ in parabolis sunt secundum totum quod dicitur inuestigare, sed intentionem propter quam composita est intelligere & nihil vltrà scrutari. Non ergo inducit hoc, vt ostendat aliquos esse inuidia morsos, sed vt ostendat hos tãto potitos honore, quod & inuidiam aliis poterat generare.

Hom.34. operis imp. † autum

✠ IDEM. Non autem dolebãt, quasi defraudati de mercede sua, sed quia illi amplius quam meruerant, acceperant. Sic enim dolent inuidi, quando alteri aliquid additur, quasi eis subtrahatur, a ex quo patet quod b ex vana gloria nascitur inuidia. Ideò enim dolet esse secundus, quia desiderat c esse prior.

a in iis quæ mea sunt

† Luc.16.a.

B a *Huic nouissimo.*

Tract.10.in Matth.

✠ ORIGENES. Forsitan autem Adæ dicit, Amice non facio tibi iniuriam, nónne ex denario conueniſti mecum? tolle quod tuum est, & vade. Tuum est salus, quod est denarius, *Volo autem & huic nouissimo dare sicut & tibi.* Non incredibiliter potest quis arbitrari hunc nouissimum esse D. Paulum, qui vna hora operatus est: & similiter omnes qui ante eum fuerunt.

b *Aut non licet.* Stulta quæstio contra bonitatem Dei. Quærendum esset, Non si daret quod non deberet: sed si non quod deberet.

c *An oculus tuus, &c.* Verè Iudæi prauam intentionem habuerunt qui prohibuerunt Apostolos gentibus loqui, vt saluę fierẽt.

d *Sic erunt nouissimi primi.* AVGVSTINVS. Id est, Iudæi de capite vertentur in caudam: & gentes de cauda in caput. Vnde Moyses in Deuteron. *Aduena qui tecum morabitur, ascendet super te: ille erit in caput, & tu eris in caudam.* Sed tamen nec omnes primi nec omnes nouissimi ad numerum electorum pertinent.

D

✠ CHRYSOST. Aut ideò primos dicit esse nouissimos, & nouissimos primos, non vt nouissimi digniores sunt quam primi, sed vt coæquentur, & nulla sit inter eos differentia temporis causæ. Quod autem dicit, *multi vocati, &c.* non ad superiores sanctos pertinet, sed ad gentes, quoniam ex ipsis gentibus qui multi vocati sunt, pauci sunt eligendi.

Hom.34. operis imp.

† An

†Mar.10.c.

E

✠ IDEM. Quòd autem non omnes simul conduxit, sed alios manè alios hora tertia, & sic de aliis ex differẽtia mentis eorum processit. Tunc enim eos vocauit, quando erant obediturí. Nam & latronem vocauit, quando obediturus erat. Compositа est ergo hæc parabola, vt eos auidiores faceret, qui in vltima senectute conuertuntur, ne existimarent se minus aliquid habituros.

Hom. 65 in Matth.

☞ Eccę

a ¶Id est, qui diu sub onere legis sudauimus, & longiora carnis tentamenta sustinuimus.

vna hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portaui- 1
a ¶ Carnis. b Quia par erat hominibus murmurandi ratio. ¶Primæ horæ operario 2
mus pondus diei & † æstus? At ille respondens uni eorum di-
¶Reddo quod debeo. a ¶Non enim promisi tibi nisi conformitatem in meam. 3
xit: Amice, non facio tibi iniuriam. Nonne ex denario conue 4
a ¶ Reddo tibi secundum opus tuum, in te itaque iustus sum.
b ¶ Gratia est & misericordia vt coæqualis & concorporalis tibi fiat populus Gentilis. 5
nisti mecum? Tolle quod tuum est & vade. Volo autem & 6
a ¶ Nónne est potestas iudicis, vel iusticiam facere, vel misericordiam cui vult impendere. 7
huic nouissimo dare sicut & tibi. † Aut non licet mihi quod
a ¶ Incentio qua ad primatum niteris. b ¶Inuidia plenus, cui mea non placet benignitas.
c ¶ Sicut ostensum est. 8
volo facere? * An oculus tuus nequam est, quia ego bonus
a ¶ Gentiles, vel qui maioris videntur meriti, sunt minoris, & è conuersò. 9
¶Iudæi. ¶Qui confitentur se nosse Deum, factis autem negant. 10
sum? † Sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi. † Mul- 11
¶Ad fidem. a ¶Ad regnum. b ¶ Secundum situm loci. 12
ti enim sunt vocati, pauci verò electi. Et ascendens 13
Iesus Ierosolymam assumpsit duodecim discipulos suos 14
15

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 At ille re. *Per diuinam reuelationem apostolis factam.*

2 Vni. eo. di. *Sicut autem aliquando accipitur numerus indeterminatus pro determinato, ita etiam aliquando sumitur vnitas pro numero, sicut suprà dictum est, quòd Petrus loquebatur pro omnibus apostolis: ita similiter quod hic dicitur vni, intelligitur esse dictum multitudini eorum, qui de gratia data gentibus murmurabant seu admirabãtur: & hoc factum est Act.11.vbi Petrus rationem reddidit Iudæis murmurantibus de hoc, quòd baptizauerat Cornelium, dicens quod ex diuina reuelatione fecerat, & quia viderat spiritum sanctum descendentem super Gentiles sicut super Iudæos, vt habetur ibidem: Sequitur.*

C

3 Amice non facio tibi iniuriam. *Quia iniuria non habet locum vbi est mera gratia: & ideò si det gratiam cuicunque voluerit, non faciet alicui iniuriam.*

4 Nónne ex denario, &c. *Quia ad hoc aliquis venit ad fidem, vt habeat gratiam in præsenti, & gloriam in futuro.*

5 Tolle quod tuum est & vade. *Id est: gratiam quam meruisti credendo legi & prophetis de Christo, quia licet prima gratia non cadat sub merito, augmentum tamen gratiæ cadit sub merito, quod quidem augmentum datum est Iudæis credentibus in Christum.*

6 Volo autem & huic nouissimo dare, sicut & tibi. *Id est, gentili vocato immediatè ab idololatria, sicut Iudæo vocato à legis obseruantia.*

7 Aut non licet. *Quasi diceret: Sic: quia Dei voluntas nullo modo potest esse distorta.*

8 An oculus tuus nequam, &c. *Quia talis inuidia & iudicium procedebat ex humano defectu.*

9 Quia ego bonus sum. *Per essentiam, & ideò non possum malè agere.*

10 Sic erunt nouissimi primi, &c. *Quia gentiles qui à Iudæis erant quasi viles reputati, sunt conuersi deuote ad fidem Christi.*

11 Et primi nouissimi. *Quia Iudæi qui fuerant populus peculiaris ipsius Dei, propter infidelitatem sunt ab eo electi, & hoc est quod subdit*

12 Multi enim sunt vocati. *Ad fidem Christi per legem & prophetas.*

13 Pauci verò electi. *Quia pauci de Iudæis comparatiuè crediderunt in Christum, & de credentibus multi reuersi sunt ab ecclesia, & adhuc reuertuntur ad vomitum.*

MORALITER *autem potest exponi parabola ista de vocatis ad gratiam secundùm diuersas ætates. Ita quod hora prima, signat pueritiam, hora tertia, iuuentutem, quia sicut tunc sol incipit ascendere & calorem ostendere: sic in iuuẽtute calor naturalis in homine. Hora sexta ætatem virilem, quia tunc homo est in statu perfecto, sicut sol in cœli medio. Hora nona senectutem, in qua calor naturalis incipit, in homine refrigescere. Vndecima verò, signat senium quia tunc homo est prope mortis occasum. Vocantur ergo operarij omnibus istis horis, quia aliqui vocantur ad fidem per gratiam operantem in pueritia, alij in iuuentute & sic de aliis ætatibus, & omnes habent denarium diuinum, quia quantumcunque homo tardè ad gratiam vocetur, dum tamen in ea perseueret, habet gloriam æternam. Contingit etiam quandoque, quod ille qui vocatur in senectute, consequitur tantam gratiam & gloriam à Deo, sicut ille qui in iuuentute vocatur: tum ex diuina liberalitate, tũ ex ipsius vocati feruenti voluntate & operatione.*

F

14 Et ascendens. *Hic saluator ostendit quod in prælatis debet esse vigor ad tolerandum martyrium: si necesse sit pro grege sibi commisso: & hoc docet per exemplum sui, qui voluntarie venit in Ierusalem ad sustinendum mortem pro salute mundi, vnde beatus Gregorius exponẽs illud Ioannis 10.b.* Ego sum pastor bonus & animam meam pono pro ouibus meis, *dicit de se & aliis prælatis. In hoc ostensa est nobis via quam sequamur. Et hoc est quod dicit hic:* Et ascendens. *Quæ respectu totius terræ promissionis est in alto sita; & propter hoc venientes illuc ab aliis partibus ibant ascendendo.*

15 Assumpsit duodecim. *Et hoc duplici de causa: Vna est, quia secretum mysterium suæ passionis futurum volebat apostolis communiter præ aliis reuelare, ne videntes eum postea mori ignominiosè scandalizarentur. Secunda est quia secreta mysteria sunt tantum maioribus reuelanda & detegenda, cuiusmodi erant apostoli, sequitur.*

✠ Et filius

MORALITER.

✠ 14 Et *Ascendens, &c.* HIERONYMVS. Dominus crebrò de passione sua discipulis ante prædixit ne cum veniret persecutio & crucis ignominia, scandalizarentur.

✠ Et tertia

a *Ecce aſcendimus, &c.* HIERONYMVS. Hoc ſæpe eis dixerat ſed quia multis interpoſitis poterat labi de memoria, iturus Ieruſalem & apoſtolos ſecum ducturus, ad tentationem eos parat; ne de ignominia crucis ſcandalizentur, & paſſionis pœnam & reſurrectionis gloriam prædicit vt cum morientem viderint reſurrecturum non dubitent.

✠ CHRYSOSTOMVS. Omnis ſalus hominum in Christi morte poſita eſt: nec eſt aliquid propter quod magis gratias agere debeamus Deo, quam propter mortem ipſius Ideò duodecim Apoſtolis in ſecreto mortis ſuæ annunciauit myſterium, quia ſemper pretioſior theſaurus in melioribus vaſis includitur Si autem alij audiuiſſent paſſionē Christi futuram, viri forſitan turbarentur propter infirmitatem fidei, & mulieres propter mollitiem ſuæ naturæ, ex qua in tali negotio ad lachrimas excitantur.

b *Ad illu. &.* Ideo dominus in mundo noluit proſperari ſed grauia pati vt oſtenderet nos qui per delectationem cecidimus cum qua amaritudine redire debeamus.

c *Tunc acceſſit ad.* Audita reſurrectione putauit eum illico (immemor ſecùndi aduentus) regnaturum, & auiditate fœminea præſentia cupit, immemor futurorum,

✠ CHRYSOSTOMVS. Videbant ſeipſos honoratos præ aliis & audierunt quod ſupra duodecim thronos ſedebitis, vnde priuatim ipſius cathedrę petebant accipere, timebant vero ſibi præferri petrum. Vnde & alius euangeliſta dicit, quod quia propè erant Ieruſalem, putabant quod regnum Dei eſſet in ianuis id eſt aliquid ſenſibile.

d *Dic vt.* Bonum deſiderium ſed inconſiderata petitio. Et ideo non voluntas non propoſitum culpatur, ſed ignorantia: & ſi impetrare non, debet ſimplicitas, non meretur confundi.

e *Neſcitis.* Qui ſedem gloriæ petitis vel quæritis, quam nondum meruiſtis, delectat culmen honoris quos nondum exercuit via laboris.

✠ CHRYSOSTOMVS. Contulit ſe diabolus ad conſueta arma mulierū: vt ſicut Adā per mulierem ſpoliauit: ita iſtos ſeparet per matrem, ſed iam nō poterat per mulierem perditio introire in ſāctos ex quo de muliere ſalus cunctorū proceſſit.

f *Poteſtis.* Et hoc ſciebat, quod eius paſſionem poterant imitari, Sed hoc dicit, vt eo interrogante, & illis reſpondēcibus, omnes audiamus: quia nemo poteſt cum Christo regnare, niſi paſſionem eius ſit imitatus.

✠ CHYSOST. *Poteſtis bibere.* Q.d. Vos mihi de honore & coronis loquimini, ego autem de honoribus vobis & ſudoribus nō enim hoc eſt præmiorum tēpus. Et modo autē interrogationē eos attrahit. Nō enim dixit poteſtis inffundere ſanguinē, veſtrū ſed, *poteſtis bibere calicem*, deinde addit, *quem ego bibiturus ſum.*

g *Cali.* Vt Iacobus ab Herode detrūcatus, & Ioānes in feruētis olei doliū miſſus, & in Pathmos relegatus, animo nō defuit martyriū.

h *Non eſt meum dare.* Hoc eſt regnum cœlorum non eſt dantis ☞ ſed

---

C

✠ 1 Et filius hominis tradetur principibus ſacerdotum & ſcribis. *Id eſt, legiſperitis: quia eis per Iudam fuit traditus & venditus.*

2 Et condemnabunt eum morte. *Quia ipſi iudicauerunt eum eſſe reum mortis, licet non haberent poteſtatem interficiendi: quia iudicium ſanguinis erat eis ablatum à Romanis, qui dominabantur eis, & ideò ſequitur.*

3 Et tradent eum gentibus. *Videlicet Pilato præſidi & ſuis militibus, ad perficiendum illud quod non poterant, videlicet Chriſti mortem, & hoc eſt quod ſubditur.*

4 Ad illudendum & flagellandum & crucifigendum. *Iſta enim tria inflicta ſunt Chriſto per ordinem, vt videbitur infra.*

5 Tertia die reſurget. *Hoc autem ſubdit Chriſtus, ne apoſtoli eius morte audita abſorberentur præ triſtitia.*

Diuiſio. 6 Tunc. *Hic oſtendit tertiò, quod in prælatis debet eſſet tenor humilitatis, quia non debent appetere præeſſe. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponitur huius documenti occaſio: ſecundò, ſubiūgitur humilitatis inſtructio, ibi:* Ieſus autem vocauit eos. *Circa primum aduertendum, quod Iudæi æſtimabant Chriſtum per prophetas promiſſum regnaturum temporaliter in Ieruſalem, quia ſcripturas de regno Chriſti carnaliter intelligebant: & ideo regnum ablatum eis per Romanos credebant ſibi reſtituendum per Chriſtum, propter quod apoſtoli dicebant Chriſto. Act. 1. a. Domine ſi in tempore hoc reſtitues regnum Iſrael: & hoc modo Iacobus & Ioannes filij Zebedæi, & mater eorum audientes Chriſtum poſt mortem tertia die reſurrecturum crediderunt ipſum immediatè poſt reſurrectionem regnaturum in Ieruſalem temporaliter & ideo cupientes ei eſſe collaterales præ cæteris, quia erant eius cognati germani, informauerunt matrem ſuam de petitione ſequenti: & hoc eſt quod dicitur hic:* Tunc. *Id eſt, audita reſurrectione Chriſti futura.*

7 Acceſſit ad eum. *Id eſt, ad Chriſtum.*

8 Matrem filiorum Zebedæi cum filiis ſuis. *Conſciis de petitione matris.*

9 Adorans & petens aliquid ab eo. *Non petiit primò in ſpeciali & determinatè, ſed tantum in generali, vt conceſſione facta in generali primo, minus poſſet poſtea ſibi denegari in ſpeciali.*

10 Qui dixit ei: Quid vis? *Non petit vt inſcius, ſed vt petitio ſua poſtea conuenientiùs oſtendatur irrationabilis.*

11 Ait illi: Dic vt &c. *Id eſt, ſint tibi collaterales & maiores in regno tuo poſt te. Quod quidem regnum credebant temporale vt dictum eſt mirum, ſi talia apoſtoli credebant & appetebant, qui adhuc carnales erant & nondum illuminati perfectè nec confirmati per gratiam ſpiritus ſancti.*

12 Reſpondens autem Ie.di. &c. *Reſpondet filiis, & non matri: quia ſciebat ipſam eſſe miſſam à filiis, & informatam de petitione facienda pro eis.*

13 Poteſtis bibere ca. quem &c. *Id eſt, ſuſtinere mortem ignominioſam & crudelem quam ego paſſurus ſum: & per quam debeo venire ad regnum non temporale vt creditis, ſed æternum.*

14 Dicunt ei: poſ. *Loquuntur ſicut inexperti propriæ fragilitatis: Quod patuit per effectum, quia in paſione Chriſti fugerunt præ timore mortis.*

15 Ait illis: Calicem, &c. *Quia Iacobus propter Chriſtum ab Herode eſt occiſus, vt habetur Act. 12. & Ioannes in dolium feruentis olei propter Chriſtum miſſus eſt: & ſic patet, quod habuit promptam volūtatem moriendi propter Chriſtum. Fuit etiam miſſus in exilium propter ipſum. Exilium autem quædam mors eſt ciuilis.*

16 Sedere autem &c. dare vobis. *In illo ſupple ſtatu in quo eſt is, id eſt, nondum humilitatis & adhuc carnalibus.*

✠ Sed

MORALITER.

✠ 5 *Et tertia die re.* Chryſo. Quod quidem huius gratia dicit, vt cum viderent triſtia, reſurrectionem expectarent.

6 *Tunc ac. ad eum, &c.* Per iſtos qui per matrem petierunt à Chriſto præ cæteris diſcipulis aliis honorati, eo quod erant eius conſanguinei, ſignificantur ambitioſi, qui habentes prælatum conſanguineum volunt per hoc in eccleſia præ cæteris promoueri, quibus bene reſpondetur: *Neſcitis quid petatis.* Nam honores eccleſiæ non ſunt diſpenſandi ex propinquitate ſanguinis ſed ex idoneitate perſonarum ratione ſcientiæ & virtutis ideo ſubditur.

13 *Poteſtis bibere.* Id eſt, ſuſtinere martyrium propter Deum.

☞ sed accipientis. *Non enim personarum acceptio est apud Deum:* Sed A quicunque dignus est accipit, quod non paratum personæ est. Act.10.c. sed vitæ. Si itaque tales estis qui consequamini, quod victoribus pater parauit accipietis. Vel, non est meum dare superbiæ quod adhuc estis, sed aliis quibus paratum est. Ergo & vos nolite esse quod estis, sed estote alij, id est, humiliamini qui iam vultis exaltari, & est paratum vobis.

a *Et audientes de.* Vt illi carnaliter petiuerunt esse super †Mar.19.f. omnes, sic & isti carnaliter cõtristati sũt Luce.22.c. esse aliquem ante se. †earum

b *Scitis.* Ac si dicat Vos more seculariũ †eorũ. petitis, per prælationem venire vultis ad †erit. requiem vel regni B possessionem. *Scitis* † vt sibi ministraretur. *quia prin. gẽ.* Humilis & mitis magister nec immodicæ cupi †Mar.10.g. ditatis duos arguit Luc. 18. f. nec decem indignationis & liuoris: sed †Mar.10.g. conuenienti exem- Luc. 18. f. plo docet eos frustra immoderata quæsisse, aut istos super eorum desiderio doluisse, cum ad summa non potentia sed humilitate veniatur.

tractatu.12. in Matth. ✠ ORIGENES. *Reges gentium &c.* Id est, non contenti tantum regere subditos, sed violenter eis dominari nittũtur; Inter vos autẽ qui estis mei, nõ erunt hęc: quoniam sicut omnia carnalia in necessitate sunt posita, spiritualia autẽ in volũtate: sic & qui principes sunt spirituales, principatus C eorũ in dilectione debet esse positus, non in timore corporali.

vbi supra. c *Non venit ministrari.* ✠ ORIGENES. Nam etsi Angeli & Martha ministrarunt & tamen non ideo venit vt ministretur, sed vt ministret: & tantum creuit ministrans, vt impleretur quod sequitur, *Et daret animam suam in redemptionem, &c.* Ecclesiarum ergo principes imitari debent Christum, accessibilem, & mulieribus loquentem & pueris manus imponentem, & discipulis pedes lauantem, D vt ipsi similiter faciant fratribus. Nos autem tales sumus, vt etiam principum mundi excedere videamur superbiam.

d *Egredientibus &c.* MYSTICE. Christo de præsentis vitæ defectu ad cœlos redeunte, & omnibus electis iam cœlum cum eo ingredientibus cœpit vterque populus diu perfidia cæcus spem salutis & illuminationis habere visum, & desideranter quærere.

Nisi ab Ierusalem descendisset in Ieri- † magni. co, populus vsq; hodie in tenebris sederet, sed ideo descendit, vt multos secum †93.di.c.dia coni sunt.9. traheret. quæst. 3. c. nullus.

e *Et ecce duo cæci.* De istis vnum commemorat Marcus, E quia fuerat in illa ciuitate famosissimus qui ex magna fœlicitate eiectus notissimæ erat miseriæ. Cæ Mar. 10. g. cus nempe & mendicus vnde & nomen eius memorat, & nomen patris eius Bar- †supra.9.c. thimeus Thimei filius, quod in aliis nõ facilè occurrit, nisi in Iairo, qui & in illo loco nobilis fuit. Famositas autẽ illuminati, magnam fa-

¶ Nondum humiliatis.

dare vobis: sed quibus paratum est à patre meo. Et audien- 1 2
a ¶ Non matri, quam ipsi miserant ad grandia petenda, ignorantes mensuram suam immodica cupiditate exarserunt.
tes decem indignati sunt de duôbus fratribus Iesus autem 3
vocauit ad se, & ait: † Scitis quia principes gentium domi- 4 5
nantur † eorum, & qui † maiores sunt, potestatem exercent †
a ¶ Cum è contra ad summam virtutum veniatur, non imperando sed ministrando.
ín † eos. Non ita erit inter vos: † Sed quicunque voluerit in 6
a ¶ Non primatum ambiendo, sed humiliter deuitando.
ter vos maior fieri, † sit vester: & qui voluerit inter vos pri-
a ¶ Quod charitas non conditio exigit. b ¶ Exemplum ponit, vt si verbis non credunt erubescant ad opera.
mus esse, erit vester seruus, Sicut filius hominis non venit
a ¶ Nõ tantũ prædicando vel miraculis admonendo sed animã quam pro nobis accepit impendendo.
† ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptio
a ¶ Non omnibus: sed prædestinatis. b ¶ Post resurrectionem gentes credunt in eum. c ¶ Luna & significat defectum nostræ mortalitatis.
nem pro multis. † Et egredientibus illis ab Ierico, sequuta 7 8
a ¶ Vterque populus sine Christo cæcus. b ¶ Iam voco Christum cognoscere cupientes, aduentus eius preconia audierunt.
est eum turba multa. † Et ecce duo cæci sedentes secus viam 9 10
a ¶ Magno desiderio illuminari postulauerunt, confessi Dauid filium. b ¶ Quem Deum credimus, filium hominis factum.
audierunt quia Iesus transiret, & clamauerunt dicentes: † Do
a ¶ Carnalia desideria vel persequutiones obstabant,
mine miserere nostri fili Dauid. Turba autẽ increpabat eos vt 11
a ¶ Orando pulsando insistebant donec strepitum turbæ vincerent. b ¶ Quia fides incarnationis temporalis ad æterna intelligenda nos præparat.
tacerẽt. At illi magis clamabát, dicẽtes: Domine miserere no 12 13

famam miraculo comparauit.

Veniens Iericho vnum illuminat quod Lucas ait quia mor- Luc.18.f. ti propinquans lumen euangelij prædicauit Iudæis, exiẽs duos quia post resurrectionem, Iudæis & gentibus De quibus Marcus vnum ponit, qui gentibus scribit. F

f *Turba autem.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Videbãt enim sordi Hom.36.o- des vestes, & non considerabant conscientiæ claritatem. Ecce peris imp. fatus sapientia hominum: existimabant enim iniuriam pati magnos, si apauperibus honorentur.

✠ ORIGENES. Vel silentium non causa honoris exigunt tractatu.3. in Matth. sed quòd acerbè à cæcis audiebant quod negabant, scilicet,

☞ Dominum

NICOLAVS DE LYRA.

Diuisio.

✠ 1 Sed quibus pa. *id est, verè humilibus & spiritualia sapientibus.*

2 Et audien. de. *Scilicet, alij apostoli.*

3 Indignati sunt. &c. *Aliquid humanum passi, quia adhuc erant carnales sicut & illi & ideo indignati sunt, quod excellentiam super alios habere voluerunt.*

4 Iesus autem. *Hic consequenter instruit discipulos suos de humilitate ex præhabita occasione, vt ambitionem Iacobi & Ioannis reprimeret, & indignationem aliorum sedaret.*

5 Et ait, Scitis quia princi. gen. *Quasi dicat, maioritas in regno meo non eodem modo acquiritur, sicut in regno terreno quia in regno terreno acquiritur per ambitionem & potestatem, sed in regno meo cõtrario modo acquiritur, videlicet per humilitatem. propter quod dicit.*

6 Quicumque vo. &c. *Id est, se exerceat in obsequiis humilitatis: Et quia in moralibus magis mouent facta quàm verba, ideo inducit suiipsius exemplum dicens:* Sicut filius hominis non venit &c.

7 Et egredi. *Hic consequenter ostendit Saluator quod in prælatis debet esse pietatis dulcor ad continuè benefaciendum subditis: quia Christus non solum in domo & in quiete existens, sed etiam in via ambulãs non cessabat pòpulum docere & infirmos curare: & hoc est quod dicitur hic:* Et egre. illis. *Id est, Christus & eius discipulis.*

8 Ab Iericho. *Nomen ciuitatis est, quæ coram filiis Israel corruit, vt habetur in li. Iosue. 6. c. sed postea reædificata est.*

9 Sequuta est eum. *Desiderãtes audire doctrinam eius etiam in via*

10 Et ecce duo cæci se. *Marcus dicit, quod erat vnus. Non est hic contradictio, quia licet essent duo secundum veritatem, vt dicit hic Matheus: tamen vnus erat famosior altero, vel importuniùs clamabat: & ideo de illo tantum facit Marcus mentionem. Sequitur.*

11 Miserere no. fili. Da. *Vocant eum filium Dauid, quia credebant ipsum esse Christum per prophetas promissum, & notum erat apud omnes Iudæos, quod Christus nasciturus erat de semine Dauid.*

12 Turba autem &c. vt tace. *Quia per clamorem suum impediebant turbam ab audiendo Christi doctrinam.*

13 At illi magis clamabant, dicentes. *Timentes ne ab increpatione aliorum impediretur auditio & exauditio petitionis ipsorum.*

✠ Et ste-

MORALITER.

✝ 1 *Et au.* Chryso. Sicut duo carnaliter petierunt, ita & decem carnaliter contristati sunt: nam velle super omnes esse vituperabile est non sustinere autem alterum super se minus est glorioſum.

† *Non ita erit, &c.* CHRYSO. Principes mundi ideo sunt, vt dominentur minoribus suis, & eos subiiciant seruituti: principes autem ecclesiæ fiunt vt seruiãt minoribus suis, & ministrẽt eis quæcunque à Christo receperũt, & suas vtilitates negligant & illorum procurẽt, & mori modo recusent pro salute inferiorum *Et eg. al. &c.* Sequitur:

10 *Et ecce duo.* Per quos mysticè significantur duo populi, scilicet, gentiles, qui erant excæcati per Idololatriam, & Iudæi per doctrinam peruersam: mandatum Dei transgredientes propter traditiones hominum: sed adueniente Iesu & eorum oculos mentales tangente, illuminati sunt plures de Iudæis, & de gentibus pluriores, eum per fidem & opera sancta sequentes.

✝ ADDI.

Dominum esse Da-
A uid filium. Vel qui crediderant,increpa bant eos, & non appellarent eum cõtemptibile nomine filium Dauid,sed po
†Mar.10.g tius dicerẽt, *fili Dei miserere nostri.*
a *Et stetit Iesus,&c.*

a ¶ Transeunte Iesu cæci admoniti sunt,vt illuminentur,& astante illuminati sunt. b ¶ Non ignorat,sed audire vult confessionem qui nouerat intentionem.

a stri fili Dauid.Et ſtetit Iesus,&vocauit eos,& ait.Quid vultis 1
vt faciam vobis?Dicunt illi:Domine,vt aperiantur oculi no 2

a ¶ Oculos tangit,qui radiis suæ lucis conscientiam illustrat.

stri.Misertus autem eorum Iesus,tetigit oculos eorum. † Et 3

a ¶ Fide. b ¶ Imitatione.

confestim † viderunt,& secuti sunt eum. 4

Trãsiens audit, stans illuminat: quia per humanitatem misertus,per verbi æternitatem(quæ non mouetur) lumen reddit. Quia cæci sequi nõ poterant, stat & iubet vocari, ne turba prohibeat. D

† visum receperunt.oculi eorum

Tran-

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et ste.Iesus. *In hoc apparet eius clementia, quia non dedignatus est stare & alloqui personas viles & pauperes.*

2 Quid vult.&c.*Non petit,quia ignoret eorum voluntates,sed quia ad miraculorum operationem, vult habere sanandorum confessionem vt ex hoc magis appareat euidentia miraculi.*

3 Tetigit oc.eo.& co.*Id est,subito.Ex quo apparet,quod illa illuminatio fuit miraculosa,non naturalis:quia natura non operatur in istãti.*

4 Et se.sunt eum.*Fide,scilicet,& moribus:quia illi qui illuminati sunt à Christo corporaliter, ab ipso illuminati sunt etiam mentaliter quia totum hominem simul fecit saluum,vt dicitur Io.7.c.Totum hominem saluum feci in sabbato.*

3 Tetigit

ADDITIO

B In ca.20:*Vbi dicitur in postilla:* Sed hæc reponsio non videtur conueniens,&c.

Non videtur responsio beati Grego. rationabiliter excludenda propter illas dissimilitudines quas allegat postil.Nam ea quæ parabolicè dicuntur,non sunt totaliter applicabilia intẽtui,vnde ipsemet postil.Luc. 16.expreßè dicit, quod similitudo parabolica non currit semper quatuor pedibus:imo si teneret in omnibus iam non esset similitudo,sed magis identitas:præsertim cum ad tollendas similitudines huius parabolæ sufficit sententia Chry.qui in hoc loco sic dicit: Non oportet ea quæ in parabolis sunt,secundum totum quod dicitur inuestigare, sed intentionem propter quam composita est intelligere,& nihil vltra scrutari.Nõ enim inducit hoc, vt ostendat aliquos inuidiæ morsus, sed vt ostendat hos tanto potitos esse honore quod etiam inuidiam aliis poterant generare: Hæc ille.Vnde in hoc loco murmuratores illi qui dicuntur nequam, non de sanctis intelligendum est,sedde aliis hominibus nequam, qui in simili casu consueuerunt murmurare. Similiter & quod dicit in fine: Multi sunt vocati pauci verò electi: secundum eundem Chrys. non ad superiores sanctos pertinet, sed ad gentes ex ipsis gentibus, licet multi sunt vocati pauci tamen electi,

Et aduertendum, quod in ipsa expositione postillatoris inueniuntur
C *maiores dissimilitudines in principali seu finali parte ipsius parabolæ. Dicit enim: Quod cum sero factum esset intelligitur de tempore gratiæ quod incipit à Christo:quod non potest stare. Primò quia illud sero iam iam non erat tempus operandi,sed potius recipiendi mercedem operationis:quod patet ex hoc quod dicit dominus vineæ,id est:Deus.Procuratori suo,id est,Christo,Voca operarios,& redde illis mercedẽ. Ex quo* E *patet,quod iam non erat tempus operandi, sed mercedem recipiendi. Non enim dixit,voca operarios vt laborent,sed vt mercedem recipiant laboris præteriti,quod non competit tempore gratiæ in quo magis oportet laborare,quam in prædictis temporibus qui,scilicet,antiquæ legis & huiusmodi.Vnde Apostolus.2.Cor.6.a.*Exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros in multa patientia,in tribulationibus, in necessitatibus,in angustiis,&c.*Quorum similia non leguntur dicta antiquis per modum exhortationis,licet aliquando per modum pœnæ. Secundò.quia licet gratia sit quædam inchoatio gloriæ, non tamen dicitur merces sed potius principium merendi.Merces autem copiosa est in cœlis.supr.5.b.Vnde sententia sanctorum validior est, secundum quam per illud dicitur cum autem sero factum esset intelligitur,cum dies totius mundi ad vesperum consummationis inclinata esset.*

REPLI. In ca.20. *Vbi dicit,sero quando operarij vocantur ad recipiendum mercedem,oportet accipere pro tempore gratiæ, quod à Christo incipit.Propter hoc quod dicitur quosdam murmurasse, quod in æterna beatitudine locum non habet.Burg.obiicit,quod tempus gratiæ:non est tempus recipiendi sed mẽrendi.Ad hoc potest dici,quod tempus gratiæ fuit & est tempus recipiendi quo ad prægustationem gloriæ, quæ copiosa fuit in primitiua ecclesia. Et sicut putat Burg.soluere argumentum postillatoris,per hoc quia parabolæ non dicunt omnimodam si* F *militudinem,per idem soluitur argumentum eius.*

CAP. XXI.

☞ ET *cum appro.*Hic prætermittit Matthæus ea quæ facta sunt antequam intraret Ierosolimam, quæ alij prolixius tractant.

a *Et cum ap.*Dominus spiritualiter Ierusalẽ appropinquauit, quando incarnatus, ecclesiam in qua est visio pacis visitauit quam per cõfessionem sibi reconciliauit.

Bethphage enim domus buccæ dicitur.

b *Bethphage.*Bethphage erat viculus sacerdotum in monte Oliueti,in cuius montis latere est ciuitas Bethania.Bethphage,domus buccæ.Bethania,domus obedientiæ. Has dominus pergens Ierusalem sua præsentia sublimat, quia multos ante passionem docendo donis piæ confessionis & obedientiæ impleuit. Sitæ autem sunt illæ ciuitates in monte Oliuarũ,id est in Christo domino, à quo vnctio & lux omnibus venit: vnde. Non potest ciuitas abscondi super montem posita.

CAPVT XXI.

¶ Salute data credentibus,ingredi cupit pacis vrbem,& visionis Dei. 1

a ET cum appropinquasset Ierosolimis & venis- 2

a ¶ Dominus buccæ interpretatur. b ¶ Mons oliueti significat ecclesiam vel celcitudinem dominicæ dilectionis. c Quando misericordiæ recordatus est.

b c sent Bethphage ad montem † Oliueti: tunc

c *Ad montem Oliueti: tunc Iesus, &c.* supr.5.b.
Ad sublimitatem misericordiæ respiciens, Eleos, misericordia interpretatur. † Oliuarũ

☞ *Olei*

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XXI.

ET cum ap.&c.*Postquam descripta est ædificatio ecclesiæ gentilium in fide & moribus, hic describitur reprobatio synagogæ Iudæorum. Et hoc triplici ratione: quia primò fuerunt contemptores diuinæ maiestatis. Secundò,quia fuerunt contradictores diuinæ veritatis,ca.se.Tertiò,quia fuerunt quantum in se fuit,depravatores seu damnatores diuinæ bonitatis 23.ca.Prima diuiditur in tres, quia primò ostenditur propositum signo celebri.* Diuisio *Secundò,facto patenti,ibi.*Et intrauit Iesus.*Tertiò, verbo rationabili, ibi:* Quid autem vobis videtur. *Prima in duas quia primò ponitur veritatis adimpletio,secundo,Iudæorum contradictio,ibi:* Cùm intrasset.*Iterum prima in duas:quia prima ostenditur propositum per duplex celebre signum Christi.Secundum ponitur, ibi:* Plurima autem turba *Circa primum aduertendum,quod signum aduentus Christi in Ierusalem ad redemptionem populi fuerat prædictum, & celebri fama diuulgatum,Zach.9.videlicet quod Christus venturus erat in Ierusalem in paupertate & humilitate sedens super asinam & pullum eius. Et ideo legisperiti hoc videntes in ipso adimpletum,ostenduntur contemptores suæ maiestatis.quia non receperunt eum sed magis tanquam deceptorem persecuti sunt .Et hoc est quod dicitur hic.*

1 Et cùm appro.&c.*Scilicet,Iesus & discipuli eius.*

2 Et venis.Beth. *Mons oliueti est prope Ierusalem distans ab ea*

✱ *per*

MORALITER.

† 1 *Et cum ap.Ier.&c.*Per asinam quæ erat oneribus assueta, significatur gnificatur Iudæa,quæ legis oneribus erat subiecta. De quo dicit Petrus Act.15.b.*Quid tentatis imponere iugum super ceruicem*

† *discipulorum*

Olei natura lucis miniſtra eſt, & laborum & dolorum ſolamen,& excellit cæteris liquoribus.

a *Miſit.* Quia lucernam quam accepit, non vult ſub modio abſcondi.

b *Duos di.* Duo propter ſcientiam veritatis & mundiciam operis, & ſacramentum geminę dilectionis prædicaturi. Quidam dicunt hos duos Petrum & Philippum,qui primum gentiles ad Chriſtũ adduxerunt, Philippus Samariam quam aſinam interpretantur, Petrus Cornelium quaſi Samariæ pullum.

c *Et pullum.* Pullus eſt populus gentium cui nullus doctorum frænum correctionis impoſuit, liber &laſciuus,qui & ipſe vinculis peccatorũ irretitus erat. *Omnes enim peccauerunt & egent gratia Dei.* Alij de ſolo pullo: Matthæus qui Hebræis ſcribit,& de aſina dicit docẽs nõ deſperari ſalutẽ Hebræis ſi pœniteãt. Marcus dicit pullũ ante ianuã in biuio inuentum:Ianua Chriſtus, extra quam populus gentiũ ſtabat: ligabtus nõ in vna via fidei,ſed in diuerſis erroribus

d *Soluite.* ✠ ORIGENES. Vnde aſcendens ei cœlum iuſſit diſcipulis vt ſoluerent peccatores,Dans eis ſpiritum ſanctum. Abſoluti autem & proficientes digni habentur remitti in locum vnde aſſumpti fuerant,nõ iam ad opera priora,ſed vt prædicarent filium Dei,hoc eſt quod dicit.Et confeſtim dimittet.

✠ CHRYSOSTOMVS. Neque paruum exiſtimes quod factum eſt.Quis enim ſuaſit dominis iumentorum, non velle contradicere,volentes ſilere & concedere?Et in hoc diſcipulos erudit, quoniam poterat & Iudæos prohibere, ſed noluit. Sed & docet,vt quodcunque petitum fuerit, darent: Si enim qui ignorabant Chriſtum,ita conceſſerunt,multò magis diſcipulos conuenit omnibus dare.

e *Dicite filiæ Sion.* Filia Siõ,eſt Ieruſalem ſita in monte Sion.

MYSTICE. Eccleſia pertinens ad ſupernam Ieruſalem quæ eſt mater omnium noſtrum,cuius non minima pars tunc erat in populo Iſrael.

f *Rex.* Ne dicatis:Non habemus regem,niſi Ceſarem.

g *Tibi.* Si credis contra te.ſi non credis

h *Super aſinam pul.* Nõ ad literam ſuper vtrumque ſedit. Sed in præcordiis vtriuſque populi.

a ¶ Duos prædicatorum ordines alter in Gentes,alter in circunciſionem ¶ Quia lucernam quam accendit non vult ſub modio poni. ¶ Penetrare Barbara & indocta mundi latera, quaſi contrapoſiti caſtelli mœnia.

a Ieſus miſit duos diſcipulos,dicẽs eis:Ite in † caſtellum quod 1

a ¶ Iudæos legis iugo domitos,ſed tamen peccatis irretitos.

b contra vos eſt,& ſtatim inuenietis aſinam alligatam & pul- 2

a ¶ A peccatis. ¶ Quæcunque ſolueritis ſoluta erunt

d lum cum ea:ſoluite, & adducite mihi, Et ſi quis vobis ali-

a ¶ Obedientiam eorum denegare voluerit. b ¶ Non deſiſtatis prædicando. c ¶ Simpliciter omnium rerum,cui ſeruire debet omnis creatura.

Act.8.b. Ibidẽ.10.a. quid dixerit,dicite, quia dominus his opus habet: & confeſtim † dimittet eos.Hoc autem * factum eſt, vt adimple- 3

a ¶ Veri domini ſeruitio mancipandos. a ¶ Zachariam. ¶ Prædicatores.

† mittit e retur quod dictum eſt per prophetam dicentem: † Dicite

a ¶ In ſpiritu videte,non oculis. b ¶ Vt ametur,non vt per potentiam timeatur. c ¶ Ecce manſuetudo.

f filiæ Sion: † Ecce rex tuus venit tibi manſuetus, ſedens ſuper 4

g h 5

a ¶ Non in curru,vel in equo ſuperbiæ vel belli:ſed in aſina pacis quia in humilibus & quietis requieſcit. b ¶ Quia exemplo Iudæorum Gentilis populus credidit. c ¶ Chriſti virtus qui cor illius domini ad dandum animal parauit.

Roma.3.c. aſinam,& pullum filium ſubiugalis. † Euntes autem diſci-

a ¶ Myniſterium apoſtolorum.

i puli fecerunt ſicut præcepit illis Ieſus. Et adduxerunt aſi-

a ¶ Nota fidem & mores.

k nam & pullum, & impoſuerunt ſuper eos veſtimenta ſua:

a ¶ Non ad literam ſuper vtrumque ſedit ſed in præcordiis vtriuſque populi. b ¶ Id eſt,Iudæi.

Mar.11.a. † ſuper illa & eum † deſuper ſedere fecerunt. Plurima autem turba 6

Potuit dominus, ſuper vtrumque aſcẽdere, deſcendens de vno,& aſcẽdes ſuper alium. † pagũ,qui

✠ CHRYSOSTOMVS. Non ſedet in curru aureo, pretioſa purpura fulgens, nec aſcendit ſuper feruidum equũ, diſcordiæ amatorem & litis, ſed ſuper aſinã trãquilli tatis & pacis amicã. Hom.37.operis imp. * totum † Zach.9.c. Iſa.62.d.

✠ IDEM. Non propter myſterium ſolum ſuper aſinam ſedit, ſed & menſuram nobis ſapientia tribuere demonſtrat ſcilicet quod non ſuper equos ferre neceſſe eſt, ſed ſufficit aſino vti,& eo quo neceſſitatis eſt,eſſe contentũ. Interroga autẽ Iudæos, quis rex ſuper aſinam delatus intrauit Ieroſolymã Hom.67.in Matth. † filiæ dauus caſus † Mar.11.a Luc.19.c.

non vtique alium habent dicere,niſi iſtum ſolum.

i *Et ad.* Sic & apoſtoli mundũ virtute Chriſti à poteſtate diaboli ſoluerunt,& impoſuerunt veſtimenta ſuper eum. Sed cætera turba,id eſt,Iudæi veſtimenta, id eſt, legis mandata ſternunt,qui à chriſtianis erãt conculcãda,in via,id eſt,in Chriſto.

k *Super eos.* Veſtes apoſtolorũ ſunt præcepta diuina,& gratia ſpiritualis, quibus turpitudo carnis noſtræ tegitur. His prius nudi populi,ſed modo per apoſtolos ornati Chriſtum habent ſeſſorem. Minor turba non ponit veſtes ſuper aſinam,ſed in via nec vbi offendat:quia ſancti martyres carnem exuentes ſimplicioribus viam per exemplum ſuo ſanguine parant.

MORAL. Item Ieſus aſellum inſidiens Ieruſalem tendit: non ſolùm quando cuiuſque fidelis animam regens ad pacis intimæ viſionem ducit,ſed etiam cum ſanctæ eccleſiæ vniuerſaliter præſidet,& eam in ſupernæ pacis deſiderium accendit. Multi ſternũt veſtimẽta ſua in via,quia,corpora ſua domãt,vt ei iter ad mentẽ parent, vel exempla bona ſequentibus præbeant.

☞ *Ramos*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *per vnum miliare:quia dicitur Act.1.quod diſtat tantum ab ea per iter ſabbati quod continet mille paſſus,qui faciunt vnum miliare,* Bethphagie *Beth phage eſt quædam villa parua in deſcenſu montis Olineti verſus Ieruſalem,& erat villa ſacerdotum:quia licet ſacerdotes non haberent hæreditates ad excolendum, habebant tamen domos ad animalia nutriendum,& ad manendum tempore quo non vacabant cultui diuino in Ieruſalem ex illo loco.*

1 Miſit duos.*Id eſt,in Ieruſalem quæ erat clauſa triplici muro cum propugnaculis & fortaliciis ad modum caſtri,vt habetur,3.Reg.& ideo dicitur caſtellum.*

2 Et ſtatim,&c.*Iſta aſina erat communis pauperibus non habentibus animalia,& qui operabatur in ea dabat ſibi pabulum: & facto opere reducebat ad locum determinatum,vt alius indigens poſſet accipere eam,& pullus eius nutriebatur cum ea pro conſimili opere.*

3 Hoc autem &c.*Zach.9.c.* Dicite fi.Sion, &c.*Hoc eſt, ciuitati Ieruſalem,quæ dicebatur filia Sion quia in monte Sion erat fortalitiũ ciuitatis illius & protegebatur ciuitas ab illa parte, ſicut filia à matre.*

Conſiderandum etiam,quod hic accipitur continens pro contento, ſcilicet,ciuitas pro habitantibus in ciuitate.

4 Ecce rex,&c.*Id eſt,Chriſtus quia hæc autoritas à doctoribus Hebræis exponitur ad literam de Chriſto.*

5 Sedens ſuper aſinam. *Non quia ſederit ſuper vtrumque ſimul, ſed ſucceſſiuè quia primò ſedit ſuper pullum,quia tamen non erat domitus: quia adhuc non fuerat applicatus humanis vſibus, vt habetur Mar.11.& Luc.19.ideo poſtea ſedit ſuper aſinam.Hoc autem factum eſt in figura,quia per pullum ſignificabatur populus gentilis, qui non fuerat ſubiectus iugo legis,per aſinam verò populus Iudaicus qui laboraue rat ſub lege.Ad hoc autem veniebat Chriſtus, vt vtrumque populum ſubiugaret ſibi per fidem catholicam.* Quid per pullum ſignificatur.

6 Plurima autem tur.*Hic ponitur ſecundum ſignum quod per Zachariam fuerat dictum,quod Chriſto adueniente ſuper aſinam & pullum ciuitas Ieroſolyma exultaretur:& letaretur & hoc factũ fuit tunc vt dicitur hic & hoc patet in tribus.Primò quia dicitur hic:* Plurima autẽ tur.ſta.veſti.ſua in via.*Et hoc fuit in ſignũ exultationis & honoris, & ne aſina & pullus offenderent ad lapides.Secũdò in eo quod dicitur.*

✠ Alij

MORALITER,

diſcipulorum,quod neque nos neque patres noſtri portare potuimus?

✠ Per pullum verò de quo dicitur Marci.11.a.*in quo nemo ſedit,* ſignificatur populus gentilis qui non erat ſubiectus oneribus legis. Chriſtus autem ſuper vtrumque ſedit,quia ex ambobus vnam eccleſiam ſibi ſubiectam fecit.

† *Et impo.ſuper eos veſ.ſua.&c.* Scilicet Apoſtoli, per quorum veſtimenta veſtimenta ſignificatur eorum doctrina, qua recepta à Iudæis & gentibus ſedit in eis Chriſtus.

6 *Plu.* Greg.Hom.24.Quid sũt terrena omnia niſi quędã corporis indumẽta. Veſtimẽta igitur in via ſternere,eſt in via vitæ præsẽtis bona terrena pauperibus erogare. Ramos de arboribus cædere,eſt sãctorũ exẽpla accipere. Oſanna clamare eſt ſalutẽ ſupernã à dño poſtulare, nã Oſanna interpretatur obſecro ſalua.

✠ *Et cum*

a *Ramos de &c.* Ramos vel frondes cædunt, quia verba & sententias de libris patrum excerperunt vel exempla.

b *Osanna.* IERON. Osi, id est, salua saluifica. Anna interiectio deprecantis, quasi salua obsecro. Osanna totum Hebraicum est, & significat quod aduentus Christi salus mundi sit: vnde sequitur. *Benedictus. Osanna.* id est, salua.

c *In ex.* Quia aduentus Christi non tantum hominum sed totius mundi salus est, terrena coniungens cœlestibus *vt in nomine Iesu omne genu flec. cœle. ter. & infer. In excel.* Quia & angelorum salus quorum numerum implet.

✠ ORIGENES. Humanam quidem Christi dispensationem laudant in eo quod dicebãt Osanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine Domini. Restitutionem autem eius in sancta in eo quod dicebant, Osanna in excelsis.

d *Cum intrasset.* Frequenter ingressus est ciuitatem Ierusalem sed non cum his laudibus: non rex vocatur: quod semper fugerat, nisi modo cum ascendit passurus. Quod ideo factum est, vt amplius illorum aduersum se excitaret inuidiam, quia iam tempus passionis instabat.

e *Intrauit Iesus, &c.* Ingressus vrbem primò templum adiit, dans formam religionis, vt quoquo imus primò domum orationis (si ibi est) adeamus: & per orationes Deo commendati sic ad agenda negotia secedemus. Appropinquante passionis tempore appropinquauit Iesus loco vbi posset inueniri, ostendens se non inuitum pati. Hic introitus in Ierusalem factus est ante dies Paschæ, in quo passio complenda erat: Dicit enim Ioannes quod ante sex dies Paschę venit Bethaniam, vbi cæna facta à sorore Lazari oleo perunctus est, & in crastino asino insidens, obuiante turba cum palmis venit Ierusalem. Ecce quantum conuenit veteri vmbræ. Ibi dicitur decimo die mensis primi tollat vnusquisque agnum id est domi introducat, & seruet vsque ad. 14. diem, qua immolabitur ad vesperam: Et dominus die 10 eius mẽsis id est, ante quinque dies Paschæ, ciuitatẽ in qua passurus erat intrauit, certam præstolãs horam immolationis: & 14. die ad vesperam comprehẽsus & ligatus sacramenta victimationis inchoauit.

f *Et eii.* AVG. Eiecerat & ante alia vice, ꝙ Ioãnes solus dicit: sed de hac vltima eiectione dicũt & alij.

✠ CHRYSOSTOMVS. In quo maior est accusatio Iudæorum quoniam cum bis hoc idem fecissent, morabantur tamen in sua dementia.

✠ ORIGENES. Mysticè templum Dei ecclesia est, in qua multi sunt non sicut decet, viuentes, qui domum orationis de lapidibus viuis constructã faciũt spelũcam esse latronũ actibus suis. Sunt autẽ eorũ tres species. Qui enim in populo ad nihil aliud vocant, nisi circa emptiones, & vẽdationes rariùs autẽ in orationibus permanent, ipsi sunt vendentes & ementes in tẽplo Dei. Diaconi qui non bene tractãt Ecclesiarũ pecunias, & diuites fiunt de rebus pauperum, ipsi sunt numularij pecuniarum mensas habentes, quare Christus subuertit. Episcopi autem qui tradunt ecclesias quibus non oportet, ipsi sunt qui vendunt columbas, id est, gratiam Spiritus sancti, quorum cathedras Christus euertit.

☞ *Mensas*

a ¶ Id est, simplicibus in exemplum viuendi proponunt. ¶ Vt illæso pede pullus incederet. ¶ Id est, legis mandata sternunt. b ¶ Fidem & mores.

a strauerunt vestimenta sua in via. † Alij autem cedebant † ra- 1

a ¶ Primitiui patres, & eorum sequaces, cum magno affectu fatebantur, quia salus ascribenda est homini à verbo Dei assumpta.

mos de arboribus, & sternebant in via. † Turbæ autem quæ præcedebant, & quæ sequebantur: clamabant, dicen- 2

a ¶ Vel secundum Hieron. osi interiectio, anna salua, id est, ô domine salua. ¶ Salus.
b ¶ Et tu à peccato immunis qui prius in forma serui tandem appariturus es in gloria domini.
c ¶ Vnde & ipse Veni in nomine patris mei.

b tes: † Osanna filio Dauid, benedictus qui venit in nó- 3

a ¶ Qui prius redimes ab inferis. ¶ Alias in altissimis. b ¶ Cum tanta turba.

c mine domini, osanna in excelsis. Et cùm intrasset Iero- 4

d a ¶ Mirans frequentiam, nesciens veritatem.

solymam, cõmota est vniuersa ciuitas, dicens: Quis est 5 6

a ¶ A minoribus incipit confessio vt ad maiores perueniat. ¶ Sicut & Moyses eum prophetam dixit. 7

hic? † Pópuli autem dicebant: Hic est Iesus propheta à Na- 8

¶ Ardore spiritus concitatus. 9

e f zareth Galilææ. Et intrauit Iesus in tẽplum Dei, & † eiiciebat †

Iudæorum quoniam cum bis hoc idem fecissent, morabantur tamen in sua dementia.

✠ ORIGENES. Mysticè templum Dei ecclesia est, in qua multi sunt non sicut decet, viuentes, qui domum orationis de lapidibus viuis constructã faciũt spelũcam esse latronũ actibus suis. Sunt autẽ eorũ tres species. Qui enim in populo ad nihil aliud vocant, nisi circa emptiones, & vẽdationes rariùs autẽ in orationibus permanent, ipsi sunt vendentes & ementes in tẽplo Dei. Diaconi qui non bene tractãt Ecclesiarũ pecunias, & diuites fiunt de rebus pauperum, ipsi sunt numularij pecuniarum mensas habentes, quare Christus subuertit. Episcopi autem qui tradunt ecclesias quibus non oportet, ipsi sunt qui vendunt columbas, id est, gratiam Spiritus sancti, quorum cathedras Christus euertit.

☞ *Mensas*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Alij autem cæ.ra. de. ar. &c. *Viriditas ramorum erat signum lætitiæ & exultationis. Tertiò in eo quod dicitur.*

2 Clamabant dicentes. osan. filio. Dauid. *Osanna est verbum Hebraicum compositum ex osi, quod est salua, & anna quod est aduerbium optandi, & valet vtinam, & dicitur osanna remota vltima litera primæ dictionis vnde est ibi compositio ex corrupto & integro: & ideo osanna tantum valet quantum vtinam, vel obsecro salua. Et de qua salute intelligatur, subditur.*

3 Osanna in excelsis. *Quia Christus veniebat ad dandum salutem cœlestem & æternam.*

4 Et cum intranſ. *Hic ponitur Iudæorum indignatio, quia principes sacerdotum & maiores indignabantur de reuerentia Christo exhibita & ideo dicitur.*

5 Commota est vni. ciuitas. *Quia factum maiorum dicitur esse factum totius ciuitatis, dicens.*

6 Quis est hic. *Quasi dicat, iste non est talis ac tantus, quod talia deberent sibi exhiberi.*

7 Populi autem. *Id est, simplices & vulgares, quasi rationem de contrario reddentes.*

8 Dicebant: Hic est Iesus &c. *Et vocant eum prophetam, non quemcunque, sed illum qui dictus fuerat per Moysen prophetam. Deu. 18. & replicatur Act. 7. e.* Prophetam suscitabit vo. Deus de fra.ve stris &c. *Et ideo meritò debet honorari.*

9 Et intrauit. *Hic secundò ostenditur, quod Iudæi fuerunt contemptores diuinæ maiestatis in facto patenti. Et diuiditur in duas: quia primò ostenditur Christi diuinitas ex duplici facto: secundò subiungitur Iudæorum impugnatio, ibi:* Videntes autem principes. *Prima in duas secundum duplex factum à Christo ostensum. Secundum ponitur, ibi:* Et accesserunt ad eum. *Ad euidentiam primi considerandum, quod principes sacerdotũ, qui erant auari per astutias suas diuersas, conabantur excoriare populum: igitur quia de longinquis partibus aliqui veniebant in Ierusalem causa deuotionis: quia non erat eis licitum alibi sacrificium offerre, & non poterant ex tam longinquo animalia adducere: & ideo sacerdotes statuerant in templo aliquos de sua familia, qui vendebant in atriis templi illa quæ poterant in templo offerri, ne venientes à longe haberent excusationem cessandi ab oblationibus. Similiter quia aliqui veniebant ad templum, qui non habebant pecuniam, vnde possent animalia offerenda emere: ideo sacerdotes statuerant ibi numularios, qui sub certa cautione pecuniam traderent: & sic nullus excusaretur quin posset sacrificium offerre. Licet enim pro illa accommodatione pecuniæ non reciperent pecuniam vltra sortem recipiebant tamen aliqua munera vel xenia: & sic patet quod peccabant ex facto quod erat illicitum, scilicet aliquid recipere vltra sortem quantumcunque modicum. Et ex loco, quia talia exercebant in locis orationi deputatis: & ideo Christus talia tanquã illicita de templo eiiecit & in hoc se dominũ tẽpli ostendit, & hoc est quod dicitur hic:* Et intrauit Iesus. *Tẽplum autẽ aliquando accipitur propriè pro domo templi, quod diuidebatur in duas partes. Vna pars vocabatur sanctũ vbi erat altare thymiamatis, mensa, & candelabrum. Alia pars erat sanctum sanctorum, vbi erat arca testamenti, & duo Cherubim. Illã partem quæ dicebatur sanctum, intrabant quotidie sacerdotes ad offerendum incensum, & nulli alij: intra sanctum sanctorum solus summus pontifex intrabat, & semel in anno. Aliquando autem accipitur templum largè quædam platea quadrata ante templum clausa muro, & dicebatur atrium sacerdotum quia sub diuo erat altare holocaustorum, & illud intrabant non solum sacerdotes, sed etiam Leuitæ eos adiuuantes in excoriatione hostiarum & ablutione, & consimilibus, vulgares autem homines illuc non intrabant, sed ad ostium illius atrij animalia viua offerebant sacerdotibus. Ista autem duo loca non intrauit Christus, quia non erat sacerdos*

✠ *nec*

MORALITER.

† 4 *Et cum intrasset Iero. &c.* Per hoc significatum fuit quod intrante Iesu Ierusalem cœlestem, angeli dicturi erant: Quis est iste rex gloriæ.

9 *Et intrauit Iesus in templum Dei.* CHRYSOSTOMVS. Hoc erat proprium boni filij intrare domum patris. Et tu imitator Christi factus, cum aliquam ciuitatem fueris ingressus, primum ad ecclesiam curras.

† *Et eiiciebat omnes vendentes, &c.* Nam mercatores eiici debent de ecclesia.

✠ *Et mensas*

a *Mensas numula.* Quia de omnibus partibus ad templum ve- A
niebant, vendebant sacerdotes non habentibus omnia animalia, etiam columbas quas pauperes offerrent, vt vendita postea reciperent oblationes. Sed quia aliqui nihil habebant vnde emerent, posuerunt numularios, qui mutuo darent: & quia lex vetat vsuram, pro ea varias species, id est, poma, vuas & huiusce modi accipiebant hos eiicit. Sic & mysticè quotidie de ecclesia eiicit. Et habet vnius criminis reos vendentes & emētes ecclesiastica officia.

† Esa.56. Hiere.7.b. Mar.11.c. Luc.19.g.

b *Et cathedras venden.* Quæ magistrorum sunt id est, sacerdotium eorum de- B
struit qui de impositione manus, per quā spiritus sanctus datur, precium accipiūt. Hinc est, quod hæresis Simonis dānatur. Ad literam autem absurdum est dicere institores colūbarum in cathedris sedere.

Latro

c *Latronum.* Latro est qui lucra sectatur, qui & non dantes corporaliter persequitur, & dantes necat spiritualiter, & dum læsionem proximi cogitat, quasi latro sedet in spelunca.

d *Et accesserunt,* MYSTICE. Simplices peccatores ad se per pœnitentiam accedentes, prius cæcos in cognitione & claudos in operatione illuminando, & in viam rectitudinis dirigendo quotidie sanat. D

e *Mirabilia quæ.* Vt flagello vnius & vilis tot eiici, mensas subuerti, quo nihil mirabilius egit. Igneum & sidereum aliquid radiat ex eius oculis lucet in facie maiestas deitatis.

a ¶ Altaria Dei sic vocat propter auariciam sacerdotum.

a omnes vendentes & ementes in templo, & mēnsas numula- †
a ¶ Graciam sancti spiritus vt ordines &c.
b riorum, & cathedras vendentium colūmbas euertit, & dicit 1
¶ Vnde Aug. Nemo in oratorio aliquid agat, nisi ad quod factum est vnde & nomen habet.
eis: Scriptum est: † domus mea domus orationis vocabitur, 2
c vos autem fecistis illam spelunc am latronum. Et accesserunt †
d 3
a ¶ Calumniatoribus virtutis potentiam ostendit, vt in his facta corporaliter, melius fiant in illis spiritualiter. b ¶ Testes vocis puerorum.
a ad eum b cæci & claudi in templo, & sanauit eos. Videntes au- 4
e tem principes sacerdotum & scribæ mirabilia quæ fecit, & 5 6
pueros in templo clamantes & dicentes: Osanna filio Dauid:
a ¶ Non ausi manum mittere, opera calumniabantur & testimonium populi. b ¶ Quasi ascribis tibi hæc esse scripta de te.
indignati b sunt & dixerunt ei: Audis quid isti dicunt? Iesus au 7 8
a ¶ Perfidis contemptoribus.
f tem dixit eis: Vtique: Nunquam legistis: † quia ex ore in- 9 10
g
a ¶ Perfectio laudis est fieri ab indoctis, in quibus sola veritas operatur, non ingenium hominis b ¶ Incredulis & contradicentibus.
fantium & lactentium perfecisti laudem? † Et relictis 11

f *Dixit eis.* Non patet calumniæ, nō ait, bene faciunt vel malè, vel ætati parcite, sed temperat, & se tacente verba puerorum testimonio scripturæ confirmat.

✠ CHRYSOSTOMVS. Quasi dicat, Esto, mea culpa est quia isti clamant nunquid mea culpa est, quia tot milia amorum hoc futurum propheta prædixit. Infantes autem & lactentes, nec intelligere aliquem nec laudare possunt. Hom.83. operis imperf. E Psal.8.a. † Mar.11.b

g *Infantium & lac.* Testes miraculorum Christi infantes dicūtur, non ætate sed simplicitate. Lactentes quasi lacte id est, miraculorum suauitate delectati, quæ dicuntur lac panis verò doctrina perfecta.

☞ *Abiit*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *nec Leuita: sed præter ista duo loca, erant adhuc duo alia loca, vbi homines sub diuo erant in oratione: & in vno orabant viri, & in alio mulieres: & ista atria nomine templi vocabantur, secundum quod scribi-* C
tur Actu.3.a. Petrus & Ioannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam: *& de hoc dicitur hic.* Et intrauit Iesus &c.

Saluatoris maiestas fulgore terruit Iudęos

Sed quæritur hic quomodo non resliterunt ei? Dicendum, quod ex oculis eius & facie exibat fulgor terrens eos, ita quod non audebant resistere: Sicut in voce sua terruit eos, qui veniebant ad capiendum eum qui cum audiuerūt ipsum dicentem: Ego sum abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram, vt habetur Ioan.18.a. In voluntate etenim Christi erat ostendere infirmitatem assumptam, & suæ diuinitatis virtutem sequitur,

1 Et dixit eis Scriptum est. *Isa.56.*

2 Domus mea domus orationis vocabitur: vos autem fecistis, &c. *Quia non curabant de cultu Dei, sed magis de excoriatione populi per astutias suas exquisitas, vt visum est, Spelunca autem latronum dicitur esse locus, vbi spolia quæ rapiunt congregantur: & hoc fecerunt sacerdotes de templo, vt visum est.*

3 Et accesserunt. *Hic ponitur secundum factum ostensiuum suæ diuinitatis in curatione infirmitatum incurabilium, quod non potest fieri nisi virtute diuina, & hoc est quod dicitur:* Et accesserunt ad eum cæci & claudi in templo. *A priuatione enim in habitū non fit regressus per naturam.*

4 Et sanauit eos, &c. *Virtute propria, quod non poterat facere virtus creata.*

5 Videntes

5 Videntes autem prin. *Hic consequenter ponitur contra Christum Iudæorum indignatio & diuiditur in duas partes, quia primò ex indignatione impugnant eius famam, & secundò eius doctrinam, ibi:* Et Diuisio
cum venisset in templum. *Prima in duas: quia primo ponitur Iudæorum impugnatio, secundo ponitur Christi responsio, ibi:* Iesus autem F
dicit eis. *Circa primum sciendum, quod sicut frequenter dictum est, principes sacerdotum conceperant rancorem, & odium contra Christum, propter hoc quod manifestè reprehendebat auariciam & alia eorum vicia. Et videntes miracula quæ fecit, infirmos sanando.*

6 Et pueros, &c. *Ipsum scilicet esse Christum verum.*

7 Indignati sunt. *Verum tamen, quia non audebant miracula manifestè impugnare, ideo arguunt eum de applausu populi, quem sustinebat circa se.*

8 Et dixerunt ei: au. quid. *Quasi dicat, si tu esses iustus & bonus, tu non sustineres talem applausum populi.*

9 Iesus autem dixit eis. *Hic ponitur Christi responsio: vbi Christus ostendit eos iustè reprobandos à Deo: & primò facto secundò euidenti signo ibi:* Mane autem reuertens. *In prima ergo parte dicitur sic:* Iesus autem dixit. *Quasi diceret: bene scio, quid isti dicunt me Christum cōfitendo: & quod hoc debeam sustinere patet quia hoc est ex diuina præordinatione, secundum quod scribitur in Psal. propter quod subdit.*

10 Nunquam legistis: quia ex ore infan. *quasi dicat, vos qui estis legisperiti, deberetis scire hanc scripturam, & per consequens me non reprehendere.*

11 Et relictis illis ab. *Tanquam excæcatis per inuidiam.*

✠ Abiit

MORALITER.

✠ † *Et mensas numulariorum, &c.* CHRYSO. Significans, quod in templo Dei non debent esse numi, nisi spirituales habentes imaginem Dei.

† *Et cathedras vendentium columbas euertit.* Id est, dignitates ecclesiæ obtentas simoniacè.

2 *Domus mea domus orationis voca.* Sed nunc domus dissolutionis potest vocari, & domus cupiditatis, ideo subditur.

† *Vos autem fecistis illam speluncam latro.* Magni latrones in speluncis suis existentes, quando sciunt aliquos parum habentes transire, non exeunt de speluncis, sed mittunt famulos suos ad illos spoliandum: sed quando sciunt homines transire multum pecuniosos currunt illuc de primis. Sic multi canonici, quando sciunt magnum lucrum temporale currere ad ecclesiam, sed quando modicum est lucrum remanent in domibus suis & recreationibus, & ad ecclesiam clericos suos mittunt.

3 *Et accesserunt ad eum cæci & claudi in templo.* MORALITER. cæci sunt ignorantes, claudi verò rectitudinem iusticiæ dimittentes. Et isti curantur, aliquando per pauperes prædicatores, Christi sectatores, per eorum bona consilia & hortamenta, de quo tamen indignantur aliquando mali sacerdores. Contra quos subditur.

10 *Nunquam le. &c.* Quasi dicat si sacræ scripturæ noticiā haberetis, non indignaremini, sed gauderetis: & ita fit communiter, quod bene literati non indignantur sed gaudent, quia per hoc impositio sibi onere subleuantur.

11 *Et relictis illis abiit foras extra ciuitatem in Bethaniam, &c.* CHRYSOSTOMVS, Vt ibi maneret corporaliter, vbi habitabant spiritualiter.

✠ *Et videns.*

a ¶ In domum obedientiæ vocationem gentium præfigurans. b ¶ Vique ad consummationem seculi

1 illis abiit foras extra ciuitatem in Bethâniam, ibíque † mân-
¶ More studiosi operatoris qui mane surgit. a ¶ Pro veritate carnis vel salutem credentium.
2 sit. Mane autem reuertens in ciuitatem esuriit, & videns fici
a ¶ Synagogam. b ¶ Non in via spiritus, sed literæ. c ¶ Immobilem sine pedibus euangelij.
3 arbórem vnam † secùs viam venit ád eam, & nihil inuenit in
4 a ¶ Id est, eloquia legis & prophetarum. ¶ Tali.
5 ea nisi foliâ tantùm, & ait illi: † Nunquam ex te fructus nasca-
6 a ¶ Damnanda. b ¶ Folia & truncus aruit, ola radix viuit, quæ in fine mundi pullulabit.
7 tur in sempiternum. Et aréfacta est continuò ficulnea. Et vi-
a ¶ Quando maledicta est.
8 dentes discipuli mirati sunt, dicentes: Quómodo continuò
aruit*? Respondens autem Iesus ait eis: † Amen dico vobis,
a ¶ Quæ non frangatur aduersis. b ¶ Vos accepturos quod petitis.
9 si habueritis fidém, & non hæsitaueritis, non solum † de fi-
a ¶ Et ad literam quando ratio exigit, iam in multis factum est, vel superbo diabolo. b ¶ De prædestinatis.
10 culnea facietis, sed & si mónti huic dixeritis † tólle &
a ¶ In turbulentos infideles. ¶ Quæ ad salutem pertinent.
iacta te in máre: fiet. † Et omnia quæcumque petieritis
¶ Non hæsitantes.
11 in oratione credentes, accipietis. Et cum venísset
12 a ¶ Q. Si diceret se Christum arrogantem & supe bum & sacrilegum inuaderent.
13 in templum, accessérunt ad eum docentem, príncipes
14 sacerdotum & seniores populi, dicentes: † In qua

a *Abiit foras.* Quia pauper, nullíque adulatus, nullum in tanta vrbe inuenit hospitem: sed apud Lazarum receptus est.

✠ CHRYSOSTOMVS. Malum hominem melius locum dando potest aliquis vincere, quam respondendo: quia malitia non instruitur sermonibus, sed excitatur. Et ideo dominus recedendo compescere studuit, quos respondendo non concupescuit.

b *Fici arborem.* Sicut multa dixit in parabolis, ita & fecit. Cur enim in sicu fructum quæreret, cuius tempus nondum esse quilibet sciret, & ob id æternæ steritatis damnaret, nisi quia plebem quam docebat verbo terruit hic facto? nequis habens folia id est verba iusticiæ sine fructu operum mereatur excidi.

✠ CHRYSOSTOMVS. Non propter hoc veniebat quia esuriebat, sed propter discipulos. Quia enim vbique benefaciebat, nullum autem puniebat oportebat & punitricis eius virtutis demonstrationẽ tribuere. Noluit autem in hominibus hoc ostendere sed in planta.

c *Folia.* Traditiones Pharisæorum sine fructu veritatis, vnde: alius Euangelista: nondum erat tempus saluationis Israel, eò quòd populus Gentium nondum sub intrasset, vel quia præteri ~ empus fidei, cum spretus ad gentes transiit.

d *Nunquam ex te fru.* Non facit iniuriam creator possidenti, si creatura sua ad arbitrium suum vtitur, & ad vtilitatem aliorum.

c *Et videntes.* Passurus dominus & scandalum crucis portaturus, discipulorum animos debuit signi anticipatione signare, vnde & mirabantur, quod ficus aruit potuit eadem virtute inimicos siccare nisi per patientiam eorum expectasset salutem.

✠ CHRYSOSTOMVS. Ideò autem non in alia planta, sed in omnium humidissima miraculũ fecit, vt & hinc maius miraculum appareat. Cur autem in plantis vel in brutis fit aliquid tale, non quæras, qualiter iustè siccata est ficus si tempus non erat. Hoc enim quærere, est vltimæ dementiæ, quia scilicet in talibus non inuenitur culpa & pœna, sed miraculum inspice & admirare.

f *Fidem.* Perfectam fidẽ habet quia per dilectionẽ operatur hic potest mótes trãsferre. Alij de peccato veniam obtinent si ipsi aliis dimittunt

MYSTICE. Per prædicationem apostolorum dominus qui est mons à Iudæis est ablatus, & in mare Gentium missus.

Exclusionem suam de electis, amplius sæuiendo vindicat in reprobis.

g *Accip.* Et si differatur ad tempus oportunum, & si non his quibus petitur tamen qui dignè petunt.

☞ *In qua*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Abiit foras extra ciui. *Et in hoc quod dimisit eos corporaliter ostendit facto eos esse dimittendos à Deo spiritualiter propter eorum excæcationem.*

2 Mane autem re. *Hic consequenter ostendit eos iustè reprobandos à Deo euidenti signo, in hoc videlicet, quod arborem fici habentem folia tantum, maledixit, & per hoc ostendit sacerdotes illos esse maledictos à Deo, in quibus non erant opera veritatis, sed tantum exterior apparentia sanctitatis: Sicut enim propheta non solùm verbis sed aliquando factis prophetabant, sicut Isaias iuit discalceatus, in signum quod populus sic duceretur captiuus, ita Christus maledixit ficui, non propter maliciam arboris vel defectum eius, quia non erat tempus ficorum, vt dicitur Mar. 11. sed ad significandum, quod sacerdotes qui erant sine fructu bonorum operum, essent, maledicti à Deo. Dicit ergo:* Mane autem. *Id est, in Ierusalem.*

3 Esuriit. *Ista autem esuries non fuit naturalis, quia in sero præcedenti comederat, nec erat adhuc hora comedendi: sed sicut maledictio arboris erat figuratiua sic ista esuries signabat desiderium Christi de salute populi.*

4 Et videns fi. *Per hoc autem quod arbor ista non erat in via sed extra significabatur quod sacerdotes erant extra viam iusticiæ.*

5 Venit ad. *Quia Christus in sacerdotibus non inuenit fructum pietatis, sed tantum apparentiam sanctitatis.*

6 Et ait il. *Quia sacerdotes ex maledictione Dei fuerunt reprobati, & honore fidei & deuotioni totaliter priuati.*

7 Et vi mi. *De subita arboris exiccatione.*

8 Responsens autem Iesus dixit e. *Ad miracula enim facienda requiritur fides, vel saltem signum fidei, quia etiam aliqui mali ad inuocationem Christi leguntur fecisse miracula, vt dictum est suprà. 6. ca.*

9 Non solum de:fi.&c.iac.te in. *Hoc est aliquid æquale vel maius, licet enim apostoli & discipuli Christi non legantur transtuliſſe montes de loco ad locum, tamen leguntur maiora fecisse, sicut est suscitare mortuos, & illuminare cæcos, & consimilia, quæ non possunt fieri nisi virtute diuina euersio autem montium & præcipitatio eorum in mari aliquando fit virtute naturæ sicut patet in terræ motu.*

10 Et omnia quæcumque. *Dum tamen oratio sit pro se ad salutem & perseuerans.*

11 Credentes acci. *Quia omnis talis oratio semper exauditur, licet aliquando exauditio differatur, vt dictum est supra 7. ca.*

12 Et cum venis. *Postquam sacerdotes impugnauerunt Christi famam & gloriam, hic impugnant eius doctrinam, & diuiditur in duas quia primò ponitur eorum impugnatio, secundò ponitur ipsius Christi cauta euasio, ibi:* Respondens Iesus dixit: *Dicit ergo:* Cum ve.in tẽ. *Id est, in atrium templi, vbi conueniebant homines ad orandum & verbum Dei audiendum vt supra dictum est.* Diuisio.

13 Accesserunt ad eum do. *Ex quo patet quod non venerunt ex ignorantia, sed ex malicia.*

14 Dicentes in qua potestate hæc facis. *Aliqui exponunt hoc de miraculis à Christo factis, quasi dicerent: tu non facis virtute diuina sed arte magica, vnde supra dicebant. 12. b.* In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmones, *sed hoc non videtur verum, quia illa die non legitur aliquod miraculum fecisse in templo ideo intelligitur melius de actu docendi, quem exercebat actualiter, & hoc signatur, cum dicitur:* Accesse.ad &c. *Et ideo fecerunt sibi duplicem quæstionem, ad terrendum eum & ad capiendum. Prima fuit: In qua potestate hæc facis id est, qua autoritate doces populum: quia autoritatem docendi in templo habebant sacerdotes & legisdoctores, ad hoc assignati à principibus sacerdotum, & non alij. Christus autem neutram autoritatem habebat. Secunda quæstio est.* Duplex quæstio

✠ Quis

MORALITER.

✠ 4 *Et videns.* Per arborem istã fructu vacuam, sed folia habentem significatur doctor vel prædicator vanus & curiosus, quærens auditorum applausum, & non fructum, propter quod Dei maledictionem incurrit, & per deuotionis defectũ exiccatur & igne gehennæ finaliter concremetur.

† *Amen di.vo.* Hoc fecerunt apostoli mysticè quãdo dæmones q mótes dici pñt, ratione superbiæ eiiciebãt suæ fidei virtute.

10 *Et omnia, &c.* Hoc enim fit semper quando oratio est, pro se perseuerans, & de pertinentibus ad salutem.

† Baptismus

Hom. 38. operis imperfecti.

† in via

• ficus

Hom. 68. in Matth.

† Io. 14 b. & 16. c.

Matt. 11. b.

† diuersatus est. Hom. 68. in Matth.

† Non vltrà

† Mar. 11. c. Luc. 17 b.

† id quod accidit ficui

† tollere & iactare

† Mar. 11. d Lucæ. 20. a.

☞ a *In qua poteſtate:* ✠ CHRYSOSTOMVS. Oſtendũt multas eſ A ſe perſonas quæ dant hominibus poteſtatem, ſiue corporalem, ſiue etiam ſpiritualem quaſi dicerent, de ſacerdotali familia genitus nõ es, Senatus tibi hoc non conceſſit, Cæſar non dona uit. Si autem credidiſſent quia omnis poteſtas ex Deo eſt, nunquam ita interrogaſſent. Omnis enim homo ſecundùm ſe exiſtimat alterũ. Fornicarius neminem æſtimat caſtum. Caſtus nõ facilè de fornicario ſuſpicatur. Sic qui nõ eſt Dei ſacerdos, nullus ſacerdotiũ putat ex Deo.

hom. 39. operis imperfecti.

Pſal. 57. a.

b *Interroga. &c.* Poterat apertè confutare eos: ſed ideò interrogat, vt ſuo vel ſilẽtio vel ſentẽtia damnentur, & in qua po B teſtate hoc facit cognoſcant per ſe, ſecũdum illud: Deus conteret dentes eorum in ore ipſorum.

† ſup. 14. a.

vbi ſupra.

✠ CHRYSOSTOMVS. Interrogantem oportet docere, tentantem autẽ rationabili percuſſione confundere, non autem ei virtutem myſterij publicare.

Ioan. 16. c.

c *Nec ego dico vobis.* Duabus de cauſis occultatur veritas, vel quia nõ ſunt capaces auditores, vnde: *Habeo* D *multa vobis dicere ſed non poteſtis portare modo.* Vel quia ſunt contemptores, vnde Nolite ſanctum dare ca.

ſupr. 7. a.

d *Homo quidam habebat duos filios, & accedens, &c.* Facta ſacerdotibus cauta reſponſione, ſtatim infert parabolam, quæ & illos impietatis arguat, & ad gentes regnum Dei trasferendum doceat.

Vt ſimpliciter, hæc parabola eſt nõ de Gentibus & de Iudæis, ſed de peccatoribus & iuſtis, vt poſtea dominus diſſerit: Amen dico vobis quia publica, & mere. præce. vos in regno Dei.

ſupr. eo. b.

† apud ſe.

E

✠ CHRYSOSTOMVS. Magna eſt fiducia iuſtitiæ, vbi aduerſario ipſa cauſa committitur. In parabolis ergo figurat perſonas eorum, vt non intelligant quomodo aduerſum ſe ſententiam dicerent.

Hom. 40. operis imperfecti.

ſupr. 7. d.

☞ e *Vade ho.* Ex quo homo conditus eſt legem habuit. Quod tibi non vis fieri, alij ne feceris.

☞ *Quis*

---

a ¶ Quaſi non Dei, ſed Beelzèbub, vt ſupra. b ¶ Filium Dei negant, quem non ſuis ſed alienis viribus operari putant.

a poteſtãte hæc facis & q[b]uis tibi dedit hanc poteſtatem? Re- 1
b ſpondens autem Ieſus dixit eis: Interrogabo vos & ego vnum ſermonem, quem ſi dixeritis mihi, & ego dicam vobis, 2

¶ Dicite mihi.

in qua poteſtate hæc facio. Baptiſmus Ioannis vnde erat: è 3

a ¶ Ex ſtatuto Dei. b ¶ An fictione hominum.

cœlo an ex hominibus? At illi cogitabant † inter ſe, dicentes: 4
Si dixerimus è cœlo: dicet nobis: Quare ergo non credidiſtis 5 6

a ¶ Qui dixit: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. ¶ Qui mihi teſtimonium perhibuit, & in qua poteſtate hæc facio, demonſtrauit. b ¶ Timent lapidationem, ſed magis veritatis confeſſionem.

illi? Si aũtem dixerimus ex hominibus: timemus turbam: 8

a ¶ Cuius baptiſma ſuſceperant.

† Omnes enim habebant Ioannem ſicut prophetam. Et re- 9 10

a ¶ Non ego dico vobis quia non vultis facere, quod vtique ſcitis.

ſpondentes Ieſu dixerunt: Neſcimus: Ait illis & ipſe: Nec e- 11
go dico vobis, in qua poteſtate hæc facio. Quid autem vobis 12

a ¶ Deus, qui paternè diligit omnes quos creauit. b ¶ Populus,

videtur. Homo quidam habebat duos filios, & accedens ad 13

a ¶ Gentiles quia Noe. ¶ Quia prius fuit gentilis quam Iudæus. b ¶ Non in auribus ſed dans intellectum in ſenſibus. c ¶ In tempore huius ſæculi. d ¶ Quod tibi non vis alij ne feceris.

primũm dixit: Fili: vade hodie operare in vineam meam. Ille 14 15 16 17

a ¶ Superbè cum bonum reliquit, & malum elegit. b ¶ Hic liberum arbitrium. c ¶ In aduentu Chriſti.

autem reſpondens ait: Nolo. Poſtea autem pœnitentia mo- 18
tus abiit. Accedens autem ad alterum, dixit ſimiliter. At ille 19 20 21

a ¶ Sermonis contumaciam labore correxit. ¶ Iudæum qui ab Abraham.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Quis tibi dedit hanc poteſtatem. *Quia poteſtatem docendi non habebat à ſacerdotibus nec ab imperatore, cui erant ſubiecti & ſic* C *à nullo videbatur habere, ſed magis ſibi vſurpare.*

2 Reſpondens autem Ieſus, &c. *Hic ponitur Chriſti cauta euaſio quia quaſi retundens clauum clauo, propoſuit eis aliam quæſtionem per quam coacti ſunt recedere abſque Chriſti reſponſione: Quæſtio autem iſta fuit.*

3 Baptiſmus Ioannis &c. è cœlo. *Id eſt, ex diuina ordinatione.*

4 An ex hominibus. *Id eſt, ex humana fictione.*

5 At illi cogitabant, inter. *Viam ſcilicet, reſpondendi, ſed non habebant propter quod ſequitur.*

6 Si dixerimus è cœlo. *Id eſt, ex diuina ordinatione.*

7 Dicet nobis, &c. *Quare non receperant baptiſmum Ioannis, ſed magis ſpreuerant. Similiter & teſtimonium Ioannis de Chriſto, quod ipſi audierant per nuncios ad Ioannem miſſos, vt habetur Io. 1. a.* Si autem dixerimus ex hominibus, *Hoc eſt, ex humana fictione.*

8 Timemus turbam ne. *Scilicet, lapidet nos, tanquam blaſphemos Cuius ratio ſubditur.*

9 Omnes enim habebant. *Id eſt, reputabant.*

10 Ioannem ſicut prophetam. *Sanctum ſcilicet & verum, & per conſequens verba eius & facta ex inſpiratione diuina.*

11 Et reſpondentes, &c. *Ex ſui enim taciturnitate compulſi ſunt à ſua petitione ceſſare. Sed quæritur hic quare nõ reſpondit eis manifeſtè quia ſtatim poterat dicere, quod ipſe non haberet autoritatẽ docendi à ſacerdotibus vel à Cæſare: habebat tamẽ immediatè à Deo patre, quod erat maius: Sicut & multi prophetæ leguntur immediatè miſit ad docendum populum & non ex autoritate regum vel ſacerdotum. Dicendum, quod licet poſſet prædicto modo reſpondere, noluit tamen, duplici de cauſa. Prima quia prædixerat ſuprà. 7. a.* Nolite ſanctum dare canibus, nec margaritas ponere ante porcos. *Illi autem erant in malicia obſtinati: & ideo non erant digni, vt eis veritas manifeſtaretur. Secundò, quia Chriſtus voluit oſtendere facto, quod licet vti cautelis contra cautelas malorum inſidiantium bonis. Hoc modo Paulus poſuit* F *diſſentionem inter Phariſæos & Saducæos volentes eum occidere, vt habetur Act. 23. & appellauit ad Cæſarem, ne traderetur Iudæis in Ieruſalem, Act. 25.*

12 Quid autem vobis videtur. *Hic Chriſtus oſtendit Iudæos contemptores ſuæ maieſtatis verbo rationabili: & hoc dupliciter. Primò, quia legem à Deo receptam non ſeruauerunt. Secundò, quia legiſlatorem Chriſtum impugnauerunt, ibi:* Homo erat paterfamilias. *Circa primum dicit ſic.*

13 Homo quidam, &c. *Homo iſte eſt ipſe Deus: Qui dicitur homo propter hoc, quod homo eſt ad imaginem Dei factus, & propter humanitatem aſſumptam, iſti duo filij ſunt duo populi, gentiles & Iudæi.*

14 Et accedens ad primum. *Id eſt, ad gentilem populum qui incepit à Noe, Iudæi autem ab Abraham vel ab ipſo Heber, vnde dicti ſunt Hebræi, qui Heber fuit longe poſterior ipſo Noe. Sequitur.*

15 Dixit primo. *Id eſt, gentili populo.*

16 Fili: vade hodie operare. *Id eſt, fac iuſtitiam, quia nunquam Deus deſtitit homines incitare ad bonum per occultos inſtinctus.*

17 Ille autem reſpondens. *Quia gentiles per totum mundum ad idololatriam declinauerunt,*

18 Poſtea autem pœnitentia motus abiit. *Quia gentiles ad prædicationem Chriſti & Apoſtolorum credentes opera pœnitentiæ humiliter egerunt.*

19 Accedens autem ad alterum. *Hoc eſt ad Iudaicum populum.*

20 Dixit ſimiliter. *Per Abraham & alios patriarchas & Moyſem, quod ſcilicet facerent opera iuſticiæ.*

21 At ille reſpondens ait: Eo domine: *Quia Iudæi obligauerunt ſe ad ſeruiendum domino per ſuſceptionem legis, vnde dixerunt Exo. 24. d. Cuncta quæ loquutus eſt dominus faciemus.*

✠ Et non

MORALITER.

✠ 3 *Baptiſmus Ioannis, &c.* Per hoc oſtendit Chriſtus, quod malignantibus quales erant iſti, non ſunt Dei ſecreta reuelanda, ſicut Chriſtus dixerat ſupr. 7. *Nolite ſanctum dare canibus:* Sed eorum malicia prudenter eſt declinanda.

13 *Homo quidam ha. &c.* Per primum filium qui primò renuit patris præceptum ſed poſtea fecit ſignificantur peccantes qui pœnitent

pœnitent, poſtea viriliter operãtes, per ſecundum verò filium qui facere voluntatem patris promiſit & non fecit, ſignificantur illi qui operari virtuosè ſe promittunt, ſed non faciunt: de quibus ſunt multi religioſi profitentes ſeruare magna, ſcilicet, euangelica conſilia, cum tamen non obſeruent etiam præcepta propter quod ſeculares etiam peccatores tamen poſtea pœnitentes eis coram domino præponuntur, cum dicitur.

✠ *Quia*

a *Quis ex duobus,&c.* ✠ ORIGENES. Vnde potest considerari,dominum esse locutum in parabola ista ad eos, qui modicum aut nihil promittunt,operibus autem ostendunt:& contra eos qui magna promittunt, nihil autem secundum promissionem suam agunt. Tracta. 18. in Matth.

b *Dicunt ei.* In quibusdam codicibus habetur,pro primus nouissimus. Intelligunt enim veritatē sed tergiuersando vel subterfugiendo nolunt dicere quod sentiunt, vt de baptismo Ioannis.

c *Quia publicani.* Hom.40. operis imp. ✠ CHRYSOSTOMVS. Per hanc etiā parabolam ostēdit, quia meliores sunt populares,qui à principio sæcularē profitentur vitam quam sacerdotes qui à principio profitētur Deo seruire. Quia populares quidem aliquando compuncti conuertuntur ad Deum , sacerdotes autem impœnitibiles constituti nunquam desinunt peccare in Deum.

d *Ioan.in vi.iu.* Ioānem Iudæi cōtemnētes , nec viā iusticiæ cōprehenderunt,nec de operibus malis pœnitentiā egerūt.

¶ Moysi. a ¶ Omnia quæcunque dixeris faciemus. b ¶ Quia filium extra vineam interfecit.

a respondens ait : Eō domine:& non iuit : Quis ex duobus fe- 1
a ¶ Vt suo iudicio damnentur. 2
b cit voluntatem patris? Dicūt ei:Primus. Dicit illis Iesus : A- 3
a ¶ Vt Matthæus. ¶ Vt Maria. 4
c men dico vobis:quia pūblicani & meretrices præcedunt vos † 5
a ¶ In cœlo,vel Ecclesia. b ¶ Quare. ¶ Prædicata,id est,Christo vel præceptis Dei.
† regnum d in † regnō Dei. Vēnit enim ad vos Ioannes in via iusticiæ & 6
non credidistis ei. Publicani autem & meretrices credide- 7
a ¶ Viam iusticiæ quam prædicauit.
e runt ei : vos autem vidēntes , nec † pœnitentiam habuistis 8
a ¶ Saltem post completam eius prophetiam. b ¶ Vbi mortem suam eis improperauit. 9
c ¶ Alias loquutus est.
postēa , vt credēretis ei. Aliam parābolam audite. † Homo 10
a ¶ Dominus Sabbaoth. b ¶ Communitionem.s.terram promissionis. c ¶ Murum vrbis,vel angelorum custodiam,vel bellicosorum virorum,vt Dauid & Machabæorum. 11
B f erat paterfāmilias,qui plantauit vineam & sepēm circumde- 12
a ¶ Imposuit ei tormenta legalia,per quæ cogeretur ad bene viuendum. b ¶ Templum. 13
g dit ei , & fodit in ea torcūlar , & ædificauit turrim: & locauit 14
a ¶ Qui supra operarij in vinea. b ¶ Non mutando locum,sed operandi relinquent liberum arbitrium. 15
16
h eam agricōlis,& peregrè profectus est. Cùm autem tempus 17
a ¶ Moysen & Aaron legiferos. b ¶ Qui se malè colebant. 18
fructuum appropinquasset,misit seruos suos ad agricolas, vt 19
a ¶ Vt inquirerent fructum legis. b ¶ Legis custodibus. 20
acciperent fructus eius. Et agricolæ apprehensis seruis eius, 21
a ¶ Vt Ieremiam. b ¶ Vt Isaiam. c ¶ Vt Zachariam quem occiderunt inter tem.& al. 22
alium cæcidērunt,alium occidērunt,aliū verò lapidauērunt. 23
24
25

e *Vos autem.* GREGORIVS.Quia apertè nolebant respondere sapientiæ,in parabolis capiuntur. D Sap.5.b.

f *Vineam.* De qua Isa.*Vinea domini saba.&c.*

✠ CHRYSOSTOMVS.Aliam ponit parabolam,vt ostendat eorum accusationem esse maiorem & venia indignam. Hom.69. in Matth.

✠ ORIGENES. Homopaterfamilias Deus est, qui dicitur homo in quibusdā parabolis , sicut pater cum paruulo filio suo loquatur infantilia vt descendat ad verba filij sui. Tracta. 19. in Matth.

✠ CHRYSOST. Per sepem intellige custodiam patrum iustorum , qui tanquam murus facti sunt populo Israel. Hom.40. operis imp. † pœnitentia mortifuistis † Mar.12.a. Luc.20.b.

✠ ORIGENES. Vel custodia Dei fuit sepes ipsius torcular autem locus librationum. Tractat.19. E

g *Fodit in ea torcu.* In fossione timor notatur , quia præcepta illa legalia nō amore sed timore seruabant.

h *Tempus fructuum appropinquasset , &c.* Benè tempus fructuum ,non fructus: quia nullus fuit in illo contumaci populo.

e *Vos autem.*

☞ *Nouissimè,&c.*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et non iuit.*Quia Iudæi legem susceptam non obseruauerunt:sed ad idololatriam & prophetarum occisionem , & ad infinita mala declinauerunt,vt habetur lib.Iudicum.& libro Regum.*

2 Quis ex duo.fe.*Non enim aliter poterant respondere , quia minus malum est non promittere,quàm promissum non seruare.*

C 3 Dicit illis Iesus.*Ex responsione eorum confutans eos.*

4 Amen dico vobis , &c. *Q.d.non solùm gentiles , sed pessimi de gentibus erunt maioris meriti apud Deum, quàm vos : quia secundùm Hieron.Simulata sanctitas duplex est iniquitas.Et hoc vitium potissimè vigebat in sacerdotibus & Leuitis.Et ad declarationem sui dicti subdit.*

5 Venit enim ad vos Ioannes in vita iusticiæ, &c. *Quia opera perfectionis faciebat,& iterum,quia Christum annunciabat qui est ipsa iusticia sempiterna,vt habetur Daniel.9.*

6 Et non credidistis ei. *Opera eius imitando , & doctrinam eius audiendo.*

7 Publicani autem & me.cre.ei. *Ad prædicationem eius pœnitentiam agendo.*

8 Vos autem viden.*Istorum,scilicet pœnitentiam.*

9 Nec pœnitentiam ha. *Ad imitationem eorum. Ex quo sequitur aggrauatio peccati sacerdotum & Pharisæorum.*

Diuisio 10 Aliam parabolam. *Hic consequenter ostendit qualiter ipsi impugnauerunt Christum legislatorem. Et diuiditur in duas : quia primò ad ostendendum propositum proponit quandam parabolam, secundò cōfirmat suum propositum per scripturam , ibi :* Dicit illis Iesus nunquam legistis.*Circa primum dicit sic.*

11 Homo erat.*Iste homo,Deus est,rationibus prædictis:Qui dicitur paterfamilias quia sic gubernat totam creaturam, sicut paterfamilias gubernat subditos in domo.*

12 Qui plantauit vineam.*Domum scilicet Israel , secundùm quod dicitur Isa.5.b.Vinea domini exercituum domus Israel est.*

13 Et sepem circum.ei. *Scilicet clausuram legis & mandatorum.*

14 Et fodit in ea torcular.*Dando doctrinam prophetarum,in qua exprimitur & declaratur magis virtus legis.*

15 Et ædificauit turrim.*Scilicet templum in Ierusalem, quod erat ædificatum ad modum turris:vnde templum dicitur turris.Micheæ 4.c.* Et tu turris nebulosa.&c.

16 Et locauit eam agricolis. *Videlicet sacerdotibus & principibus, qui habent officium seruandi cultum diuinum & iusticiam in hominibus.* F

17 Et peregrè profectus est.' *Non quia mutet locum cum sit vbique præsens,sed quia dimittit homines agere secundum libertatem arbitrij , secundùm quod dicitur Eccle.15.c.* Deus ab initio constituit hominem,& reliquit eum in manu consilij sui.

18 Cùm autem tempus fructuum appropinquasset. *Quia post legem susceptam debebant facere fructum bonorum operum.*

19 Misit seruos suos.*Id est,primos prophetas.*

20 Ad agricolas. *Id est, ad reges & sacerdotes principaliter,& ad alios eis subiectos consequenter.*

21 Vt acciperent fructus. *Per prædicationem suam eos ad fructū bonorum operum reducendo.*

22 Et agricolæ apprehensis seruis eius.*Quia reges multi & sacerdotes prophetas sibi missos à domino turpiter comprehenderunt , & incarcerauerunt,ac occiderunt,& hoc est quod subditur.*

23 Alium cæciderunt.*Sicut Isaiam qui serratus fuit cum serra ex præcepto Manasse regis Iuda.*

24 Alium occiderunt. *Sicut Amos quem Osias vecte per tempora transfixit.*

25 Alium verò lapidaue.*Vt Zachariam, quem Ioas rex Iuda lapidare iussit inter templum & altare.*

✠ Iterum misit

MORALITER.

✠ † *Qaia publi.& me.præce.vos in regno Dei,&c.* Sequitur. *Homo erat paterfa.&c.* Secundum sensum allegoricum homo iste Christus est,qui plantauit ecclesiam de suo latere formatam.

13 *Et sepem circumd.ei.* Id est doctrinam Euangelicam.

14 *Et fodit in ea tor.* Id est , martyrum patientiam qua roborata est ecclesia.

15 *Et ædif.tur.* Id est, contemplationē confessorū & doctorū.

16 *Et locauit eam,&c.* Rab. MORAL. hæc vinea cuicunque loquatur cum baptismi mysterium sibi datur,vt bene operando in ea exerceatur. Mittitur seruus vnus alter tertius cùm lex Psalmus,prophetia legitur , sed missus cæditur eiicitur:cùm sermo contemnitur,vel quod peius est,blasphematur.Hæredem verò quantum in se est occidit,qui filium Dei conculcauerit, & spiritui gratię cōtumeliā fecerit.Perdito malo cultore vinea alteri datur,cū donū gratiæ quod superbus spreuerit humilis accipit.

a *Nouissimè,&c.* Vide patrisfamilias patientiam qui expectat ad pœnitentiam.

b *Verebuntur.* Quasi faciam quod meum est, ipsi videant quod suum est.

c *Hic est hæres.* Patet principes sacerdotum non per ignorantiam, sed per inuidiam occidisse Iesum, cum scirent eũ esse, cui dicitur: *Postula à me, & dabo tibi gen.hære.tu.* vnde & consulentes sibi aiebant: Si dimittimus eum sic &c.

d *Habebimus hære.* Hæreditas Christi quam resurgẽs possedit, Ecclesia est, quam moliebantur præripere Iudæi: dũ fide eius extincta iusticiam quæ ex lege est, Gentibus persuadere conabantur.

e *Eiecerunt extra vineã.* Marcus mutat hunc ordinem, dicens: Occiderunt & eiecerunt extra vineam, quasi vile cadauer. In quo notat pertinaciam, quia occiso domino & resuscitato, à suis finibus eum excluserunt, & Gentibus miserunt.

f *Quid faciet agricol.* HIERON. Alij videntes contra se dictũ, dixerunt secundùm Lucam, Absit, cum etiam secundum Marcum dominus à se dixisset: *Malos malè per.& vi.suam lo.agri. alie. q.r.e.f.t suis.*

✠ CHRYSOSTOMVS. Lucas quidem secundùm responsionem oris eorum narrauit, Matthæus secundùm responsionem cordis. Nam visibiliter in facie contradixerunt, dicentes absit. In conscientia autem, malos malè perdet.

✠ ORIGENES. Sicut Cayphas, sic & isti non ex se prophetauerunt contra se, quoniam tollenda erant ab eis eloquia Dei, & danda gentibus fructum in tempore daturis: vel dominus quem occiderunt, statim venit resurgens à mortuis, & malos quidem colonos malè perdidit: aliis autem colonis, id est, Apostolis vineam suam consignauit, id est, eis qui ex Iudaico populo crediderunt.

✠ CHRYSOSTOMVS. Dominus propter hoc eis parabolam proposuit, vt ipsi nõ intelligentes cõtra se sentẽtiam proferrent, sicut Dauid factum est per Nathan. Rursus autem intelligẽtes esse contra se, dixerunt, Absit.

MYSTICE. Cuique vinea locatur colenda: cum mysteriũ baptismi datur: quod operãdo exerceant. Mittitur seruus vnus & alter: cum lex psalmus, propheta legitur, quorum monitu bene operetur. Sed missus ceditur eiicitur, cum sermo contemnitur, vel (quod peius est) blasphematur. Hæredem quantum ad se occidit, qui filium Dei conculcauerit & spiritui gratiæ contumeliam fecerit. Perdito malo, vinea alij datur, cum donum gratiæ quod superbus perdit, humilis accipit.

g *Lapidem quem re.* Quod vinea aliis locabitur, affirmat prophetico exẽplo. *Lapidem*, id est, Christum cuius fidem & iusticiam contempserunt.

✠ CHRYSOSTOMVS. Nunquã legistis, id est, si parabolam meam non intelligitis, vel istam scripturam cognoscatis.

h *AEdificantes.* Qui de subdita plebe quasi Deo domum struere videbantur.

Et qui

a ¶ Prophetarum choros.

Iterum misit alios seruos plũres prioribus, & fecerunt illis si- 1
a ¶ Adhuc locum dat pœnitentiæ.
militer. Nouissimè autem misit ad eos filium suum dicens: 2 3
a ¶ Non de ignorantia, sed semper ambigere dicitur Deus, vt libera voluntas homini reseruetur.
Verebuntur forsitan filium meum. Agricolæ autem viden- 4 5 6
tes filium, dixerunt intra se. Hic est hæres, venite occidamus 7 8
eum, & † habebimus hæreditatem eius. Et apprehensum 9
a ¶ Quia extra portam passus est, vel prius à cordibus incredulorum repulsus, deinde crucifigitur. ¶ Iudicauerit.
eum eiecerunt extra vineam, & occiderunt. Cùm ergo vene- 10
a ¶ Non ignorans quærit, sed vt sua responsione eos condemnet.
rit dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? Aiunt illi: Ma- 11
a ¶ Ecclesiam de aliis nationibus eliget.
los malè perdet, & vineam suam locabit aliis agricolis, qui 12
a ¶ Verbi vel facti, pro competentia temporis.
reddant ei fructum temporibus suis. Dicit illis Iesus: Nun- 13 14
quam legistis in scripturis: † Lapidem quem reprobauerunt 15
a ¶ Duos populos in se vno condens. b ¶ Non humanis viribus, sed Dei potentia. ¶ Suas traditiones.
ædificantes, hic factus est in caput anguli? A domino fa- 16 17
a ¶ Concludo ex vestra concessione & prophetica autoritate.
ctum est istud & est mirabile in oculis nostris. Ideò dico 18
a ¶ Iudæis. b ¶ Sacra scriptura. ¶ Vt non fitis quod esse præsumebatis.
vobis, † quia auferetur à vobis regnum Dei, & da- 19 20

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Iterum misit alios seruos plures prioribus. *Multiplicando scilicet prophetas ad populi correctionem.*

2 Et fecerunt illis simi. *Eos, scilicet occidendo intantum quod impleuerunt Ierusalem sanguine prophetarum vsque ad os, vt dicitur. 4. Regum 21.*

3 Nouissimè autem mi. ad eos fil. suum. *Pro nobis incarnatum, dicens.*

4 Verebuntur fors. fil. me. *Hoc non dicitur, quia Deus ignoraret contemptum quem Iudæi facturi erant Christo, sed per hoc exprimitur quid deberet fieri, ac si diceret:* Verebuntur fi. me. *id est, in reuerentia deberent habere.*

5 Agricolæ autem. *Id est, sacerdotes & legisperiti.*

6 Videntes fil. *Id est, dominum Iesum Christum opera diuinitatis facientem, & omnia quæ prædicta erant de ipso adimplentem.*

7 Dixerunt intra se hic est hæ. *Quia de ipso veram noticiam habuerunt, vt iam dicetur.*

8 Venite occidamus eum. *Propter hoc tractauerunt de morte eius, ne occasione Christi venirent Romani, & auferrent eis locum & gentem, vt habetur Ioan. 11. & sic occiderunt eum, vt pacificè possiderent ciuitatem & templum: contrarium tamen accidit eis, quia per hoc in vindictam mortis Christi perdiderunt locum & gentem: quia per Titum & Vespasianum destructa est ciuitas & templum, & populus occisus & captiuatus.*

9 Et apprehensum eum eiecerunt extra vi. *Quia Christus extra ciuitatem Ierusalem crucifixus est.*

10 Cùm ergo venerit dominus vineæ quid fa. agricolis illis? *Venit dominus ad iudicandum & vindicandum illud factum, quando ex eius ordinatione venit contra eos exercitus Romanorum.*

11 Aiunt illi malos malè perdet. *Lucas verò ista verba refert quasi à Christo dicta: & sacerdotes dixerunt contrarium: Absit, vt habetur Lucæ 20. Dicendum, quod non est contradictio: quia in turba illa erant aliqui qui consentiebant doctrinæ Christi, & illi dixerunt:* Malos malè perdet. *vt hic dicit Matthæus: Et hanc responsionem quasi approbando tanquam veram Christus repetiit, vt dicit Lucas: Et tunc consequenter sacerdotes videntes quod erat dictum contra eos, dixerunt* Absit, *Malos autem dominus perdidit, quando ciuitatem & templum per Romanos destruxit: Sequitur.*

12 Et vi. *Quia Christus ecclesiam suam regendam tradidit apostolis & aliis discipulis.*

13 Qui red. ei. *Quia ad prædicationem eorum credidit multitudo gentium.*

14 Dicit illis Ie. *Hic confirmat parabolam suam per sacram scripturam.*

15 Nunquam le. in. *Id est, in Psalmis. q.d. Vos qui estis legisperiti, deberetis hoc scire.*

16 Lapidem quem. *Ad literam dicitur de ædificatione templi Salomonis, qui quidem lapis pluries oblatus est in ædificatione: & quia nõ poterat conuenienter collocari, ideò pluries reiectus est quasi reprobatus ab ædificantibus: vltimò autem positus est in consummatione anguli, vbi coniungebantur parietes templi, & de illo scribitur in Psal.*

17 A domino, &c. *Quia illud non fuit à casu, sed ex diuina præordinatione: quia lapis iste figurabat Christum, qui multotiens & multipliciter reprobatus est à principibus sacerdotum, & tamen factus est in caput anguli, coniungens Iudæos & gentiles, quasi duos parietes in vnã ecclesiam. Quod autem Christus dicatur lapis in scriptura habetur Dan. 2.g.* Lapis qui percusserat statuam, factus est mons magnus, & impleuit vniuersam terram. *Quod etiam sit lapis angularis habetur Isa. 28.d.* Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem angularem probatum præciosum, &c. *Et ex autoritate concluditur reprobatio Iudæorum.*

18 Ideò di. vo. *Qui Christum reprobatis.*

19 Auferetur à vo. *Id est regimen ecclesiæ.*

20 Et dabitur. *Id est, apostolis & eorum successoribus.*

✠ Et qui

a ¶ Genrilibus. ¶ Opera.

a bitur Gẽnti facienti fructus eius. Et qui ceciderit ſuper lapi- 1
dem iſtum, confringetur ſuper quem verò ceciderit, conte- 2
†Mar.11.c. & 12.a. Lucæ.19.g. & 20.d. & 22.a. Io.7.d.& g vbi ſupra. ret eum. † Et cùm audiſſent principes ſacerdotum & phari- 3
¶ Illas parabolas.
ſæi parabolas eius, cognouerunt, quòd de ipſis diceret: & 4
b quærentes eum tenere, timuerunt turbas, quoniam ſicut 5
prophetam eum habebant.

☞ a *Et qui ce.&c.* Qui credit, & tamen peccat: cadit ſuper illum A lapidem & non conteritur: ſed conſtringitur, quia per patientiam ad ſalutem reſeruatur, ſed cui lapis irruit, id eſt, qui negat penitus conteritur, vt nec teſta remaneat, vel cadit ſuper eum qui modo contemnit & iniuriis afficit, necdum penitus interiit, ſed quaſſatur vt non ambulet rectus. Cadit ſuper illum lapis, quando veniens in iudicio opprimit, cũ dicit. *Ite in ignem æternum.*

✲ CHRYSOSTOMVS. Aliud eſt confringi, aliud cõminui. De eo enim quod confringitur, aliquid remanet, quod autẽ comminuitur, quaſi in puluerem conuertitur. Quod autem cadit ad lapidem non frangitur ſecundum quod eſt lapidis virtus B ſed inquantum fortiter cadit, aut propter pondus ſuum, aut propter altitudinem caſus: ſic & Chriſtianus peccans, non tantum perit quãtum poteſt perdere Chriſtus, ſed quantum ipſe ſe perdit dit per opera ſua, aut propter magnitudinem peccati aut pro- D pter altitudinem dignitatis. Infideles autem pereunt tantum, quantum poteſt eos perdere Chriſtus.

b *Et quærentes eum.* Quaſi mentientem interficere quærunt, in quo vera probantur, quæ dixerat. Ipſe eſt enim hæres: illi prauti coloni, qui ſolo humano terrore retardantur donec veniret hora eius.

MYSTICE. Principes & ſcribæ quærunt manum mittere in Ieſum, nec audent timore cum quilibet ſolo nomine frater, fidei & pacis veritatem (quam non diligit) propter bonos cohabitantes vel erubeſcit, vel timet impugnare: qui tamen (ſicut de ſtultiſſima auium ſtruthione dominus ait) cum tempus venerit in altum alas erigit, quia perſequendo eccleſiam, quaſi Deum cruci adiicere & oſtentui gau- E debit habere. Ioan.39.c.

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Et qui ce. *Ille autem cadit ſuper lapidem, qui credens peccat per lubricitatem carnis ſeu aliis peccatis, & ille confringetur, ſed non cõminuitur, quia non peccat tam grauiter, ſicut ille qui peccat peccato infidelitatis.*

2 Super quem. *Super illum verò cadit lapis, in quo inuenitur peccatum infidelitatis. Et iſte conteritur, quia ex pondere diuini iudicij grauiſſimè punitur.*

3 Et cum au.prin. *Hîc ponitur concluſio huius cap. vbi oſtenditur obſtinatio ſacerdotum, quia audientes doctrinam eius, non fuerunt contriti, ſed magis ad occidendum eum incitati.*

4 Et quærentes eum. *Scilicet ad occidendum.*

5 Timuerunt turbas. *Ex quo patet, quod ſolo timore retracti fuerunt ab eius morte. Occaſione dictorum in hoc ca. quæritur vtrum Iudæi cognouerunt Ieſum Nazarenum eſſe Chriſtum ſibi promiſſum. Et arguitur primò quod non per illud quod dicitur. 1.Cor.2.b.* Si enim cognoC uiſſent: nunquam dominum gloriæ crucifixiſſent &c. *Itẽ Act.3.c. dicit Petrus loquens Iudæis.* Scio fratres quod per ignorantiam feciſtis ſicut & principes veſtri. *Itẽ Luc.23.e. dicebat Ieſus in cruce.* Pater dimitte illis quia neſciunt quid faciunt. *Contrarium arguitur, per illud quòd habetur Ioan.15.d.* Nunc autem viderunt, & oderunt me & patrem meum: *Quod autem videtur manifeſtè cognoſcitur. Item ſuper illud quod dictum eſt in præſenti ca.* Agricolæ videntes filium, dixerunt intra ſe. Hic eſt hæres *dicit Hiero. Manifeſtè probat dominus his verbis Iudæorum principes non per ignorantiam, ſed per inuidiam Dei filium crucifixiſſe. Reſponſio. Dicendum, quod in populo Iudæorum aliqui erant maiores ſcientes ſcripturas legis & prophetarum, aliqui autem minores, ſicut laici & vulgares, tantummodo ſcientes illud quod eſt de neceſsitate ſalutis: vt præcepta decalogi & huiuſmodi quæ debent ſciri ab omnibus: ſed ſubtilitatem ſcripturarum & dicta prophetarum ignorantes. Item quòd Chriſtus erat verus homo, propheta ſanctus & Deus in vnitate ſuppoſiti. Dicunt ergo aliqui & bene quantum ad hoc, q̃ minores populi Iudæorũ non cognouerunt Ieſum eſſe Chriſtũ, nec quantum ad diuinitatẽ nec quantũ ad humanitatẽ: quia licet cognoſcerent eũ eſſe hominẽ verum, tamen non cognoſebant illum eſſe hominẽ ſeu prophetam, qui erat à Deo promiſſus Chriſtus. Cuius ratio eſt, quia ignorabant ſcripturas quæ loquuntur de Chriſti diuinitate, & illas quæ loquuntur de determinatione tẽporis & de ſignis ſui aduentus: ſed maiores cognouerunt eum eſſe verum prophetam à Deo promiſſum & miſſum: quia ſciebant ſcripturas loquentes de tempore ſui aduentus, & de ſignis, quæ omnia videbant in eo impleri: non tamen vt iſti dicunt cognouerunt ipſum eſſe Deum: & ſecundùm hoc loquitur Apoſtolus in autoritate præallegata.* Quod ſi cognouiſſent, nũquam dominũ gloriæ crucifixiſſent. *Quaſi dicat nunquam cognouerunt eius diuinitatem. Sed hoc non videtur conuenienter dictum, quia ſicut ſcripturæ determinatè loquuntur de tempore ſui aduentus: Dan.9.f. In hebdomadibus illis abbreuiatis, & de ſignis ſui aduentus ſicut eſt tranſlatio regni, vt habetur Gen.49. Et modus eius adueniendi in paupertate & humilitate, vt habetur Zach.9.a. vt dictum eſt in præcedenti cap. ita expreſsè vel expreſsiùs loquuntur ſcripturæ prophetarum de eius diuinitate Iere.33.c.* Ecce dies veniunt, dicit dominus, & ſuſcitabo verbum bonum quod loquutus ſum ad domum Iſrael & Iuda: in diebus illis germinare faciam Dauid germen iuſtum, & faciet iudiciũ & iuſticia in terra: & hoc eſt nomen quod vocabunt eum, dominus iuſtus noſter. *In Hebraico vbi habetur hic,* dominus, *ponitur nomen domini tetragrammaton, quod nullo modo poteſt dici de aliquo niſi de Deo vero. Cum ergo iſta autoritas ſecundum omnes doctores etiam Hebraicos expoſita ſit de Chriſto, ſequitur ipſum eſſe verum Deum. Item Iſa.9.b. dicitur:* Paruulus natus eſt nobis. *Sequitur.* Et factus eſt principatus ſuper humerum eius, & vocabitur nomen eius admirabilis, conſiliarius, Deus fortis, pater futuri ſeculi, princeps pacis, *quæ etiam autoritas ſecundùm Hebræos intelligitur de Chriſto, & in ea fit expreſſa mentio de eius diuinitate ſicut de humanitate: & multæ aliæ autoritates conſimiles poſsunt ad hoc induci:* F *ſed propter prolixitatem omitto, & ideo dicendum, quòd ſicut maiores populi Iudæorum habuerunt noticiam de tempore & ſignis ſui aduentus, ita noticiam per ſcripturas habuerunt, quantum ad eius diuinitatem. Conſiderandum tamen, quòd aliquid cognoſcitur in habitu, cuius tamen cognitio actualis impeditur propter aliquam paſsionem vel habitum impedientem, ſicut dicit philoſophus.7. Ethico. quòd incontinens differt ab intemperato, per hoc quod habet æſtimationem veram, non ſolum in vniuerſali, quam etiam habet intemperatus, vt quòd fornicari eſt malum, cum non peccet per ignorantiam: ſed etiam habet æſtimationem veram in particulari: & per hoc differt ab intemperato: & tamen aduenientе paſsione corrumpitur æſtimatio vera particularis, quia paſsione vincente iudicat nunc fornicandum, ita quod paſsio impedit actualem conſiderationem veram in particulari, & ſi paſsio ſemper duraret ſemper ſic iudicaret. Eodem modo dicendum eſt, quod Iudæi habuerunt veram æſtimationem de Chriſto & in habitu & in actu in principio, ſed quando incepit contra eos predicare, excitati fuerunt contra eum paſsionibus iræ rancoris, & inuidiæ: quibus paſsionibus impediebantur ab actuali conſideratione veritatis præhabitæ de Chriſto. Ideo machinati ſunt in eius mortem, ſicut & incontinens propter paſsionem concupiſcibilis eligit fornicari: quod tamen alias refugeret. Conſiderandum tamẽ quod illa noticia quam habuerunt de Chriſto per ſcripturas prophetarum non erat certa certitudine euidentiæ: Tum quia talis certitudo ſolum habetur per demonſtrationem vel ſenſum. Tum quia prophetiæ poſſunt aliquando variè exponi, & ideo erat magis noticia probabilis & veriſimilis coniecturæ: vel ſecundum alios erat ibi certitudo adhærentiæ quæ tamen poteſt impediri in actu modo prædicto. Per dicta poſſunt ſolui argumenta ad vtramque partem, quia illa argumenta, quæ probant quod habuerunt noticiam de Chriſto, intelligendum eſt de noticia habituali prædicto modo. Aliæ autem autoritates quæ dicunt contrarium: loquuntur de actuali cognitione applicante ad opus quæ fuit impedita propter paſsionem inuidiæ & rancoris, vt dictum eſt.* philoſophus.

MORALITER.

✝ 3 *Et cum audiſſent &c.* CHRISOST. Hæc eſt differentia bonorum hominum & malorum, bonus enim comprehenſus in peccato gemit, malus autem fremit, non quia peccauit, ſed quia comprehenſus eſt in peccato.

A

ADDITIO I.

In capitulo 21.*Vbi dicitur in postilla.* In qua potestate hoc facis?*id est,qua autoritate doces populum.*

*Ad maiorem harum quæstionum declarationem attendendum est, quòd autoritas docendi apud Hebræos duplex erat: quia aut secundum deriuationem generis,vt in sacerdotibus.Iuxtà illud Aggæi.2.c.*Interroga sacerdotes legem. *Aut secundùm graduationem. Sicut cum quis accipit gradum in scientia ab alio graduato habente ad hoc potestatem.Et tales erant illi septuaginta viri,qui ordinariè iudicabant populum,vt in libro Thamuldico, qui dicitur Shanhedrin tractatur. Et quia principes sacerdotum hanc quæstionem mouentes, sciebant Christum non descendere per lineam masculinam ab Aaron sacerdote,& per consequens non habere authoritatem docendi sacerdotalem. Idcirco dimisso hoc membro circa secundum quærebant scilicet. Quis dedit tibi hanc potestatem,quia talis potestas ab ipsismet senioribus & sacerdotibus concedenda erat,& non ab alio. Ab Imperatore enim non pertinebat talis licentia impetrari,quod patet ex hoc. Nam cum Christus Luc. 20.c.& inf.22.b.respondisset Pharisæis.*Quæ sunt Dei,date Deo. *Ex hoc non fuerunt indignati Herodiani,qui ibi erant, sed potiùs contenti de responsione Christi.Sed constat,quòd doctrina diuinæ legis non est Cæ*

B *saris,sed Dei.Hoc etiam patet per communem doctrinam eorum secundum quam nullus recipiebat,nec hodie tempore captiuitatis eorum autoritatem docendi legem recipiunt ab aliquo principe, quamuis sint subiecti.Et ideò ex his quæstionibus tacitè seipsos glorificabant,& Christum vilipendebant: quasi dicerent. Nullam potest habere potestatem docendi,nisi à nobismetipsis qui sumus doctores legis: vnde Christus in sua cauta responsione non solum eis silentium imposuit, sed etiam ipsorum errorem exprobrauit.Errabant enim in hoc, quòd nullam potestatem docendi attribuebant Deo,sed hominibus,aut ex deriuatione generis vel graduatione personæ, vt dictum est: vnde Christus ostendit eis quòd est alia autoritas docendi præter illas, & illis altior scilicet ex Deo.Et ideo quærit de baptismo Ioannis,in quo noua doctrina fuit diuulgata,vtrum esset ex Deo an ex hominibus,in quo includitur, quòd possibile est aliquam doctrinam esse ex Deo tantum,sicut patet de baptismo Ioannis,& per consequens remanebant confusi: eo quòd præsupponebant quòd omnis autoritas docendi erat ab hominibus modo prædicto.*

ADDITIO II.

In eod.cap. *Vbi dicitur in postil.* Iudæi ab Abraham vel ipso

C Heber.

*Hebræi non dicuntur ab Abraham ratione proprij nominis,vt manifestè patet per literas Hebraicas, vt ipsemet Postillator tradit, Gen. 14.Cuius ratio est,quia Abraham incipit ab aleph litera. Heber verò per ain.Et ideò si Hebræus diceretur ab Abraham inciperetur ab aleph quod non est verum:sed incipit per ain. Nec etiam dicuntur Hebræi ab Heber,quia si sic Ammonitæ & Moabitæ qui de Loth descendunt,similiter & Ismaelitæ & Madianitæ qui descenderunt ab Abraham.Similiter& Edomitæ,qui descendunt de Isaac,omnes dicerentur Hebræi,cum omnes prædicti descendunt ab Heber,vt manifestum est in litera Gen. 11.& 16. & in aliis.Sed hæc denominatio accipitur ab Abraham,non ratione proprij nominis,sed alia ratione.Ad cuius euidentiam attendendum, quòd inter Mesopotamiam & terram promissionis transit fluuius Euphrates, qui cum sit magnus & vnus de quatuor fluminibus paradisi, vt habetur Gen.2. Idcirco in limitationibus terræ promissionis vocatur fluuius simpliciter,non exprimendo nomen proprium quod est Euphrates vt habetur Exod.22.d.vbi dicitur.*Ponam terminos,&c.*à deserto vsque ad fluuium:quod intelligitur de Euphrate qui terminabat terram promissionis ex parte Mesopotamiæ,vt patet ibidem. Et quia Abraham natus fuit in Mesopotamia,vbi Thare pater eius & alij cognati seruiebant idolis:& inde adductus fuit diuina directione in terram Canaan,vbi segregatus ad cultum diuinum: ædificauit altaria domino inuocans nomen eius,vt habetur Gen.12.Idcirco Abraham veniens in terram promissionis,Hebræus vocabatur,id est,transfluuialis. Heber enim cum ain scripta,Hebraicè transfluuialis significat. Et ideò sicut illi qui veniunt de partibus vltramontanis communiter vltramontani dicuntur, sic Abraham in initio suæ vocationis ad fidem,in terra promissionis existens Hebræus vocabatur,hoc est transfluuialis:vnde Gen. 14.b.* Venit vnus de his qui euaserunt & nunciauit Abrahæ Hebræo *quod idem est dicere,vt si dicatur Abrahæ transfluuiali.Ex quibus patet,quòd Abraham dictus est Hebræus,eo quòd ex partibus transfluuialibus in terram sanctam venit.Et quia ista transportatio fuit facta in principio sui accessus ad fidem vel salutem suæ publicationis,ideo inde cognominatus est cum sua posteritate, quasi à principio suæ fidelitatis. Quæ quidem ratio potest haberi Iosue. 24. vbi sic.*Hæc dicit dominus: Transfluuium habitauerunt,patres vestri ab initio, Thare pater Abraham & Nachor,seruieruntque diis alienis.*Et sequitur.* Tuli patrem vestrum Abraham de Mesopotamiæ finibus,*vbi in Hebræo habetur.* De Heber fluuij.*Id est,de transfluuio,& adduxi eum in terram Canaan vbi scilicet segregatus à parentibus idololatris se publicauit diuino cultui mancipatum.Ex prædictis patet,quare Hismaelitæ Idumitæ& huiusmodi non dicuntur Hebræi:licet descendant ab Abraham.Nam illi soli qui sequuntur Abraham in separatione ab idololatria & cognitione Dei,Hebræi debent dici tanquam sequentes rationem illius denominationis. Et hoc est quod sequitur in prælegata autoritate scilicet Iosue 24.vbi loquens de transportatione Abrahæ à partibus transfluuialibus,subiungit.*Multiplicauitque semen eius & dedit ei Isaac,*nullam faciens mentionem de Ismaele & aliis.Consequeter dicit de Isaac,* Illique dedi Iacob,& Esau dedi montem Seir.*Et ad excludendum Esau subiungit,* Esau dedi montem Seir. Iacob verò & filij eius descenderunt in Ægyptum.*Ex quibus patet, quòd illi tantummodo nominandi sunt transfluuiales,qui descendunt ab Abraham, per Isaac & Iacob,aliis exclusis ratione prædicta.*

D

ADDITIO III.

In eod.cap, *Vbi dicitur in postil.* Lapidem quem reprobauerunt,&c.

Fundamentum huius expositionis,quam dicit literalem est fictitium seu fabulosum:nusquam enim legitur in scripturis autenticis,quòd hoc contigisset in ædificatione templi Salomonis scilicet quòd aliquis lapis E *pluries fuisset reprobatus in ædificio, & deinde in caput anguli collocatus,licet magister historiarum hoc videatur dicere: vnde Rabbi Abraham Hebræus,qui inter alios expositores Hebræorum magis videtur sequi literalem sensum,hoc non exponit de lapide materiali, sed de spirituali.Dicit enim,quòd lapis iste est populus Israeliticus, qui reprobatus à Gentibus in captiuitate existens in posterum erit caput omnium non virtute propria,sed à domino factum est istud. Cuius expositio licet falsa sit in hoc quòd dicit, quòd populus ille qui modo captiuus est, erit sublimatus prout ipse credit tempore sui Messiæ. Tamen habetur in dictis suis quoddam verum scilicet quòd hæc litera non tractat de ædificatione templi Salomonis.Similiter Rab. Sa.exponit hanc autoritatem dictam de Christo:vnde tenendum est,quòd ad literam lapis iste est Christus,qui dicitur* lapis abscisus sine manibus:*Dan.2.g.Vt etiam Apostolus Petrus exponit Act.4. Non enim esset Christi argumentum efficax si ex sensu mystico sumeretur,prout dicit Aug.contra Vincentium Donatistam.Et quia ipsemet Postil.reuocat illa quæ in hoc loco posuit de sensu literali istius versus Psalmistæ in expositione ipsius Psalmi. Vbi de hoc largiùs tractat.Ideò ista ad præsens sufficiant.*

ADDITIO IIII.

F

In eod.cap. *Vbi dicitur in postil.* Sed hoc non videtur conuenienter dictum.

Hanc quæstionem disputat sanctus Thom.in 3.parte.q. 47.artic.5. in cor.quæstionis sub forma prædicta, vnde in solutione principali tenet eandem opinionem, quam hîc Postil. conatur improbare,quæ quidem improbatio non videtur rationabilis. Ad cuius declarationem attendendum, quòd licet omnia quæ in sacris scripturis credenda traduntur,sunt à fidelibus tanquam vera certissimè amplectenda, cum sint à Deo reuelata, cuius testimonium fidele est: quædam tamen de his quæ ibidem etiam expressè traduntur, sunt exponenda taliter: vt non credantur sub propria verborum significatione, eo quòd si sic acciperentur,repugnarent rationi naturali, seu etiam alteri auctoritati diuinæ.Verbi gratia. Licet de Deo in scripturis sacris dicantur expressè aliqua verba,quæ in prima significatione signant illius localem motionem seu altercationem vel passionem & huiusmodi, vt cum dicitur in persona Dei. Descendit Deus vt videret ciuitatem. *Gen. 18. c. Similiter Exod.3.b.* Descendi, vt liberarem eum de manu Ægyptiorum. *Quæ locutiones in propria significatione signant Deum localiter moueri.Similiter & alibi sæpe legitur Deum iratum fuisse vel pœnituisse & huiusmodi:nullo modo tamen talia sub propria significatione sunt credenda de Deo, cum manifestè rationi naturali repugnant, quæ Deum penitus immobilem atque immutabilem demonstrant.Similiter & contra autoritatem sacræ scripturæ dicentem Malach.3.b.* Ego dominus,& non mutor. *Vnde oportet hæc & similia de Deo intelligi non in propria verborum significatione, sed translatiuè seu metaphoricè,prout Ambrosius declarat in 2. libro de trinitate. Similiter contingit secundum opinionem Hebræorum circa ea quæ in scripturis sacris veteris Testamenti traduntur denotantia deitatem Christi. Dicunt enim omnia talia non in propria significatione esse intelligenda, sed similitudinariè seu metaphoricè: quorum motiuum est, quia credunt quòd Deum incarnari implicat compositionem seu naturarum confusionem in Deo, quæ manifestè sunt impossibilia, cum sint contra simplicitatem diuinam. Et hoc contingit eis non solum antiquis sed modernis,eo quod non possunt capere seu intelligere habitudinẽ naturæ assumptæ ad verbum secundum veram catholicam traditionem. Nec de hoc videtur esse multum mirandum, cum hæretici qui non solum authoritates veteris testamenti recipiunt, sed etiam*

noui,in

A *noui,in quo expreßiùs myſterium deitatis Chriſti traditur quàm in antiquo:vt cùm dicit.* Ego& pater vnum ſumus:*vel* antequam Abraham fieret ego ſum:*& huiuſmodi.In quibus verbis & ſimilibus clariùs exprimitur deitas Chriſti: Sed hoc non obſtante deitatem Chriſti negare conãtur,peruerſe exponentes prædictas autoritates, vt Arrius & Sabellius & eorum ſequaces.Ex quibus patet manifeſtè,quod licet ſcripturæ ſacræ prophetarum quæ mentionem expreſſam faciunt de diuinitate Chriſti.ſint ſatis euidentes ad huiuſmodi myſterium fidelibus oſtendendum,non tamen ex his ſumitur argumentum efficax ad hoc, vt principes Iudæorum habuiſſent cognitionem de eius diuinitate. Hoc enim myſterium tantum excedit capacitatem humanam,quòd rarò vel nunquam ſine auxilio diuino intelligi poſſet. Inde eſt q; Petro expreßè confitenti deitatẽ Chriſti dicendo.* Tu es Chriſtus fi. Dei vi.*Matt.16.c.Chriſtus reſpondit.* Caro & ſanguis non reuelauit tibi, &c.*Ex quo patet,quòd ad myſterium incarnationis intelligendum ſeu veraciter confitendum,reuelatio diuina requiritur , propter eius ſummam excellentiam. Secus eſt de aliis conditionibus Chriſti in prophetis antiquis contentis vt de tempore ſui aduẽtus,& de ſignis eiuſdem.Similiter de virtutibus ipſius Chriſti,& de eius excellentia reſpectu aliorum prophetarum,& de modo adueniendi,& huiuſmodi:nam talia in propria ſignificatione poſſunt accipi:non enim excedunt communem humanæ intelligentiæ capacitatem.Et ſic patet,quòd obiectio Poſtillatoris in hoc paſſu*

B *eſt inualida.*

Similiter & eius opinio non videtur rationabilis ex tribus. Primò, quia præſupponit falſum ſcilicet quòd autoritates antiqui teſtamenti ſolæ ſufficiunt ad cogendum Hebræos ipſas recipientes,vt cognoſcãt deitatem Chriſti.Cuius oppoſitum patet ex dictis.Secundò quia exemplum quod inducit de incontinente (cuius actualis cognitio particularis ſeu conſideratio impeditur ſeu corrumpitur propter paßionem imminentem,vt habetur in 7.Ethic.)non videtur ad propoſitum facere. Nam incontinens ſemper habet æſtimationem veram in vniuerſali, adueniente tamen paßione,corrumpitur æſtimatio vera particularis.Sed in propoſito vtraque æſtimatio eſt particularis ſeu ſingularis. Si enim principes Iudæorum æſtimaſſent Chriſtum eſſe Deum antequam per paßionem impediretur, deinde adueniente paßione impediretur huiuſmodi conſideratio,ita quòd crederent ipſum non eſſe Deum prout opinatur Poſtillator,manifeſtum eſt,quòd vtraque harum æſtimationum eſt ſingularis ſeu particularis : cum in vtraque æſtimatione Chriſtus ſupponitur vt ſubiectum,quæ eſt perſona ſingularis.Tunc igitur aut ſimul & ſemel æſtimauerunt Chriſtum eße Deum , & Chriſtum non eſſe Deum : quæ ſunt contradictoria & per conſequens inæſtimabilia circa idem:aut primus habitus totaliter corrumperetur,& tamen remaneret in eis actualis conſideratio,ſecundum quam ipſum iudicarent hominem purum.Cu

C *ius oppoſitum dicitur de incontinenti ſcilicet quòd ſemper remanet in eo vera æſtimatio ſaltem in vniuerſali,& philoſophus in eodem loco manifeſtè oſtendit:& ſic exemplum non facit ad propoſitum. Tertiò, quia hæc opinio non conſonat ſacris ſcripturis,quæ circa hæc allegantur.Nã in parabola Chriſti cum agricolæ dixiſſent. Hîc eſt hæres:non poteſt rationabiliter intelligi , quòd ipſi æſtimaſſent eum hæredem in diuinitate, eo modo quo Apoſtolus ait ad Heb.1.a.* Quem conſtituit hæredem vniuerſorum. *Nulla enim amentia ad tantam poteſt communiter deuenire inſaniam,vt credat diuinam maieſtatem in propria perſona ſuperare.Cõmunis enim conceptus eſt etiam apud idololatras,q; Deus ſeu dij tranſcendunt omnes poteſtates:vnde ridiculum eſſet dicere, quòd eo ipſo quòd principes illi credebant ipſum eſſe hæredem ſcilicet Deum verum , auderent eum interficere. Hoc etiam videtur contra opinionem ipſius Poſtil.met,qui dicit, quòd quando eum interficere voluerunt iam non æſtimabant ipſum Deum eſſe propter impedimentum paſſionis inuidiæ & huiuſmodi:& ſic iam non dicerent de ipſo.* Hic eſt hæres. *Oportet igitur dicere,vt per hoc quod dicebant.* Hic eſt hæres:*intelligebant quòd erat homo tantæ excellentiæ,quòd poterat vocari filius Dei,nõ per naturam, ſed per ſpecialem adoptionem ſeu excellentiam reſpectu prophetarum aliorum:quod verificatur de Chriſto etiam ſecundum humanam naturam conſiderato,contra quem non obſtante tanta excellentia potuerunt æſtimare,vt eum poſſent ſuperare ſicut & alios antea miſſos: nam magis & minus non variant ſpeciem ſecundum philoſophum. Similiter autoritas beati Petri dicentis Act.3.c,* Scio quòd per ignorantiam feciſtis,ſicut & principes veſtri.*Videtur facere contra opinionem Poſtil.nam ſecundum eum debuiſſet dicere,per odium ſeu inuidiam feciſtis.Hæc enim fuit cauſa principalis ſui erroris ſecundum Poſtil.magis quam ignorantia.Secundum verò primam opinionem quæ eſt ſancti Tho.hæc autoritas propriè ſonat: eò enim quòd habuerant ignorantiam de Chriſto ſcilicet de eius diuinitate, auſi ſunt ipſum inuadere tãquam hominem purum:cui conſonat autoritas apoſtoli dicentis.* Si enim cognouiſſent nunquam dominum gloriæ crucifixiſſent.*Quod denotat manifeſtè,ipſos nunquam cognouiſſe ipſum fuiße dominum gloriæ. Et notandum, quòd hæc ignorantia non excuſat principes Iudæorum à crimine,ſed magis aggrauat , cum eſſet quodammodo ignorantia affectata. Nam licet non attigiſſent ex ſcripturis prophetarum ad cognoſcendum Chriſti diuinitatem , eo quòd ſcripturæ de hoc loquentes ſunt quodammodo exponibiles,vt dictum eſt: debuiſſent tamen aſſentire ſuæ doctrinæ ſecundùm quam filium Dei ſe fatebatur. Tenebantur enim credere & obedire Chriſto in lege promiſſo. Iuxtà illud Deu.18.c.* Prophetam ſuſcitabit tibi,&c. ipſum audies. *Quod intelligitur de Chriſto ad literam,& ſic eius deitatem tenebantur credere tanquam ab eo dogmatizatam,& per mircula confirmatam.Vnde Ioan.15.d.dicitur.* Si non veniſſem,& locutus eis fuiſſem,peccatum nõ habuiſſent: nunc autem excuſationem non habent,&c.*Fuerunt enim impediti ab acquieſcendo doctrinæ Chriſti per inuidiam & odium ipſius,& ſic nec habitualiter nec actualiter crediderunt ipſum eſſe Deum.Nam per ſcripturas antiquas de deitate loquentes non omninò conuincebantur vt dictum eſt.Nec etiam per doctrinam Chriſti de ſe hoc teſtantis,impedientibus rancoris & odij paßionibus.Sicut enim homo communiter natus eſt credere ſuo amico.ſic & diſcredere inimico. Ex quibus bene attentis ſequitur correlariè , quòd catholicus diſputans cum Hebræis vel eis prædicando perſuadens de myſteriis Chriſti , non debet conari ad probandum deitatem Chriſti ex ſacris ſcripturis ab eis acceptis.Poſſent enim hæc declinare per varias expoſitiones,vt etiam Poſtillator dicit in hoc capitulo,ſed potiùs eſt procedendum ad probandum quòd ipſe ſit verus Chriſtus in lege promiſſus , cui eſt audiendum & obediendum ex præcepto diuino. Quo oſtenſo,deitas Chriſti faciliùs probatur per doctrinam noui Teſtamenti à Chriſto diuulgatam. Et iſte etiam eſt*

D *proceßus ſcientificus : quia ſecundùm Philoſophum 1. phyſicorum.* E *Connaturale eſt nobis à magis notis ad minus nota procedere.*

REPLIC. In ca.21.*Vbi Poſtill.dicit Hebræos dictos ab Heber. Burg.obiicit cuius obiectio correcta eſt Gene.10.& 12.*

In eo.cap.*vbi dicitur.* Lapidem quem reprobauerunt, &c. *quem paſſum exponit Poſtillator per figuram de lapide materiali in ædificio templi , prout Scholaſtica hiſtoria narrat,ſed exponit de Chriſto tanquam figurato principaliter intento : ſed Burgen. vult narrationem illam eſſe fictam,& vult primam literalem expoſitionem eſſe de Chriſto.Si Burgen.accipit primam.pro principaliter:hoc non negat Poſtillator.Sed quòd figura ſit ficta,non probat ſufficienter Bugen.per Rabbi Abrahã qui minoris eſt authoritatis apud ſanctam eccleſiam quàm Scholaſtica hiſtoria,immo plus fictum videtur, quòd ille Rabbi exponit lapidem de populo Iſraelitico. Aliæ autẽ expoſitiones adductæ non ſunt literales,ſed figuratiuæ.Oportet igitur aliquam aſſignare figuram,quæ etſi ficta foret,quia tamen nihil habet abſurditatis,peccatum non videtur committi,quia non omnis fictio peccatum eſt,patet Exod.7.in 2.correctorio.*

In eod.cap.*vbi requirit Poſtillator , an doctores & principes Iudæorum nouerant Chriſtum in lege promiſſum , &c. Recitat etiam opiniones quorundam dicentium, quòd nouerunt eum eſſe verum Meſ-* F *ſiam,&c.ſed non nouerunt eum eſſe Deum.Hanc tamen opinionem Poſtillator reprobat optimis rationibus.Burg.autem dicit ſanctum Tho.tenere opinionem illam , quam reprobat Poſtillator , & ideò pro ſancto Thom. certans magnam facit commotionem , quæ ſtat in certis dictis. Primum , quia Iudæi antiqui & moderni non potuerunt , nec hodie poſſunt videre & intelligere modum vnionis naturæ humanæ ad verbum ſine compoſitione & naturarum confuſione , igitur non potuerunt eum cognoſcere Deum nec eius deitatem. Secundum dictum. Sicut hæretici malè exponentes ſcripturas negant Chriſti deitatem , ſic non eſt mirum , quòd Hebræi propter falſas expoſitiones hoc idem negant. Tertium dictum , quòd myſterium deitatis Chriſti non poteſt intelligi ſine ſpeciali reuelatione , probat hoc: quia dictum fuit Petro Matthæi 16.c.* Caro & ſanguis non reuelauit tibi. *Quartum dictum: tempus aduentus Chriſti & cætera, quæ in ſcriptura de Chriſto traduntur , non excedunt communem intelligentiæ capacitatem , ſicut eius diuinitas. Ex quibus dictis conatur Burgen. concludere quòd opinio poſtillatoris eſt irrationabilis , & obiectio eius contra oppoſitam opinionem inualida. Hîc primò videndum eſt de irrationabilitate illorum quatuor dictorum Burgen. Secundò , de rationabilitate opinionis poſtillatoris. Tertiò, de obiectionum valore contra opinionem oppoſitam. Quo ad primum articulum videtur primum dictum Burgen.valdè irrationabile , quia ex eo ſequitur nullum Chriſtianum cognoſcere Chriſtum eſſe Deum. Probatur ex dicto ſuo , primò , quia nullus Chriſtianus poteſt intelligere modum vnionis humanæ naturæ ad verbum : igitur ſecundùm illationem Burgen. nullus Chriſtianus poteſt ſcire Chriſtum eſſe Deum. Antecedens eſt beati Leonis papæ dicentis Deum & hominem in vnam conueniſſe perſonam , niſi fides credat , ſermo non explicat. Excedit enim & multum ſupereminet humanæ rationis facultatem , & cætera quæ de hac ineffabili vnione ſancti doctores ſentiunt. Illatio eſt Burgen.conſequens autem falſiſſimum:quia Chriſtiani non modo Chriſtum ſciunt eſſe Deum, ſed etiã ita tenaciter huic ſententiæ adhærent, vt ſanguinem pro ea effundere ſint parati. Stant igitur ſimul, quòd Iudæorum ſapientes,etſi cognoſcere non poterant Chriſti deitatem ex modo incarnationis, poterant tamen ſcire ex ſcripturæ teſtimonio,prout poſt dicet.*

A *Nec secundùm dictum Burg.rationabile est:nam & si peruersi doctores Hebræorum male scripturam exponentes & hæretici, ex prauitate voluntatis intelligere nolentes Christum,dixerint non esse Deũ: ex hoc non sequitur,quòd ex sacra scriptura non posset efficaciter ostẽdi Christum esse Deum.Nam peruersa scripturæ expositio autoritatem scripturæ non minuit.Sicut negato primo principio, principium ipsum non est minus verum: quinimmo remanet necessariæ veritatis: sed sic proteruientes indigent sensu & pœna 4. Metaph. Nec postillator vult probationem ex sacra scriptura dicere sic efficacem, vt sufficere posit fideli & infideli prauæ & corruptæ voluntati.Nam vbi voluntas erroris se tenet contra rectam rationem,ibi pertinax pugna est secundùm beatum Hylindium to.10 de trinitate. Cum enim scripturæ Christi deitatem sonantes,per autenticos Hebræorum doctores bene exponuntur,hæretici & aly contra rationem & autoritatem eas exponentes fidem facere doctis & principibus non potuerunt, nisi voluntate praua præcedente: cum hoc stat eos ex autoritate scisse Christum esse Deum, & si voluntas sic deprauata iudicium rectæ rationis absorbuisset, ex hoc non fuissent excusati, prout prætendit Bur. sicut nec incontinens excusatur à peccato si in actu venereo ratio dicatur absorpta.*

Nec tertium dictum Burg.valet, vbi sacra scriptura planè dicit aliquid ad fidem & mores pertinens,ibi fides debet adhiberi, vt dicit beatus B *Aug.11.de ciuitate ca.3.Cum igitur sacra scriptura prout autentice à doctoribus Hebræorum exponitur,clarè dicit Christum fore Deum, ei fides est accommodanda.Non igitur apud doctos & principes Iudæorũ, ad id sciendum necessaria erat specialis reuelatio,sed sufficere potuit fides acquisita non impedita per prauam voluntatem.*

Nec Burg.probat suum propositum per ea quæ dicebãtur Petro,quia Petrus ante missionem spiritussancti fuit idiota ignorans scripturas de deitate Christi loquentes, & ideo Petro fuit facta specialis reuelatio prout dicit autoritas allegata.Secus est de principibus & doctoribus Iudæorum.Ad falsificandum etiam hoc tertium dictum Burg.valet secunda quæstio prologi doctoris subtilis.

Sed quartum dictum videtur contradicere secundò. Nam Burg.fundat secundum dictum super falsa expositione literæ, sonantis deitatem Christi, ex ea concludens quòd per sacram scripturam à Iudæis receptam non potest efficaciter probari Christum esse Deum. Nunc autem tempus sui aduentus in scripturis ita fuit occultatum in computatione hebdomadarum à Daniele descriptarum,quòd non solùm apud Hebræos quinimo apud catholicos doctores in expositione multa est diuersitas. Similiter & passus de Genealog. & aliis locis sonantes tempus aduentus Christi,Hebræi antiqui & moderni exponunt corruptè: igitur non C *potest sumi argumentum efficax ex scriptura de Christi aduentu, sicut nec de eius deitate,quod est oppositum quarti dicti.Et fortasse ex scripturis planiùs & efficaciùs argumentũ potest sumi de Christi deitate,quàm de sui aduentus tempore.Quia autem habemus Hebræorum expositores* D *de primo,de secundo autem: non propter igitur Burg. inepta dicta non debuit dicere opinionem postillatoris irrationabilem.*

Quantum ad secundum articulum,dico q̃ positio postillat.est multũ rationabilis:quia fundatur super expositionem literæ apud doctores Hebræorum autentica translatione Chaldaica & cæteris quæ rationabiliter nullus Iudæus intelligens audet negare. Sed si quis negat non facit hoc ratiocinando,sed proteruiendo prauitate affectionis:quod non facit probationem apud vtentes ratione minus efficacem,prout suprà dictum est inprobatione secundi dicti Burg.

Quo ad tertium articulum, dico quòd argumenta Burg. contra postil.non valent.

Non primum:quia falsè reportat postil. quasi dixerit quòd sola autoritas literæ sufficiat:nam postil.non fundat probabilitatẽ positionis suæ super nuda litera,quæ,sicut dicit Burg.varie potest & corrumpi & exponi:sed fundat (sicut dictum est) super autoritatibus Iudæorum: quas declinare eorum docti non consueuerunt.

Secundum Burg.argumentum est sophisma pertinens ad vicum stramin um.Putat enim Bur.quòd quia Christus est suppositum singulare, q̃ Iudæi vel alij non possent de eo habere æstimationẽ in vniuersali: quod E *falsum est:quia de vnico supposito possunt multa vniuersalia demonstratiua concludi:videlicet q̃ Sortes est risibilis,corporeus,sensibilis,&c. Nõ solùm in prædicamentis qualitatis sed etiã quantitatis.Nõ aduertit Bur. Auicen. 5.Meta.suæ,qui dicit,quòd omne vniuersale respectu subiecti in quo est singulare,quia omne receptum recipitur per modum recipientis, vniuersale igitur comparatum ad intellectum singulare est,& tamen de tali est scientia propriè dicta,quæ est consideratio in vniuersali,cum qua stat ignorantia in particulari:sicut exemplificat postil.de incontinenti. Est igitur exemplum illud bene ad propositum. Sic igitur docti Iudæorũ habuerunt æstimationem veram de Christi deitate in vniuersali: particularis autem æstimatio fuit propter odium illius personæ præpedita.*

Similiter tertium argumentum Burg.concludit solum de actuali æstimatione in singulari:de qua Apostolus dicit.Si cognouissent,&c.Non autem concludit de vniuersali consideratione præcedente passiones excæcantes secundum quam dixerunt. Hic est hæres. Per idem dicitur ad omnes autoritates adductas pro opinione,scilicet Tho.Nam ignorantia de qua loquitur beatus Petrus, similiter & Paulus, intelligitur ignorantia affectata, quo ad doctos Iudæorum, prout etiam Burgen. dicit in notabili: sed ignorantia affectata non procedit primò ex rationis errore, sed voluntatis prauitate peruertente iudicium rationis circa particulare, cuius vniuersale nouerat, prout vult exemplum de incontinente: vnde patet rationes postillatoris pro sua positione non F *esse inualidas, sed potiùs Burgen. rationes in contrarium minime valere.*

CAP. XXII.

CAPVT. XXII.

¶ Obuians eorum prauæ cogitationi de morte sua.

a *Simile factum.*Iterum arguit per parabolas:non tacet quia exasperati sunt, sed peiorem iram Dei per aliam parabolam dicit eis esse venturam.

† Luc.14.d.

a

T respõdẽs Iesus,dixit iterũ in parabolis eis dicẽs: 1

a ¶ Hic de persecutione apostolorum arguit. b ¶ Congregatio iustorum. ¶ Præsens ecclesia. ¶ Deo patri. ¶ Per incarnationis mysterium ecclesiam filio copulauit.

† Similẽ factũ est regnũm cœlorum homini regi, 2

b

3

Tracta. 20. in Matth.

✻ORIGENES.Regnũ cœlorum simile est,secundum quidem eũ qui regnat,homini regi secundum autem eum qui conregnat,filio regis:secundũ ea verò quæ sunt in regno regis,seruis &inuitatis ad nuptias, inter quos est exercitus regis.Addi tũ est autẽ homini regi,vt hominib. quasi homo loquatur: & dispẽsat homines nõ cupiẽtes dispensari à Deo.Sed tunc cessabit regnum cœlorum esse simile homini,cum cessante zelo & contentione,& cæteris passionibus & peccatis,cessauerimus secundum hominem ambulare,& videbimus eum sicuti est.

☞ *Nuptias*

NICOLAVS DE LYRA.

Cap. XXII.

✻ 1 ET respondens. *Postquam ostendit Iudæos iustè reprobatos tanquam contemptores diuinæ maiestatis,hic consequenter ostendit eos iustè reprobatos,tanquam contradictores diuinæ veritatis,cui contradixerunt tripliciter primò,ipsam refutando,secundò,ipsam impugnando,ibi.*Tunc abeuntes Pharisæi,*tertiò,contrarium errorem amplexando,ibi.*Congregatis autem Pharisæis.*Primum ostenditur per parabolam inuitatorum ad nuptias & nolentium venire:& ideo ipsis reprobatis,aly sunt vocati:in quo designatur vocatio Iudæorum ad fidem Christi, vt videbitur: quam repellentes,iustè à Deo reprobati sunt:& gentiles loco eorum merito sunt vocati.Et ideo prima diuiditur in duas partes:quia primò describitur Iudæorum reprobatio digna:secundò getium vocatio benigna, ibi.*Tunc ait seruis.*Circa primum dicitur sic.* Diuisio.

2 Regnum cœlo.*Id est.status ecclesiæ militantis.*

3 Homini regi qui fec.nup.*Nuptiæ istæ non possunt intelligi beatitudo æterna in ecclesia triũphante:quia infra dicitur,q̃ serui vocauerũt ad nuptias bonos & malos:& impletæ sunt nuptiæ.Dicitur etiã consequenter ibidẽ,q̃ inuentus est ibi homo non habens vestem nuptialem, & propter hoc eiectus in tenebras exteriores.Ad beatitudinem verò cœlestem non admittentur boni cum malis,sed solum boni:nullus etiam ibi*

✻ *receptus*

MORALITER.

† † *Simile est reg.&c.*Istud nuptiale conuiuium est eucharistiæ sacramentum,ad quod Christus inuitauit Iudæos Ioan.6. d. dicens.*Non Moyses dedit vobis panem de cœlo,sed pater meus dat vobis panẽ verũ de cælo.*Et istud conuiuium in cœna domini fuit paratum. Per tauros & altilia significantur spiritussancti dona, quæ conferuntur in huius sacramenti perceptione deuota.

✻ *Et misit*

a ¶ Prius prophetas prænuncios incarnationis.

a qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inui- 1
a ¶ Iudæos, quibus in patriarchis hoc promiserat. b ¶ Id est, credere. c ¶ Apostolos qui asserunt factam, vnde, hic dicitur: Prandium paratum est, id est, mysterium incarnationis impletum.
a tatos ad nuptias: & nolebant b venire. Iterum misit alios c seruos 2
a ¶ Doctrinam iusticiæ, & mensam scripturarum ex omnibus prophetis ordinaui. ¶ Introitus regni apertus in fide meæ incarnationis, qui ante fuerat clausus. 3 †
Luc.14.d. b dicens: Dicite inuitatis: ecce prandium meum paraui: tauri 4
a ¶ Fide cæteris concordando. 5
†immolata mei & altilia † occisa sunt; & omnia parata venite ad nuptias.
a ¶ Salutis suæ præconium.
c Illi autem neglexerunt, & abierunt: alius † in villam suam, 6
a ¶ Alij non solùm contemnunt, sed & persequuntur. 7
alius verò ad negociationem suam. Reliqui verò tenuerunt 8
a ¶ De mortibus discipulorum dicit, qui supra in alia parabola de morte sua dixit.
d seruos eius, & contumeliis affectos occiderunt. Rex au- 9
a ¶ Vocem sanguinis. b ¶ Tamen cum tranquillitate iudicans. c ¶ Romanis sub Tito & Vespasiano.
e tem cum audisset, b iratus est, & missis c exercitibus suis per- 10
a ¶ Iudæos interemit. b ¶ Ierusalem. 11
didit homicidas illos, & b ciuitatem illorum succen- 12
a ¶ Adhuc alios inuitat, quia sermo Dei & si alicubi laborat, alibi requiescit. 13
f dit. Tunc ait seruis suis: Nuptiæ quidem paratæ sunt, 14
a ¶ Iudæi. b ¶ Per legem & prophetas. 15
g sed qui b inuitati erant, non fuerunt digni. Ite ergo ad exi- 16
17

B a *Nuptias.* Nuptiarum thalamus, est virginis vterus. De inuitatis ad nuptias solus Matthæus narrat. Aliud simile ex parte Lucas dicit de cœna id est, æterno conuiuio, de quo nemo ingressus repellitur, sicut de præsenti ecclesia.

b *Tauri.* Quia prius prophetæ, & post apostoli ab infidelibus passi sunt: qui vobis modo sunt in exemplum, quid sit vobis credendum. Venite, fide, cæteris concordando. Tauri sunt patres veteris Testamenti, quibus indulta est licentia inimicos quasi cornu feriendi. Altilia ab alendo, id est pinguia interna charitate, præcones, noui Testamenti contemplationis penna superna petentes. Occisa, vel ab eo quòd fuerant, vel per mortem carnis iam in requie positi.

c *Alius in villam.* In villam ire, est terreno labori immoderatè incumbere. Negociari verò, terrenis lucris inhiare.

d *Rex autem.* Supra homo dum inuitabat & opera clementiæ tiæ agebat, nunc in D vltione rex tantum.

e *Et misis.* Missis exercitibus, id est, angelis per quos iudicium exercebit, persequentes perdit: & ciuitatem, id est, carnem in qua habitauerunt cum anima in gehenna cremabit.

f *Nuptiæ quidem para.* Omne sacramentum incarnationis peractum est, natiuitas & passio, &c. † in agrum suum.

g *Ad exitus, &c.* Actiones, sunt viæ; exitus, defectus actionum: quia plerumq; facilè conuertuntur E quos in terrenis actibus prospera nulla comitantur.

✠ Chrysost. Homil. 41. operis imperf.

Vel viæ sunt omnes professiones huius mundi, vt puta philosophiæ, militiæ, & huiusmodi. Dicit ergo. Ite ad exitus viarum, vt cuiuslibet conditionis homines vocent ad fidem. Adhuc, sicut castitas via est quæ ducit ad Deum: sic fornicatio via est quæ ducit ad diabolum, & sic de aliis virtutibus & vitiis. Iubet ergò vt cuiuscunque conuersationis vel conditionis homines inuitent ad fidem.

☞ *Vt videret*

NICOLAVS DE LYRA

receptus eiicietur: & ideò per istas nuptias intelligitur verbi incarnatio
✠ *tunc enim Deus pater fecit nuptias filio suo, quando naturam humanam copulauit naturæ diuinæ in suo suppposito. Quæ quidem nuptiæ celebratæ sunt in vtero virginali de quo Christus.* Exiit tanquam sponsus procedens de thalamo suo.

C 1 Et misit ser. &c. *Isti inuitati sunt Iudæi quibus data est lex in qua facta est promissio de incarnatione Christi, vt patet Gen.penult. b.* Non auferetur sceptrum de Iuda &c. *& Deut.18.* Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum &c. *Serui autem qui missi sunt ad vocandum inuitatos istos, fuerunt prophetæ qui clariùs denunciauerunt ea de Christo quæ obscuriùs erant posita in lege: hortabantur enim populum Iudaicum expectare Christi aduentum, & tendere in ipsum per fidem & bona opera.*

2 Et nolebant. *Quia nolebant verbis prophetarum obedire, vt patet ex decursu li. Reg. & Paralip.*

3 Iterum misit alios seru. *Isti serui secundò missi fuerunt illi qui de propinquo denunciauerunt aduentum Christi, vt Ioannes Baptista & discipuli Christi missi ab eo in omnem & ciuitatem locum quo ipse erat venturus, vt habetur Luc.10.*

4 Ecce prandium meum paraui. *Videlicet sacramenta ecclesiæ, & doctrinam, quibus reficitur anima: & potissimè sacramento eucharistiæ: in quo datur nobis caro Christi in cibum, & sanguis eius in potum.*

5 Tauri mei & al. *Tauri sunt præcepta moralia, altilia consilia superaddita.*

6 Illi autem ne. *Quia Iudæi prædicationem Christi & apostolorum contempserunt: quia pauci comparatiuè de Iudæis crediderunt. Causa autem huius fuit cupiditas rerum temporalium. Propter hoc enim sacerdotes conspirauerunt in mortem Christi, ne perderent ciuitatem & templum: in quo quidem templo hauriebant pecuniam populi, vt visum est capitulo præcedenti sub obtentu cultus diuini: & hoc est quod subditur.*

7 Et abierunt, alius in vi. suam. alius in negociationem suam. *Per laborem vineæ intelligitur omnis occupatio corporalis circa terrena impediens diuina. Per negociationem verò, occupatio mentalis circa talia.*

8 Reliqui verò te. ser. eius & contu. af. occiderunt. *Quia Ioannes Baptista ab eis est incarceratus & occisus. Similiter Iacobus frater Ioannis, & Stephanus & alij discipuli Christi, & similiter prophetæ multi in testamento veteri.* F

9 Rex autem cum au. iratus est. *Quia à Deo meritò pro talibus sunt puniti.*

10 Et missis ex su. *Scilicet exercitu Romanorum sub principibus Tito & Vespasiano, qui ex diuinâ ordinatione venerunt contra Ierusalem 42. anno post Christi passionem.*

11 Perdidit ho. il. *Quia in vltionem sanguinis Christi, & suorum discipulorum ab exercitu Romanorum sunt trucidati, & captiuati de Iudæis vsque ad decies centum milia, vt dicit Iosephus in libro de Iudaico bello.*

12 Et ciuitatem il. succendit. *Quia tunc Ierusalem succensa est & templum in ea.*

13 Tunc ait ser. su. *Hîc consequenter describitur vocatio gentium benigna: quia Iudæis repellentibus fidem Christi ab apostolis prædicatam, apostoli de mandato domini transierunt ad prædicandum gentibus per totum mundum: & ipsi deuotè susceperunt fidem Christi ad prædicationem apostolorum: & hoc est quod dicitur Act.13.g. vbi Paulus loquens Iudæis induratis, dixit sic.* Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quoniam repellitis illud & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes: sic enim præcepit nobis Deus: *& hoc est quòd dicitur.* Tunc ait ser. *Id est. apostolis suis & aliis discipulis per diuinam reuelationem.*

14 Nuptiæ quidem para. sunt. *Id est, mysteria Christi impleta sunt.*

15 Sed qui inuitati erant. *Scilicet Iudæi, vt visum est.*

16 Non fuerunt di. *Propter suam incredulitatem.*

17 Ite ergo ad exitus vi. *Id est, ad dispersionem gentium.*

✠ Et quoscunque

MORALITER.

1 Et misit ser. Scilicet apostolos aliósque discipulos.

✠ † *Dicite inui.* Id est, Iudæis à Christo iã inuitatis, quorũ aliqui renuerunt venire per negligentiam, & aliqui per occupationem terrenam, & aliqui per inimicitiam, quia Christi seruos occiderunt scilicet Stephanum, Iacobum fratrem Ioannis & Iacobum iustum, vt habetur in actibus apostolorum.

10 *Et misis, &c.* Id est, Romanis, qui dicuntur exercitus Dei, quia venerunt eius instinctu in vltionem mortis Christi.

11 *Perdidit il. ho.* Partim occidendo, partim captiuando. *Tunc ait.* Sequitur.

17 *Ite ergo.* Hoc fuit impletum Act.13.a. cum Paulus & Barnabas constanter dixerunt Iudæis. *Vobis oportebat primũ loqui verbũ Dei, sed quoniã repellitis illud, & indignos vos iudicatis vitæ æternæ, ecce*

a ¶ Viæ,sunt errores gentium. b ¶ Cuiuscunque conditionis. ¶ Ad fidem.

tus viarum,& † quousque inueneritis,vocate ad nuptias. Et 1
a ¶ De Iudæa. b ¶ Sectas gentium. c Sicut ecclesia inter cœlum & infernum est indiscretè malos & bonos colligit. 2
egressi serui eius in vias, congregauerunt omnes quos inue-
a ¶ Crediderunt quotquot præordinati erant ad vitam.
nerunt malos & bonos: & impletæ sunt nuptiæ † discum- 3
a ¶ Ad iudicium veniens,illuminabit conscientias. ¶ In fide requiescentes.
a bentium.Intrauit autem rex,vt videret discumbentes, & vi- 4
a ¶ Omnes qui in malo sunt vnum. b ¶ Id est fidem habentem,non opera charitatis,per quam dominus ad tociandæ sibi ecclesiæ nuptias venit. 5
b dit ibi hominem non vestitum veste nuptiali,& ait illi: Ami- 6
c c ¶ Impudentiæ arguit. b ¶ Per fidem,non per orationem. c ¶ Noui hominis sed veteris.
ce quomodo huc intrasti,non habens vestem nuptialem? At 7
a ¶ Quia non locus negandi ibi est. ¶ Ligantur pœna qui ligati fuerunt culpa à bonis operibus. 8
d ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris.† Ligatis manibus & 9
a ¶ Inferni quia hic interiores habent tenebras.
e pedibus eius † mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit 10 11
a ¶ Oculorum in vanis vagorum. b ¶ Qui de edacitate gauisi sunt. c ¶ Ad nuptias. d ¶ Fide. 12
f fletus & stridor dentium.† Multi autem sunt vocati,pauci ve 13
a ¶ Ad segnum.
rò electi.† Tunc abeuntes Pharisæi consilium inierunt vt † 14 15
a ¶ Vt aliquid quasi eo ignorante extorquerent ab eo in quo argui posset. b ¶ Quasi minus notos,à quibus minus caueret,& reprehensi minus erubescerent. 16
g caperent eum in sermone.Et mittunt ei discipulos suos cum 17 18
a Eo tempore Herodes erat Ierosolymis. b Quasi laudatus mysterium sui cordis simpliciter eis aperiat,eosque velit habere discipulos.
Herodianis,dicentes:Magister,scimus quia verax es,& viam 19
¶ Non timens prælatam personam. 20
h Dei in veritate doces,& non est tibi cura de aliquo.Nō enim 21
a Indiscretè dicis veritatem maioribus & minoribus.
respicis personam hominum. Dic ergo nobis,quid tibivide-

manibus attentant. D *Cum Herodianis.* Id est, militibus Herodis. Sub Cæsare Augusto quando descriptio facta est, Iudæa facta est tributaria. † discumbentibus. His tributis præpositus est Herodes antipatris filius alienigena & proselytus, rex Iudæis ab Augusto constitutus. Erat ergo seditio in populo,aliis dicētibus debere dari tributa, †tollite eū, & iacite. pro securitate& quiete,cum Romani pro omnibus militēt Pharisæis contra nitenti bus, non debere populum Dei qui decimas soluit, & cætera † illaqueârent. E quæ lex dicit,humanis legibus subiacere. Mittunt igitur Pharisæi si possent decipere.

✠ CHRYSOST. Hom.71 in Matth. Propter hoc autem suos discipulos &Herodis milites simul mittunt,vt quodcunque dixerit,reprehēdatur: cupiebant enim magis aduersus Herodianos eum aliquid dicere:quia enim eum detinere timebant propter turbas voluerunt ei periculum immittere,eo quod esset publicis tributis obnoxius.

h *Non est tibi cura,&c.* Illuc prouocāt,vt Deum magis timeat, ☞ quam

---

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et quoscunque inue.vo.ad nup. *Quia nullus volens fidem catholicam recipere,repellendus est.*

2 Et egressi ser.&c. *Quia in ecclesia milita...e admixti sunt boni cum malis.*

3 Et imple.sunt nu. di. *Quia fides catholica diffusa est per orbem vniuersum.*

C 4 Intra.autem rex vt vi.di. *Discernendo scilicet merita & demerita credentium.Intrat autem dupliciter,generaliter intrabit in futuro iudicio,specialiter in morte cuiuslibet hominis.*

5 Et vi.ibi ho.non ve.ve. *Ista vestis nuptialis, est charitas quæ diuidit inter filios regni & perditionis,vt dicit Aug. Dicitur autem vestis nuptialis secundùm Greg. quia ea indutus Christus ad nuptias venit, quando ex charitate incarnari voluit.Sequitur.*

6 Amice quomodo huc in. *Vocatur autē amicus peccator propter naturam,quæ ad imaginem Dei facta est, & propter fidem informem quæ Dei donum est,licet non sufficiat ad salutem.*

7 At ille ob. *Quia nullus potest respondere Deo:sed propria arguente conscientia conuincitur,& mutus efficitur.*

8 Tunc dixit rex mi. *Id est,angelis executoribus diuinæ iustitiæ.*

9 Ligatis mani.& pedi. *Quia post mortem non potest peccator bonum operari,nec ad salutem reuerti.*

10 Mittite eum in te.ex. *Tenebræ enim interiores sunt tenebræ mentales,quas solùm habent modo peccatores.Tenebræ verò exteriores sunt tenebræ corporales,quas cum prædictis habebunt post mortem, quando in infernum detrudentur per diuinam sententiam.*

11 Ibi erit fle.& strid.den. *Hoc suprà expositum est cap.13.*

12 Multi autem sunt vo. *Scilicet ad fidem catholicam.*

13 Pauci verò electi. *Scilicet ad gloriam: quia pauci sunt scilicet comparatiuè respectu illorum qui sunt vocati ad fidem.*

14 Tunc abeun.Pha. *Hic ostenduntur Iudæi contradictores diuinæ veritatis ipsam impugnando,& diuiditur in tres partes:quia primò impugnauerunt Christum de veritate iustitiæ:secundò, de veritate doctrinæ,ibi.* In illo die, *tertiò,de veritate vitæ,ibi.* Pharisæi autem au. Diuisio. *Prima in duas:quia primò ponitur Pharisæorum fallax interrogatio:secundò,ipsius Christi vera responsio, ibi.* Cognita autem Iesus nequitia eorum. *Circa primum aduertendum, quòd Pharisæi maliciosè conspirabant contra Christum,quorum malicia primò ostenditur:& hoc quadrupliciter.Primò in hoc quod dicitur.* F

15 Consilium inierunt. *Vt ex colloquutione communi melius perpenderent qualiter possent eum decipere.Secundò cum dicitur.*

16 Vt caperent eum in sermone. *Quia non poterant eum capere in malo opere.Et quia facilius capitur homo in verbis quàm in factis.Tertiò,cum subditur.*

17 Et mittunt ei discipulos suos. *Id est,homines Christo incognitos secundùm æstimationem eorum,vt coram ipsis audaciùs loqueretur, & laxaret linguam ad aliquid dicendum, vnde posset capi. Quartò, cum subditur.*

18 Cum Herodianis. *Isti enim Herodiani erant milites Herodis:quia ista quæstio fuit facta Christo feria quarta ante passionem suam. Et de Herode legitur,quòd ipse erat in Ierusalem cum exercitu suo in die passionis,quia venerat in Ierusalem propter solemnitatem Paschalem. Sic ergo milites Herodis missi sunt cum discipulis Pharisæorum,vt discipuli possent eum capere in sermone,& milites statim raperent eum,vt puniretur in corpore.Sic ergo patet, qualiter maliciosè agebant contra eū verbo:quia primò commendant eum verbis: vt facilius inducant ad dicendum aliquid contra potestatem Cæsaris:de quo volebant sibi facere quæstionem,vt videbitur.Dicunt ergo sic.*

19 Magister scimus,quia verax es. *In vita.*

20 Et viam Dei in veritate doces. *In sana doctrina.*

21 Et non est tibi cura de aliquo. *In quo apparet tua iustitia:& sic eum commendant, licet fallaciter de veritate vitæ, doctrinæ & iustitiæ.*

✠ *Quasi*

MORALITER.

✠ *conuertimur ad gentes:sic enim nobis præcepit Deus.* Sed qui veniunt ad conuiuium carentes veste charitatis, quæ est nuptiale vestimentum, mittuntur in tenebras exteriores ligatis manibus & pedibus: per quod impossibilis exitus designatur. *Tunc abeun. Pha.&c.* Sequitur.

19 *Magister sci.&c.* CHRYSOST. Hæc est hypocritarum prima simulatio,quia laudant quos perdere volunt.

✠ *Redāte*

quam Cęsarē:&ideò A non debere ſolui tributa dicat, vt Herodiani quaſi autorem ſeditionis teneant.

† verſutia † Mar.12.

a *Hypocritæ.* Quia aliud ſunt,& aliud ſimulant.

✠ CHRYSOST. Homil. 42. operis imperf. Non ſecundùm ſermones eorum pacificos blandè reſpondit,ſed ſecūdum conſcientiam eorum crudelem aſpera dixit: quia Deus voluntatibus reſpondet,non verbis. Dicit ergò eis hypocritæ,vt cōſiderantes eum cordium humanorum B cognitorem , quod facere cogitabant, perficere non auderēt. Vide ergò quod phariſæi blandiebātur vt perderent: ſed Ieſus eos confundebat vt ſaluaret.

† 23.q.1.c. militare, & q. fin. ca. ſi morte, & c. conuenior. De cle. con. iu. c. ex parte ſua.

†Mar.12.d.

b *Reddite ergo.* Vel ſicut Cæſar exigit impreſſionē ſuæ imaginis,ſic & Deus animam lumine ſui vultus ſignatam.

Duę fuerūt hęreſes Iudæorum.

c *Saducæi,&c.* Duæ erant hæreſes in Iudæis. Phariſæorum,qui præferebant iuſticiam traditionum & obſeruationum: & Saducæorum tur.Licet cenſum dare Cæſari,an non? Cognita autem Ieſus 1
a ¶ Doloſitate. A b ¶ Non ſecundum verba eorum blandè,ſed ſecundum conſcientias eorum aſperè. 2
c ¶ Quia aliud eſt in corde,& aliud ſimulant in ore.
a † nequitia eorum b ait.† Quid me tentatis hypocritæ? Oſten- 3
a ¶ Denarium,qui pro cenſu ſoluitur,qui & habet imaginem Cæſaris. b ¶ Genus nummi quod pro decem nummis computabatur. 4
dite mihi nûmiſma cenſus. At illi obtulerunt ei b denarium. Et 5
a ¶ Satis patet,quòd non de ignorantia interrogat,ſed vt ad verba eorum competenter reſpondeat.
ait illis Ieſus. Cûius eſt imago hæc & ſuperſcriptio? Dicunt 6
a ¶ Tyberij priuigni Auguſti,ſub quo paſſus eſt dominus. ¶ Tributum,pecuniam.
b ei:Cæſaris. Tunc ait illis: † Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris 7
a ¶ Decimas,victimas. b ¶ Qui credere debuerunt mirantur, quòd non habent tentandi locum. †
Cæſari & quæ ſunt Dei Deo. Et a b audientes mirati ſunt:& reli-
a ¶ Infidelitatem reportantes. b ¶ Qui Phariſæi abierunt. c ¶ Qui interpretantur iuſti.
c cto eo abierunt. † In illo die a accedérunt ad eum Sadûcæi, 8
a ¶ Phariſæi credebant & animæ & corporis reſurrectionem , ſed Saducæi etiam animas interire cum corporibus.
qui dicunt non eſſe reſurrectionem:& a interrogauerunt eum
dicentes:Magiſter,Moyſes dixit:ſi quis mortuus fuerit non
habens filium,vt ducat frater eius vxorem illius: & ſuſcitet
ſemen fratri ſuo. † Erant autem apud nos ſeptem fratres, & †
primus vxore ducta defunctus eſt , & non habens ſemen re-
liquit vxorem ſuam fratri ſuo: ſimiliter ſecundus & tertius
vſque ad ſeptimum. Nouiſſimè autem omnium & mu-
a ¶ Opinabantur,quòd ſi reſurgerent,quòd ita tunc ſicut nunc in hoc ſeculo viuerent.
lier defuncta eſt : In reſurrectione ergo cûius erit de ſe- 9
a ptem vxor ? Omnes enim habuerunt eam. Reſpondens 10 11

cæorum , qui & ipſi D vendicabant ſibi , q̄ nondum erant id eſt iuſti. Saducæi namque iuſti interpretantur, qui reſurrectionem corporum non credunt, & animas interire putant cum corpore , turpitudinem fabulæ fingunt, quæ deliramēti eos arguat qui reſurrectionem aſſerunt. Poteſt autem fieri vt in gente eorum hoc aliquando acciderit.

† Mar.12. Luc.20.e. Act.23.b.

✠ CHRYSOSTOMVS. Homil. 42. operis imperf. Quando recedebant Phariſæi accedebant Saducęi fortè tali conſilio, E quia dicertabāt quis eum deprehendere poſſet, vel ſi ratione eum non poſſent ſuperare,ſaltem per ipſam frequētiam ſubuerterent ſenſum eius.

MYSTICE. Hi omnes ſeptem reprobi ſunt,qui tota hac vita quæ ſeptem diebus eſt,ſteriles à bono opere ſunt:quibus miſerè mortuis, ad vltimum mundana conuerſatio quæ ſine fructu eſt tranſibit.

☞ *Erratis.*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *Quaſi dicat non dimittes timore cuiuſcunque hominis etiam Imperatoris dicere veritatem:& tunc proponunt : quæſtionem brigoſam apud eos dicentes.*

1 Licet cenſum dare Cæſa.an non. *Iſta quæſtio habuit ortum à tempore natiuitatis Chriſti: quia prout habetur Luc.2. c. Cæſar Auguſtus præcepit,vt deſcriberetur vniuerſus orbis. Et hæc deſcriptio primò facta eſt in Iudæa , quæ eſt in medio terræ habitabilis : & in iſta deſcriptione omnes ibant ad ciuitates,de quibus erant oriundi , vt profiterentur ſe reddituros tributum Cæſari. Tunc ſurrexit quidam nomine* C *Iudas,natione Galilæus,qui dicebat hoc eſſe Iudæis illicitum, quòd ſcilicet recognoſcerent aliquem dominum in terris , ſed ſolum Deum qui in cœlis eſt,& multos traxit ad ſe, vt habetur Act. 5. Et Ioſephus idem*

Ioſephus libro.18. antiquitatum.

refert 20.lib.antiquitatum : & extunc aliquid huic opinioni adherebant , quia iſta opinio erat pro libertate populi, & pro honore ipſius Dei videbatur:è contrario alij aſſerebant, quòd erat licitum dare tributum Romanis:quia pro defenſione patriæ militabant, & ab hoſtibus & à latronibus defendebant, & pacem inter homines conſeruabant & iuſticiam. Hanc autem quæſtionem maliciosè propoſuerunt Chriſto,vt ſi diceret non eſſe licitum,ſtatim caperetur tanquam contrarius imperatori. Si autem diceret eſſe licitum,videretur eſſe contrarius libertati populi & diuino honori:& ſic incurreret maleuolentiam populi.

2 Cognita autem,&c. *Hîc ponitur Chriſti reſponſio. Primò reſpondet ad eorum intentionem.*

3 Quid me ten.&c. *Quaſi dicat non quæritis veritatem addiſcere, ſed me in verbis capere. Et propter hoc vocat eos hypocritas,quia aliud prætendebant, & aliud intendebant. Conſequenter reſpondet ad quæſtionem.*

4 Oſtendite mihi numiſma. *Id eſt,nummum qui datur annuè pro cenſu imperatori.*

5 At illi obtulerunt. *Quia iſte nummus,qui dabatur pro annuo cenſu à quolibet capitaneo domus valebat decem nummos vſuales. Et ideo vocabatur denarius,& erat de argento.*

6 Cuius eſt imago , &c. *Quia imago Cæſaris erat impreſſa in illo denario, denario,& nomen eius in circuitu.*

7 Tunc ait illis:Reddi.&c. *Quia reddere debitum omnibus eſt bonum & iuſtum:non eſt autem inconueniens,nec contradictio, quòd homo ſit ſubditus homini in temporalibus, & Deo immediatè in ſpiritualibus,& maximè , quia iurauerant Iudæi ſeruare fidelitatem & reddere tributum Romanis à tempore Pompei qui Iudæam fecit tributariam Romanis:& audientes mirati ſunt, & relicto eo abierunt ſicut confuſi.*

8 In illo die. *Hîc conſequenter oſtenditur quomodo impugnauerunt Chriſtum Iudæi,in veritate doctrinæ,ad quam pertinet reſurrectio mortuorum,quæ eſt de articulis fidei. Et primò circa hoc imponitur Iudæorum interrogatio. Secundò Chriſti reſponſio , ibi.* Reſpondens autem F Ieſus.

Circa primum aduertendum,quòd inter Iudæos quidam erant qui vocabantur Saducæi:qui recipiebant tantum quinque libros Moyſi , & dicebant animam hominis mortalem, & per conſequens negabant reſurrectionem,ſecundùm quòd Ioſephus refert de iſtis 20.libro antiquitatum. Et magiſter in hiſtoriis,vbi plenius tangitur diuerſitas quæ erat in ſectis Iudæorum: quod propter breuitatem omitto. Iſti ergo mouerunt quæſtionem,quæ videbatur eis inſolubilis : & propter hoc videbatur eis reſurrectio mortuorum impoßibilis. Et ponitur caſus de muliere quæ deſponſata eſt ſeptem fratribus ſucceßiuè : quia quando aliquis moriebatur ſine filio,frater eius tenebatur accipere vxorem ad ſuſcitandum ſemen fratri ſuo,ita quòd primus filius natus non aſcribebatur generanti,ſed mortuo fratri ſecundum quod ſcribitur Deut.25. Iſta ergo mulier ſine prole ſuſcepta mortua eſt poſt omnes fratres. Et ideo proponunt quæſtionem Chriſto.

9 In reſurre.ergo,&c. *Quaſi dicerent: impoßibile eſt quòd detur alicui eorum determinatè. Cuius cauſa ſubditur.*

10 Omnes,&c. *Et per conſequens eadem ratione ſi debeat aßignari vni,& alteri. Item non videtur poßibile,quod detur ſeptem fratribus ſimul:quia eſt contra legē Moyſi, q̄ duo fratres ſimul coniungantur vni mulieri matrimonialiter:& ex hoc intendunt concludere,quòd impoſſibile ſit animam immortalem eſſe & hominem reſurgere.*

11 Reſpondens autem Ieſus. *Hîc ponitur Chriſti reſponſio. Vbi*

✠ *tria*

MORALITER.

✠ † *Reddite ergo,&c.* ORIGE. Mundi princeps diabolus Cæſar dici poteſt:non enim Deo reddere poſſumus quæ ſua ſunt , niſi prius principi mundi reddiderimus qua ſunt ſua,id eſt , niſi depoſuerimus poſuerimus maliciam vniuerſam. *In illa,&c.* Sequitur.

† *Erant apud.* Per iſtos ſeptem , qui non relinquerunt ſemen deſignatur vniuerſitas deſidentium,qui ex ſuis operibus non relinquunt aliquid memoria dignum.

a *Erratis.* Ideò quia nescitis scripturas. Vnde sequitur, vt nesciant virtutem Dei.

b *In resurrectione.* Resurgent quidem corpora, quæ possent nubere & nubi: quod de his dicitur, qui habent membra genitalia: sed alta ratione non nubent.

Tractatu 22. in Matt. ✠ ORIGENES. Queritur, cum saluator dicat, erratis nescientes scripturas, An dicat quod in quibusdam scripturis positum est quod sequitur, *In resurrectione neque nubent, &c.* quod in veteri testamento non legitur scriptum. Nos autem dicimus quia scriptum est, non in

† Exo. 3. c. Mar. 12. c. † Mar. 12. c. ipsis sermonibus manifestè ista dicentibus, sed in mysterio indicantibus, secun-

B dùm intellectũ moralem. Sed nec inuenio scriptum, *erũt sicut Angeli Dei*, nisi fortè quis & hoc moraliter intelligat, secundùm illùd quod dicitur: Tu autem ibis ad patres tuos. Item appositus est ad populum suum.

Hom. 42. operis imperf. c *Sed sunt sicut Angeli.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Notandum quod cum de ieiuniis & eleemosynis, cęterísque virtutibus spiritualibus locutus fuit, nunquam Angelorum similitudinem introduxit, nisi cum de absolutione à coitu loqueretur. Quoniam sicut omnes actus carnales, opera sunt animalium præcipuè tamen actus libidinis, sic omnes virtutes sunt res Angelicæ præcipuè tamen castitas, per quam vincitur natura virtutibus.

✠ HILARIVS. Eandem quam Saducæi calumniam afferre plures solent, in quam formam muliebris sexus resurgat.

Lib. 22. de ciuit. ca. 22. ✠ AVGVSTINVS. Melius sapiunt, qui vtrumque sexum resurrecturum non dubitant. Non enim libido ibi erit quæ confusionis causa est. Nam priusquam peccassent nudi erant: natura autem seruabitur, quæ tunc quidem à concubitu immunis erit. Erunt tamen membra fœminea non accommodata vsui veteri, sed decori nouo quo non allicitur aspicientis concupiscentia, quæ nulla erit.

d *De resurrectione, &c.* Hoc quidam de resurrectionis cõditionibus quæstioni propositæ reddidit. De ipsa verò resurrectione contra infidelitatem eorũ ita ait: *De resurrectione autem mortuorum.* Ita testimonium ponit: Quod videtur ambiguum, vel non satis ad resurrectionis pertinet veritatem, quia illi prophetas (vbi aperta sunt testimonia) non recipiunt, sed tantum quinque libros Moysi. Et hic de resurrectione, & alibi de diuinitate quædam coram contẽptoribus inuenitur dominus dixisse: nõ vt daret sanctum canibus, & mitteret margaritas ante porcos, sed quia inter eos qui tentabant erant aliqui qui vtiliter audebant, quos pro aliorum immũdicia negligi non oportebat.

Diuisio

sup. 7. a. † neque ducunt vxores, neque nuptum dantur

* Deus

† stupebant

† os occlusisset

e *Non legistis.* In Moyse quem recipitis, alioquin posset apertiora de resurrectione testimonia prophetarum dare: sed prophetas Saducæi non recipiunt.

f *Deus Abraham, &c.* Qui iam mortui erant, quando hæc dicebat, ergo per hoc animas probat permanere post mortem: non enim diceretur Deus non existentium. Et sic introducitur & corporum resurrectio, quæ cum animabus bona vel mala gesserunt. *Deus Abraham, & Isaac & Iacob.* Per hoc probat æternitatem animarum, Et statim infert: *Non est Deus mortuorum, &c.* vt cum probauerit animas permanere post mortem, consequenter introduceretur etiam corporum resurrectio, quæ cum animabus bona vel mala gesserunt.

g *Silentium.* Nota venena inuidiæ superari posse, sed difficile conquiescere.

h *Conuenerunt.* Vt multitudine vincerent quem non poterant ratione. In tentando conueniunt, qui in doctrina contrarij sunt. Iam confutati erant in ostensione denarij, iam viderant etiam Saducæos obmutescere, sed tamen maleuolentia & liuor nutrit impudentiam. Mar. 12. c.

☞ *Tentans eum.*

a ¶ Quæ resurrectionem asserunt. a autem Iesus, ait illis: Erratis, nescientes scripturas, neque vir- 1 2
a ¶ Qua potest corpora suscitare. ¶ Viri producent. b ¶ Fœminæ producentur. b tutem Dei, In resurrectione enim, † neque nubent, neque 3
a ¶ Ecce spiritualis conuersatio. id est sine labe corruptionis visione Dei fruentur qui ibi erunt. c nubentur: sed sunt sicut ângeli Dei in cœlo. De resurrectio- 4 5
a ¶ In Moyse quem recepistis. d ne autem mortuorum nõn legistis, quod dictum est à Deo, 6
e f dicente vobis: † Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, & 7
Deus Iacob. Non est Deus * mortuorum sed viuentium.
a ¶ Simpliciter gradientes miracula venerantes sequuntur doctrinam.
† Et audientes turbæ † mirabantur in doctrina eius. Pha- 8
a ¶ Sapienti responsioni. g risæi autem audientes, quòd † silẽntium imposuisset
b ¶ Non habentibus quid dicerent. h Saducæis conuenerunt in vnum, & interrogauit eum 9 10

C

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *tria facit per ordinem: quia primò ostendit eorum errorem, & erroris causam, dicens.*

1 Erratis. *In hoc supple, quod resurrectionem negatis.*

2 Nesciens scripturas. *Ipsi enim non recipiebant scripturas prophetarum in quibus fit expressa mentio de resurrectione mortuorum, vt habetur Dan. 12. a.* Multi qui dormiunt in puluere terræ euigilabunt, &c. *Et Ezech. 37. a.* Facta est super me manus domini, &c. *Et ex ignorantia istarum scripturarum procedebat error eorum. Secunda causa tangitur, cum subditur.*

3 Neque virtu. Dei. *Si enim bene considerassent virtutem Dei, quæ potest aliquid ex nihilo facere, quod ipsi habebant necesse concedere, ex quo recipiebant libros Moysi, vbi fit expressa mentio de creatione mundi, non negarent quin posset resuscitare mortuos. Secundò soluit argumentum eorum, dicens:*

4 In resurrectione enim, &c. *Id est, viri non accipient vxores.*

5 Neque nuben. *Id est, mulieres, non accipientur à viris, quia homines non resurgent ad vitam carnalem cibis & venereis vtentem.*

6 Sed sunt sicut Angeli Dei. *Viuentes visione & fruitione Dei Et sic patet eorum argumentum nihil concludere, quia illa inconuenientia ad quæ deducebant, non sequuntur, nisi ex suppositione, quòd actus carnales venereorum sint in resurrectione, quod patet esse falsum. Tertiò confirmat veritatem resurrectionis authoritate scripturæ dicentis Exod. 3.*

7 Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob. *Quando enim dominus protulit hæc verba, illi Patriarchæ erant mortui corporaliter: cum ergo aliquis non possit esse Deus rei non existentis vel eius quod est nihil quod idem est (quia creaturæ ad Deum est relatio realis quæ non potest fundari in nihilo) oportet ergo quòd isti patriarchæ aliquo modo essent, & ideò cum non viuerent vita corporali, sequitur quod anima adhuc viuebat, & per consequens quòd immortalis erat, quare non destruitur destructo corpore, & per consequens sequitur quòd resurrectio erit: quia anima non potest esse perfectè quietata, nec beata, nisi vniatur cum corpore: ad cuius vnionem habet inclinationem naturalem. Considerandum tamen, quòd saluator bene accepisset authoritatem magis expressam de immortalitate animæ & futura resurrectione, authoritatem, scilicet prophetarum, vt visum est, sed illa nõ recipiebatur à Saducæis: & ideò nõ fuisset efficax contra eos.*

8 Pharisæi autem. *Hic consequenter ostenditur qualiter impugnauerunt Christum in veritate vitæ, in hoc quòd proposuerunt sibi quæstionem tentatiuam de primo mandato legis. Circa quòd primò ponitur eorum interrogatio. Secundò ponitur Christi responsio, ibi:* Ait illi Iesus. *Circa primum dicitur:* Pharisæi autem, &c. *Licet enim ipsi essent contrarij Saducæis in opinione de animæ immortalitate & de mortuorum resurrectione, vt visum est, tamen conueniebant cum eis in Christi persequutione. Et ideò audientes, quòd silentium imposuisset eis.*

9 Conuenerunt in vnum. *Ad inuadendum ipsum Christum alio modo, & ad ipsum venerunt in magna multitudine ad magis eum terrendum.*

10 Et interrogauit eum vnus ex eis. *Vt si cõfusus esset, solus videretur confundi: si autem vinceret, omnes viderentur per eum vicisse, secundùm quod dicit Chrisostomus.*

✠ Tentans eum

MORALITER.

✠ † *In resurrectione enim, &c.* Resurrectio spiritualis est à morte culpæ ad vitam gratiæ, quæ est arra gloriæ, & ideò quando hæc resurrectio firmata est per propositum cauendi recidiuum firmatum matum professione religionis, & etiam obseruatum, tunc est similitudo ad angelicam vitam, quia per castitatem fit conformitas angelicæ puritati. Angeli similiter nihil proprium possident in hoc mundo, & obediunt continuè ipsi Deo.

✠ *Magister quod*

a *Tentans eum.* Marcus ait, quod ei ſapienter reſpondenti do-
A minus dixerit. Non longè es à regno Dei. Potuit enim fieri, vt qui tentans venit reſponſo dominico conuerſus ſit. Vel tentatio non eſt mala quaſi volentis decipere, ſed cauſa volentis amplius experiri ignotum.

Exo.20.a. Ibidem b. b *Diliges dominum Deum tuum.* Fictam conſcientiam interrogãtis dominus primo reſponſo percutit. *Deus tuus vnus eſt. Non aſſumes nomen Dei tui in vanum. Obſerua diem ſabbati.* Hęc tria ad dilectionem Dei pertinent. Cuius cogites vnitatem, veritatem, voluntatem.

a ¶ Pro omnibus legiſdoctor, vt ſi vincat, omnes victores habeantur, vel ſi vincitur, ſolus erubeſcat. b ¶ Non ſcire deſiderans. c ¶ Cuius non vult eſſe diſcipulus.

a vnus ex eis legiſdoctor b tentans eum. * Magiſter c quod eſt 1
a ¶ Egregium. b ¶ Id eſt, diligere debes. 2
b mandatum magnum in lege? Ait illi Ieſus: † Diliges domi- 3
a ¶ Intellectu, vt nullum in confeſſione diuinitatis relinquas errori locum. 4
b ¶ Id eſt, voluntate, vt nihil ei contrarium velis.
c num Deum tuum ex toto a corde tuo: & in tota b anima tua,
a ¶ Id eſt, in memoria nil reminiſcens quo minus de eo ſentias. b ¶ Dignitate. c ¶ Ordine.
& in tota a mente tua. Hoc eſt † b maximum & c primum
a ¶ Et ſi in exequutione ſit primum. b ¶ Non par. ¶ Quia de dilectione.
d mandatum. Secũndum autem ſimile b eſt huic: † Diliges pro- 5

c *Ex toto corde.* Integritas fidei exprimitur. In tota anima, perfecta obedientia, exigitur. In tota mente, perſeuerantia oſtenditur.
B

Homil. 42. operis imperf. ✠ Chrysostomvs. Diligere Deum ex toto corde, eſt vt cor tuum non ſit inclinatum ad alicuius rei dilectionem magis quam Dei. Diligere autem Deum in tota anima, eſt certiſſimum animum habere in veritate, & firmum eſſe in fide. Alius eſt enim amor cordis, & alius eſt amor animæ. Amor cordis quodãmodo carnalis eſt vt etiam carnaliter diligamus Deum, quod quod facere non poſſumus niſi recedamus ab amore rerum carnalium. Tota mente diligere Deum, eſt vt omnes ſenſus Deo vacent. D

✠ Avgvstinvs. Deum ex toto corde diligere præcepe- Lib.1.de do
ris, vt omnes cogitationes tuas: ex tota anima, vt omnem vi- ctrina Chri
tam tuã: ex tota mente tua, vt omnem intellectum tuum in il- ſti.cap.2 2.
lum conferas, à quo habes ea quæ aufers. * Et dicens.

✠ Origenes. Tracta. 23.
Ex toto corde id eſt, in matth.
ſecundùm totam recordationem & operationem & cogitationẽ: ex tota anima † Deut.6.a.
id eſt, vt parati ſint † magnum
eam ponere pro pietate Dei. In tota mẽte, nihil aliud ſcilicet † Leu.19.d. Mat.12.c. Rom.13.c.
proferentes, niſi quæ Dei ſunt. E

d *Diliges proximum.* ✠ Avgvstinvs. Manifeſtum eſt, omnem hominem proximum eſſe putandum: quia erga neminem operandum eſt malum. Lib.1.de do ctrina Chri ſti.cap.30.

✠ Chrysostomvs. Qui autem hominem amat, ſimile eſt ſicut qui Deum amat, quia imago Dei eſt homo, in quo Deus diligitur, ſicut rex in ſua imagine honoratur. Et propter hoc dicitur hoc mandatum eſſe ſimile primo. Homil. 42. operis imperf.

☞ *In his*

NICOLAVS DE LYRA

✠ 1 Tentans eum. *Capere ſcilicet in ſermone. Marcus tamen videtur contrarium dicere 12.cap.vbi dicitur quod Chriſtus dixit iſti legis doctori quærenti de primo mandato legis. Non longè es à regno Dei. Dicendum, quòd iſte in principio venit mala intentione cum aliis: ſed poſtea audita Chriſti reſponſione vera: pœnituit & Chriſti reſponſionem approbauit, dicens.* Magiſter in veritate bene dixiſti, &c. *vt habetur Mar. 12. Et tunc Chriſtus videns eius pœnitentiam intulit verba præmiſſa, dicens.* Non longè es à regno Dei, &c. *Simile autem habetur Ioan. 7. vbi dicitur quod principes & phariſæi miſerunt miniſtros, vt comprehenderent Ieſum. Illi autem audientes Chriſti prædicationem pœnituerunt, & ſic ad principes redierunt: & cum quærerent ab eis, quare non audiuiſſent eum. Reſponderunt.* Nunquam loquutus eſt ſic homo. *Conſequenter proponitur quæſtio.*
C

2 Magiſter quod eſt mandatum magnum in lege? *Credebat enim, quòd ſtatim reſponderet de mandato primo primæ tabulæ.* Non habebis deos alienos. *Et tunc habuiſſet argumentum contra eum de præcepto Charitatis quod eſt maius: ſicut & charitas eſt maior virtus ipſa fide.*

3 Ait illi Ieſus. *Hic ponitur Chriſti reſponſio.*

4 Diliges dominum Deum tuum, &c. Hoc eſt maximum & primum mandatum. *Hic tria ſunt videnda de ipſo præcepto charitatis. Primum eſt qualiter ſit intelligendum. Secundum qualiter ſit primum. Tertium, qualiter implendum.*

Dilectionis præceptum quatuor in locis traditur.

Circa primum ſciendum, quòd iſtud præceptum in quatuor locis traditur in ſcriptura ſcilicet Deut.6. vbi ponuntur tria. Diliges dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua, *& hic Matth. 22. vbi dimittitur fortitudo, & duobus aliis additur vnum quòd Deus diligatur ex toto corde & ex tota anima, & ex tota mente. Mar. autem 12. ponuntur iſta tria, & additur quartum ſcilicet ex tota virtute quod eſt idem cum eo quod dicitur Deut.6.* Et ex tota fortitudine. *Et eodem modo Lucæ 10. habetur: niſi quòd dicitur ibi, ex omnibus viribus tuis: quod idem eſt cum eo quod dicitur: ex virtute vel ex fortitudine. Et ſic patet, quod quatuor iſta ſunt de ratione iſtius præcepti ſcilicet diligere Deum ex toto corde, ex tota mente, ex tota anima, & ex tota fortitudine. Cuius ratio eſt, quia diligere eſt actus voluntatis. Duplex eſt autem actus ipſius, vnus eſt elicitus, & alter imperatus. Actus autem elicitus eſt qui immediatè egreditur ab ipſa voluntate, & iſte actus tangitur cum dicitur.* Diliges dominum Deum tuum ex toto corde. *Id eſt, ex tota voluntate: quia ſicut ex corde oritur motus ad alias partes corporis, ita voluntas mouet alias potentias animæ. Actus autem imperatus voluntatis eſt actus alterius potentiæ motæ ad ſuum actum per ipſam voluntatem. Per voluntatem autem informatam charitate mouetur intellectus ad aſſentiendum his quæ ſunt fidei & ad meditandum de Deo dilecto. Et iſte actus ſignificatur, cum ſubditur.* In tota mente. *Ibi enim accipitur mens pro ipſo intellectu, vlterius pro voluntate mouetur appetitus ſenſitiuus, vt conformetur ſuperiori parti: quia ſicut ſphera ſuperior mouet inferiores ſuo motu, ita voluntas appetitum ſenſitiuum, vt habetur 2. de anima. Et iſte actus notatur, cum dicitur.* Et in tota anima. *Per animam enim hic intelligitur pars ſenſitiua ſecundùm quod ſcribit Gen. 1.c.* Factus eſt homo in animam viuentem. *Id eſt, vitam animalem & ſenſibilem corpori dantem, vt dicit glo. Vlteriùs per voluntatem mouentur potentiæ motiuæ & executiuæ ad operandum ex dilectione. Et hoc notatur cum ſubditur.* Ex tota fortitudine tua, *vel,* ex omnibus viribus tuis. *Quod idem eſt: patet ergo primum.* Philoſoph. F

Circa ſecundum conſiderandum, quòd aliquid dicitur primum dupliciter. Vno modo origine: & ſic illa quæ ſunt imperfectiora priora ſunt in illis quæ procedunt de potentia ad actum, vt dicitur 9. metaphyſicæ. Alio modo dicitur aliquid primum dignitate ſeu perfectione. Hoc ergo ſecundo modo proximitatis, mandatum de dilectione Dei dicitur primũ, quia origine, dilectio proximi prior eſt ſecundum quòd dicit beatus Ioan. 1. canonica: ca. 4. d. Qui non diligit fratrem ſuum quem videt, Deum quem non videt quomodo poteſt diligere? *Et ſic patet ſecundum.*

Circa tertium conſiderandum, quòd totum & perfectum idem ſunt vt habetur 3. phyſicorum: & ideò diligere Deum ex toto corde, & ex tota anima, & ſic de aliis eſt diligere ex perfecto corde vel ex perfecta anima, & ſic de aliis. Perfectum autem dicitur aliquid dupliciter. Vno modo, quando nihil ſibi deeſt de perfectione ſibi poſsibili. Alio modo, quando nihil ſibi deeſt de perfectione ſibi debita vel competenti: ſicut homo mediocris ſtaturæ dicitur perfectæ quantitatis, licet non habeat quantitatem gigantis. Sic ergo accipiendo perfectum primo modo, ſic impletur præceptum dilectionis in patria, quia mens ibi fertur in Deum totaliter & perfectè, quantum ſibi poſsibile eſt, & ſine aliqua interruptione, & ſecundum hoc dicit Aug. libro. De perfectione iuſticiæ, quòd mandatũ charitatis ſolum implebitur in patria, vbi erit charitas perfecta. Si autem accipiatur perfectum ſecundo modo, ſic impletur in via, quando nihil diligitur contra Deum. Iſta enim eſt perfectio quæ debet ineſſe ex debito neceſsitatis: & hoc ſufficit ad ſalutem. Diligere ergo Deum ex toto corde, hoc modo eſt ſic diligere Deum, quòd nihil diligatur contra ipſum. Sequitur.

5 Secundum autem ſimile, &c. Diliges, &c. *Id eſt, ad eandem beatitudinem, ad quam diligis te.*

✠ In his

MORALITER.

✝ 2 *Magiſter quod eſt mandatum magnũ in lege.* Chrysost. De magno mandato interrogat qui minimum nõ obſeruat. Et iſtis ſunt ſimiles multi ſtudentes, qui quærunt alta & ſubtilia, cum tamen adhuc ignorent communem doctrinam & prima rudimenta, volentes volare antequam alas habeant: & ſic in vanum laborant.

✝ *In his*

a *In his duo.* Nam ideo duæ tabulæ legis datæ sunt in quibus erãt decem præcepta legis quæ sunt decachordum psalterium. Tria in vna quæ sunt ad Deum, septem in altera quę sunt ad proximum. In prima primũ est. Deut. 5. a. *Ego sum dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti. Non habebis deos alienos:* quia Christus cum patre & filio & Spiritusancto vnus est Deus. Exo. 20. b. Secundum. *Non assumes nomen Dei tui in vanum.* Id est, nomen Christi non debet in vanum accipi, vt putemus eum factum,

B per quem omnia facta sunt. Quia verò vnus Deus est pater & filius & spirituſsanctus. In spirituſsancto, id est, in dono Dei requies nobis promittitur. Vnde tertium sequitur. Ibidem. *Memento, vt diẽ sabbati sanctifices:* in eo nõ facies omne opus. In altera tabula. Ibidem. *Honora patrem & matrem.* Et: *Non occides: Non mœchaberis: Non furaberis: Non falsum testimonium dices: Non concupisces vxorem proximi tui: Non concupisces rem proximi tui.*

C *De Christo.* Siue venit, siue futurũ creditis, quem purum hominem asseritis.

✠ CHRYSOST. Hom. 72. in Matth. Discipulos primum interrogauit, quid alij dicerẽt de Christo & tunc quid illi dicerent, his autem non ita profectò seducto rem eum dixissent & malum, & quia malũ eum existimabant, & quoniam Christus purus homo erat.

c *Dixit.* Istud dicere est æqualem sibi filium generare.

d *Domino.* Non secundum quòd de eo natus, sed quòd de

E patre semper fuit.

e *Donec ponam.* ✠ CHRYSOST. Non autem in hoc stat, sed vt timeant, subdit. *Donec ponam, &c.* vt saltem ita eos inducat. Hom. 72. in Matth.

f *Quomodo.* Repugnãtia sunt hæc secundùm vestrũ intellectũ.

g *Et nemo poterat &c.* Nota venena inuidiæ superari posse, sed difficilè conquiescere.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 In his duob. &c. *Sicut enim in speculatiuis omnes conclusiones dependẽt ex hoc principio: De quolibet affirmatio vel negatio. Sic in operabilibus omnia dependent ex dilectione Dei principaliter, & consequenter ex dilectione proximi, propter hoc omnia mandata legis & monitiones non sunt nisi quædam explicationes istorum duorum mandatorum, quia omnia ordinantur ad dilectionem Dei & proximi, vt patet intuenti. Et similiter doctrina prophetarum ad hoc ordinatur.*

Diuisio. 2 Congregatis autem, &c. *Hic consequenter ostenditur Pharisæos esse contradictores diuinæ veritatis errori contrario adhærendo. Ad cuius euidentiam considerandum, quòd licet pharisæi & legisperiti cognouerunt in principio Iesum esse verum Christum, & per consequens Deũ & hominem, vt supra dictum est. c. præcedenti super illud.* C Hic est hæres: *quia tamen conceperunt contra eum odium & rancorem: ideò hæc vera æstimatio corrupta est in eis aliquo modo, vt suprà dictum est, & ideò incæperunt eum negare & persequi tanquam blasphemum, quia dicebat se esse filium Dei, & per consequens incipiebant corrumpere scripturas & deprauare quæ loquebantur de eius diuinitate, propter quod Christus fecit eis istam quæstionem de Christo.*

3 Cuius filius est? Dicunt ei. *Solum scilicet diuinitatem negando.*

4 Ait illis. *Arguendo scilicet in contrarium.*

5 Quomodo ergo, &c. *Id est, Spiritusancto inspiratus.*

6 Vocat eum, &c. *Quod enim ista scriptura intelligatur de Christo. Patet, quia ipsi pharisæi non negauerunt hoc imò concesserunt.*

7 Sede à dextris, &c. *Sedere autem à dextris vno modo accipitur pro æqualitate, & sic Christus secũdùm quod Deus, sedet ad dexterã. Alio modo est esse in potioribus bonis, & hoc modo conuenit Christo secundùm humanitatem: quia vt sic in gloria præest angelis.*

8 Donec ponam ini. &c. *Istud complebitur in iudicio, quando omnia perfectè subiicientur homini Christo.*

9 Si ergo Dauid &c. *Quasi dicat cum secundùm naturam humanam sit filius Dauid, & per consequens eo inferior, oportet ponere in eo aliam naturam, per quam sit dominus eius & eo superior. Hæc autem est diuina: & sic in Christo duæ sunt naturæ, diuina & humana.*

10 Et nemo poterat ei respõdere. *Quia non poterant scripturam negare. Considerandum tamen, quòd Iudæi moderni diuinitatem Christi negantes dicunt prædictam authoritatem dictam esse ad literam de Abraham: & quòd Eliezer dispensator domus Abrahæ fecit hunc Psalmum, agens Deo gratias de victoria quam habuit Abraham de quinque* F *regibus, vt habetur Gen. 14. post quam victoriam apparu t dominus Abrahæ, dicens.* Noli timere Abraham, ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. *Dicunt ergo, quòd Eliezer loquitur sic.* Dixit dominus. *Id est, Deus cœli qui est dominus omnium.* Domino meo, *Abraham.* Sede à dextris meis, &c. *Quia confortauit eum, vt visum est promittendo ei auxilium & præmium. Sed ista expositio patet falsa. Primò per titulum Psal. vbi ponitur Psalmus Dauid, etiam in Hebræo, quod non ponitur in Psal. factis ab aliis. Item per illud quod subditur in Psal. eod.* Ex vtero ante luciferũ genui te. *Quod nõ potest dici de Abraham, quòd sit genitus ex vtero Dei vel substantia & ante luciferum, id est ante mundi creationem, sed solum potest verificari de filio Dei. Et iterum in fine Psalmi dicitur.* Tu es sacerdos, &c. *Quod non potest verificari de Abraham, qui non fuit sacerdos: & dato quòd fuisset, tamen sacerdotium eius non potuisset fuisse in æternum, sed solum Christi sacerdotium est æternum.*

✠ CRP.

MORALITER.

✠ 1 *In his, &c.* Quia tota sacra scriptura ad dilectionem Dei & proximi ordinatur.

† *Quid vobis videtur de Christo.* Christus Græcè dicitur vnctus Latinè: quod competit episcopis & regibus: propter quod debent imitari Dauid tanquam boni filij in mansuetudine & iustitia ipsius. Dicitur enim de ipso 2. Reg. 23. a. *Ipse est enim quasi tenerrimus ligni vermiculus,* qui licet sit mollissimus, tamen perforat lignum durum. Sic reges & episcopi debent esse molles & suaues erga bonos, & efficaciter punire rebelles obstinatos.

✠ MORA-

ADDITIO.

In eo. ca. 22. *vbi dicitur in postilla.* Quia anima non potest perfectè esse quietata.

Perfecta hominis beatitudo (quæ in visione diuinæ essentiæ principaliter consistit in anima) non dependet à corpore: vnde sine corpore potest anima esse beata, vt in prima secundæ. q. 4. arti. 5. in cor. q. licet verum, est, quòd perfectiùs habebit anima suam propriam operationem in qua fœlicitas consistit, cum sit vnita corpori glorioso quàm separata: & hoc denotant verba Aug. 12. super Genesim ad literam si rectè intelligantur. Similiter dicendum est, quòd anima separata, in visione diuinæ essentiæ totaliter quiescit ex parte appetibilis cum habet illud quod suo sufficit appetitui, licet non totaliter quiescit ex parte appetentis: quia illud bonum non possidet secundum omnem modum quo possidere vellet: vnde corpore resumpto beatitudo non crescit intensiuè, sed extensiuè tãtum vt in quæstione præallegata. Nec est necessarium quòd deductio ista intelligatur in verbis saluatoris quia ad concludendum contra Saducæos sufficit probare quòd anima sit immortalis. Nam ex mortalitate animæ quam ipsi credebant, procedebant ad negandum resurrectionem.

CAP. XIII.

A a *Vnc locutus est.* Illis confutatis qui dolosi sunt, instruit eos qui idonei sunt, nihilominus hortãs eos subiici illis propter sacerdotium, & nominis dignitatem: non opera, sed doctrinam considerantes.

b *Super cathedram, &c.* ✠ AVGVSTINVS. Cathedra tibi quid fecit ecclesiæ Romanæ, in qua Petrus sedit, & in qua hodie Anastasius sedet: vel ecclesiæ Ierosolymitanę, in qua Iacobus sedit, & in qua hodie Ioannes sedet, quibus nos in catholica vnitate cõnectimur, & à quibus vos nefario scelere separastis? Quare appellas cathedram pestilentiæ cathedram Apostolicam? Si propter homines quos putas legem loqui & non facere, nunquid Christus propter pharisæos, de quibus ait. *Dicunt & non faciunt*, cathedræ in qua sedebant vllã cathedram Moysi commendauit, & illos seruato cathedræ honore redarguit?

Lib.2.cõtra literas Petiliani ca.51.

* seruare.

B †Luc.11.f.26.q.7.c.alligãt.de cõse.dist.4.c.baptismus.

Epistо.137. ✠ IDEM. Quia non habent hæretici quod in causa suæ diuisionis defendant non nisi hominum vitia colligere affectant.

Hom.6.in Ezechiel. ✠ ORIGENES. *Super cathedram, &c.* Iste sermo de me est, qui bona doceo & contraria gero, & sum sedens super cathedram Moysi sicut scriba & pharisæus. Præceptum tibi est (ô populo) si non habueris accusationem vitæ pessimæ, & alienorum ab ecclesia dogmatum, conspexeris verò meam culpabilem vitam, vt non habeas iuxtà docentis vitam, tuam instituere, sed ea facere quæ loquor. Nullum imitemur, etsi volumus imitari quemquam, propositus est nobis ad imitandum Christus, descripti sunt actus Apostolorum, & prophetarum gesta.

C

CAPVT. XXIII.

¶ Vt confusio illorum istis sit disciplina, confutatur malus vt corrigatur bonus, quidquid facit malus, propter bonos sit.

1 Vnc locutus est Iesus ad turbas & ad discipulos suos, dicens: † Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi. † Omniã ergo quãcunque dixerint vobis, * seruate & facite: secundùm opera verò eorum nolite facere. Dicunt enim, & non faciunt. Alligãt enim, onerã grauia, & †importabilia, & imponunt in hũmeros hominum, digitõ autem suo nolunt ea mouere. Omnia verò opera sua faciunt, vt videãntur ab hominibus. Dilatant enim phylacteria sua: & magnificant fimbrias

¶ Doctrinam, quam docuit Moyses.

a ¶ Propter cathedram, non vitam.

a ¶ Ad cathedram pertinentia. ¶ In corde. ¶ In opere. ¶ Doctrinam tenete, non vitam.

¶ Quia non concordat vita cum doctrina.

a ¶ Vndecunque traditiones colligant, quæ conscientiam non leuant, sed grauant, quas suis viribus implere non possunt.

a ¶ Quasi ad hoc fortes sint. b ¶ Id est, nec in minimis perficiunt, quæ sine gratia implenda docere præsumunt.

a ¶ Et hoc per partes ostendit dilatant, &c. a ¶ Eo fine, vt venentur gloriam, & ideo non possunt credere Christo cœlestia prædicanti.

a ¶ Per partes ostendit.

D

E † difficilia portatu

F

✠ CHRYSOSTOMVS. Tales sunt qui venientibus ad pœnitentiam graue põdus imponunt, & sic dum pœna præsens fugitur, cõtemnitur pœna futura. Etsi erramus modicam pœnitentiam imponentes, nonne melius est propter misericordiam reddere rationem, quàm propter crudelitatem?

Hom.43.operis imperfecti.

†19.di.c.secundum.

† 1.q.1.c. omnia & c. significastis & c.nõ quales.3.q.7.§. fina.

d *Omnia verò.* Dixit tales doctores audiendos esse, nõ imitandos: nunc ostendit causam propter quid nõ possunt credere Christo, id est, quia omnia faciunt vt videantur ab hominibus. Non potest enim Christo cœlestia prædicanti credere, qui gloriam terrenam cupit.

✠ CHRYSOST. Tolle hoc vitiũ (inanis gloriæ) de clero, & sine labore omnia resecabis: ex hoc enim fit, vt difficilè clerici peccantes pœnitentiã agant. Impossibile enim est vt credat Christo cœlestia prædicanti, qui gloriã hominũ concupiscit terrenã.

Hom.43.operis imperfecti.

e *Dilatant.* Non vt faciendo sint iusti, sed vt dicendo appareãt iusti. *Dilatant enim phylacteria.* Datis mandatis per Moysen intulit dominus: ligabis ea in manu tua, & erunt immota ante oculos tuos, id est, sint tibi in opere & meditatione. Et Pharisæi malè

Hieronym.

NICOLAVS DE LYRA
CAP. XXIII.

1 ✠ IVnc loquutus est Iesus, &c. *Hic ostenditur tertiò Iudæos esse iustè reprobatos, quia fuerunt fictores bonitatis. Et diuiditur in duas partes, quia Saluator primò ponit huius fictionis motiuum. Secundò concludit huius motiui multiplicem effectum, ibi.* Væ autem vobis scribæ & pharisæi.

Diuisio.

Prima in duas: quia primò saluator huiusmodi motiuum ostendit. Secundò, hoc motiuum à suis discipulis excludit ibi. Vos autem. *Motiuũ autem fuit superbia Pharisæorum & legisperitorum. Et hæc superbia ostẽditur ex tribus. Primò ex abusu suæ potestatis. Secundò ex simulatione sanctitatis, ibi.* Omnia ergo. *Tertiò ex ambitione dignitatis, ibi.* Amant autem primos recubitus in cœnis. *Circa primum considerandum, quòd à tempore Moysi fuerunt constituti à Deo 70. senes ætate & scientia prouecti, qui cum Moyse haberent curam populi: & dicebantur iudices ordinarij, quia ad ipsos fiebat recursus in dubiis causis. Magnæ etiam causæ non tractabantur sine eis: & istud fuit obseruatum apud Iudæos quandiu fuerunt in potestate. Et hoc est quod dicit hic saluator.*

2 Super cathedram. *Id est, in autoritate iudicandi populum.*

3 Sederunt scribæ. *Quia illi qui videbantur in populo esse magis periti ad hoc eligebantur.*

4 Omnia ergo quæcunque dixe. *Quia prælatis etiam malis est obediendum, nisi in his quæ sunt manifestè contra Deum: & sunt habendi in reuerentia, quandiu tolerantur in officio suo. Quod patet per exẽplum Dauid qui venerabatur Saulem regem, licet sciret eum esse malum & à Deo reprobatum.*

5 Opera verò. *Quia non sunt imitandi in malis: imò tantũ in bonis.*

6 Alligant enim onera. *Quia supra legis præcepta constituerant multa ex suis traditionibus, sicut supra patuit cap.15. quæ erant subditis grauia & importabilia.*

7 Digito autem suo. *Id est, modicum conatum ad agendũ talia nolunt apponere. Ex hoc patet, q̃ ille qui constituit legem aliquam, licet nõ sit subditus legi, quantum ad hoc q̃ puniatur per hominem si contrariũ faciat, tamen obligatus est ad legem implẽdã, & grauius punietur à Deo si faciat contrarium, quia transgressio eius grauior est propter scandalũ propter quod dicit sapiens: Patere legem quam ipse tuleris. Et extra de consti.ca. Cum omnes: dicitur. Quod quisquis iure in altero statuit, ipse eodem iure vti debet. Patet etiam ex prædictis, q̃ illi qui statum ecclesiæ in generali, seu aliquem statum ecclesiæ in speciali onerant grauibus statutis sine magna & euidenti necessitate, abutuntur sua potestate, sicut faciebant Scribæ & Pharisæi. vnde dicit August. ad inquisitiones Ianuarij loquens de religione Christiana. Ipsam religionem nostram quam dominus noster Iesus Christus in paucissimis sacramentorum celebrationibus voluit esse liberam, quædam seruilibus premunt oneribus, adeò vt tolerabilior sit conditio Iudæorum, qui non humanis præsumptionibus, sed diuinis subiiciuntur institutis.*

8 Omnia verò. *Hic ostenditur superbia Pharisæorum ex simulatione sanctitatis, quia hoc faciebant vt essent in reuerẽtia & honore in populo. Et hoc est quod dicit.* Omnia verò opera sua, &c. *Id est, propter gloriam humanam: quia videri in bonis propter gloriam diuinam non est malum, sed magis meritorium, vt supra dictum est 5. capitu.*

9 Dilatant phylacteria sua. *Phylacteria secundum quod dicit*

✠ *Hiero.*

MORALITER.

✝ 1 *Tunc loquutus.* Sequitur. 4 *Omnia ergo quæcunque dixe. vob. ser. & fa. secundum opera verò eorum nolite fa.* Hoc generaliter intelligendum est de omnibus benè docentibus & malè viuentibus: nam eorum doctrina debet acceptari, & vita repudiari.

6 *Alligant enim &c.* HIERO. Hoc generaliter dicitur aduersus omnes magistros qui grandia iubent, & minora non faciunt. CHRYSOST. Tales autẽ sunt qui graue pondus venientibus ad pœnitentiã imponũt, & sic dũ pœnitẽtis pœna fugitur contemnitur futura. Si enim fascem super humeros adolescentis, quem non potest portare posueris: necesse habet vt aut fascem reiiciat, aut sub pondere confrigatur. Sic & homini cui graue pondus pœnitentiæ imponis, necesse est vt aut pœnitẽtiam reiiciat, aut suscipiens dum ferre non potest, scandalizatus amplius peccet. Deinde si erramus modicam pœnitẽtiã imponendo, nónne melius est propter misericordiã reddere rationẽ quam propter crudelitatem. Vbi paterfamilias largus est, dispensator non debet esse tenax. 8 *Omnia verò opera sua faciunt.* CHRYSOST. In

✝ omni

malè interpretantes ſcribebant decalogum in membranulis, & ligabant in fronte, per quod religioſi viderentur populi. Iuſſerat etiam Moyſes, vt in quatuor angulis palliorum facerent fimbrias, vt per hoc eſſent diſcreti Iſraelitici populi. Illi verò faciebant grandes fimbrias, & in eis ligabant acutas ſpinas, vt eundo & ſedendo interdum pungerentur: quaſi ſic commoniti retraherentur ad officia Dei. Huiuſmodi faciũt hodie zelo Dei, ſed non ſecundùm ſcientiam, mulierculæ in paruis euangeliis, & ligno crucis, & in huiuſmodi rebus: quod ſuperſtitio eſt.

Phylacteria hebraicum nomen eſt, & ſonat ſeruatoria, phylaxe enim ſeruare, Thorath lex interpretatur.

a *Amant.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Non vituperat eos qui primo loco recumbunt, ſed eos qui amãt primos diſcubitus, ad voluntatem vituperationem referens, non ad factum. Sine cauſa enim loco ſe humiliat, qui corde ſe præfert.

✠ IDEM. Intende autem vbi in eis vana gloria dominabatur, in ſynagogis ſcilicet, in quas intrabãt alios directuri. In cœnis hoc pati qualitercunque tolerabile erat, quamuis doctorem in admiratione ẽ eſſe oporteat, non in eccleſia ſolum ſed vbique.

b *Vos au.* Duplici ratione ab his attendere iubet, ne eorum ſimulatione ſeducamur, vel ne æmulatione inflammemur. Phylacteria

c *Vnus eſt.* Qui illuminat hominem, quod non alius homo ſed tantum exercet docendo non intellectum præſtat.

d *Pater ve.* Deus dicitur pater & magiſter natura, homo indulgentia. Pater, vt honor ætati deferatur, non vt autor vitæ habeatur. Magiſter, ex conſortio veri magiſtri tanquam eius nuncius: & pro reuerẽtia eius à quo mittitur, honoratur.

e *Qui maior.* Certãtibus de prioratu diſcipulis (vt Lucas ait) Chriſtus nõ eos initæ contentionis arguit, ſed formam humilitatis oſtendit. *Qui maior eſt*, id eſt, maioris meriti, vel qui præfertur aliis, debet eos præuenire obſequendo, non ſuperbè dominando. Bene agentibus per humilitatem ſit ſocius: contra delinquentes, zelo iuſticiæ ſit erectus. Nonnunquam grauiùs delinquitur, ſi inter peruerſos plus

☞ æqualitas

a ¶ Q. mercedem ſuæ religionis gulam ſequuntur, & in publico gloriam quærunt. b ¶ Magiſtros primos ſedere non vetat ſed eos arguit, qui hæc habita vel non habita indebitè appetunt.

1 a brias.* † Amãt autem primos recubitus in cœnis, & primas
2 cathedras in ſynagogis, & ſalutationes in foro & vocari ab
3 a ¶ Magiſtri. b ¶ Id eſt quod Deo debetur vobis præſumatis, nec alios rabbi vocetis, ne diuinum hominibus honorem deferatis.
b c hominibus, rabbi.* Vos autem nolite vocari rabbi. Vnus eſt
4 ¶ Ab vno facti vnius naturæ.
5 enim magiſter veſter: omnes autem vos fratres eſtis. Et pa-
6 a ¶ Autor naturæ, quia ex ipſo ſunt omnia.
d trem nolite vocare vobis ſuper terram: vnus eſt enim pãter
a ¶ Ne appetatis vocari.
7 veſter, qui in cœlis eſt. † Nec vocemini magiſtri: quia magi-
a ¶ Repetit propter filium per quem ſunt omnia, vel per quem reconciliati ſumus. b ¶ Cui quidquid ſcitis attribuendum eſt. c ¶ De primatu non ſit contentio inter vos.
e ſter veſter vnus eſt Chriſtus. Qui maior eſt veſtrum, erit mi-
8 a ¶ Incautè eleuauerit. b ¶ A domino, etſi non coram hominibus.
9 niſter veſter. † Qui autem ſe exaltauerit humiliabitur, & qui
10 a ¶ De benefactis prouide. b ¶ A deo. c ¶ Qui habetis noticiam legis & prophetarum.
11 ſe humiliauerit, exaltabitur. Væ autem vobis Scribæ &
12

Hom.43. operis imperfecti. † Luc.14.c. & 18.c.

Hom.73. in Matth.

NICOLAVS DE LYRA

✠ *Hiero.erãt quædam charta in quibus ſcribebatur decalogus mandatorũ & ponebatur illa charta in capite ad modum coronæ. Per hoc ſignificabatur, q̃ debebant legem in memoria habere, ſecundum quòd habetur Deut.6. Dicebantur autem phylacteria à phylaxe quod eſt ſeruare, & Torach quod eſt lex: quia erant quædã ſigna ſeruandæ legis. Phariſæi igitur vt viderentur præ cæteris religioſi, faciebant ſibi phylacteria magis lata, & ſcribebant in eis decalogum de groſſiori litera: & eadem ratione faciebant fimbrias maiores in palliis ſuis. Quæ autem eſſent iſtæ fimbriæ, dictum eſt ſup.9. cap. ſuper illud verbum. Tetigit fimbriam veſtimenti eius.*

Diuiſio

C 1 Amant autem. *Hic conſequenter oſtenditur ſuperbia eorum ex ambitione dignitatis, cum dicit.* Amant autem primos recu. in cœl. *Et hoc duplici de cauſa ſcilicet ratione gulæ: quia ibi ponuntur fercula meliora, & ratione ſuperbiæ, quia eſt locus honorabilior.*

Phariſæi amãt primos recubitus in cœnis duplici de cauſa.

2 Et primas cathedras in ſynagogis. *Vbi conueniebant homines ad audiendũ verbũ Dei.* Et ſalutationes in foro. *Id eſt, in loco patẽti.*

3 Et vocari ab hominibus rabbi. *Deſiderare enim ſcientiam & actum docendi non eſt malum, ſed meritoriũ: ſed deſiderare nomen tantum, hoc eſt malum & ſuperbiæ peccatum. Si tamen deſideretur nomen & autoritas magiſterij ad hoc, quòd ſcientia iam habita aliquis meliùs poſſet vti, non eſt malum. ſed eſt bonũ: quia bonus doctor debet quærere illa quæ faciunt ad efficaciam ſuæ doctrinæ. Veruntamen quia homo non eſt magiſter principalis, ſed ſolus Deus, ideo dicit.*

4 Vnus eſt enim magiſter veſter. *Quia ſolus Deus poteſt interius docere intellectum illuminando, ſeu ſpeciem intelligibilem infundendo: homo autem docet tantum exteriùs aliqua proponendo: ex quibus formantur phantaſmata debita, à quibus intellectus agens faciliùs abſtrahit ſpeciem intelligibilem. ſicut in ſanatione hominis natura agit tantum principaliter, medicus autem aliqua adminiſtrat ex quibus natura iuuatur.*

5 Omnes autem vos fratreseſtis. *Quia filij Dei per creationem & adoptionem gratiæ.*

6 Et patrem nolite vocare. *Licet enim aliquis poſſit vocari pater in terra ratione generationis, doctrinæ, ſiue ætatis, tamen ſolus Deus eſt pater principalis: quia ab eo ſolo habemus animam intellectiuam, quæ eſt forma hominis pater autem eſt ille qui dat formam.*

7 Nec vocemini magiſtri, &c. *Sicut iam ſupra expoſitum eſt.*

8 Qui maior eſt veſtrum. *Id eſt, vult eſſe ſecundùm veritatem.*

9 Erit miniſter ve. *Id eſt, paratus ad officia humilitatis ſecundum decentiam ſui ſtatus: propter hoc papa vocat ſe ſeruum ſeruorum.*

10 Qui autem ſe exaltauerit. *In præſenti per ſuperbiam.*

11 Humilia. *In futuro per gehennæ pœnam.*

12 Væ autem vobis. *Poſtquam Saluator oſtendit hypocriſis motiuũ, quod eſt ſuperbia: hic oſtendit eius multiplicẽ effectum. Et diuiditur in duas partes: quia primò deſcribit ex multiplici effectu hypocriſis culpã, ſecundò ſubiungit pœnam, ibi.* Serpentes genimina. *Circa primum aduertendum quod hypocriſis eſt ſimulatio falſa, & ideò opponitur veritati. Veritas autem triplex eſt, doctrinæ, iuſticiæ, & vitæ. Et ideo diuiditur in tres partes: quia primò oſtenditur qualiter Phariſæi corrũpebant per hypocriſim veritatem doctrinæ: ſecundò idem oſtenditur de veritate iuſticiæ, ibi.* Væ vobis ſcribæ & Phariſæi hypocritæ qui decimatis: *tertiò idem oſtenditur de veritate vitæ, ibi.* Væ vobis ſcribæ & Phariſæi hypo. qui munda. *Circa primum conſiderandum, quod doctrina legis ad tria ordinabatur, videlicet ad cognitionem Chriſti in lege promiſſi: ſecundò ad ſalutis conſequutionem per mandatorum impletionẽ, vt ſupra dictum eſt 9.c.* Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata. *Tertiò ad cultum vnius Dei obſeruandum. Et ideò diuiditur in tres partes, ſecundum quod iſta tria per hypocriſim corrumpebant Phariſæi ſecunda ibi.* Væ vobis ſcri. & phar. hypo. qui circum. *tertia ibi.* Vę vobis duces cœci. *Conſiderandum autem, quod in omnibus iſtis effectibus hypocriſis præponit hãc dictionem væ: quæ maledictionem ſignificat. Cuius ratio eſt, quia ſicut in lege veteris Teſtamenti ponuntur benedictiones obſeruantibus legem, & maledictiones tranſgredientibus eam, vt habetur Deut.28. ita in euangelio ponuntur beatitudines, vt habitum eſt 5.c. & hoc reſpectu iuſtorũ, & hic contrariæ ponuntur maledictiones contra hypocritas falsò iuſticiam ſimulantes dicit ergo.* Væ autem vobis ſcribæ & phari. *Regnum cœlorum hic accipitur pro beatitudine æterna. Oſtium per quod intratur ad ipſam Chriſtus eſt. ſecundùm quod ipſemet dicit Ioan.10.b. Ego ſum oſtium: per me ſi quis introierit, ſaluabitur.*

Diuiſio

F

Diuiſio

Væ in ſacra ſcriptura cuius nota ſit.

✠ *Clauis*

MORALITER.

✠ omni re naſcitur quod eam exterminat. Sicut in lignovermis, & in veſtimento tinea. Vnde ſacerdotum miniſterium qui poſiti ſunt ad ædificationem ſanctitatis, corrumpere diabolus nititur, vt hoc ipſum bonum dum propter homines fit, fiat malum.

1 *Amant primos recubitus in cœnis, & primas cath.* Iſta recipere cum exhibentur ordinatè, non eſt malum, ſed ipſa cõcupiſcere.

6 *Et patrem nolite vocare vobis ſuper terram.* Non excludit exhibitionem honoris debiti ſed indebiti ſcilicet vt propter adulationem vel aliquid huiuſmodi non fiat.

12 *Væ autem vobis ſcribæ & pha.hy.qui cla.reg.cœ.ante homines, &c.* Hoc faciunt illi qui nequiter repellunt prædicatores, & confeſſores viam ſalutis aperire peccatoribus volentes, & ſimiliter illi qui fulminant indiſcretè ſententias excommunicationis, ſuſpen

✠ ſionis

equalitas quàm diſciplina cuſtoditur. Rectorem & matrem exhibeat pietas, & patrẽ diſciplina. Cauendúmque eſt, ne aut diſtrictio rigida, aut pietas ſit remiſſa.

a *Clauditis.* Vel malo exemplo, vel myſteria ſcripturarum tollendo. Exemplo enim & doctrina eorũ qui magiſtri ſunt, alij quidem Chriſtũ non recipiunt.

b *Circumitis.* In toto orbe euangelio detrahitis: & ſi quis vobis adhęret, duplę pœnæ filius eſt: quia neque remiſſionem peccatorum accipit, & in eorum ſocietatem incidit qui Chriſtum ſunt perſecuti. Quiſquis eius filius dicitur cuius opera agit.

c *Proſelytum.* Proſelyti ſunt de gentibus in

a ¶ Quia aduentum Chriſti doctrinæ ſimulatione abſconditis, qui aperit regnum cœlorum.

a Phariſæi hypocritæ, quia clauditis regnum cœlorum ante ho

a ¶ Non creditis. b ¶ Credere volentes.

mines. Vos enim non intratis, nec introeuntes ſinitis intrare. 1

a ¶ Qui veſtra ſuperſtitione nihil intenditis, niſi vt prædam de ſubiecta plebe faciatis. 2

† Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, qui comeditis do 3

a ¶ Qui Seruus domini voluntatem ſciens, & non faciens, vapulabit plagis multis 4

mos viduarum, orationes longas orantes: propter hoc † amplius accipietis iudicium. Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypo †

¶ Totum orbem.

critæ qui circumitis mare & aridam, vt faciatis vnum proſe- 5

¶ Ad legem conuertatis vnum aduenam de gentibus. a ¶ Dum videns vitia veſtra, reuertitur gentilis factus, & pro præuaricatione, maiori pœna dignus.

lytum, & cum fuerit factus, facitis eum filium gehennæ † du- 6 7

a ¶ Scribæ & Phariſæi. b ¶ Aliorum. c ¶ Stulti. d ¶ Si conuictus fuerit mendacij, non tenetur criminis reus.

plo quàm vos. Væ vobis duces cæci, qui dicitis: quicumque 8

a ¶ Reus periurij non tenetur. b ¶ In pecunia, quæ ſacerdotibus offertur, ſi conuincitur, ſtatim in quo iurauerit cogitur exoluere.

iurauerit per templum nihil eſt: qui autem iurauerit in auro

a ¶ Proterui. b ¶ A vero lumine, qui putatis maius ſanctificatum quàm ſanctificans.

templi debitor eſt. Stulti & cæci, quid enim maius eſt, aurum: 9

¶ Non eſt reus periurij.

an templum, quod ſanctificat aurũ? Et quicumque iurauerit 10

a ¶ In oblationibus & victimis, & cæteris quæ offeruntur, hæc mox repetuntur.

in altari nihil eſt: quicũque autẽ iurauerit in dono quod eſt 11

¶ Sanctificatum.

ſuper illud, debet. Cæci, quid enim maius eſt: donum, 12

an altare, quod ſanctificat donum? Qui ergo iurat in al- 13

¶ Ex quo oblatorum ſanctificatio deriuatur.

tari, iurat in eo, & in omnibus quæ ſuper illud ſunt. Et 14

in ſynagogam recepti, quorum raritas per vnũ ſignificatur quia vix aliquis poſt Chriſtum.

d *Quicunque.* Phariſæi qui omnia fecerunt propter lucrum dicebant eſſe etiam ſanctiora oblata quã templum vel altare: vt homines prõptiores eſſent ad offerenda dona, quàm ad preces fundendas in templo vel iuſticias faciendas. In quo nõ Dei timorẽ, ſed ſuã cupiditatem attendebant. Ideò arguit eos dominus ſtulticiæ & fraudulentiæ.

✠ CHRYSOST. Templum vel altare ad gloriam Dei pertinet, & ad hominis ſalutem. Aurum vel donum altaris, & ipſa ad gloriam Dei pertinent, & tamen magis ad delectationem

† abundantius.

† duplo magis his.

Hom. 48. operis imperfecti.

NICOLAVS DE LYRA

✠ *Clauis autem qua aperitur hoc oſtiũ vel clauditur, eſt doctrina propter quod autoritas docendi vocatur clauis ſcientiæ, vt habetur Lucæ 11. & ideo per ſanam doctrinam aperitur hoc oſtium, & per falſam doctrinã clauditur. Ergo quia phariſæi & ſcribæ autoritates quæ ſunt in lege & prophetis de Chriſto corrumpebant, vt viſum eſt præce. ca. ideo claudebant regnum cœlorum ante homines, eos à fide & noticia Chriſti veri auertendo ideò ſequitur.*

1 Vos enim. *Quia à cognitione quam habuerũt de Chriſto per odiũ & rancorem conuerſi ſunt in errorem vt viſum eſt cap. præce. & ca. 21.*

2 Nec introeuntes, &c. *Id eſt, intrare volentes, quales erant ſimplices populi.*

3 Sinitis. *Quia per iſtos phariſæos fuerunt decepti, & à fide Chriſti pro maiori parte auerſi.*

4 Væ vo. ſcri. *Hic oſtendit qualiter corrumpebant veritatem doctrinæ in his quæ pertinent ad ſalutem: dicebant enim, quod obſeruare legẽ erat neceſſarium omnibus ad ſalutem: quod eſt falſum, quia multi Gentiles ſunt ſaluati, vt Iob, & plures alij. Ex ſuppoſitione autem huius falſi diſcurrebant aliqui doctores Hebræi per diuerſas ciuitates & caſtra, vt poſſent conuertere aliquos de gentilitate ad Iudaiſmum: & hoc eſt quod dicitur hic.*

5 Qui circumitis ma. *Proſelytus enim legis dicebatur ille qui de Gentilitate ad Iudaiſmum conuertebatur.*

6 Et cum fue. fa. &c. *Quia per malam vitam ſuam ipſum in moribus corrumpebant: ſed additur.*

7 Duplo quam vos, &c. *Quia ille ſic in moribus deprauatus ad gentilem ritum reuertebatur & ſic erat apoſtata à lege quam obſeruare promiſerat: & ſic in moribus & fide peccabat. Similiter autem faciunt illi qui multum laborant ad hoc vt poſſint aliquem ad ſtatum religionis adducere: & cum adductus fuerit, per mala exempla faciunt ipſum apoſtatare, & ſic fiunt nouiſſima eius peiora prioribus.*

8 Væ vobis duces cæci qui dicitis: quicunque &c. *Hic conſequenter oſtendit qualiter corrumpebant veritatem doctrinæ in his quæ pertinent ad actum latriæ: cuius actus eſt iurare modo debito, & iuramentũ obſeruare. Phariſæi enim & ſcribæ ex cupiditate moti, dicebant, quod illi qui iurabant per templum Dei, nec peccabant, nec erant in aliquo obligati: ſed illi qui iurabant per aurum templi, erant obligati ad ſoluendum ſacerdotibus certam portionem auri. Et iſte error procedebat ex cupiditate, vt dictum eſt. In rebus enim materialibus non eſt aliqua ſanctitas, niſi inquantum ordinantur ad cultum diuinum: ad hoc autem directè ordinabatur templum. Aurum autem quo operiebantur parietes templi interiùs, magis ordinabatur ad templi decorem: propter hoc dicitur.* Duces cæci. *Quia erant in errorem, & alios in errorẽ inducebant.*

9 Quid enim ma. eſt aurum autem. &c. *Quaſi dicat nulli dubium quod templum eſt maius ratione prædicta.*

10 Et quicunque iu. in. *Id eſt, non peccat, nec eſt in aliquo obligatus.*

11 Quicunque autem iura. debet, *Id eſt, obligatus eſt ad ſoluendum tantum quantum valet illud donum. Et iſte error ſimiliter procedebat ex cupiditate: propter quod ſubditur.*

12 Cæci, quid enim maius eſt, donũ, an altare quod &c. *Quaſi dicat ipſum altare: quia ſi quis feciſſet tunc oblationem Deo alibi quàm in Ieruſalem & quàm in altari quod erat in templo, non erat acceptabilis Deo: immo in hoc incurrebat crimen ſacrilegij. Addit etiam ſecundam rationem ad hoc.*

13 Qui ergo iu. &c. *Ex quo patet, quod iuramentum quod fit in altari includit illud quod fit in dono quod eſt ſuper altare, & non è conuerſo: & ſic ſe habet ad illud ſicut totum ad partem. Addit etiam tertiam rationem ab hoc dicens.*

14 Et qui iu. *Quia enim templum erat ordinatum ad diuinum cultum, ideo Deus ſpeciali modo habitabat in tẽplo: ideo iurans per templũ iurat per Deũ qui colitur in tẽplo: & hoc eſt maius quàm iurare in dono quod ſibi offertur. Confirmat autem vltimum dictum per exemplum.*

✠ Et qu

MORALITER

✠ ſionis aut interdicti.

4 *Væ vobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ qui comeditis.* Iſti ſunt begbardi ſanctitatem ſimulantes propter quæſtum, non propter ſalutem animarum.

† *Væ vobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ, qui circumitis mare & aridam, &c.* Iſtis ſunt ſimiles aliqui religioſi, qui cum magna diligentia inducunt ſeculares ad religionis ingreſſum & poſtea malè nutriuntur: & ſic peiores ſiunt quàm in ſeculo, propter exempla mala quæ vident, & frequenter reuertuntur ad ſeculum.

Væ vobis

8 *Væ vobis duces cæci qui dicitis quicunque iurauerit per templum nihil eſt, &c.* CHRYSOSTOMVS. Multi autem Chriſtiani ſic inſipienter intelligunt. Etenim ſi aliqua cauſa fuerit, modicum videtur facere qui iurat per Deum, qui verò iurat per euangelium, maius aliquid feciſſe videtur. Quibus ſimiliter reſpondendum eſt, Scripturæ, propter Deum ſunt, & non Deus propter ſcripturas. Maior eſt ergo Deus qui ſanctificat euangelium, quàm euangelium quod ſanctificatur à Deo.

AVGVST. Templum autem & altare ipſum Chriſtum intelligimus, aurum & donum laudes & ſacrificia quæ per eum offerimus: non enim ille per hæc ſed iſta per illum ſanctificantur.

✠ *Væ vobis*

nem hominum,& vtilitatem sacerdotum. Et ideo aurum quo A delectantur,& dona quibus pascuntur, sanctiora dicuntur: vt homines promptiores sint ad illa offerenda.

Typicè. Templum & altare est Christus. Aurum & donum, laudes & sacrificia quæ Deo offeruntur: non enim illę per hæc, sed hæc per illum sanctificantur.

a *In cœlo.* Per creaturam: vbi non putatis periurium esse, iurat in cœlo, id est, per subiectam creaturã iurat, & per diuinitatem præsidentẽ creaturæ.

† Luc. 11. f.

b *Væ vobis.* Et hic arguit eos auaritiæ: quia nihil prætermittunt de his quæ ad cómodum suũ sunt.

c *Qui decim.* Quia Deus præceperat B omnium rerum decimas offerri propter alimoniam sacerdotum. Nota quod per eleemosynam aliqua impunitas non emitur in iniquitate manentibus.

Hom. 44. operis imperfecti.

✠ Chrysost. Quia sacerdotes auaritia pleni, si quis decimas alicuius rei minimæ non obtulisset, corripiebant cũ quasi magnum crimen fecisset. Si quis autem alterum lædebat, aut in Deum peccabat, non curabant eum corripere: de lucro autẽ suo solliciti, & de gloria Dei ac salute hominum negligentes. Seruare enim iustitiam & facere misericordiã & habere fidẽ, propter suam gloriam Deus mandauit, decimas autem offerre propter vtilitatem sacerdotum, vt sacerdotes quidem populo in spiritualibus obsequãtur, populi autem in carnalibus sacerdotibus subministrent, sic & modo fit, quia omnes de suo honore sunt solliciti, de honore autem Dei, nulli. Portiones enim suas diligenter defendunt, sed circa obsequium ecclesiæ, curam impendere non attendunt.

Tracta. 25. in Matth.

✠ Origenes. Scribæ moraliter sunt, qui amplius nihil æstimant positum in scripturis quàm simplex sermo demonstrat.

C Pharisæi autem sunt omnes qui iustificant seipsos, & diuidũt se à cæteris dicentes, noli mihi appropinquare quoniam mundus sum. Menta autem & anethum & cyminum ciborum conditurę D sunt non principales cibi. Sic in conuersatione nostra quædam sunt necessaria ad iustificationem vt iudicium misericordia & fides. Aliæ sunt quasi condientia actus nostros, & suauiores eos facientia, vt abstinentia, risus, ieiunium, &c.

a ¶ Astringitur sacramento continentis, & contenti, & sanctificantis & sanctificati.

quicunque iurauerit in templõ, iurat in illo, & in eo qui ha-
a bitat in ipso. Et qui iurat in cœlo, iurat in throno Dei, & in 1
a ¶ Hic arguit eos auaritiæ, quia nihil præ ermittunt de his quæ ad commodum suum sunt.
b eo qui sedet super eum. † Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypo 2
a ¶ Qui quæritis decimam. ¶ Diligenter exigiti decimas cunctarum rerum. b ¶ Id est viliora olera. 3
a b
c critæ, qui decimãtis mentam & anethum & cyminum, & re- 4
¶ Incorrecta. ¶ Si negligantur. a ¶ I est vt rectè inter hos iudicetur. ¶ In discutione causarum.
b ¶ In pauperes & viduas.
b
liquistis quæ grauiora sunt legis, iudicium & misericordiã & 5
a ¶ In Deum. ¶ Maiora. b ¶ Vos vel populum. ¶ Principal ter. c ¶ Maiora, id est, decimas terrenorum fructuum exigere, vel illos dare.
d a b
fidẽm. Hæc oportuit facere, & illã nõ omittere. Duces cęci ex 6
e
f a ¶ Aliquam liquorem magis pu um facere vt lac. ¶ Ore a 7
g a
cõlates culicẽ, camelũ autem glutiẽtes. † Væ vobis Scribę & 8
h ¶ Illud. ¶ Omnia fallaciter faciunt. 9
i Pharisæi hypocritæ; qui mũdatis quod de foris est calicis & 10 11

d *Hæc opor.* Ne eleemosynas fructuũ terræ, videretur respuere, hæc addidit.

e *Duces cæ.* Opinione religionis in minimis quæ lucrũ habent diligentiã ostẽditis: sed magna præcepta de iudicio fide & misericordia deuoratis & negligitis.

f *Excolantes.* Mystice. Culicis nomine seditiosus homicida Barrabas signatur: quia hoc animal strepẽdo inquietat & sanguine delectatur. Cameli nomine propter humilitatẽ ad subeunda onera, dominus intelligitur. Colant ergo Iudæi culicẽ, id est, minima obseruant, quia Barrabam qui nõ soluerat sabbatum dimiserunt, & camelum glutiunt, id est, maiora contemnunt; quia Christum spiritualiter sabbatum insinuantem per iudiciũ & misericordiã & fidẽ (quæ illi cõtẽnũt) occiderũt.

Luc. 23. c.

E

† Luc. 11. e.

g *Væ vo.* Diuersis similitudinibus simulationis & mendacij arguit pharisæos qui aliud hominibus ostẽdunt, aliud domi agũt.

h *Qui mun.* Frustra sanctificatẽ exterius prætenditis, sicut si quis calicem mundet exterius, intus autẽ relinquat sordes: cum eius vsus sit interior. Lucas ita. *Stulte, qui fecit quod deforis est, etiam id quod intus est fecit,* id est, qui vtranque naturam hominis fecit, vtramque mundari voluit. Nemo igitur putet fornicationem & huiusmodi corporalia vitia solummodo grauia esse, & auariciam, & superbiam, & iram, & cætera spiritualia leuia esse.

Luc. 11.

✠ Orig. Hic sermo nos admonet vt festinemus esse iusti nõ apparere. Qui enim studet vt appareat iustus, quæ à foris, sunt mũdat, & quæ videtur, curat, cor autẽ & conscientiam negligit.

Tractat. 15. in Matth.

F

i *Calicis.* Per similitudinem, non quòd in calice & paropside sit eorum superstitio.

☞ *Qui ædifi-*

NICOLAVS DE LYRA

✠ 1 Et qui iu. in cœlo. *Quia sicut dictum est sup. cap. 5. qui iurat per cœlum, iurat quodammodo per ipsum Deum, inquantum virtus diuina relucet speciali modo in cœlo.*

2 Væ vobis scribæ & pharisæi hypocri. *Hic ostendit qualiter Pharisæi corrumpebant veritatem iusticiæ per hypocrisim, quia illa quæ erant parui ponderis, multum reputabant ad simulationem sanctitatis: & illa quæ erant maioris necessitatis ad salutem, contemnebant: & hoc est quod dicit.*

3 Decimatis men. *Hoc potest intelligi dupliciter. Vno modo respectu sui, quia licet ministri templi acciperent decimas à populo, tamen de illis acceptis à populo, & de his quæ habebant ex labore suo, decimas reddebant summo sacerdoti, vt habetur numeri. 18. Et ideo ad simulationem sanctitatis reddebant eis decimas de minimis. Hoc etiam faciebant ratione cupiditatis, vt per exemplum sui inducerent populum ad reddendum sibi decimas de omnibus vsque ad minima. Aliter potest intelligi respectu aliorum: quod per doctrinam suam inducebant ad decimas strictè soluendum sibi, vt sit sensus.* Qui decimatis mentam & anethum, *hoc est qui decimare docetis.*

4 Et reliquistis quæ grauiora sunt, &c. *Hoc similiter intelligitur dupliciter. Vno modo respectu sui, quia quæ erant magnæ necessitatis, facere obmittebant. Alio modo respectu aliorum quia alios ad talia obseruanda inducere negligebant. Similiter faciunt sacerdotes ecclesiæ & prælati: qui sollicitè arguunt & argui procurant subiectos de redditione decimarum & consimilium quæ eis debentur, & parum curant, si in maioribus criminibus inuoluantur. Quæ autem sint illa maiora à Pharisæis neglecta, subdit.*

5 Iudicium & misericordiam & fidem. *Fides importat debitum ordinem hominis ad Deum. Iudicium autem importat debitum ordinem hominis ad proximum in his quæ habent rationem debiti. Misericordia autem in his quæ habent rationem doni. Et etiam in istis tribus intelliguntur omnia illa quæ sunt multum necessaria ad salutem. Sequitur.*

6 Hæc oportuit facere, &c. *Tanquam magis necessaria.*

7 Et illa non omittere. *Tanquam minora bona. Hoc autem dicit, ne forte ex verbis prædictis crederet aliquis, quod non esset bonum soluere decimas de minimis.*

8 Duces cæco. *Vocat eos duces, qui habebant regere populum, & cæcos: quia peruertebant intellectum scripturarum, dicentes esse multum curandum de minimis, & parum de magnis, propter quod subdit.*

9 Excolantes culicem. *Id est, minima cum diligentia perquirentes & tractantes.*

10 Camelum autem glu. *Id est, illa quæ sunt maioris ponderis pro nihilo reputantes: quia camelus animal est magnum & ponderosum.*

11 Væ vobis. *Hic consequenter ostendit qualiter corrumpebant veritatem vitæ: & ponit tria exempla. Primum erat in rebus exterioribus Pharisæi enim ad ostentationem mundiciæ quando debebant ascendere in templum ad orandum, primum lauabant vtensilia domus & vestimenta & consimilia: & parum curabant de interiori mundicia, & hoc est quod dicit.* Qui munda. *sequitur.*

✠ Intus

MORALITER.

✠ 2 *Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui decimatis mentam & cyminum.* Per hoc arguit illos qui modica diligenter obseruant, & negligunt maiora: sicut aliqui religiosi plus ponderant & puniunt silentij fractionem, vel inclinationis omissionem quam defraudationem proximi, vel aliquid huiusmodi pro monasterij sui vtilitate temporali.

11 *Væ vobis scri.* Chrysost. Calix est vas ad potum, & paropsis ad cibum. Sermo ergo per quem spiritualiter potamur, & omnis narratio per quã nutrimur, vasa sunt potus & cibi. Qui ergo studet sermonem compositum proferre, magis quàm ieiunio salutari repletum, calix eius à foris est mundatus intus autem vanitatis sordibus est repletus.

✠ *Væ vo.*

a ¶ Vas quadratum est. b ¶ In conscientia. c ¶ Auaritia. d ¶ Sordibus vitiorum.

parôpsidis, intùs autē † pleni estis rapina, & † immūdicia. Pha 1
a Qui intus non vides. b ¶ [illegible]or & conscientiam à fraude & malis desideriis. 2
risæe cæce mūdā prius quod intùs est calicis & parapsidis, vt
a ¶ Vt possis foris veraciter ostendere sanctitatem per opera. b ¶ Non est mundum quod intus est sordidum. c ¶ Item alia similitudine eos arguit.
fiat & id quod de foris est mundum † Væ vobis Scribæ & 3
a ¶ Id quod supra similitudo calicis. ¶ Vos enim estis sepulchra quibus alios mortificatis.
Pharisæi hypocritæ, quia similes estis sepulchris † dealbatis 4
a ¶ Sic peruersi magistri qui alia docent, & alia faciunt.
quæ à foris † parent hominibus speciosa, intùs verò plena
a ¶ Putredine & fœtore. b ¶ Omnes superiores similitudines breuiter hic exponit.
sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitiā. Sic & vos à foris
a ¶ Habitu vestis, phylacteria longa oratione.
quidem parētis hominibus iusti: intus autem pleni estis hy-
¶ Amore vanæ laudis. ¶ Odio veritatis.
pocrisi & iniquitate. † Væ vobis Scribæ & Pharisæi hy- 5
a ¶ Hypocritæ omnia fallaciter faciunt propter opinionem vulgi.
pocritæ: qui ædificatis sepulchra prophetarum: & ornatis
a ¶ Aliorum, si non verbis opere ambitiose ornando monumenta iustorum quos à patribus non negant occisos esse.
monumenta iūstorum, & dicitis: Sic fuissemus in diebus
¶ Effundendo.
patrum nostrōrum, non † essemus socij eorum in sangui- 6
ne prophetarum. † Itaque testimonio estis vobismetipsis 7
quia filij estis eorum qui prophetas occiderunt: & vos im-
¶ A patribus septem. ¶ Dolosi homicidæ. ¶ De homicidis nati. ¶ Non enim ædificando sepulchra. 8
plete mensuram patrum vestrorum. Serpentes, † genimina 9
d ¶ Vt impleatis quod patribus defuit de me & meis. 10
viperarum, quomodo fugietis à iudicio gehennæ? Ideo 11
e a ¶ Qui ventura dicant. b ¶ Quia scripturas exponunt. ¶ Moralium latores. 12
f ecce ego mitto ad vos prophetās & sapiēntes & scribas: &
a ¶ Vt Paulum. b ¶ Vt petrum. c ¶ Vt apostolos in actibus apostolorum. 13
ex illis occidētis & crucifigētis, & ex eis flagēllabitis in sy- 14
¶ De Iudæa ad gentes 15
nagogis vestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatem, vt 16
a ¶ Debita vltio pro effusione sanguinis iusti.
g veniat super vos ōmnes sanguis iustus, qui effusus est super 17

ne iniqua: & patet D
eos scientes peccare. † iniustitia

Idem est contra
vos loquimini dum
patres damnatis: si-
militer enim facitis.
c *Et vos.* Probato † Lucæ.11.f
quod filij sunt ho-
micidarum ponit id † calce illi-
ad quod tendebat. *Et* tis.
vos implete. quod il-
lis defuit implete, illi
prophetas vos do-
minum propheta-
rum occidite. Non
iubet, sed quod fa-
cturi sunt ostendit.
d *Quomodo fu.* Hie-
ronymus. Sepulchra
sanctorum ædifican-
do, an potius corda
à malicia mūdando.
Liberabunt vos san-
cti, quorum sepul- †fuissemus
chra ornatis? Non E
certè. Sancti non
sunt amici inimicis
Dei, frustra sanctos † Germina
honorant, qui san- progenies.
ctitatem spernunt.
e *Sapientes.* Qui
sciunt quem profe-
rant sermonem.
f *Scrib.* In lege pe-
ritos.
g *Vt ve.su.* Non
hos tantum præsen-
tes dicit, sed om-
nem generationem
malorum præceden-

Dum Christum per- tem & futuram: quia omnes vna ciuitas sunt, vnum corpus
sequendo & apostolos eadem faciti s fa- diaboli.
cto probatis vos esse filios non solum carne, sed imitatione iniqua

☞ *Abe*

☞ A tis memoriam occi- † Luc.11.c sorum propter fauorem vulgi, vt iusti videamini, aguitis etiam facinora patrum vestrorum.

Hom.75.in Matth. ✠ CHRYSOSTOMVS. Non illos incusat quoniā sepulchra ædificant, † apparent sed intentioni eorum detrahit cum qua ædificabant: quoniam non propter honorē eorum † Luc.11.g quæ occisi fuerant, sed sicut pompam sibi statuētes in occisionibus eorum.

Homil.45 operis imp. B ✠ IDEM. Vel quia dicebant apud se. Si bene fecerimus †Lucæ.11.g pauperibus, nō multi vident & pro tempore vident. Ædificia verò facimus quę omnes aspiciūt, non solùm nunc, sed in posterum. O insipiens homo quid tibi prodest post mortem ista memoria: si vbi es torqueris, & vbi non es laudaris.

b *Itaque.* Quia scelera patrum detestamini pro specie quidem sanctitatis:

NICOLAVS DE LYRA

C 1 Intus autem. *Et hæc erat magna cæcitas, quia mundicia exterior non est Deo accepta nisi propter mundiciam interiorem propter hoc dicit.*

2 Pharisæe &c. *Per interiora enim calicis & parapsidis intelligit metaphoricè interiora mentis: ex cuius mundicia dependet bonitas exterioris mundiciæ propter quod sequitur*: Vt fiat & id quod de.foris est mun.

3 Væ vobis Scribæ. *Hic ponitur secundùm exemplum quod erat in propriis actibus: quia exteriorem conuersationem habebant honestam, vt cooperirent maliciam occultam hoc est quod dicit.*

4 Quia similes estis se.de.&c. *Et patet litera.*

5 Væ vo. *Hic ponit tertium exemplum, quod respicit actus prædecessorum suorum. Isti enim Pharisæi, vt viderentur iusti respectu præcedentium patrum, ornabant & ædificabant sepulchra prophetarum à prædecessoribus interfectorum & hoc est quod dicit.* Qui ædificatis sepul. *sequitur.*

6 Itaque testimonio &c. *Hoc enim ipsi dicebant, vt patet ex litera immediatè præcedenti vbi dicitur:* Si fuissemus in diebus pa.no. &c. *Sed quia non solùm erant filij prædecessorum suorum quantum ad naturam, sed etiam quantum ad mores subdit.*

7 Implete. *Id est implebitis.*

8 Mensuram pa. *Quod factum est, quando occiderunt Christum, cuius serui fuerunt prophetæ, qui fuerant à patribus Iudæorum occisi, & ideò Pharisæi impleuerunt mensuram patrum suorum, eos in malitia excedendo.*

9 Serpentes. *Postquam in Pharisæis arguit hypocrisis culpam, hic ostendit consequentem pœnam, & primò pœnam æternam, secundò temporalem, ibi:* Ierusalem Ierusalem. *dicit ergo.* Serpētes *venenum inuidiæ habentes.*

10 Genimina viperarum, &c. *Quia venenum maliciæ à parentibus traxerant.*

11 Quomodo fugietis à iu. gehennæ. *Quasi dicat nullo modo quia erant in malicia obstinati. Non solùm autem hanc pœnam meruerunt propter mortem Christi, sed etiam propter occisionem apostolorum & discipulorum eius propter quod sequitur.*

12 Ecce ego mitto &c. *Quia in discipulis Christi multi habuerunt spiritum propheticum, sicut Ioannes Euangelista, vt patet in Apo.* Lu.11.g. *& Agabus & multi alij vt patet in actibus apostolorum. Aliqui etiam fuerunt Scribæ, sicut euangelistæ qui scripserunt euangelia ad instructionem populi Christiani. Fuerunt etiam sapientes quia de diuinis & cœlestibus à Deo illuminati.*

13 Et ex illis. occi.&c. *Quia Iacobus frater Ioannis ab eis occisus est. Act.12.& Stephanus. Act.7.& multi alij.*

14 Et crucifigetis. *Vt Petrum & Andream fratrem eius, & multos alios,*

15 Flagellabitis in synagogis ve. *Hoc patet etiam in Actibus apostolorum, 16.vbi dicitur quod Paulus & Sylas flagellis cæsi sunt. & 2.Corint.11.e. dicit Paulus:* Ter virgis cæsus sum, &c.

16 Et persequemini de ciuitate in ciuitatem. *Hoc patet Act.13.g.vbi dicitur, quod Iudæi Paulū & Barnabam eiecerunt de finibus suis.*

17 Vt veniat super. *De isto Abel nulla est ambiguitas, quin fuerit ille, quem Cain frater eius occidit. De Zacharia autem sunt opiniones. Vna est, quod ipse fuerit pater Ioannis Bapt ista: & hæc fuit opinio*

✠ *Origenis*

MORALITER.

✠ 5 *Væ vo.* CHRYS. Vt quid vis apparere quod non vis esse nam quod turpe est apparere, turpius est esse, & quod formosum est apparere formosius est esse: aut ergo esto quod appares, aut appare quod es. *Væ vo.scri.& pha.hyp.qui ædi.sepul.prophe.* Sebtur.

6 *Itaque testi.* Illi se esse filios malorum testantur, qui mores eorum sequuntur: sed tunc adimplent eorum mensuram, quando excedunt eorum maliciam, & sic fecerunt Iudæi, quorum patres occiderunt prophetas, & ipsi dominum prophetarum.

12 *Ideo ecce ego mit.ad.* Multi de Christi discipulis istas gratias habuerunt qui tamen à Iudæis persequutiones passi iunt. *Vt veniat super vos & cæt.* Sequitur.

¶ Cuiuibet laici ¶ Sacerdotis

a terram,à sanguine Abel iusti vsque ad sanguinem Zachariæ †
b a ¶ Benedicti domini. ¶ Quem occidit vestra generatio in atrio templi sub diuo.
filij Barachiæ, † quem occidistis inter templū & altare. A- 1
a ¶ Ne miremini super his quæ dico. b ¶ Scelera.
c men dico vobis : venient hæc omnia super generationem 2
a ¶ Homines non saxa, plangit affectu patris. b ¶ Dominum nunciantes prophetarū.
c ¶ Duricia cordis à te repellis vel corporaliter vt Stephanum.
d istam. Ierusalē Ierusalē quæ occidis prophetas,& lapidas eos 3 4
a ¶ Per prophetas missos à me hactenus. ¶ In vnitatem fidei. ¶ Partriacharum hæredes
e qui ad te missi sunt: quoties volui congregare filios tuos, 5 6
f quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & 7
a ¶ In proximo. b ¶ Templum vel ciuitas Romanis tollentibus gentem & locum. 8
g noluisti. Eccè relinquetur vobis domus vestra deserta. Di- 9
a ¶ Nisi pœnitentiam egeritis,& confessi fueritis me filium omnipotentis patris,meam faciem non videbitis. ¶ Post passionem. 10
cō enim vobis, non me videbitis à modo donec dicatis: 11 12
¶ Confiteamini filium omnipotentis quem benedictum ideſt à peccato immunem,misit pater ad glorificandum nomen suum.
h Benedictus qui venit in nomine domini.

a terram, à sanguine Abel iusti vsque ad sanguinem Zachariæ † filij Barachiæ, † quem occidistis inter templū & altare. Amen dico vobis : venient hæc omnia super generationem istam. Ierusalē Ierusalē quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt: quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti. Eccè relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico enim vobis, non me videbitis à modo donec dicatis: Benedictus qui venit in nomine domini.

a *Abel iusti.* Iusticia Abel approbata est per munerum acceptionem

b *Vsque ad.* Cur vsque adhuc, cum multi posthunc occisi ante naturalem Christi,& Christo nato mox pueri ab hac generatione sunt perēpti? Sed quia Abel pastor ouiū, fuit necatusque in agro Zacharias sacerdos necatus est in atrio tēpli vtriusque gradus martyres & laicos & officio altaris mancipatos, sub cōū voluit intimare vocabulis. Zacharias qui occisus est à rege Ioas inter templum & altare, vt historia Regum narrat, filius fuit Ioiadę & in euangelio quo vtuntur Nazaræi, pro filio Barachiæ legitur filius Ioiadæ. Sed vt iusticia Ioiadæ sacerdotis prædicetur ipse Barachias vocatur, id est, benedictu domini.

Gen. 4.6

† 2.Par.25.f

Β

2.Pa.24.f.1

Iste Zacharias de duo decim prophetis vnus erat, sicut pater Ioannis de prophetis vnus erat.

c *Superge.* Quæ à primo parricida vsque ad vltimum perditionis filium computatur: Quasi, similes erunt in pœna sicut sunt & in culpa.

d *Ierusalem.* Quasi dicat Rei estis sanguinis, & meritò: quia multotiens misi ad vos congregandos,& noluistis.

Homil.46 operis imp.

✠ Chrysostomvs. Missum ad te Isayā serrasti, & seruum meum Ieremiam lapidasti Ezechielem tractum per lapides excerebrasti, quomodo saluaberis, quæ ad te medicum nullum nullum venire permittis? Et non dixit, occidisti, aut lapidasti sed occidis & lapidas, id est, hoc, quasi propriam & naturalem consuetudinem habes, vt occidas & lapides sanctos.

D

e *Quotiens.* Ac si dicat: Ego volui, & tu noluisti,& quotquot cōgregaui mea voluntate semper efficaci te nolente feci, quia sēper ingrata fuisti.

✠ Origenes. Dicit quoties volui, cum sit manifestum semel eum docuisse in corpore Iudæos. Sēper enim Christus præsēs fuit & in Mose & in prophetis & in Angelis ministrātibus saluti humanæ per singulas generationes.

Tracta.26. in Matth.

f *Gallina.* Hoc animal magnum affectum habet in filios ita vt eorum infirmitate affecta infirmetur,& eos alis protegens contra miluum pugnet. Sic Dei sapiētia per carnē infirmata, protegit nos & defendit à diabolo.

Gallinæ affectus pullos.

E

g *Relinquetur.* Ciuitas auxilio Dei nudata suæ ditioni relinquetur, quæ bene derelicta est, cum à Deo derelinquitur.

h *Benedictus qui venit.* Hoc turbæ dixerunt domino venienti Ierusalem. Quod autem his transactis hic dominus dicit, cogit Mystice intelligi de aduentu charitatis suæ, vbi confitebuntur filium quem crucifixerunt.

✠ Chrysostomvs. Per hoc occultè secundum aduentum significauit, quoniam, tunc omninò eum adorabunt. Quod autem dicit Amodo, ad tempus crucis refertur.

Hom.80,in Matth.

F

☞ Non

NICOLAVS DE LYRA

Opiniones de Zacharia occiso in templo.

✠ *Origenis dicentis quod propter hoc occisus est in templo domini, quia beata virgo post partum filij sui venit adorare in Ierusalem, & stetit in illa parte vbi virgines consueuerant stare in oratione, in quo loco non erat licitum mulieribus cognitis à viro orare,& ideo ministri templi voluerant eam repellere. At Zacharias pater Ioannis, qui eam virginem sciebat, opposuit se eis dicens, quod erat digna stare in loco illo: & ideo ipsum Zachariam tanquam legi contradicentem interfecerūt. Hoc autem reprobat Hierony. tanquam apocriphum, & dicit quod iste Zacharias fuit filius Ioiadæ sacerdotis qui interfectus est in templo, vt habetur.2.Paral.24 Sed contra hoc videtur, quod iste dicitur hic Barachiæ filius, ille autem dicitur filius Ioiadæ. Ad quod respondet Hiero. quod Saluator voluit hic exprimere sanctitatem Ioiadæ sacerdotis. ideo vocauit eum Barachiam, id est, benedictum domini sicut aliquando contingit, quod aliquem liberalem hominem vocamus Alexandrum, ad exprimendum liberalitatem eius : quamuis hoc non sit proprium nomen eius. Aliter possumus dicere, quod Ioiada fuit binomius, sicut pater Dauid vocatus est Iesse & Isai, & multi alij in sacra scriptura. Saluator hic exprimit vnum nomen eius, aliud exprimitur.2.Paral.24. Sequitur.*

C

1 Amen. *Id est fideliter.*

2 Dico vob.&c. *Id est, super populum Iudaicum est : quia pro istis punitus multipliciter diuersis temporibus. Considerandum etiam quod Abel fuit simplex homo, pastor ouium & illieteratus. Zacharias autem fuit sacerdos & legisperitus. Per hos ergo duos intelliguntur omnes iusti ab eis occisi, & est sensus : Vt veniat super vos omnis sanguis iustus qui effusus est à sanguine iusti Abel vsque ad sanguinē Zachariæ, id est, à sanguine iusti minimi vsque ad sanguinem maximi iusti.*

3 Ierusalem Ierusalem. *Hic prædicit eis cōsequenter pœnam temporalem scilicet destructionem ciuitatis & templi quæ facta est per Titum & Vespasianum in vindictam mortis Christi .42.anno à prædicta passione: dicens ergo Ierusalem Ierusalem, Alloquitur hic populum Iudaicum sub nomine ciuitatis metropolitanæ. Et hic est communis modus loquendi, hoc enim dicitur ciuitas facere quod populus habitans in ea fecit.*

4 Quæ occidis pro. *Id est, consueuisti occidere.*

5 Et la.eos &c.ad te mis. *Id est, ad instructionem tuam, sicut patet in prophetis antiquis, & in Ioanne Baptista, qui fuerunt à Iudæis occisi Vnde.4.Reg.21.c.dicitur, quod tempore Manasse effusus est sanguis innoxius in Ierusalem donec repleretur vsque ad os.*

6 Quoties vo. *Sub cultu vnius Dei per fidem & charitatem.*

7 Flios tuos. *Id est Iudæos*

8 Quemadmo. *Ponitur exemplum de gallina, ad ostendendum affectum suum ad populum Iudaicum: quia inter alias aues gallina videtur magis affici ad conseruationem & nutritionem pullorum.*

9 Et noluisti. *Quia primò prophetas à Deo missos, postea Ioannem Baptistam & vltimò dominum nostrum Iesum Christum contempserunt, propter quod subditur pœna.*

10 Ecce relinquetur vo.do. *Id est ipsum templum. quod per Romanos fuit destructum nec reædificabitur amplius: quia secundùm quod dicitur: Danieli.9.vsque in finem mundi perseuerabit desolatio.*

11 Dico enim vobis &c. *Id est à tempore passionis Christi, quæ de proximo imminebat futura, quando Christus dixit ista.*

12 Donec dicatis Benedictus qui venit in nomine. *Hoc erit quando apparebunt signa euidentia aduentus eius ad iudicium : tunc enim Iudæi qui crediturí sunt in Christum in fine mundi laudabunt, & confitebuntur ipsum.*

✠ Et

MORALITER.

✠ † *Vsque ad san.* Orige. Zacharias interpretatur memoria Dei Omnis ergo qui memoriam Dei perdere festinat in eis quos scandalizat, Zachariæ sanguinem effundere videtur. Abel autem iustus interpretatur. Qui ergo non recipit quod scriptum est: *Bea. qui lugent.* sanguinem effundit.

10 Ecce. Chry. Sicutenim corpus anima recedente primò quidem frigescit, deinde putrescit & soluitur, sic & templū nostrum Dei spiritu sancto recedente, prius seductionibus & indisciplinationibus repletur, deinde venit ad ruinam.

✠ Et

A ADDITIO.

In capitulo.23.*Vbi dicitur in postilla*, id est, à sanguine iusti minimi vsque ad sanguinem iusti maximi.

Quod Abel sit minimus iustus & Zacharias maximus, siue intelligatur simpliciter siue respectu occisorum tantum, ex scripturis non habet autoritatem, vnde secundùm Hie. eadem facilitate contemnitur qua approbatur. Nec etiam ex hoc quod præsupponitur Abel fuisse simplicem pastorem illiteratum, & quod Zacharias fuit sacerdos & legiperitus, sequitur quod Abel fuit minimus iustus & Zacharias maximus Non enim excellentia iusticiæ sequitur literaturam. Quod patet in pluribus præsertim cum antiqui patres, licet non legantur literas didicisse fuerunt tamen in duinis maximè illustrati: Quod patet de Ada & patriarchis. Et fortè ex his quæ leguntur de vtroque scilicet de Abel & Zacharia plura ad rationem iusticiæ pertinentia leguntur de Abel, quàm de Zacharia. In hoc enim quod fuerunt ambo sine culpa occisi, æquales videntur, sed de Abel super hoc legitur, quod tamen ipse quam munera eius fuerunt Deo accepta Gen.4. b quod est maximum testimoniũ suæ iusticiæ, vnde Hiero. in hoc loco de Abel dicit iustus aũt non ex hominum sentẽtia, sed ex Gene. testimonio cõprobatur: vbi accepta eius à Deo narrantur munera, vnde planior potest ratio assignari circa nominationem istorum duorum scilicet quod loquendo de temporibus præteritis ante passionem Christi, quando ista dicebantur à Christo. Abel fuit primus iustus qui sine culpa legitur occisus Zacharias verò vltimus: vnde conuenienter nominat extrema, ad hoc, vt omnes intermedij includantur. Quicumque enim fuerit iste Zacharias secundùm diuersitatem opinantium, ipse tamen fuit vltimus iustus occisus, de quo in scripturis expressa mentio habeatur. Si autem obiiciatur de Ioanne Baptista, respondetur, quod ille non fuit occisus à Iudæis sed ab Herode alienigena: hic autem agitur de occisionibus factis per Hebræos & eorum prædecessores, inter quos occisio Abel debet computari, cum tunc temporis omnes fideles erant sub vna lege naturali, cui successit lex scripta quod patet in hoc quod dicitur, Ierusalem Ierusalem quæ occidis prophetas, &c. D

REP. *In c.23.vbi Postil. reddit rationẽ nominationis illorum scilicet Abel & Zachariæ quia vt inquit, per eos significãtur omnes iusti à quibuscũque occisi, siue magni siue parui sic quod magni significantur per Zachariam magnũ sacerdotem & doctorem, per Abel autem parui & illiterati Burg. nolens intelligere Postil. putat quod velit dixisse iusticiam sequi literaturam: quod non est verum. Nam quod comparat prauos iustos Abel, hoc est per quandã similitudinem, nõ proprietatem. Non igitur sequitur cum ergo fuisset paruũ iustum sicut Christus comparatus oui, leoni &c. non ideò dicitur ouis vel leo. Ista autẽ translatio potest habere rationẽ, quia numerus quicumque incipit à minimo. Numerus igitur sanctorum incipit ab Abel: rectè igitur minimi denominantur ab illo. Ratio autem assignata per Burg. ad idem, non est obiectionis expers, sed transeat.* E

B

CAPVT. XXIIII.

NOn relin. *hic la. super la.* MYSTICE. Recedente domino de templo omnia legis ædificia & compositio mandatorum ista destructa est, vt nihil possit à Iudæis impleri. Diuinitus autem prouisum est, vt crescente euãgelij gratia templum illud cum suis ceremoniis toleretur, ne quis infirmus in fide illis stantibus Iudaismi occasionẽ haberet. Idem qui comminatus est verbo, ostendit signo, dum egreditur ab illis facta comminatione.

a *Sedente autem.* Vbi Marcus ait. *contra templum.* Sedet contra templũ cum de ruina eius & excidio Gẽtis disputat vt & corporis situs verbis suis cõgruat.

MYISTICE. Sedet in monte Oliueti, id est, in ecclesia quietus manens superborum detestatur arrogantiam.

Accesserunt b *Accesserunt.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Secretò accesserunt quia de magnis erant interrogaturi, Etenim cupiebant discere diem aduentus eius, quia vehementer desiderabant gloriam eius videre. Hom.76.in Matth.

c *Dic no.* Quia dixit omnia destruenda, tempus & signa destructionis quærunt. Discipuli Christi quę fuerũt tria

Tria quærunt quo tempore destruenda Ierusalem sit? quo venturus Christus? quo consummatio seculi ventura sit?

✠ CHRYSOSTOMVS. Lucas autem ait vnam esse interrogationẽ quæ est de Ierosolyma, quasi æstimantibus discipulis tũc futurũ esse Christi aduentum & finem mundi quando Ierosolyma destrueretur. Marcus autem ait nõ omnes eos de consummas tione Ierosolymæ, sed Petrum Iacobum Ioannem & Andream, quasi liberius de & securius Christo quentes. Hom.76.in Matth. *Nonne. F

*Videte

NICOLAVS DE LYRA

CAPVT. XXIIII.

✠ IEt egressus Iesus de templo ibat. *Postquam posita est legis Euãgelicæ promulgatio & confirmatio per miracula hic consequeter ponitur iudicium secundùm legem illam. Et quia lex euangelica est perfectißima & extrema ideò sibi correspõdet iudicium extremum, quod erit perfectißimum. Et diuiditur in duas partes quia primò ponũtur quædam antecedentia ipsum iudicium: secundò ipsum iudicium describitur, ca. sequenti. Prima in duas: quia primò circa hoc ab apostolis proponitur quæstio & secundò ponitur quæstionis solutio, ibi.* Et respondens Iesus. *Prima in duas: quia primò ponitur quæstionis occasio secundò habita occasione fomatur quæstio, ibi.* Sedente autem eo super montem Oliueti. *Circa primũ considerandũ, quod Christus in fine ca. præcedentis dixerat, quod domus templi relinqueretur deserta ideò in principio huius ca. dicitur quod Iesus egressus de templo ibat. In hoc ostendebat per*

1 Et acce. *Non quia ostenderent sibi aliquid incognitum, cum frequenter in teplo fuisset, vt patet ex præcedentibus, sed vt ex nobilitate ædificiorum quæ erant facta ad diuinum cultum, prouocarent eum ad misericordiam, & per consequens mitigaret pœnam prædictam.*

2 Ipse au. *Quasi dicat quantumcunque sunt magna & fortia.*

3 Amen. *Id est, fideliter,*

4 Dico vobis. *Non est sic intelligendum quin remaneret lapis super lapidem, saltem in fundamentis: sed est modus loquendi ad exprimendum magnitudinem destructionis, quæ completa est sub Tito & Vespasiano, vt dictum est ca. præcedenti.*

Sedente au. *Ex prædictis formatur duplex quæstio. Quia enim audierant à Christo euersionem illam credebant propinquam esse mundi consummationem, ideò quæsierunt primò.*

5 Dic nobis quando. *Id est, destructio ciuitatis & templi secundò quæsierunt,*

6 Et quod si. *Vtrumque enim simul fiet. & propter hoc est quæstio* ✠ *vna*

MORALITER.

✝ 1 *Et egressus Iesus de templo &c.* Sequitur,

† *Non relinquetur hic lapis super lapidem, qui non &c.* Origenes Omnis homo qui suscipiens est verbum Dei templũ est. Si post peccatũ adhuc saluat ex parte vestigia fidei & religionis, templum est ex parte destructum, & ex parte consistens. Qui autem postquam peccauit curam sui non habet paulatim minuitur donec ad plenum recedit à Deo viuẽte, & sic non relinquetur lapis super lapidem mandatorum Dei, qui non destruatur.

† *Sedente autem eo super montem oliueti,* Contra templum sedẽs de ruina Iudaicæ gẽtis disputat, vt etiã ipso situ corporis monstret, q quietus in ecclesia manens, impiorũ superbiã cõdẽnat.

aduentus tui, & consummationis sæculi? Et respondens
a ¶ Ne quis persuadeat, quasi hæc omnia mox sine futura b ¶ Antichristi pro Christo quorum primus Simon magus, cui omnes in Samaria auscultabant dicentes Hæc virtus Dei magna est.
Iesus, dixit eis: † Videte, ne quis vos seducat. Multi enim
a ¶ Ante horum completionem.
veniẽt in nomine meo, dicentes: Ego sum Christus, & mul-
¶ Hic tentatio. ¶ Ante excidium. ¶ Quæ ad hostes. ¶ Expectationes vt rumores. ¶ In Iudæa seditiones. ¶ Quæ ad ciues.
tos seducent. Audituri enim estis prælia & † opiniones præ-
a ¶ Iudæam deseratis. ¶ Quantum ad prælia. b ¶ Omitat hæc omnia contigisse tempore iudaicæ seditionis ante vltimam prouinciæ euersionem.
liorum, videte ne turbemini. Oportet enim * hæc fieri, sed
a ¶ Audituri estis pre. & opi. &c. Consurget enim gens.
nondũ est finis, † Consurget enim gens cõtra gentẽ, & regnũ
¶ Hæ sunt partes prælior.m.
in regnũ, & erunt pestilẽtiæ & fames, & terræmotus per loca

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12

A

a *Videte.* Cum hæc fient, ne putemus instare diem domini, cuius signum perspicuè ponitur in sequentibus. Præmunit ne turbentur, vel deficiant per deceptionẽ, vt per Simonem Magum, vel per tribulationem & persecutionem, vt per Neronem. Nota hæc venientia ante excidium Ierusalem similia sunt & eadem fere his quæ fient in consummatione seculi, & loquitur ita de vno quasi de alio.

hom 76.in Matth. † Mar.13.a Lucæ.21.b Eph.5.b. Col.2.d.

✠ Chrysost. Non de destructione Ierosolymæ neque de secundo aduentu respondit statim, sed de malis quibus, statim obuiandum erat.

b *Multi.* Imminente Ierusalem excidio multi fuerunt principes qui se dicerent esse Christos, & tempus libertatis prope

†Lucæ.21.c Sap.5.d.

B

esse. Multi in ecclesia temporibus apostolorum, qui præter alia falsa dicerent instare diem domini.

c *Audituri.* Hæc in Iudæa à passione domini abundauerunt: quibus ne terriri apostoli Ierusalem & Iudæam deserant admonentur, quia non statim fini, sed post quadraginta duos annos.

Epist.80.

✠ Avgvst. Interrogãtibus discipulis dominus respondit ea quæ iam ex illo tẽpore fuerant secutura, siue de excidio Ierusalem siue de aduentu suo per ecclesiã in qua vsque ad finem venire nõ cessat, siue de ipso siue in quo apparebit viuos iudicaturus & mortuos. Cum itaque signa dicat, quæ ad ista tria pertinent quo eorum trium signorum ad aliquid horum referendum sit diligenter considerandum est, ne fortè quod pertinet ad vnum referendum putemus ad alterum.

Vbi supra. tractatu.28 in Matth.

✠ Chrysostomvs. Hic loquitur de prælijs quæ Ierosolymis erant futura.

✠ Origenes. Qui audit ipsas voces quæ fiunt in prælijs audit, audit prælia, qui autem de prælijs longè gestis audit, rumores vel opiniones audit præliorum.

D

d *Consurget enim gens &c.* Mystice. Regnum surget in regnũ & pestilentia eorum, quorum sermo vt cancer serpit. Et fames verbi Dei commotio terræ, & a fide separatio. Vltima enim tribulatio multis præuenitur, & per crebra mala indicantur mala perpetua. Et ideò post bella & seditiones non statim finis quia multa mala debent præcurrere, vt nuncient mala sine fine. Eorum autem alia è cœlo, alia è terra, alia ab elemẽtis, alia ab hominibus. *Surget gens.* Ecce perturbatio hominum. *Terræmotus.* Ecce respectus iræ dei per. *Pestilentia.* Ecce

† rumores

* omnia Lucæ.21.c

E

inæqualitas corporum. *Fames.* Ecce sterilitas terræ. *Terrores de cœlo & tempestates,* secundum Lucam. *Ecce inæqualitas aeris.* Omnia ergo consummando conturbantur, vt qui in omnibus deliquimus in omnibus feriamur, vnde *Pugnabit pro eo orbis terræ contra insensatos.*

✠ Chrysostomvs. Et non simpliciter hæc fient secundum consuetudinem antea in hominibus existentem, sed ex ora quæ erit desuper. Et propter hoc non simpliciter dixit ea esse ventura, neque repente, sed cum quadam significatione. vnde subdit hæc autem omnia initia sunt dolorum, id est, Iudaicorum malorum.

Hom.76.in Matth.

✠ Origenes. Sicut ægrotant corpora ante mortem, sic necesse est ante corruptionem mundi, vt quasi languens terra frequentius terræmotibus conquassetur. Aër vim mortiferam concipiens, pestilens fiat, & vitalis virtus terræ deficiens suffocet fructus. Consequens autem est, vt propter inopiam ciborum, in auaritiam & bella homines excitentur.

Tractat.28 in Matth.

☞ *Hæc au.*

NICOLAVS DE LYRA

C

✠ *vna. Notandum etiam quod istæ quæstiones fuerunt sibi factæ super montem oliueti, & hoc rationabiliter, quia locus iste distat solùm à ciuitate per vnum miliare, & sic ciuitas illa & templum ex illo loco clarissime videntur: & occasione huius de tempore destructionis illius ibi quæritur. Similiter etiam iudicium extremum futurum est circa illum locum, vt habetur Ioe.3. ideò conuenienter sit sibi quæstio de futuro iudicio.*

1 Respondens. *Hic ponitur vtriusque quæstionis solutio, & primò primæ, secundò, secundæ ibi.* Orate autem. *Circa primum duo facit quia circa ea que pertinent ad destructionem ciuitatis & templi primò scribit initium & secundò, finalem exitum, ibi,* Cum ergo videritis. *Circa quod considerandũ quod, inchoatio & signum destructionis futuræ fuerunt clades & pestilentiæ, quæ fuerũt in Iudæa ante bellum Romanorum contra eos, vt dicit Iosephus libro de Iudaico bello. Diuiditur ergo in duas partes quia primò tanguntur mala quæ contigerunt Iudæis in generali, secundò: mala quæ contigerunt Christi discipulis in speciali, ibi.* Tunc tradent vos. *Circa primum quatuor tanguntur Primum est seductio erroris, quod notatur cum dicitur,*

Iosephus

2 Videte ne quis vos seducat. *Ista autem prædixit: quia manus iacula feriunt quæ præuidentur:*

3 Multi enim venient. *id est, ascribentes sibi nomen meum, quod patet per hoc quod subditur.*

4 Dicentes ego sum Christus &c. *De talibus fuit Simon magus qui per hoc seducebat Samaritanos, de quo habetur Act.8.b. quod Samaritani dicebant de illo.* Hic est virtus Dei quæ dicitur magna. *Hic, etiam dicit super locum illum, quod ante destructionem ciuitatis plures apparuerunt qui dicebant se esse Christos.*

5 Audituri enim estis. *Hic ponitur secundum quod est concussio timoris, cum dicit.* Audituri enim estis prælia. *Secundum enim quod refert Iosephus lib. antiquitatum. 20. post passionem Christi ante destructionem ciuitatis, multæ seditione & multa prælia fuerũt apud Iudæos: quia Samaritani qui partim tenebant ritum gentilem, insurgebant contra Iudæos, & e conuerso. Item in populo Iudæorum erant plurimi qui incitabant populum ad rebellandum contra Romanos, alij autem contrarium. Sequitur.*

F

6 Et opiniones præliorum. *Quia ante destructionem ciuitatis multa signa apparuerunt, quæ interpretabãtur ab aliquibus in bonum & pacem ciuitatis, ab aliis autem in contrarium & destructionem, & inter alia ponit vnum scilicet. Et sydus stetit super ciuitatem per annum instar gladij. Quam apparitionem quidam dicebant significare auxilium sibi affuturum contra inimicos. Aliqui è contrario dicebant significare vindictam Dei contra mala habitantium in ciuitate, & per hoc erant diuersæ opiniones de prælijs inter eos.*

Signa excidij Ierusalẽ in cœlo

7 Videte ne tur. &c. *Recededo de Iudæa propter talia. Voluit enim Christus quod discipuli sui manerent aliquantulum in Iudæa post mortem suam ad prædicandum fidem Catholicam.*

8 Oportet enim hæc. *Quia sunt à Deo præordinata.*

9 Sed nondum est. *Quia post auditionem talium stetit adhuc ciuitas per longum tempus scilicet. 40. annis post passionem Christi*

10 Consurget enim gens. *Hic ponitur tertium, videlicet disturbatio pacis, cum dicitur.* Consurget gens in gentem. *Quia gens Iudæorum erat diuisa intra se, vt patet.*

11 Et regnum aduer. *Quia regnum Iudæorum contra regnum Romanorum rebellauit, & hoc patet ex prædictis.*

12 Et erunt pesti. *Hic ponitur quartum, scilicet perturbatio orbis seu elementorum ex quibus consurgunt pestilentiæ in aere & mari, & per consequens sterilitas & fames in terra. Quod autem hoc acciderit illo tempore, patet Act.11.d. vbi dicitur quod propheta Agabus prædixit famem magnam futuram, quæ facta est imperante Claudio propter quod fideles qui erant Antiochiæ, miserunt auxilium de facultatibus suis fidelibus qui erant in Iudæa & Ierusalem per manus Barnabæ & Sauli. Sequitur.*

✠ Hæc au,

MORALITER.

✠ 3 *Multi enim venient in nomine meo dicentes, ego sum Christus &c.* Id est, Multi videntur plus dicere facto, quia sua statuta distrin[illegible] faciunt obseruari quam præcepta Dei.

9 *Consurget,* Hic Mystice autem videtur regnum contra regnum consurgere, & pestilentia eorum quorum sermo serpit vt cancer, & fames audiendi verbum Dei, & commotio vniuersæ terræ in hæreticis magis intelligi, qui contra se inuicem dimicantes, ecclesiæ victoriam faciunt.

✠ *Tunc,*

a ¶ Futurorum. b ¶ Ministris. c ¶ Exercendos.

a Hæc autem omnia initia sunt dolorum. Tunc tradent vos 1
b a ¶ Per apostolos omnium credentium persona signatur. b ¶ In fine mundi similes apostolis, tribulationibus sunt probandi. 2
in tribulationem, & occident vos, & eritis odio omnibus 3
a ¶ Propter assertionem veritatis. b ¶ Discedent à fide timore vel 4
portentis vel immanitate tormentorum. 5
c gentibus propter nomen meum. Et tunc scandalizabun- 6
a ¶ Gladio domini ab invicam separante eos quod in principio prædicationis factum est maximè tempore Antichristi est futurum. b ¶ Frater infidelis fratrem fidelem. 7
tur multi, & invicem tradent & odio habebunt invicem.† 8
a ¶ Vt miraculis seducant. ¶ Hoc tempore iudaicæ vastitatis plene tempore Antichristi.
d Et multi pseudo prophetæ surgent, & seducent multos.† & 9
a ¶ Vnde Apostolus. Erunt homines amantes. b ¶ Infidelitas. c ¶ Pro tribulatione quæ ante tribulationem videbatur calere, vel calebat vt cumque in pace.
quoniam abundabit iniquitas refrigescet charitas multo- 10
¶ In fide & charitate. ¶ Quocumque tempore incipiat. ¶ Præsentis vitæ.
rum:† Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus 11
a ¶ Aedificatorium ecclesiæ ante finem mundi sicut ante destructionem Ierusalem per apostolos. 12
e erit. Et prædicabitur hoc euangelium regni in vniuerso orbe,

a *Hæc au.* Hæc autem omnia sunt initia, non consummatio quasi præconia Antichristi, vel excidij vrbis. Hæc partim ad euersionem Iudæorum partim ad diem iudicij pertinent, quia ita apostoli interrogauerant de vtroque.

✲ HIERONYMVS. Quod dixit, *hæc autem initia sunt dolorum*, melius transfertur, parturitionum: vt quasi conceptus quidam Antichristi non partus intelligatur.

b *Tunc tra.* Quo merito hæc Iudæis eueniant, subdit, quæ post occisionem Christi, nominis & fidei eius præcones persequuti sunt.

Hom.76.in Matth. ✲ CHRYSOSTOMVS. Quia discipuli audientes ea quæ de Ierosolyma prædicebantur, si dispositi erant, vt extra turbationem essent quasi de aliena pœna audientes sibi verè prospera futura sperabant, propter hoc eis grauia prænunciat in solitudinem eos statuens.

†supr.10.c. Mar.13.b. 7.q.1c sug. gestum. De pœni.dis.2 c.non reuocabantur.& 1.apostol. Vbi supra c *Et tunc scandalizabuntur.* ✲ IDEM. Postquam duplex prælium posuit scilicet quod est à seductoribus & quod est ab inimicis consequenter tertium prælium ponit quod est à falsis fratribus.

d *Et mul. pseu.* Quidam hoc ad euersionem Iudæorum referunt. Sed tunc inter eos, quia nullus erat fidelis, ad quem fieret exhortatio melius hoc accipitur de hæreticis, quorum primus Simon Magus fuit. Extremus maior omnibus. Antichristus est. Diligenter intuendum est, quod signorum ad excidium vrbis, quod ad diem domini referatur. Respondit enim dominus, quæ ex illo tempore erant secutura siue de excidio Ierusalem siue de aduentu suo.

Et e *Et prædicabitur.* Quia nouerat dominus corda discipulorum de excidio & perditone suæ gentis contristanda, hæc solatio releuat vt scirent multo plures socios gaudij æterni de toto orbe colligendos. D

Adhuc tenete hoc signum, quod non instet dies domini vel desolatio Ierusalem antequam apostoli toto orbe dispersi sint præter duos Iacobos, qui primus in Iudæa interfecti sunt. Dispersi inquam, vt si dolerent de perditione suæ gentis, solatium habeant plures socios de omni gente collectos. † 1.q.3.ca. Saluator.

✲ CHRYSOST. Vbi supra † De rebus ec.non ali. c.fi. Quod autem ante captionem Ierosolymæ vbique prædicatū est euangeliū audi quod ait Paulus E in omnem terram exiuit sonus eorum Et vides eum à Ierusalem in Hispaniam currentem. Si autem vnus tantam portionem accipit excogita relique quanta operati sint.

✲ AVGVSTINVS. Non est ab Apostolis prædicatio ista complera quando adhuc sunt gentes in quibus nondum cœpit impleri. Quod autem dixit Apostolus. *In omnem terram &c.* verbis quod futurum erat dixit, non quod iam factum est. Epist.80.

✲ ORIGENES. Cum omnis gens audierit euangelij prædicationem tunc erit seculi finis. Multæ autem non solum barbarorum, sed etiam nostrarum gentium nondum audierunt Christi verbum. Tractu.28.

✲ HIERONYMVS. Non puto aliquam remansisse gentem quæ Christi nomen ignoret. Et quanquam non habuerit prædicatore tamen ex vicinis gentibus opinionem fidei non potest ignorare.

☞ *Abominatio*

C F

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Hæc autem omnia. *Id est, quatuor prædicta.*

2 Initia sunt do. *Quj quidem dolores fuerunt consummati in destructione ciuitatis & templi per Romanos.*

3 Tunc tr. *Hic ponit mala quæ contingerunt Christi discipulis in speciali, vbi ponuntur quatuor. Primum est violentia afflictionis dupliciter scilicet ab intra & ab extra. Illa quæ fuit ab extra, fuit à Iudæis fideles persequentibus, de quo habetur Act.8.a. vbi dicitur, quod post mortē beati Stephani facta est persequutio magna in ecclesia, quæ erat Ierosolymis & ibidem subditur, quod. Paulus deuastabat ecclesiā.*

4 Et occi. vos. *Quia illo tempore occisus est Stephanus à Iudæis, vt patet Ac.7.g. & Iacobus filius Zebedæi Act.17.a. Iacobus frater domini, vt dicit Iosephus libro.22. antiquitatum.*

5 Et er. odio. *Id est, aliquibus omnium gentium.*

6 Propter no. meum. *Hoc additur ad eorum consolationem, quia ad hoc sequitur magnum premium, vt habitum est sup.v.c.*

7 Et tunc scandalizabuntur. *Hic ponitur afflictio ab intra scilicet à falsis fratribus, quia multi qui receperant fidem Christi videntes persequutionem oriri contra eos scandalizabantur, cadentes propter hoc à fide suscepta, & sic habebant odio veros discipulos Christi, quos ad mortem tradebant.*

8 Et mul. pseu. *Hic ponitur secundùm scilicet vehemetia seductionis, quia multi prophetæ falsi denunciabant contraria prædicationi apostolorum,*

9 Et quoniam abunda. ini. *Hic ponitur tertium scilicet abundātia iniquitatis, quæ erat in falsis Christianis, & propter hoc refrigescebat charitas in multis aliis, licet non caderent totaliter propter quod concludit.*

10 Qui autem perseueraue. vsque. *In fide scilicet formata charitate, hic saluus erit.*

11 Et prædicabitur. *Hic ponitur quartum quasi ad consolationem prædictorum, quod est euidentia credulitatis, & hoc est quod subditur* Et prædicabitur hoc euangel. *Id est, euangelium Christi quod introducit ad regnum cœleste, quod non faciebat lex propter quod erat inperfecta respectu euangelij, vt supradictum est in prnicipio huius libri.*

11 In vniuerso mun. *Quod enim ante destructionem ciuitatis per Titum & Vespasianum in tribus patribus orbis scilicet: Asia, Aphrica & Europa, prædicatum sit euangelium Christi, patet sic. Viuente enim Petro fides prædicata est in Italia, & non solum in Italia, sed etiam in Gallia, quia sanctus Sauinianus qui fuit vnus de.70. missus à beato Petro in Galliam cum pluribus aliis ciuitatem Senonensem (quæ tunc erat metropolis Galliæ & vocabatur ciuitas aurea) conuertit ad Christum & ibi tribus ecclesiis ædificatis vna scilicet in honore beatæ virginis, alia in honore beati Setephani protomartyris, & alia in honore sancti Ioannis Baptistæ, quartam ædificauit in honore apostolorum quæ quia viuente Petro constructa est ideò ecclesia beati Petri viui adhuc nominata est vsque in hodiernum diem. Ex loco autem illo sanctus Sauinianus socios suos circa alias partes Galliæ misit ad prædicandum. Ex quo patet, quod viuente Petro fidei prædicatio peruenit versus mare occidentis, vbi terminatur vltimum clima nostræ terræ habitabilis Quod autem est vltra, secundum autores astronomiæ ponitur extra climata. Ierusalem autem de qua exierunt apostoli & alij Christi*

✲ *discipuli*

MORALITER.

✝ 2 *Tunc.* Quod nunc impletur mysticè, quia pauperes religiosi per homines malos, & specialiter per clericos peruersos tribulantur & per detractiones eorum linguarum gladiis occiduntur, & plures infirmi scandalizantur, odientes statum suum, & fratres suos nequiter accusant ab ordine recedentes.

7 *Et multi.* Id est, prædicatores, quæ sua sunt tamen quærentes, surgunt & multos simplices seducunt, & sic frigescente charitate abundat iniquitas.

9 *Qui au. perse.* Scilicet in doctrina Christi & à talibus verbo & facto prædicatur euangelium regni.

¶ Suæ damnationis ¶ Non credentibus a Post hæc omnia.

in testimonium omnibus gentibus, a et tunc veniet † con- 1
a ¶ Non statim,sed non prius. b ¶ Hominem peccati,qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur Deus qui destruet,& ad solitudinem redigetsuscepturos se. 2
a summatio.† Cum ergo videritis abominationem desolatio- 3
¶ Prædicta. a ¶ In templo Dei vel,vbi non debet secundum Marcum quod idem signat.
nis,quæ dicta est à Daniele propheta stãtem in a loco sancto
a ¶ Illam prophetiam vel sequentia. b ¶ In confessione fidei. ¶ Vel dimissa occidente litera & iudaica prauitate æternis appropriet mentibus.
b qui a legit intelligat.† Tũc qui in Iudæa a sunt fugiant ad mon- 4 5 †
a ¶ Virtutum culmen altius ascendant. b ¶ Qui excedit carnem animo non redeat ad aliquos actus pristinæ conuersationis.
tes.Et qui b in tecto non descendat tollere† aliquid de domo 6
a ¶ Carne vel mundo. q¶ Qui operatur in ecclesia. ¶ Qui exierit ciuitatem huius mundi.
c ¶ Id est rem secularem qua se exuit vt nudus Christum sequatur.
d ¶ Væ ambitiosis parturorum. †
c sua & qui in b agro,nõ reuertatur tollere† tunicã suã.† Væ au- 7
a ¶ Diuitias quas adepti sunt fouentibus,quia farcina grauati fugere non poterunt.
b ¶ Qui initia fidei habent & egent nutrimento magistrorum. c ¶ Non tunc primo incipiatis declinare à malo,cum morte præueniente iudicium Dei non potestis effugere
d tẽ prægnantibus & a nutrientibus in illis diebus. Orate autẽ,vt 8

A a *Abominationẽ &c.* Vel fide excidio vrbis abominatio, id est, idolum. Pilatus enim posuit imaginem Cæsaris in templo desolato. Vel hoc dicitur de statua Adriani equestri, quæ in ipso sanctorum loco longo tempore stetit.

✠ AVGVSTINVS. Lucas quidem vt ostenderet tunc factam fuisse abominationẽ desolationis quæ a Daniele prædicta est, quando expugnata est. Ierusalem eodẽ loco hæc domini verba commemorat. *Cũ videritis circumdari abexercitu Ierusalem. tũc scitote quia appropinquauit desolatio eius.*

✠ HILARIVS. Totum iudicium aduentus futuri dominus ponit dicens, *Cum videritis &c.* De Antichristi enim temporibus hic locutus est, propheta Abominatio ex eo dicta est, quod aduersus Deum veniens honorem Dei sibi vendisset desolationis autem abominatio, quia bellis & cædibus terram desolaturus sit: atque ob id à Iudæis susceptus, loco sanctificationis instituitur: vt vbi sanctorum præcibus Deus inuocabatur: illic à Iudæis susceptus venerabilis sit, & quia proprius iste Iudæorum error erit, vt qui veritatem respuerunt suscipiant falsitatem, Iudæam deseri monet, & transfugere in montes ne admixtione plebis illius Antichristo creditur æ vis afferatur.

b *Tunc qui in.* Hæc ad literam facta sunt cum appropinquante exterminio Iudæorum oraculo moniti omnes Christiani fugerunt in regnum Agrippæ qui parebat Romanis.

MYSTICE. Tunc. Id est cũ hæreses & flagitia regnare cœperint inter sanctos, & pacem eorum distrahere, quantò plures vident sequi praua tanto altius virtutes petant.

C c *Væ au.* Quia farcina grauate fugere non poterunt In isto qui quibus exutus erat. Graues animæ peccatis, & quæ nutriunt id est, imperitè Antichristum effugere non poterunt. Vel væ illis qui sua germina non produxerunt in virum perfectum

d *Orate,* Si de captiuitate, orent ne fuga eorum sit hyeme vel sabbato quia in altero prohibet duricia frigorum ad solitudines fugere, & in desertis latitare. In altero transgressio legis est si fugere volunt, vel mors si remanent, Spiritualiter autem præcipitur, vt non frigescat fides in Deum & charitas, neque ocioſi in opere torpeamus virtutum sabbato. Hanc sententiam Lucas illustrat. Dicit enim *Attendite vobis, ne grauentur corda vestra, in crapula & ebrietate & curis huius vitæ, & superueniat in vos dies illa repentina.* Vigilate itaque omni tempre, vt digni habeamini fugere ista omnia quæ futura sunt. Ad hyemen pertinent curæ quæ tristes sunt, vt hyemes crapula & ebrietas ad sabbatũ quia in eis delitiis affluere mos erat Iudæis, ignaris veri sabbati. F

☞ Et

D Lucæ.21.d

Epist.80.

† Dan.9.g. Lucæ.21.d. Lucæ.21.

†Mar.13.b Lucæ.21.d

B †vestimenta sua

† Finis

Lucæ.21.d

† Res suas domesticas

E †Mar.13.b Lucæ. 12.b

Lucæ.21.f.

NICOLAVS DE LYRA

✠ *discipuli ad prædicandum, est in medio terræ habitabilis, quia est in quarto climate, vbi primò publicata est fides catholica, & ideò sicut à Ierusalem vsque ad fines terræ habitabilis ex parte Galliæ vbi prædicata est fides per sanctum Sauinianum & socios eius similiter ex parte Hispaniæ, vbi Paulus prædicauit, eadem ratione probabile est, quod à Ierusalem vsque ad alios terminos terræ habitabilis peruenit prædicatio fidei per alios apostolos & discipulos ad hoc missos, & sic patet quod viuente Petro fides Christi prædicata est in vniuerso mundo, quia cognitio fidei peruenit ad omnes partes orbis Petrus verò martyrizatus est sub Nerone post imperium autẽ Neronis destructa est ciuitas Ierosolymitana secũdò anno imperij Vespasiani, vt habetur li. de Iu. bello in fine.*

1 In testi. *Quas dicat adhoc prædicanda est fides in vniuerso orbe, vt testimonium Christi audiretur in omni gente, secundùm quod dictum fuit apostolis Act.1.a.* Eritis mihi testes in Ierusalem & Iudæa & Samaria & vsque ad vltimum terræ.

2 Et tunc. *Quia post prædicationem euangelij prædictam facta est consummatio destructionis ciuitatis à Christo prædicta. Considerandum autem quod alia est prædicatio euangelij futura in omnibus gentibus quantum ad efficaciam, sic quod omnes gentes recipient fidem Christi & hoc erit in consummatione seculi.*

3 Cum erg. *Hic describitur excidium ciuitatis quantum ad eius terminum. Et ponuntur ibi duo. Primum est prophetiæ impletio quæ habetur Dan.9.g. vbi dicitur quod destructa ciuitate & templo ponetur abominatio in desolationem, id est, idolum (quod nomine abominationis intelligitur in vete.te.) debebat poni in templo desolatio, hoc autem impletum est quando Aelius Adrianus imaginem suam fecit statui vbi steterat arca testamenti vt scribitur in Scholastica historia, & hoc est quod dicit.* Cum er. &c. *Sequitur.*

4 Qui legit intel. *Quasi dicat qui legit prophetiam Danielis intelligat eam esse dictam de hoc facto. Secundùm quod ibi ponitur est Iudæorum captiuatio & perfecta eorum dispersio, cum dicit.*

5 Tunc qui in Iu. sunt fu. *Quasi dicat extunc Iudæi non habitabunt in Iudæa plus: quia licet Aelius Adrianus Ieroſolymam reædificauerit præcepit tamen ne aliquis Iudæus haberet licentiam intrandi illuc. Aliter autem exponitur ab aliquibus de tempore quod fuit ante destructionem ciuitatis immediate, quia fideles qui erant in Ierusalem admoniti sunt per angelum vt fugerent in regnum Agrippæ vltra Iordanem quia rex Agrippa erat confederatus Romanis, & ideò ibi fideles saluati sunt, vt scribitur in Scholastica historia. Sequitur.*

6 Et qui in te. *Quasi dicat melius est quod saluet vitam suam quam rem possessam.*

7 Væ autem. *Quia prægnantes non possunt bene fugere aggrauatæ pondere nec etiam nutrientes propter curam circa paruulos.*

8 Orate autem. *Hic incipit soluere secundam quæstionem de consummatione seculi. Et diuiditur in tres parter, quia circa cosummationem sæculi primò ostendit tribulationis magnitudinem secundò temporis incertitudinem, ibi.* De die autem illa & hora. *tertiò excitat nostram solicitudinem, ibi.* Vigilate itaque. *Prima adhuc in duas quia primò tangit tribulationem futuram tempore Antichristi & secundò aduentum ipsius Christi ad iudicium, ibi.* Statim autẽ. *Prima in duas, sed quod tribulationem futuram tempore Antichristi describitur ex duobus primũ est violentia afflictionis secundùm est vehementia seductionis quod tangitur, ibi.* Tunc si quis vobis dixerit. *Circa primum*

Diuisio

✠ *aduertendum*

MORALITER.

✠ 3 *Cum ergo videritis abominationẽ desolationis.* Abominatio stãs in loco sancto est prælatus malus in ecclesia de quo dicitur Zach.11.d. *O pastor & idolum derelinquens gregem.*

5 *Tunc qui in.* Id est confessione veritatis.

† *Fugiant ad montes.* Id est, quærant auxilium Dei vt prouideat uideat de pastore bono.

6 *Et qui in te.* Per quem significatur bonus contemplatiuus.

† *Et qui in agro &c.* Id est, bonus actiuus quasi dicat isti non dimittant occupationem suam bonã propter prælati maliciam.

7 *Væ autem prægnãtibus & nu.* Id est quilibet debet optare vt non impediatur fuga tanti mali ecclesiæ.

✠ *Erit*

a *Et nisi.* Quæ ergo spes electis, nisi gratia Dei, quæ dat patientiam pijs, vt citius demat potentiam impiis? Quantò enim erit hæc tribulatio grauior, tantò erit breuitate moderatior. Vel dierum nomine, ipsa mala significantur.

b *Breuiati fuissent.* Non mensura, sed numero, ne mora temporum fides concutiatur credentium. Erũt enim hæc mala tribus annis. Et dimidio tantum.

hom. 77. in Matth. ✠ CHRYSOSTOMVS. Intende autem Spiritus sancti dispensationem, quoniã nihil horum scripsit Ioannes, vt non videretur ex ipsa eorum quæ facta sunt historia scribere, etenim post captionem Ierusalem vixit multo tempore Sed qui ante mortui sunt & nihil horum viderunt, ipsi scribũt vt vndique fulgeat prænunciatronis virtus.

† Mar. 13. c Luc. 17. c.

B

Ibidem. ✠ IDEM. Cum complesset dominus ea quæ de Ierosolymis sunt ad suum de cætero peruenit aduentum, & dicit eius signa non illis solùm vtilia, sed & nobis, vnde: dicit. *Tunc siquis vobis, &c.* Sicut autem cum supra dixit Euangelista, In diebus illis venit Ioannes baptista, non tempus quod immediatè est consequens exposuit, cum 30. anni in medio essent: Ita & hic cum dicit, Tunc, totũ mediũ tempus prætermisit, quod futurum erat à captione Ierosolimæ, vsq; ad initia consummationis mundi.

c *Ecce hic Christus.* Habet vnaquæque hæresis, vel certas mundi partes, vnde dicitur.

Ecce hic & ecce il. Vel in ocultis aut in obscuris conuenticulis curiositatem hominum decipit, vnde dicitur: *Ecce in cubilibus ecce in deserto.*

Multi erunt qui non credent Christum esse communem salutem omnium, sed quorumdam, vnde dicitur, hic aut illic.

✠ CHRYSOSTOMVS. Ecce hic. Non enim sicut in priori aduentu in Bethleem apparuit, & in paruo angulo orbis terrarum, & nullo sciente à principio, ita & tunc erit: sed manifestè veniet, ita vt non indigeat quod aliqs eius aduentum annunciet. vbi supra.

a ¶ Quia hæc tempora non sunt itineri conuenientia. b ¶ Hoc propriè temporibus Antichristi.

non fiat fuga vestra hyême vel sabbato. Erit enim tunc tribu 1
a Cuius non concutiatur fides, cum persequutor pietatis erit operator virtutum.
latio magna qualis non fuit ab initio mundi vsque modo, ne 2 3 4
a que fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua om- 5
a ¶ Ne desperent. ¶ In illa pressura.
nis caro, sed propter electos breuiabuntur dies illi. Tunc si 6 7 8
a ¶ Vestris imitatoribus. ¶ Apud Arrianos. ¶ Apud Donatistas vel huiusce modi.
c quis vobis dixerit: † Ecce hic Christus, aut illic, nolite crede 9
a ¶ Membra eius qui se offeret super omne quod dicitur deus aut quod colitur.
re. Surgent enim pseudochristi, & pseudoprophetæ: & da- 10 11
a ¶ Aliquid magni significantia.
bunt signa magna & prodigia, ita vt in errorem inducan- 12
¶ Vt præscij vigiletis. ¶ Quia præmoniti estis.
d tur si fieri potest etiam electi. Ecce prædixi vobis. Si ergo 13 14
e a ¶ Christus moratur in dogmate gentilium philosophorum. b ¶ A fide ad doctrinam eorum.
f dixerint vobis: ecce in deserto est, nolite exire: ecce in 15 16

C D E

tractatu 30 in Matth. ✠ ORIGENES. Quando hæretici se creatas & non vulgatas scripturas protulerunt ad confirmationem mendacij sui, videntur dicere, Ecce in solitudine verbum est veritatis. Quoties autem canonicas proferunt scripturas, in quibus omnis Christianus consentit, videntur dicere, ecce in domibus est verbum veritatis. Sed nos non debemus exire à prima ecclesiastica traditione. Si dixerint vobis, Ecce in solitudine est nolite exire à regula fidei. Veritas enim similis est fulgore egredienti ab oriente & apparenti vsque ad occidentem.

d *Si fieri pot.* Id est, si aliquo modo fieri posset, vt Dei præfinitio mutaretur & ideò non de veris intelligi potest electis.

e *Electi.* Non quod diuina electio frustretur, sed qui iudicio humano videntur electi.

tractatu 30 in Matth. ✠ ORIGENES. Exaggeratorius sermo est, vult enim ostendere quoniam frequenter valde persuasorij sunt sermones hæreticorum, & commouere potentes eos qui sapienter agunt.

f *Ecce in deserto.* Multi etiam credunt non venire in publicum sed

---

C

NICOLAVS DE LYRA

✠ *aduertendum: quod quia prædixerat tribulationem Iudæorum ex destructione ciuitatis Ierosolymitanæ: vt patet ex prædictis: & nunc prædicit tribulationem fidelium futuram sub Antichristo maiorem ideo conuertit se ad discipulos suos: in quibus admonet fideles pro illo tempore futuros dicens:* Orate au. &c. *Id est, tempore incompetenti ex aeris importunitate.*

1 Vel sabbato. *Id est, tempore incompetenti ad fugam ex quacumque alia causa: quia tunc non erit sabbatum obseruandum: in quo non erat licitum Iudæis ambulare vltra mille passus. Per sabbatum ergo intelligit tempus inconueniens ad fugam modo prædicto & subiungitur ratio cum dicitur.*

2 Erit enim tunc. *Id est, tempore Antichristi,*

3 Tribulatio magna, &c. *De præterito.*

4 Neque fiet. *De Futuro. Ex quo patet quod loquitur hic de tribulatione Antichristi quæ ab omnibus doctoribus dicitur maxima.*

5 Et nisi bre. fu. di. il. *Non est intelligendum quod dies sint breuiores tempore Antichristi quam sint modo quia quantitas diei causatur ex motu solis qui est vniformis sed dies hic accipiuntur pro tempore quia tempus illius tribulationis erit breue quia non durabit vltra tres annos cum dimidio vt habetur Dan. 12. c. vbi dicitur, quod durabit per tempus & tempora & dimidium temporis. Causa autem huius breuitatis subditur cum dicitur.*

6 Non fieret sal. omnis caro. *Caro autem hic accipitur pro homine secundum quod habetur Gen. 6. a. Non permanebit spiritus meus in homine in æternum quia caro est. Sensus ergo est iste: Omnis caro non fieret salua, id est, nullus homo fieret saluus. si esset longum prædictæ tribulationis tempus. Negatio enim postposita huic signo vniuersali omnis facit ipsum æquipollere signo vniuersali negatiuo: quia omnis non valet nullus, propter quod subditur.*

7 Sed propter electos bre. *Ne ex tribulationis magnitudine cadant à veritate.*

8 Tunc. *Hic consequenter ostenditur magnitudo tribulationis ex vehementia seductionis quia multi discipuli Antichristi venient ad seducendum populum, dicendo, quod ipse sit verè Christus in lege & in prophetis promissus: & ideo hoc prædicit, ne fideles tunc decipiantur, di.* Tunc. *Id est, tempore Antichristi:*

9 Si quis vo. di. *Et quia non solum modo habebunt verba ad decipiendum sed etiam signa quod est dici filius ad euadendum, ideo subdit.*

10 Surgent enim. *Per hoc intelligit Antichristum & discipulos eius, qui sunt membra ipsius.*

11 Et da. sig. *quia virtute dæmonum possunt multa mirabilia fieri, quando permittuntur à Deo.*

12 Ita vt. *Hoc dicit quia prædestinatio licet sit certa, tamen non tollit libertatem arbitrij. Ista enim propositio Prædestinatus potest dãnari, falsa est in sensu compositio, tamen in sensu diuiso vera est, sicut diffusius declaratur primo sententiarum.*

13 Ecce prædixi vobis. *quasi dicat, Ad hoc ista prædico nunc, vt caueatis pro tunc quia minus iacula feriunt quæ præuidentur, secundum quod dicit beatus Grego.*

14 Si ergo di. vo. ec. in. *Christus supple, tanquam homo religiosus in loco deserto existens.*

15 Nolite exi. ad vi. *Scilicet, eum ne seducamini. Et si dixerint.*

16 Ecce in pe. *Id est, in locis occultis.*

✠ Nolite

F

✠ MORALITER.

2 *Erit enim tunc tribulatio magna qualis &c.* Scilicet, figuratiuè quia malus prælatus est Antichristi figura: qui sedebit in templo Dei, vt dicitur 2. Thessa. 2. b. Ideo dicitur. 1. Io. 2. c. *Iam Antichristi multi sunt.* Tamen dies talium aliquando breuiantur per bonorum orationes.

9 *Tunc si quis.* Nunc autem fit hoc mysticè: nam adulatores multi laudant malos prælatos & principes, tanquam sint boni Christiani: Christus enim Græcè dicitur vnctus Latinè. Episcopi verò & reges saltem aliqui sunt vncti.

☞ sed in deserto. Multi credunt Christum dedisse secretiora
A præcepta fidei aliis, nō omnibus vnde dicitur, in penetralibus.
Nolite credere, quod Christus in deserto vel in penetralibus, sed quod fides eius ab oriente in occidentem in chatolicis fulget clara & manifesta. Ne ergo credatur schismaticis, nomine Orientis & Occidentis totum orbem designat.

¶ Hæreticorum, qui se iactant arcana dei nosse. ¶ Contra hoc quod dixit. Ecce in penetralibus. a ¶ Cunctis Videntibus, non in secreto.

a *Sicut enim ful.* Pro manifestatione & claritate inter nu-
† apparet bila, vel noctē huius seculi. Stultum est
† Lu.17.g. ergo eum quærere
14.q.1.c. in paruo loco, vel in
quoniā ve- abscondito, qui to-
tus tius mundi lumen
*Enim est. Et ne loci in quo
† Ioel.2.g. Mar. 13.c. futurus est essemus
ignari, ait: Vbicunque fuerit corpus id est in cœlum quo
†apparebit hinc leuauit corpus
1.The.4.d susceptum: *quia rapiemur obuiam Christo in aera*, &
B sic semper cum domino erimus. De naturali exemplo Christi astruit sacramentum. Aquila & vultures dicuntur transmarina sentire cadauera, ibique congregari. Nónne ergo nos rationales congregabimur ad eum qui vt fulgur erit? Vel per corpus quod significantiùs dicitur cadauer, quod morte cadat, passionem Christi intellige ad quam prouocamur, vt vbicumque legitur congregemur, & per illam venire possimus ad verbum Dei.

Vel sancti sunt Aquilæ, qui innouantur consumpta vetustate ad petram qui est Christus.

Hom.77.in Matth. b *Statim autem post.* ✣ Chrysostomvs. Tribulationem dicit dierum Antichristi & pseudoprophetarū. Tribulatio enim tunc erit magna, tot existentibus deceptoribus, sed non extendetur per temporis longitudinem. Si enim iudaicum bellum propter electos decurtatum est, multomagis propter eos hæc tribulatio abbreuiabitur propter hoc adidit *statim*.

¶ Contra quod dixit. Ecce hic, ecce illic. b Nec vno loco, nec occultus erit aduentus Christi sed in toto orbe manifestabitur.

a penetralibus, nolite credere. † Sicut fulgur exit ab oriēte, 1
& † paret vsque in occidēntem: ita erit aduentus filij homi- 2
a ¶ Verus Christus non est fictitius. b ¶ Eo festinat intentio sanctorum, qui in veri splendore solis suos possunt figere intuitus.
nis. † Vbicumque * fuerit † cōrpus, illic congregābuntur & 3
a ¶ Non quod tota transacta, sed quia præcedet tribulatio vt sequatur quorumdam defectio 4
b aquilæ. † Statim autem post tribulatiōnem dierum illo- 5 6
c rum sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum & stel- 7
a ¶ Id est lumine carebunt. b ¶ Timebunt Angeli, quanto magis homines 8
læ cādent de cœlo & virtūtes cœlorū cōmouebūtur. Et tunc 9
¶ Et venient ad vos. a ¶ Thau, impressum frontibus fidelium. ¶ Vel signum crucis, vt videant in quem transfixerunt, vel vexillum signum victoriæ triumphantis. ¶ Sero accusante conscientia. 10
†parebit signūm filij hominis in cœlo: & tūc plangēt omnes 11 12
¶ Ad iudicandum. 13
d tribus terræ, & videbunt filiū hominis venientē in nubibus 14

c *Sol obscu. &c.* mystice. Ecclesia speciosa vt luna, electa vt sol, & quæ noctē illuminat vt stellæ: tunc non apparebit impiis vltrà muodū sæuientibus. Et cadent multi qui fulgere videbantur, & firmissimi turbabūtur. †Luc.17.c. † cadauer

Vel sol & luna & stellæ ad tēpus suo lumine priuabūtur, vt vicinū indicent aduentum domini. Sed peracto die iudicij mūdo innouato maius lumen recipient. Vel superueniēte claritate veri luminis, videbūtur obscurari & nullius esse luminis, & angeli in tenebras reputabuntur. Iob.26.c. Vbi supra.

Iob dixit: *Columnæ cœli contremiscunt, & pauent aduentum eius.* ✣ Origenes. Sicut autem in dispensatione crucis sole deficiente tenebræ factæ sunt super terram: sic & signo filij hominis in cœlo apparēte deficiēt lumina solis, lunæ & stellarum.

d *In nubibus.* ✣ Avgvstinvs. Ipsum aduentum accipe, quando venturus est ad viuos & mortuos iudicandos in corpore suo in quo sedet ad dexteram patris, in quo etiam mortuus est & resurrexit & ascendit in cœlum & sicut in actibus legitur, *Nubes suscepit eum &c.* Epist.80.

& quia ☞

NICOLAVS DE LYRA

✣ 1 Nolite cre. *Ratio autem subditur.*

2 Sicut enim ful. *Quia licet aduentus Christi in carne fuerit occultus tamen aduentus eius ad iudicium erit ita manifestus, quod non poterit aliquem latere propter quod subditur.*

C 3 Vbicumque fue. *Id est Christus in humanitate, quia sicut supra frequenter dictum est, iudicabit in forma humana, gloriosa tamen.*

4 Illic congrega. *Id est sancti occurrentes obuiam Christo venienti ad iudicium, secundùm quod dicitur infra 1. ad Thessal. 4.*

Diuisio 5 Statim autem. *Descripta tribulatione, quæ futura est per Antichristum, describit aduentum Christi ad iudicium. Et diuiditur in duas partes: quia primò describit quædā signa præcedentia iudicium. Secundò describit iudicis aduentum, ibi:* Et tunc apparebit. *Circa primum aduertendum quod prout dicunt doctores & sancti, post tribulationem Antichristi, antequam appareant manifesta signa iudicij, erit tempus breue in quo poterunt illi qui fuerunt decepti per Antichristum pœnitere, & hoc signatur Apoc.8.a.* Factum est silentium in cœlo quasi media hora. *Istud enim tepus non durabit vt dicunt nisi per.40.dies vel circiter & hoc est quod dicitur hic:* Statim autē, &c. *Id est, paruo tempore elapso post tribulationem Antichristi apparebunt signa manifesta, propinqui iudicij: & hoc est quod subdit:*

6 Sol obscura. *Non per priuationem sui luminis cum sit ei naturalis. Corpora autem cœlestia tunc manebunt in sua natura integra, sed ista obscuritas erit respectu nostri per interpositionem alicuius corporis opaci, quemadmodum fit in eclipsi.*

Quomodo intelligitur quod luna non dabit lumen. 7 Et luna. *Quod potest dupliciter intelligi vno modo, quia erit interposita inter terram & solem & sic pars lunæ quæ est versus terram, obscurabitur obscurabitur, cum non habeat lumen nisi à sole. Alio modo per interpositionem nubium obscuratum.*

8 Et stellæ cadent de cœl. *Non quantum ad earum substantiam cum sint incorruptibiles, sed secundum apparentiam: quia verè stellæ abscondentur per nubium densitatem & de nubibus versus terram descendent exhalationes ignitæ, quæ dicuntur stellæ cadentes.* F

9 Et virtutes cœlorum com. &c. *Virtutes hic accipiuntur angeli, qui sunt de medio ordine secundæ hierarchiæ: ad quorum officium spectat cooperari aliquo modo ad miracula, secundùm quod dicit Beatus Dionysius. Et ipsi tunc frequentiùs solito mouebuntur ex diuina voluntate ad faciendum miraculosas transmutationes in elementis, ad incutiendum hominibus terrorem iudicis venientis.*

10 Et tunc. *Hic describit iudicis aduentum, & circa hoc duo facit quia primò facit quod dictum est. Secundò inducit exemplum ab arborē sici: Dicit ergo:* Tunc. *Id est immediatè post signa prædicta.*

11 Parebit signū filij homi. *Id est crux, claui, & lancea, quæ sunt passionis Christi instrumenta.*

Vel aliter. Signum *id est cicatrices, quæ apparebunt in Christi corpore. Ista autem apparebunt in cœlo id est in aëre: qui aliquando vocatur cœlum in scriptura.*

12 Et tunc plan. &c. *Id est aliqui de omnibus tribubus & nationibus in quibus sunt aliqui mali: quibus aduentus iudicij erit tristabilis.*

13 Et videbunt filij hominis. *Quia sicut dictum est in forma hominis iudicabit.*

14 Venientem in nu. cœli. *Sicut in nube ascendit in cœlum ab apostolis propter quod dicitur Act.1.b. Iesus qui assumptus est à vobis sic veniet.*

✣ Cum

MORALITER.

✝ 1 *Nolite credere.* Scilicet talibus adulatoribus, quia prophetæ sunt Antichristi.

3 *Vbicunque fuerit. corpus illic congregabuntur &c.* Id est vbi est bonus prælatus, ibi congregantur bonæ personæ.

5 *Statim autem post tri.* Scilicet electionis vel prouisionis peruersæ nam talis prouisio est ecclesiæ magna tribulatio.

6 *Sol obscurabitur &c.* Quod fit moraliter quando malus præficitur.

Et luna

7 *Et luna non dabit lumem suum.* Id est, ecclesia quæ lumen habet à bono pastore sicut luna à sole propter quod ipso subtracto deficit lumen ecclesiæ.

8 *Et stellæ cadent de cœlo.* Id est religiosi de contemplationis excelso.

9 *Et virtutes cœlorum mo.* Nam perfecti de Dei patientia in permissione mali prælati mirantur.

14 *Et videbunt &c.* Id est, Christum qui in tali tribulatione venit aliquando pro consolatione bonorum, deiiciens malum prælatum, & substituens bonum.

✝ *Et mittet*

☞ & quia illic dictum est ab Angelis, hic veniet quomodo vidistis eum euntem in cœlum, meritò credendus est non solùm in eodem corpore sed & in nube venturus.

Vel in nubibus, id est, in sanctis, sicut quotidie facit dum prædicatores & angelos mittit.

a *Cum vir.* Secundus aduentus non in humilitate vt prior, sed in gloria demonstrabitur.

b *Cum tuba, &c.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Sonus tubæ pertinet ad resurrectionem ad gaudiũ ad representandum stuporem, qui tunc erit, ad dolorem illorum qui relinquẽtur, & in nubibus nõ rapientur.

B c *Et congregabunt.* ✠ ORIGENES. Scriptum est autem in numeris, quod ex quatuor ventis congregabant sacerdotes tubicinantes eos qui sunt ex castris Israel, secundũ quorum comparationẽ de Angelis Christi consequenter dicitur, *& congregabunt.*

d *A summis cœ.* Ne quis putaret à quatuor plagis terræ, & non à cunctis finibus eius, simul & mediterraneis regionibus electos esse congregandos, subditur: *A summo terræ vsque ad summũ cœli*, id est, ab extremis terræ finibus per directum vsque ad vltimos terminos eius: vbi longè aspicientibus circulus cœli, terræ videtur insidere.

e *Ab arbo.* MYSTICE. A populo Israel, in quo cæcitas ex parte contigit: & fuit ficus damnata. Sed cum de arido ligno ramus fidei & charitatis in eo viruerit, & folia, id est, verba prædicationis exorta fuerint, propè est æstas, quæ expectatur, id est, æterna serenitas, & renascẽtium desiderata nouitas. Cùm enim tandem ablata perfidia Israel omnis salus fiet, prope esse diem iudicij non dubitandum est.

f *Cœlum & terra.* Innouabuntur, deposita priori forma, permanente autem substantia, vnde dicitur. Terra in æternum stabit.

g *De die.* Ne fortè auditis signis, quærerent etiam illius diei certum terminum, ait: De die nouissima, post quot annos vel dies ventura sit, nolite esse solliciti. Nulli diffinitum est, quòd vel in die vel in nocte iudiciũ futurũ sit. Sed pro manifestatione dicitur dies, vel pro occultatione nox.

h *Nemo scit, &c.* In quibusdam codicibus additur, neque filius. Qui quidem omnia scit cum patre, sed non facit homines scire, sicut Apostolus ait: *in eo esse absconditos thesauros sapientiæ & scientiæ.* Non facit scire, quia inutiliter sciretur. Sed semper simus incerti de aduentu iudicis, vt sic quotidie viuamus quasi in alia die iudicandi simus. Neque electi angeli quemquam scire fecerunt. Vel nulli sanctorum angelorum concessit Deus

☞ noticiam

a ¶ Sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum.
¶ Qui quasi humilis & infirmus iudicatus est.

a cœli cum † virtũte multa & maiestate. † Et mittet angelos 1
a ¶ De qua apostolus loquitur. b ¶ Tam aperta & tam intensa voce quæ vbique à mortuis audiatur. c ¶ Ad iudicium. 2
b suos cum † tũba & voce magna: & c congregabunt electos 3 4
a ¶ Id est, mundi climatibus Oriente, Occidente, Aquilone, Austro. 5
d eius à quatuor ventis, à summis cœlorũ vsque ad † terminos 6
a ¶ Sub exemplo arboris docet de aduentu consummationis. 7
e eorũ. † Ab arbore autem fici discite † parabolam: cum iam 8
¶ Intelligitis æstatis aduentum. 9
ramus eius tener fuerit & folia nata, scitis quia prope est æ-
a ¶ Quæ scripta sunt, quæ dixi supra. b ¶ Ne putetis iam esse consummationem mundi, sed præcursiones quasdam quæ ostendunt quòd prope sit in ianuis.
stas: Ita & vos cum videritis hæc omnia, scitote quia prope
a ¶ Credite quæ dixi. b ¶ De morte ad immortalitatem, donec veniat dies domini.
est in ianuis: † Amẽn dico vobis quia non præteribit hæc 10
a ¶ Vel omne genus hominum, Vel, gens Iudæorum, quæ non deficiet donec veniat dies domini.
b ¶ Aereum non æthereum. c ¶ Innouabuntur.
f generatio, donec omnia fiant. † Cœlum & terra transibũnt, 11 12
a ¶ Sed sicut dicuntur, sine vlla imminutione implebuntur.
¶ Ne Apostoli quærerent certam horam aduentus Christi, qui intelligitur etiamin morte vniuscuiusque.
g verba autem mea nõn præteribunt. De die autem illa & 13
a ¶ In quo filius & Spiritussanctus intelligitur 14
h hora nemo scit, neque angeli cœlorum, nisi pater * solus, 15 16

NICOLAVS DE LYRA

✠ 1 Cum virtute mul. *Quia primus eius aduentus fuit in infirmitate, secundus erit in virtute.*

C 2 Et maie. *Quia veniet vt dominus qui primo venit, vt seruus.*

3 Et mit. angel. su. *Quia ministerio angelorum colligentur cineres mortuorum.*

4 Cum tu. *Sicut enim in datione legis auditus est sonitus terribilis vt habetur Exod. 19. c. ita audietur tunc sonitus consimilis, virtute angelorum factus in elementis.*

5 Et vo. ma. *Illa vox erit vox Christi vocantis mortuos ad iudicium ex cuius virtute suscitabuntur.*

6 Et con. ele. *Licet enim omnes adducantur ad iudicium, tamen electi specialiter adducentur ministerio sanctorum angelorum, quia erunt conciues eorum.*

7 A quatuor ven. *Id est, à quatuor partibus mundi, vnde oriuntur principales venti: & per hoc intelliguntur aliæ partes orbis minus principales.*

8 A summis cœlorum, &c. *Iste modus loquendi est secundùm apparentiam, quia summum cœli videtur esse super zenith capitis nostri. Terminus autem cœli videtur vbi terminatur aspectus noster, quia ibi videtur cœlum coniungi terræ, licet secundùm veritatem æqualiter distet à terra vndique. Est ergo sensus.* A summis cœlorum, &c. *Id est, ab omni loco qui sub cœlo est, adducentur electi ad locum iudicij.*

9 Ab arbore autem fici discite parabolam. *Hic ad declarationem prædictorum adducit exemplum, quia sicut viriditas arboris incipiens est signum æstatis propinquæ, ita signa prædicta erunt signa ipsius iudicis immediatè venientis: & hoc est quod dicit:* Ab arb. fici. *Id est, similitudinem ad propositum congruam, & patet litera. Sequitur.*

10 Amen dico vob. &c. ge. hæc. *Id est, congregatio fidelium.*

11 Donec omnia fi. *Quia quantumcunque fideles opprimantur tempore Antichristi, tamen aliqui permanebunt in fide stabiles vsque ad finem mundi.*

12 Cœlum & ter. &c. *Non quia corrumpantur secundùm suam substantiam, sed quia cessabit motus cœli, & transmutatio in elementis. Ista enim ordinata sunt ad contemplandum numerum electorum, & ideò ipso completo in iudicio cessabunt, sicut ea quæ sunt ad finem habito fine.*

13 Verba autem mea non. *Per verbum enim Christi factus est mundus, & ideò verbum eius est ipso mundo stabilius.*

14 De die autem. *Hic circa iudicium ostendit temporis incertitudinem. Posset enim aliquis credere, quòd ex signis prædictis posset aliquis tempus iudicij determinatum certitudinaliter cognoscere, ideò hoc excludit dicens:* De die autem illa. *Quia per rationem naturalem homo non potest tempus illud certitudinaliter cognoscere, quia dependet ex simplici voluntate Dei. Similiter nec per reuelationem cognoscit: quia si hoc reuelasset aliquibus, hoc fuisset factum apostolis qui fuerunt maximè illuminati: & tamen ipsis de hoc quærentibus, Act. 1. a. respondit:* Nõ est vestrum nosse tempora vel momenta quæ pater posuit in potestate sua: *Quod exponens Augustin. 18. de ciuitate Dei, dicit: Omnium calculantium digitos resoluit ille qui hoc dixit, per digitos, potentiam numerandi intelligit.*

15 Neque angeli cœlorum. *Sicut enim principium mundi à solo Deo fuit præcognitum, quia mundus immediatè est ab ipso factus, ita & finis mundi soli Deo est cognitus, & homini Christo reuelatus ad quem pertinet iudicare de omnibus.*

16 Nisi pater solus. *Per hoc non excluditur filius vel spiritussanctus,*

✠ *sed magis*

MORALITER.

✠ 3 *Et mittet ange. suos, &c.* Tunc enim mittuntur angelici viri cum tuba prædicationis ad congregandum electos hinc & inde in vnitate charitatis.

8 *A summis cœlorum.* Id est, à maioribus vsque ad minores, quia prædicatio debet esse communis.

9 *Ab arbore fici discite, &c.* Per ficum cuius dulcis est fructus, significatur bonus prælatus, qui in institutione sua incipit virescere per opera bona: & hoc est signum fructificationis bonæ in se, & in aliis de proximo futuræ.

14 *De die autem illa & hora nemo, &c.* Istud ad literam exponitur de die iudicij generaliter. MORALITER autem potest exponi de die iudicij particularis, qui est dies mortis cuiuslibet hominis. Diem autem mortis suæ nullus scit nisi Deus sibi

noticiam diei huius, neque filio adoptiuo, id est, neque vlli sanctorum hominum.

a *Sicut autem.* Subitum aduentus sui diem plurimis affirmat exemplis, Nam & fulguri citò omnia transuolanti comparauit & diebus Noe, vel Loth secundum alium euangelistam æquiparat.

Luc.17.f. Gen.6.c.

✠ CHRYSOSTOMVS. Vt autem addiscas quod non ignorantiæ suæ est quod de die & hora iudicij tacet, aliud signum inducit de diebus Noe, ostendens quod repentè venit & inopinatè & multis lasciuientibus. Hoc enim & Paulus dicit, *cum dixerint pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus.*

Hom.78.in Matth.

†Ge.6.&7. Luc.17.f.

† ducentes vxores.

† pistrino.

MYSTICE. Noe arcam ædificauit, cũ dominus ecclesiam construit quam consummatam ingreditur cum eam in die iudicij præsentia visionis suæ æternus habitator illustrat. Sed cum ædificatur arca, iniqui luxuriantur. Cum intratur intereunt, quia qui hic sanctis certantibus insultant, illis coronatis punientur.

B

†Mar.13.d.

a ¶Sic repentinus interitus incredulis superueniet cum dixerint pax, &c.

a † Sicut autem in diebus Noe, ita erit & aduentus filij homi- 1
¶Gulæ dediti. 2
b nis. Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes & 3
¶Ebrietati dediti. ¶Et his toti dediti & iudicij diem contemnentes perstiterunt vsque in eum diem.
bibentes, †nubentes, & nuptui tradentes, vsque ad eum diẽ
a ¶Cognoscere noluerunt quamuis Noe prædicante.
quo intrauit in arcam Noe, & n a on cognouerunt, donec ve- 4
a ¶Tanquam fur comprehendit filios noctis.
nit diluuium & tulit omnes, ita erit & aduẽntus filij homi- 5
a ¶In illa consummatione. b ¶Prædicatores. c ¶Inuenientur in semente pares, sed non æquè metentes fructus.
c nis. Tunc a duo b erunt in agro c, vnus assumetur & † vnus relin- 6
d ¶Occupati secularibus. ¶Qui habuerunt tanquam non habentes.
a ¶Qui in incerto diuitiarum sperauerunt.
e quetur. Duæ molentes in †mola, vna assumetur, & † al-
a ¶Continentes, non occupati ecclesiasticis vel secularibus.
f ra relinquetur. Duo a in lecto, vnus assumetur, & † alter relin-
a ¶Ecce quo tendant quæ dixit. ¶Solliciti estote. Hæc enim est causa, cur nescire vult nos diem aduentus sui.
g
h quetur. † Vigilate a ergo, quia nescitis qua † hora dominus 7
i ¶Probat quod debent vigilare & sobrij esse.
k vester venturus sit. Illud autem scitote, quoniam si sciret pa-
¶Spiritus. a ¶Deus in morte. b ¶In illa hora quæ sibi esset suspecta.
terfamilias, qua hora fur a venturus esset, vigilaret vtique, &
¶Id est corpus. ¶Sine macula & ruga.
non sineret perfodi domum suam. Ideò & vos estote parati:

a *Duæ mol.* Duæ differentiæ sequentium orbem rerum mobilium, qui fœminino genere designantur, quia maiorum consilio reguntur fœminæ à viris.

D

f *Duo in lecto.* Qui ocium eligunt, & quietem, quæ significantur nomine lecti, nec secularibus nec ecclesiasticis negociis occupati.

g *Vnus assu.* Qui propter Deum continere studet, vt sine sollicitudine viuens cogitet quæ Dei sunt. Qui autem humana laude, vel aliqua vitiorum corruptione monasticam vitam elegerit, relinquetur à Deo. Non sunt alia genera hominum, quam hæc tria in ecclesia. Vnde Ezechiel tres viros liberatos, vidit Noe, Daniel, & Iob id est, rectores vt Noe, continentes vt Daniel, coniugatos vt Iob. Et secundùm hæc tria genera hominum, tres supponit parabolas. In prima agit de laborantibus in agro, quod est vbi dicit: *Vigilate ergo.* In secunda agit de existentibus in lecto, quod est vbi dicit: *Simile est regnum cœlorum decem virginibus* In tertia agit de molentibus in mola quod est vbi dicit. Sicut enim homo peregrè profici. &c.

† alter

Tria sunt genera hominum

† vna

E

† vnus

† custodia

h *Vigilate ergo.* ✠ HIERONYMVS. Non dixit quia nescimus sed quia nescitis, vt ostendat se diem iudicij non ignorare.

✠ GREGORIVS. Vigilat, qui ad aspectum veri luminis oculos apertos tenet. Vigilat, qui seruat operando quod credit. Vigilat, qui à se corporis & negligentiæ tenebras repellit.

Hom.13.in Euang.

i *Quia nescitis.* ✠ AVGVSTINVS. Imparatum enim inuenit ille dies, quem imparatum inuenerit suę vitæ vltima dies.

Epist.80.

F

✠ IDEM. Vani sunt omnes siue qui consummationem mundi scire se profitentur quando erit, siue qui vitæ propriæ finem scire se gloriantur quem nemo scire potest, nisi spiritu sancto illuminatus.

Lib.1.de prædestina. sanctorum.

k *Si sciret, &c.* Nescio patre familias fur domum perfodit, quia dum à sui custodia spiritus dormit, improuisa mors carnis

habitaculum

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *sed magis includuntur, quia vna est noticia trium personarum. Dictio enim exclusiua addita vni personæ in diuinis respectu termini essentialis non excludit aliam, vt diffusius tractatur primo sententiarum sic autem est in proposito, quia illa quæ important respectum ad creaturam sunt communia tribus: Huiusmodi autem est noticia diei iudicij. Confirmat autem prædicta per exemplum veteris testamenti, dicens:*

1 Sicut autem fuit in die. Noe. *Quando diluuium erat occultum.*

2 Ita erit aduentus fi.ho. *Id est Christi venientis ad iudicium.*

3 Sicut enim erant in diebus antè diluuium. *Id est, in magna securitate existens.*

4 Donec venit dilu. & tulit. *Id est perdidit excepto Noe, & his qui cum eo erant in arca.*

5 Ita erit aduentus filij hominis. *Quia hominibus in securitate existentibus: & de nullo timentibus, subito veniet tribulatio Antichristi Vel secundùm alios istud refertur ad tempus post mortem Antichristi ipso mortuo, & per consequens hominibus in securitate existentibus subitò subito apparebunt signa iudicij & iudicis aduenientis.*

6 Tunc. *Per existentes in agro intelliguntur prælati, quorum officium est laborare in agro militantis ecclesiæ. Per molentes in mola, vbi est magnus labor corporalis, intelliguntur actiui. Per existentes in lecto intelliguntur contemplatiui, qui sunt in requie contemplationis. De istis tribus dicitur:* Vnus assumetur. *quia istorum trium statuum aliqui stabunt in fide in persecutione Antichristi, & aliqui cadent. Et similiter adueniente iudicio aliqui assumentur ad gloriam, aliqui relinquentur ad pœnam.*

7 Vigilate. *Hic ex prædictis excitat nostram sollicitudinem. Quia enim tempus iudicij est incertum, ideò semper debemus esse parati ad ipsum expectandum: quia in tali statu, in quo aliquis capietur in morte, quæ etiam nobis incerta est, ita etiam in tali statu præsentabitur in iudicio. Ad hoc etiam adducit duplex exemplum. Primum est de patrefamilias qui sollicitus est de custodia domus: & multò fortiùs nos debemus esse solliciti ne perdamus vitam æternam. Quod erit si inueniamur imparati per carentiam gratiæ in morte: & hoc est quod dicit:* illud autem, *& patet litera. Secundum exemplum ponit ibi.*

✠ Quisputas

MORALITER.

reuelauerit: ideò subditur.

✠ 1 *Sicut autem fuit in diebus Noe, &c.* Erãt enim tunc comedentes & bibentes in securitate, diluuium non timentes. Sic etiam multi de morte sua non cogitant, quamuis certitudinaliter sint mo rituri, ideò subditur.

2 *Ita erit & aduentus filij hominis.* Ad particulare iudicium venientis: Nam aliqui moriuntur repentè in prandiis & festiuitatibus magnis: & de operantibus in agro vnus aliquando fulguratur, & alij relinquuntur: & sic est in aliis sequentibus exemplis: & ideò concluditur.

7 *Vigilate ergo.* Vos ad mortem sollicitè præparando.

✠ *Quisputas*

habitaculum irrumpit, & ad ſupplicium trahit. Furi autem reſiſteret ſi vigilaret, quia aduentum iudicis occulte venientem præcauens occurreret pœnitendo.

a *Quis putas eſt fidelis ſeruus.* Tribus ſimilitudinibus fulguris furis, & ſubmerſionis Pentapolis terrorem iudicij introduxit communiter ad omnes, vt vigilarent & parati eſſent. Nunc ſpecialiter ad prælatos loquitur qui humiles, prudentes non appetentes bonum propter lucrum temporale, ſed verbo & exemplo & opere debent paſcere oues. *Quisputas.* quaſi dicat. Admonendi eſtis namquam rarus eſt domino propter dominum ſeruiens oues Chriſti non ad lucrum, ſed amore Chriſti paſcens.

b *Prudens.* In futuro ſibi prouidens.

c *Quem conſti.* Quã rarus qui ſit vocatus à Deo tanquam Aaron & non magis ſe ingeſſerit, & qui non magis ſe paſcat quam oues.

Sit etiam fidelis ſeruus & prudens vt non effundat rationabilem & ſpiritualem cibum quibus non oportet, volens oſtẽdere ſe eſſe prudentem illis ſcilicet qui magis neceſſarium habent verbum quod mores eorum ædificet, & vitam componat quam quod ædificet ſcientiæ Luc.

a Difficultatem oſtendit per quis non impoſſibilitatem virtutis.

a quia † neſcits qua hora filius hominis venturus eſt. † Quiſ- 1
¶ ene erogando pecuniam domini ſui. ¶ Chriſtus
b putas eſt fidelis ſeruus, & prudens, quem conſtituit domi- 2
a ¶Diſcernens capacitatem ſingulorum ¶ Eccleſiam. b ¶ Pro capacitate auditorum.
c ¶ Sermonis diuini, vel exempli ſui.
nus ſuper familiã ſuam, vt det illis cibũm in tempore † 3
a ¶ Chriſtus.
d Beatus ille ſeruus, quem cum venerit dominus eius, inue- 4
a ¶ Cibum miniſtrantem.
e nerit ſic faciẽtem. Amen dico vobis, quoniam ſuper om- 5 †
a ¶ Pro tempore & cæteris ſupra dicta. ¶ Non vt ſoli, ſed vt præcæteris habeant æterna præmia Tum pro vita ſua. Tum pro gregis cuſtodia. ¶ Econtra ſi diſſimulauerit iudicium Dei in proximorum ſecuritatem ſibiipſi faciens.
niã bona ſua cõſtituet eũ. Si autem dixerit malus ſeruus ille 6
in corde ſuo, moram facit dominus meus venire, & cœperit 7
a ¶ Iniuriis afficere. b ¶ Ipſe autem ſi dixerit ſe gulæ vel ebrietati vel facinoribus & ille crebris ſeculi ſe dederit.
f percutere conſeruos ſuos, manducet autem & bibat cum
a ¶ In quo omnes mali præpoſiti intelliguntur.
ebrioſis veniet dominus ſerui illius in die qua non † ſpe- 8
a ¶ Conſortio ſibi. b ¶ Sortem eius.
rat, & hora qua ignorat, & † diuidet eum, partemque eius po- 9
a ¶ Ne non fuiſſet nyctor. b ¶ Pro calore c ¶ Pro frigore.
g net cum hypocritis illic erit fletus & ſtridor dentium. 10 11
h

d *Beatus ille.* Æterna autem beatitudine glorificandus eſt qui domino veniente ad iudicium repertus fuerit fideliter annonam verbi miniſtrans & in cura gregis vigilans. † Luc.12.c De pœnit. d.1 §.ſi facerdos. † Luc.12.c

Rarus inuenitur fidelis vel prudens ſed qui talis inuenitur beatus eſt.

e *Super.* Id eſt, ſuper omnia cœleſtis regni gaudia, cætoros, id eſt, bonos auditores faciet diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit eis.

f *Percutere conſeruos.* Iniuriis afficere vel infirmorum conſcientias prauo verbo vel exemplo vitiare. Vnde Lucas ait ſeruos vel ancillas quorum quanta infirmior eſt ætas vel ſexus, tantò facilior eſt ruina. † Expectat. Luc.12.f.

ORIGENES. Peccat autem in Deum quicumque Epiſcopus qui non quaſi conſeruus, miniſtrat, ſed quaſi dominus & frequentes vt amares dominus per vim dominatur & non eſurientes ſuſcepit, ſed epulatur cum ebrioſis & ſemper ſomniat quod poſt multum temporis venturus eſt dominus. Tracta.31.

g *Cum hypocri. &c.* Cum illis ſcilicet qui erant in agro, & qui molebant, & nihilominus derelicti ſunt. Qui dicũtur hypocritæ, & in agro, & in mola, id eſt, qui bona videbantur facere, ſed exitus diuerſæ voluntatis apparuit.

h *Fletus.* Per ſimilitudinem membrorum magnitudo oſtenditur tormentorum.

☞ CAPVT

NICOLAVS DE LYRA.

1 Quiſputas. *de ſeruo patrisfamilias qui ſolicitus eſt regere domum ſibi commiſſam, non ſolum in præſentia domini, ſed etiam in abſentia, vt ſic veniens dominus cum remuneret. Si autem in contrariis actibus ipſum inueniat aeternaliter puniat. Iſte autem ſeruus eſt quilibet Chriſtianus, qui eſt diſpenſator domini ſui. Quod poteſt intelligi triplicitur Vno modo in diſpenſatione ſpiritualium, quod propriò pertinet ad prælatos. Alio modo regimine temporalium quod pertinet ad principes ſeculares, & iudices. Tertio modo in bono vſu gratiarum ſibi a Deo collatarum & hoc pertinet ad omnes hoc ergo eſt quod dicit.* Quiſputas eſt fidelis, &c.

2 Quem conſtituit. *Et poteſt reſponderi, vt patet ex prædictis. Hic eſt bonus prælatus vel bonus iudex, vel etiam bonus ſimplex Chriſtianus, quia vt dicitur in eccleſiaſtico. Cuilibet mãdauit Deus de proximo ſuo*

3 Vt det illis. *Id eſt auxilium id eſt in tempore neceſſitatis, ad quod quilibet prædictorum tenetur, vt viſum eſt.*

4 Beatus ille ſer. quem. *Quærens in morte rationem ſeruitij ſui inuenerit ſic facientem id eſt in actus charitatis ſe exercentem, quia per talia meretur beatitudinem propter quod ſubditur.*

5 Amen dico vobis quoniam ſuper. *Quia beatitudo eſt ſtatus omnium bonorum congregatione perfectus. vt dicitur. 3. de conſolatione.*

6 Si autem dix. malus ſeruus ille in corde ſuo moram facit dominus meus. *Hoc dicunt illi qui non cogitant de morte.*

7 Et cœpiret percutere conſeruos. *Id eſt, occupare ſe in actibus malis, & charitati contrariis.*

8 Veniet dominus &c. *Quia nihil eſt incertius hora mortis.*

9 Et diuidet. *Separando animam à corpore in morte.*

10 Partémque eius. *Id eſt, cum falſis chriſtianis ſeparando ipſum à beatis & coniungendo condemnatis.*

11 Illic erit fletus. *Hoc ſupra expoſitum eſt ca. 13.*

MORALITER.

1 Quiſputas. Hic eſt bonus prælatus, qui ſubditos ſuos paſcit pabulo ſacræ ſcripturæ & eucharitiæ quem ſi dominus inuenerit vigilantem ſuper perſonæ ſuæ gregiſque ſui cuſtodiam.

† *Super omnia bo.* Dando ei ſeipſum & per conſequens omne bonum

6 *Si autem dixe.* De aduentu eius in morte nihil cogitando.

7 *Et cœperit percu. conſer.* Id eſt viuere iniurioſè & guloſe.

8 *Venet dominus ſer.* Repetens mortis debitum repentinæ, ſicut frequenter accidere conſueuit.

ADDITIO.

In cap. 24. *vbi dicitur in poſtilla.* Homini autem eſt noticia diei iudicij.

Quæcunque noticia Deo attributa etiam ſi non importaret reſpectum ad creaturam, neceſſarium eſt quod ſit communis tribus perſonis, eadem enim eſt cum eſſentia diuina.

REPLICA. *In cap. 24. vbi dicitur de noticia diei iudicij, quod pater ſolus &c. dicit Poſtil. quod per hoc non excluditur filius & ſpiritus ſanctus, quia omnis reſpectus Dei ad extra eſt communis tribus: talis autem eſt noticia diei iudicij. Burg. dicit quacunque noticia Deo attribuitur, etiam ſi non importaret reſpectum ad extra, neceſſe eſt vt ſit communis tribus perſonis: eadem enim eſt cum eſſentia diuina Sed ſi ratio. Burg. valet, paternitas erit communis tribus perſonis, quia eſt eadem eſſentia diuina. Sed dictum in ſe non videtur ſcholaſticum quia per noticiã generatur verbum. Si igitur illa eſt communis tribus tres perſonæ generant verbum. Item verbum eſt noticia, per paternum intelligere expreſſa. & ideò dicitur ſapientia. Si igitur illa noticia eſt communis tribus, patet vtique erit ſapiens ſapientia genita, quod negat beatus Aug. 1. Retrac. ca. 25.*

CAPVT XXV

A

Hom 79.in Matth.

IVnc simile &c. ✠ CHRYSOSTOMVS. In superiori parabola dominus pœnam ostendit eius qui percutiebat & inebriabatur & bona domini sui dispergebat. In hac autem parabola punitionem indicit etiã ei qui vtilitatẽ non affert, neq; copiosè hæc quibus ĩdiget sibi præparata

Decem virgi. Virgines sunt omnes qui se à luxu sæculi continent.

✠ HIERONYMVS. Quidam parabolam simpliciter interpretantur de virginibus, quarum aliæ iuxtà Apostolũ corpore & mente virgines sunt, aliæ virginitatem tantum corporum reseruantes, vel cætera opera nõ habent vel parẽtũ custodiare seruatę nihilominus mente nupserunt. Sed mihi videtur ex superioribus esse alius sensus, non ad virginalia corpore, sed ad omne

D

Hom.79.in Matth.

ne hominum genus hanc comparationem pertinere.

✠ CHRYSOSTOMVS. Ostendit quod licet virginitas magnum quid sit tamen si ab operibus misericordiæ sit deserta, cum adulteris foras eiicietur.

b *Et sponsæ* Omnes simul sunt sponsa quæ modo desponsata est virgo à corruptione sęculi. Nubet, cũ mortalis immortali cõiungetur.

c *Quinque.* Quia quinque pertita est continentia in carnalibus illecebris, videlicet vt in quinque sensus contineãt se à voluptatibus

d *Moram autem faciente sponso.* Quia non est parum temporis inter priorem & secundum aduentum Christi.

e *Dormitauerũt omnes dormierunt.* Quia postea suscitandi.

f *Media autem nocte clamor factus est.* Id est nullo sciente vel sperante. Vnde Dies domini sicut fur in nocte veniet.

CAPVT XXV.

¶ Hæc parabola tam ad subiectos quam ad prælatos refertur. ¶ Aliud de eodem exemplum. a ¶ Ecclesia permixta omnibus tam religiosè quàm superstitiosè continentibus.

a IVnc simile erit regnũm cœlorum decem [a] virginibus, quæ accipientes lampãdes suas [a] exierunt obuiam sponso & sponsę. † Quin-

b

c

1 2 3 4 5

a ¶ Opera quæ secundum continentiam fiunt. a ¶ Concordauerunt voluntati sponsæ & matris Ecclesiæ. a ¶ Quia veritati seruiunt pro laudibus hominum. b ¶ Quia veritati seruiunt pro æternis. c. premiis.

-Et sponsæ † 1.qu.1.c. quod quidem 32.c. 5.c. li Paulus. De sacra vnct.c. vnico.

que autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes. † Sed [a] quinque fatuæ acceptis lampãdibus non sumpserunt o-

6

a ¶ Accepta ostensione bonorum operum.

†quæ.fatu.

leum secum. Prudentes verò acceperunt oleum in vasis [a] suis cum lampadibus. * Moram autem faciente sponso, dor-

B

7 8

a ¶ Ostensione bonorum operum. b ¶ Iudicium differente extremum.

* suis

c a ¶ Ante mortem langoribus. b ¶ Electi & reprobi. c ¶ Somnio mortis. d ¶ Securis. d ¶ In insperatò omnibus.

f mitauerunt [a] omnes, & dormierunt. Media autem nõ-

9

a ¶ In voce archangeli, & in tuba Dei. b ¶ Ad sociandam sibi perpetuò virginem. c ¶ Occurrite ei in aëra.

cte clamor factus est, ecce sponsus venit, exite obuiam

10

2.Thes.5.a

E

☞ *Date*

NICOLAVS DE LYRA
CAPVT XXV.

Diuisio ✠

IVnc simile erit. *Data lege euangelica, postquam saluator ostendit quædam antecedentia iudicium extremum hic describit ipsum iudicium. Et quia vniuersitas iudicanda distinguitur in tres status videlicet actiuorum, contemplatiuorum, & etiam prælatorum ideò diuiditur in tres partes secundùm tres parabolas quas hic ponit ad istos tres status pertinentes. Prima pertinet ad contemplatiuos, secunda ad prælatos, ibi.* Sicut enim homo peregrè &c. *Tertia ad actiuos, ibi.* Cum autem venerit filius hominis. *Prima in duas, quia primò circa vitam contemplatiuam ponitur meritum, & secundò ponitur circa hoc examinationis iudicium ibi.* Media autem nocte. *Dicit ergo primò.*

C

1 Simile erit. *Id est ecclesia militans, quantum ad statum contemplatiuum.*

2 Decem virgi. *Per quas signatur vniuersitas contemplatiuorum Numerus enim denarius est primus digitus vel primus limes numerorũ vnde & numeri sequentes componuntur ex denario pluries sumpto vel aliqua parte eius, sicut patet viginti bis decem. 30. ter decem & sic consequenter. Similiter. 11. vnum & decem, & 12. duo de decem, & sic consequenter. Propter quod dixerunt aliqui philosophi quod numeri non procedunt in infinitum, sed solùm vsque ad decẽ, vt habetur. 4. Physicorum: & ideò denarius numerus bene significat vniuersitatem. Virginitas autem quæ tenet supremum gradum in virtute castitatis, significat vitam contemplatiuam quia castitas eleuat mentẽ à carnalibus Et sicut disponit intellectum ad contemplationem veritatis, sic contrariò luxuria deprimit mentem & causat hebetudinem intellectus, & sic reddit hominem quasi bestialem propter quod infra Ethnicorũ vita voluptuosa vocatur vita pecudum.*

3 Quæ accipientes. *Lampades istæ sunt opera vitæ contemplatiuæ, quæ sunt bona de genere.*

4 Exierunt. *Ad hoc debet ordinari exercitium vitæ contemplatiuæ vt homo possit securè decem obuiare Christo venienti ad iudicium, qui tunc coniunget sibi ecclesiam totaliter mundatam, non habentem maculam neque rugam.*

5 Quinque autem. *Prudentia autem est virtus directiua operum humanorum humanorum in finem debitum, Propter quod à philosophis, & à sanctis dicitur auriga virtutum. Virgines autem prudentes sunt contemplatiui seu religiosi, opera sua bona de genere ad finem debitum ordinantes: videlicet ad gloriam Dei principaliter, ad perfectionem sui, & ædificationem proximi consequenter. Et quia fatuitas est priuatio prudentiæ contraria, ideò fatuæ virgines, ducuntur contemplatiui à prædicto fine deuiantes, propriam gloriam & fauorem hominum vel quæstum principaliter intendentes, & meritò dicuntur virgines fatuæ quia bonum opus de genere perdunt propter defectum intentionis rectæ.*

6 Sed quinque. *Oleum istud est spirituale gaudium quod oritur ex operibus bonis factis propter Deum. De quo dicit Apostolus ad Phil. 4. a.* Gaudete in domino semper. *Hoc autem oleũ non habent virgines fatuæ propter defectum intentionis rectæ licet habeant lampades, id est opera bona de genere.*

F

7 Prudentes. *Quia propter rectitudinem intentionis gaudent in domino de suis operibus bonis. Dicitur autem gaudium istud oleum quia nutrit & fouet ignem charitatis. Ex hoc enim quod aliquis delectatur in opere fortius & melius operatur secundùm Philo. & per consequens disponitur vt ei maior charitas infundatur.*

8 Moram autem. *Mora ista est decursus temporis ab ascensione Christi vsque ad diem iudicij. Quod tempus porpter longitudinem vocatur hic mora iam enim durauit per mille ducentos, & septuaginta quinque annos & residum est nobis incertum. In hoc autem temporis interuallo moriuntur omnes tam boni quam mali. Quæ quidem mors signatur hic per dormitionem, quia ita faciliter excitabuntur à morte per Christum ad iudicium venientem sicut homo purus excitat alium dormientem.*

9 Media autem nocte. *Hic ponitur examinationis iudicium circa prædicta opera contemplantium. Dicit ergo.* Media autem no. *Non est intelligendum per hoc quod iudicium extremum sit celebrandum de nocte: Sed de die prout dicit Apostolus infra. Co. 3. c.* Dies domini decla. &c. *Sed quia tempus iudicij est nobis occultum, vt patet ex præc. ca. ideò hoc signatur per hoc quod dicitur.* Media autem no. *quia illa quæ fiunt media nocte sunt hominibus occulta.*

10 Clamor autem. *Id est, vox Christi vel angelorum ad vocandum mortuos ad iudicium vt dicetur infra eodem ca.*

✠ Tunc

MORALITER.

✠ 1 *Tunc simile erit regnum cœlorum decem.* Per quas intelligi potest vniuersitas fidelium, qui propter integritatem fidei virgines nominantur secundum illud. 2. Corin. 11. a. Despondi vos vni viro, virginem ca. &c.

5 *Quinque autem ex eis erant fatuæ.* Id est, bonis operibus vacuæ, quia fides sine operibus mortua est. Iaco. 2. b.

† *Et quinque prudentes.* Id est, opera bona habentes, & sic acceperunt oleum ad ornatum suarum lampadarum propter quod à Christo dicuntur receptæ, aliæ verò excluſæ.

✠ *Sicut*

a *Date nobis de oleo &c.* Quorum facta aliena fuſciuntur, laude eadem ſubtracta deficiunt, & de conſuetudine id ſemper inquirunt, vnde gaudere animus ſolet. Itaque hominum qui corda non vident, teſtimonium volunt habere apud Deum, qui cordis inſpector eſt.

b *Extinguntur.* Id eſt, aduentu iudicis intus obſcurantur, & à Deo non habent mercedem, quia receperunt laudem.

c *Ne for.* Quia quiſque pro ſe rationem reddet, nec alieno teſtimonio iuuatur quis apud Deum, cui ſecreta patent, & vix ſibi quiſque ſufficit vt ei perhibeat teſtimonium conſcientia ſua. *Ne forte.* vnuſquiſque pro ſuis operibus mercedẽ ſuſcipiet nec poſſunt in die iudicij aliorum virtutes, aliorũ vitia ſubleuare.

d *Ad venden.* Vendentes ſunt adulatores, quia dant laudem & accipiunt aliquam mercedem.

e *Dum autem.* Inclinantibus ſe illis in ea quæ foris ſunt, & ſolita gaudia requirentibus, cum interna non nouerunt, venit ille qui iudicat.

✠ CHRYSOSTOMVS. Per hoc autem quod dicit *dum autem irent.* oſtendit quia etſi miſericordes efficiamur poſt mortem, nihil hinc lucrabimur ad effugiendum, ſicut nec diuiti profuit quod factus eſt miſericors & ſollicitus circa eos quæ ſibi attinebant.

✠ ORIGENES. Eſt inuenire quoſdam qui quando debuerunt neglexerunt aliquid vtile diſcere in ipſo autem exitu vitæ ſuæ, dum diſponunt diſcere comprehenduntur à morte.

f *Clauſa eſt.* Poſt iudicium magna eſt eius ſeueritas, cuius eſt ante ineffabilis miſericordia.

g *Nouiſſimè ve.* Per veram pœnitentiam per infructuoſas lachrymas pulſant foris relictæ. Non dicitur quod emerunt oleum: quia nulla iam remanente gaudio de alienis laudibus, in anguſtiis redeunt ad implorationem Dei.

h *Vigila.* Videlicet vt teſtimonium nonæ conſcientiæ bobis præparemus, ne cũ fatuis virginibus foris remaneamus.

i *Neſcitis diem neque horam.* Non ſolum diem iudicij, ſed diem mortis cuiuſque, vel horam in qua qui paratus inuenitur, & tunc paratus inuenietur. Et quia paratos nos inuenire deſiderat, ſubiicit aliam de eadem re parabolam

k *Peregre proficiſcẽs vocauit ſeruos ſuos &c.* Locus carnis terra eſt, ergo Chriſti carnem noſtram ad peregrina duxit, quando cœlum aſcendit.

✠ ORIGE. Secundũ diuinitatis ſuæ naturã non peregrinatur ſed ſecundum diſpenſationẽ corporis ꝙ ſuſcepit. Qui enim ☞ dicit

D

Tractus. 32. in Matth.

E

†Mar.13.d. Luc.13.e

† Potentiã vires.

Tractat. 33 in Matth.

F

a ¶ A ſomno mortis. b ¶ Boni & mali. ¶ Continences. ¶ Numerauerunt ſecum opera ſua pro quibus remunerationem expectant.

ei. Tunc ſurrexerũt [b] omnes virgines illæ, & ornauerunt 1

a ¶ Sua fiducia deceptæ intus vacuæ dicunt proximis. b ¶ Teſtimonium laudum, dicendo de operibus noſtris quod vidiſtis. 2

[a] lampades ſuas. Fatũæ autem ſapientibus dixerunt. Dãte [b] 3

a ¶ Opera noſtra quæ hominibus clara videbantur.

nobis de oleo veſtro, quia lampãdes noſtræ extinguntur.

a ¶ Non de auaricia ſed timore quia in illo die teſtimonium cuiuſque vix ſufficiet ſibi, nedum ſibi & proximo.

Reſpõderunt prudentes dicentes. Ne fortè non ſufficiat 4

a ¶ Increpando ¶ Ite, id eſt, modo videamus quid vos adiuuent qui vobis laudes vendere conſueuerant. b ¶ Venamini laudes veſtro more. ¶ Non dant conſilium, ſed ex obliquo commemorant crimen earum.

nobis & vobis: itẽ potius ad vendentes, & [b] ẽmite vobis. Dum 5

a ¶ Quibus conſcientia dabat bonum teſtimonium.

autem irent emere, venit ſponſus, & quæ pãratæ erant in- 6

a ¶ Vbi munda anima verbo Dei copulatur, b ¶ Aditus regni cœleſtis quia præcibus poſtea nullis parebit aditus poſt iudicium 7 8

trauerunt cum eo ad nũptias, & clauſa eſt [b] ianua. † Nouiſſi- 9

a ¶ Dolore repulſionis compulſæ appellationem ingeminant dominationis. 10

mè verò veniunt & reliquæ virgines dicentes, Dõmine domine aperi nobis. At ille reſpondens ait. Amen dico vobis 11 12

a ¶ Ideo vos deſero, quia per vitæ meritum non recognoſco. a ¶ Ecce quo parabola tendit.

[b] nẽſcio vos. Vigilate itaque, quia neſcitis diem neque ho- 13

ram. †* Sicut enim homo peregrè proficiſcẽs vocauit ſeruos 14 15

a ¶ Dedit bona hominibus naturalia & gratuita. b ¶ Exteriorum ſcientiam quinque ſenſibus acquiſitum. 16

ſuos, & trãdidit illis bona ſua. Et vni dedit quinq; talẽta, alij 17

a ¶ Intellectum & operationem. b ¶ Intellectum. c ¶ Non pro largitate vel parcitate, alij plus alij minus, ſed pro viribus accipientium 18

autẽ dũo, alij verò vnum, vnicũique ſecũdũ propriã † virtu-

Hom.79 in Matth.

C

NICOLAVS DE LYRA

✠ 1 Tunc ſurre. omnes vir. il. *Quia omnes reſurgent boni & mali, vt appareant in iudicio Chriſti.*

2 Et orna. *Iſte ornatus non eſt aliud quam recurſus ad montem cogitando de iuſticia ſuorum operum & bonitate circumſtantiarum,*

3 Fatuæ autem. *Iſta petitio vana & reſponſio negatiua ſignificat quod nullus ad alium quantumcũque iuſtum poterit recurrere, pro auxilio habendo, nec aliquis quantumcunque iuſtus poterit alium iuuare ſed ſibi ſoli ſufficiet iuſticia ſua, & hoc eſt quod ſubditur.*

4 Ne for. *Exprobratio eſt præteritæ fatuitatis in hoc quod bona opera de genere dederunt propter fauorem laudis humanæ quia venditores olei ſunt adulatores ſecundum Aug. quaſi dicat, Conſiderate quid valuit vobis pro tali fauore continenter viuere,*

5 Dum au. *Per hoc inſinuatur remorſus propriæ conſcientiæ dicentis teſtimonium de prædictis contra ſe.*

6 Venit ſponſ. *Id eſt, Chriſtus ad remunerationem bonorum.*

7 Et quæ pa. *Per opera charitate formata.*

8 Intrauerunt cum eo ad nup. *Id eſt, ad gloriam cœleſtem, eſt aliis relictis ad pœnam.*

9 Et clauſa eſt ianua. *Quia poſt iudicium non erit alicui aditus poſſibilis ad gloriam propter quod ſubditur.*

10 Nouiſſimè verò. *Id eſt, nimis tardè.*

11 Veniunt & reliquæ vir. di. domine domine ape. *Per hoc quod vocant eum dominum, ſignatur quod crediderunt in Chriſtum Sed quia fides earum fuit informis, ideò ſubditur.*

12 At ille reſpondens. Amen dico vobis, neſcio vos. *Noticia ſcilicet approbationis, qua ſoli electi à Deo cognoſcuntur. Et in fine huius parabolæ ad noſtra deſtructionem concluditur.*

13 Vigilate itaque. *Ad habendum ſcilicet fidem formatam charitate.*

14 Quia neſcitis diem neque horam. *Scilicet mortis nec per conſequens ſtatus pro die iudicij. Quia ſicut dictum eſt in tali ſtatu præſentabitur quilibet in iudicio, in quo venietur in morte.*

15 Sicut enim homo peregrè. *Hic ponitur ſecunda parabola quæ pertinet ad prælatos. Et primò circa ſtatum eorum deſcribitur meritum & demeritum propriæ actionis Secundum iudicium diſcretionis, ibi.* Poſt multum verò temporis. *Dicit ergo primò.* Sicut homo peregre. *proficiſcens Homo iſte eſt Ieſus Chriſtus, qui licet ſecundum diuinitatem non poſſit proficiſci de loco ad locum, quia ſic eſt vbique ſemper, & de neceſſitate ſecundùm tamen naturam humanam peregre profectus eſt quando aſcendit in cœlum, quia locus proprius omnium compoſitorum ex elementis, vbi naturaliter quieſcunt, eſt terra. vt habetur. 2. de generatione quia elementa grauia excedunt in eis ſecundum quantitatem molis.*

16 Vocauit ſeruos ſuos. *Id eſt, prælatos eccleſiæ, qui ſpeciali modo ſunt eius ſerui.*

17 Et tradidit il. bo. *Bona ſcilicet naturæ, bona gratiæ gratis datæ, bona ſcientiæ, bona potentiæ: & bona opulentiæ, & dicuntur talenta, quia per bonum vſum talium poteſt homo ſibi acquirere cœleſte præmium.*

18 Et vni dedit quinque ta. *Quia aliqui habent omnia iſta à Deo ſibi collata, alij plura iſtorum, & alij vnum tantum:*

✠ Abiit

MORALITER.

† 15 *Sicut enim peregrè proficiſcens &c.* Hoc communiter exponitur de Chriſto qui aſcendens in cœlum ſuis fidelibus bona ſua dedit, de quibus rationem exiget in iudicio finali. Poteſt etiam exponi de Chriſto nobiſcum exiſtente in huius mundi peregrinatione, ſicut ipſe dicit in

† fine

☞ dicit discipulis suis ego vobiscum sum vsque ad consummatio- A
nem seculi,vnigenitus Dei est,qui non est, corporeo ambitu circumclusus. Hoc autem dicentes non soluimus Iesum,sed vnicuique substantiæ proprietatem eius saluamus possumus etiam dicere quod peregrinatus dominus per fidem ambulantibus & non per speciem: si autem peregrinantes à corpore cum domino fuerimus,tunc & ipse erit nobiscum.

a *Et profectus est statim,* non locum mutans,sed liberam eis potestatem operandi permittens.

b *Operatus est in eis.* A visibilibus se custodiendo, alios proposse exhortando, vt de visibilibus ad inuisibilia transeant Vel vtrique sexui B
† Bene recte & infra supra.7.b prædicando, & de bonis moribus informando geminauit accepta talenta.

c *Posuit au.* Cœpit singulorum actus discutere accusante conscientia vnumquemque vel excusante.

Vbi supra. d *Et Accedens.* ✠ ORIGENES. Intellige accessum, de hoc mundo transitum ad illum.

e *Ecce alia quinque* Quotquot ab errore conuertit,tot domino obtulit, testimonium sibi dante conscientia, quod per gratiam sibi datam C
non tamen sibi profuit,sed etiam quos potuit lucrifecit.

f *Super pauca.* Pauca sunt bona præsentis vitæ quamuis multa videãtur,quia non sine alicuius molestiæ admixtione sunt. Multa autẽ bona æterna,quæ sunt sine omni corruptionis molestia.

g *Intra in gaudium domini tui.* Admixtus choris angelorum sic intus lætare de munere, vt iam non sit quod exterius doleas de corruptione. D

h *Qui duo talenta acceperat.* Iste viribus suis quidquid in lege Dei didicerat, in euangelio duplicauit. Siue conscientiam & opera præsentis vitæ futuræ beatudinis typos intellexit.

i *Durus es.* Quia ardua est via quę ducit ad vitã, & quia quãtò gradus altior, tantò casus grauior.

✠ HIERONYMVS. Verè enim hoc quod scriptum est,*ad excusandas excusationes in peccatis,* huic seruo contigit vt ad pigritiam & E
negligentiam superbiæ quoque crimen accederet. Qui enim debuit simpliciter inertiam confiteri & orare patrẽ familias è conuerso calumniatur,& dicit se prudenti feciisse consilio ne dum lucra pecuniæ quæreret etiam de sorte periclitaretur.

✠ ORIGENES *Durus est,* Intelligimus quod verè dominus noster metit seminauit quoniam iustus seminauit in spiritu,ex quo metet vitam æternam. Metit etiam vbi non seminat,& congregat vbi non spargit,quia computat sibi esse collata quæcumque in pauperibus fuerint seminata. Tract.33. in Matth. † noui te. Lucæ.5.b F

k *Et timens abij,&c.* Et timens aggredi altioris vitæ gradũ, ne alterius salutem quęrens ipse pericletatur.

l *Absconditalentum tuum.* Non prædicaui q̃ te donãte intellexi.

☞ *In*

¶Promouit. a ¶Scientiam exteriorum & si mystica non penetret. †

a tem: & profectus est statim. Abiit autem qui q̃inque ta- 1

¶ Dum se à visibilium voluptate custodit ab his etiam alios amouendo compescit.

b lenta acceperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia

a ¶ Intellectum & operationem. b ¶ Prædicando,& mira operando,vales instruit qui iidem florent scientia & opere.

quinque. Similiter qui dũo acceperat, lucr̃atus alia duo. Qui

a ¶ Intellectum. b ¶ Per se, sed non rediens per se. c ¶ Terrenis actibus se applicauit, nec lucrum spirituale quæsiuit.

autem vnũm acceperat, abiens fodit in tẽram,& abscondit

a ¶ Quod est ab ascensione domini vsque ad secundum aduentum. a ¶ Ad iudicandum. 2

pecuniam domini sui. Post multum verò temporis venit

c dominus seruorum illorum, & posuit rationem cum eis 3

¶ Præparans se ad reddendum rationem.

d Et accedens qui quinque talenta,dicens. Domine quinque

e talenta tradidisti mihi,ecce alia quinque super lucratus sum

a ¶ Non tua quærens,sed quæ Iesus Christi.

Ait illi dominus eius: † Eũge serue bone & fidelis quia su- 4

a ¶ Gaudens dominis in gaudium inuitare iubet. 5

f per pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intrã in 6

g gaudium domini tui. Accessit autem & qui duo talenta ac- 7

h ceperat: & ait: Domine duo talenta tradidisti mihi, ecce

a ¶ Non tua quærens,sed quæ Iesu Christi

alia duo lucratus sum. Ait illi dominus eius. Eũgẽ serue bone & fidelis, quia supra pauca fuisti fidelis supra multa te con-

a ¶ Accipe quod oculus non vidit nec auris audiuit b ¶ In felicissimum habens à sua conscientia testimonium.

stituam, intrã gaudium domini tui. Accẽdens autem & qui 8

vnum talentum acceperat ait domine † scio, quia homo 9

a ¶ Alias austerus, b ¶Non parcis,sed præcidis falce iudicij tui eos quibus legem non commisisti c ¶ In regno tuo bonos,etiam ex gentibus,& ex eorum comparatione. qui naturalem legem seruant,damnas eos qui negligunt scripturas.

i dũrus es, mẽtis vbi non seminasti, & congr̃egas vbi non 10

k ¶ Per liberum arbitrium.

l sparsisti & timens abij, & abscondi talentum tuum 11

collata quæcumque in pauperibus fuerint seminata.

k *Et timens abij,&c.* Et timens aggredi altioris vitæ gradũ, ne alterius salutem quęrens ipse pericletatur.

l *Absconditalentum tuum.* Non prædicaui q̃ te donãte intellexi.

☞ *In*

NICOLAVS DE LYRA

✠ 1 Abiit au. *Quia aliqui sunt qui ista talenta multiplicant & geminant bene vtendo prædictis ad sui perfectionem & proximi ædificationem. Alij autem abscondunt in terra, qui prædictis vtuntur ad mundi gloriam & temporale lucrum seu quæstum.*

2 Post multum verò temporis. *Hic ponitur circa prædicta examinationis iudicium.* Post multum verò temporis venit dominus seruorum illorum. *Quia magnũ tempus est ab ascensione Christi in cœlum vsque ad aduentum eius ad iudicium,vt prædictum est.*

3 Et potuit rationem cum &c. *Quia tunc districtè exiget rationem de bonis ab eo collatis,bene operantes remunerando. Propter quod sequitur.*

4 Euge. *Interiectio est gaudentis.*

5 Serue bone & fidelis. *Quærens in suis actibus gloriam domini non suam.*

6 Quia super pauca &c. *Bona enim in hac vita collata homini parua sunt respectu bonorum gloriæ,quia vbi confertur homini bonum infinitum propter hoc sequitur.*

7 Super multa te constituam &c. *Et patet.*

8 Accedens autem & qui &c. *Quia mali licet (inuiti) apparebunt in extremo iudicio diuino conspectui.*

9 Ait domine. *Tu quia Deus à seruis suis requirit opera ardua scilicet opera virtutis. Tum quia in iudicio durus erit,qui modo est pius & mansuetus.*

10 Metis vbi non seminasti,&c. *Hoc intelligitur dupliciter. Vno modo quia non solum requirit in prælatis ecclesiæ bona in propria persona,sed etiã in aliena: quia eorum officium est inducere alios ad bonum. Alio modo,quia requirit ab homine opera meritoria vitæ æternæ & tamen non seminauit in natura hominis principium sufficiens huius operis. Homo enim ex puris naturalibus non potest mereri vitam æternam imo contrarium dicere est hæresis Pelagiana, non tamen Deus iniustè requirit opera meritoria vitæ æternæ: quia si homo faciat quod in se est,Deus infundit sibi gratiam per quam potest prædictum opus exercere.* Ecclesiæ prælati de subditis rationem reddent;

11 Et timens abiit. & abscon.ta. *Quia ex pusillanimitate aliqui refugiunt aggredi opera virtutum,& declinant ad vitia,& ad sola terrena quærenda,curantes tantum de corpore & nullo modo de anima, propter quod sequitur.*

✠ Ecce

MORALITER.

✠ fine huius euangelij: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi.* Ipse etiam dat nobis bona sua inæqualiter, tamen secundum sapientiæ suæ ordinem.

† *Et profectus est sta.* Per hoc non intelligitur eius recessus ab ecclesia, sed quia dimittit nos agere pro libertate nostra. Illi verò duplicant talenta,qui ex eis faciunt opera bona. Illi verò abscondunt,qui viuunt ociosè,vel ex eis temporalia tantum lucra quærunt. Venit autem dominus rationem quærere in cuiuslibet hominis morte, & duplicantes talenta remunerat, alios verò damnat

✠ Cum

a *In terra* In carnali vita subsistens, sicut habui, sic tenui non augens vel minuens. Nota quod piger seruus inertiam non excusat, sed superbit calumniando dominum: Et dicit se prudenter fecisse, ne dum lucra quærit periclitetur etiam de sorte, & vocat eum durum, cui tamen non seruit ad lucrum. Cui similes sunt in ecclesia, qui meliores vitæ vias aggredi metuunt, & iacere in ignauia nō verentur: & cum se peccatores considerant, sanctitatis viam arripere timent: & tamē in iniquitatibus remanere non timēt. Quorum Petrus adhuc infirmus speciem tenuit, cum viso piscium miraculo dixit: *Exi à me domine, quia homo peccator sum.* Imo si peccatores Deum à te non repellas: Quod faciunt hi qui videntes se infirmos nolunt ad meliora progredi Peccatores quidē se fatentur & dominum repellunt, & velut in perturbatione consilium non habent. Dum moriuntur, & vitam timent, hac sibi blandientes peruersitate quasi dicerēt. Sufficit mihi de me rationem reddere, quid opus est aliis ministrare, vt de eis quoque cogat rationem reddere? Cum etiam hi inexcusabiles sint, qui non audita lege vel euangelio dormierunt, cum per creaturam Deum cognoscere potuerunt. Vnde dicitur. *Meto vbi non semino, &c.*

† Seminaui

† Habet

* Sancti in udicio erunt duo ordines. supra. 19.d

b *Sciebas quod.* Quare ista cogitatio non incussit tibi timorem vt scires me mea diligentius quæsiturum? Quod dixit pro excusatione vertitur in culpam.

✠ ORIGENES. Non confessus est dominus se esse durum sicut ille arbitrabatur, cæteris autem eius sermonibus consensit. Sed verè diceris est hi qui misericordia Dei abutuntur ad negligentiam suam non ad conuersionem.

C c *Numulariis.* Vel cæteris doctoribus vt apostolis, & episcopis. Vel, cunctis credentibus qui possunt pecuniam duplicare.

d *Et date ei, &c.* Hoc in ecclesia fieri plerúmque videmus, quia plerique plerique; dum bene ministrant exteriora quæ accipiunt per adiunctam gratiam ad intellectum quoque mysticum perducuntur.

e *Omni enim.* Multi enim natura licet sapientes & acuti, si sint desides, perdunt bonum naturæ, & præmium quod erat eis promissum, videtur transire ad alios qui quod habent minus, per naturam acquirunt per industriam. Vel qui habet fidem & bonam voluntatem, etiam si minus habet in opere dabitur ei à bono iudice. Sed qui in fide nō habet etiā virtutes quas naturaliter habet perdit sine qua nō sunt virtutes. Vel qui habet amorem verbi, datur ei sensus intelligēdi. Qui verò non habet, etiam si naturali studio callet deficit. Vel qui non habet charitatem, amittit omne bonum quod habet. Nota quod hoc quod cuique datur in rebus mundanis, vel spiritualibus pro talento imputatur de quo est rationem rediturus.

D E

† Supra. 13 b. Luc. 8. c. Mar. 4. c

† Gloria misericordiæ operū corporalis sufficientia

f *Et inutilem seruū.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Vide autem quia non solùm qui rapit aliena, aut qui mala opinatur punitur extrema pœna, sed etiam qui bona non facit.

Hom. 79. in Matth.

g *Cum autem.* Tradendus in proximo cruci præmisit gloriam triumphantis, vt secutura scandala hac promissione compensaret. Post parabolas de fine mundi nunc exequitur dominus modum futuri iudicij.

✠ CHRYSOSTOMVS. Est hæc pars delectabilissima, quā continuè in animo vertentes audiamus cum studio & omni compunctione. Nam & ipse Christus terribilis est, & lucidius hunc pertractat sermonem. Ideo non dicit de cætero, simile est regnum &c. sed reuelate seipsum ostendit dicens. *Cum venerit.*

Hom. 80. in Matth.

F

h *Omnes ange.* Qui testes sunt humanorum actuum, sub quorum custodia bene vel malè egerunt.

Oues

NICOLAVS DE LYRA

✠ Terrena quærentes, animæ salutem contemnunt.

1 Ecce habes &c. *Quia aliqui ad tantam insaniam deueniunt, quod dicunt: Deus fecit animam, curet de ea si voluerit. Alij autem præsumentes credunt habere gloriam sine merito dicentes: Deus non fecit animam pro damnatione, ipsam saluabit & trahet ad se.*

2 Respondens autem dominus &c. *Ex verbo enim suo eum condemnat quia in iudicio conscientia vniuscuiusque testificabitur contra se.*

3 Sciebas quia me. *Quasi diceret ex quo sciebas me esse durum in repetendo multiplicationem talentorum tibi traditorum per exercitium bonorum operum, ex hoc ostendens te iustè condemnandum: propter quod sequitur.*

4 Tollite itaque &c. *Bona diuinitus collata non cedent ad gloriam malè operantibus, vel ociosis, sed magis ad pœnam.*

5 Et da ei decem talen. *Quia damnatio reproborum cedet in gloriam electorum, secundùm quod scribitur in psalmis.* Lætabitur iustus cum viderit: vin. &c. *propter quod etiam sequitur.*

Psalm. 57. b

6 Habenti dabitur &c. *Quia quum reperietur in gratia dabitur gloria, & abridabit, non solùm de sua & aliorum glorificatione: sed etiam de impletione diuinæ iusticiæ in malorum reprobatione.*

7 Ei autem qui non habet &c. *Quia ei qui non inuentus fuerit in gratia in morte, bona naturæ & gratiæ quæ habuit, cedent ei ad pœnam.*

8 Et inu. *Peccatores enim non solum habent tenebras interiores quæ sunt tenebræ mentis in inferno aut habebunt cum hoc tenebras corporales quæ sunt tenebræ exteriores.*

9 Illic erit. *Id est dolor mentis & corporis: Et ad ista reducitur omnis pœna infernalis.*

10 Cum au. *Hic ponitur tertia parabola, quæ pertinet ad actiuos ad quos pertinet se exercere in actibus misericordiæ, pro quo exercitio remunerabuntur: desistentes autem à talibus condemnabuntur. Dicit ergo.* Cum autem ve. *Licet enim idem sit filius Dei & hominis: facit tamen mentionem de filio hominis, quia in forma humana veniet ad iudicium.*

11 In maie. *Quia tunc apparebit in forma hominis glorioſa, qui in primo aduentu apparuit in forma passibili & infirma.*

12 Et omnes ange. *Tum propter honorem iudicis. Tum propter executionem iudicij, quia ministerio sanctorum angelorum deducentur electi ad cœlum: per malos angelos reprobi trahentur ad infernum.*

13 Tunc sede. *Per hoc signat potestatem iudiciariam, quæ data est Christo homini.*

Ei

✠ Et

MORALITER.

† 10 *Cum autem.* Hoc etiam potest exponi de aduentu Christi ad iudicium particulare, sicut est pars præcedens: nam à tempore ascensionis sedet in maiestate ad dexteram Dei patris, & angeli sunt cum eo, omnes etiam gentes congregatæ sunt ante eum quia nuda & aperta sunt oculis eius omnia, Hebre. 4 Ipse etiam segregat oues ab hœdis, omnium merita & demerita discernendo: & ponit bonos ad dexteram dando eis gratiam quæ est arra gloriæ, & per oppositum malos ad sinistram arram gloriæ denegando: & sic dicit bonis.

† Possidete

a *Oues ab.* Duo ordines erunt in iudicio electorum scilicet & reproborum: sed electorum alij iudicabunt, quibus dicitur: *Sedebitis & vos super se. duo. iud. tri. Israel.* Alij iudicabũtur quibus dicitur: *Esuriui & dedistis mihi manducare.* Item reproborum: alij qui extra ecclesiam sunt, non iudicabuntur: Alij qui iudicabuntur, quibus dicitur. *Esuriui, & non dedistis mihi manducare &c.*

b *Hœdos.* Hœdus est animal petulcum & olidum, qui pro peccatis offerebatur in lege, & significat peccatores, Nec dicit capras quæ possunt habere fœtus.

Hom.80.in Matth. ✠ CHRYSOSTOMVS. Hos vocat hœdos, illos autem oues, vt horum infructuositatem ostendat: nullus enim fit ab hœdis fructus: Illorum autem vtilitatem: multus enim est ouium fructus & a lana & à lacte à & fœtibus qui parturiuntur. Nomine autem ouis in scripturis diuinis innocentia & simplicitas solet designari.

c *Benedicti pa.* Beneficio patris mei promoti ad obtinendam gloriam, in qua sine corruptione regnetis, ad quam prædestinati estis à constitutione mundi

✠ RABANVS. Vel locantur benedicti, quibus pro bonis meritis debetur æterna benedictio. Patris autem sui dicit esse regnum, quia ad eum refert potestatem regni æquo ipse rex est genitus: vnde per autoritatem regiam, qua ipse solus exaltabitur in die illa proferet iudicij sententiam.

hom.80. ✠ CHRYSOSTOMVS. Non dixit accipite, sed possidete siue hæreditate, sicut familiaria bona siue paterna, sicut vestra vobis antiquitus debita.

d *Esuriui.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Pro quibus ergo sancti Vbi supra. cœlestis boni regna accipiant manifestat, cũ subditur, esuriui.

Ad literam nota opera misericordiæ. MYSTICE. charitatis perfectionem: Qui esurientem & sitientem iusticiam, pane verbi reficit, vel potu sapientiæ refrigerat, charitatis agit opera: Et qui errantem in domo matris ecclesiæ reuocat, & qui infirmũ in fide assumit, & qui tribulatione aliqua seu carcere tristitiæ oppresso subuenit compatiendo vel consolando, veram dilectionem adimplet.

e *Tunc Respondebunt.* Non diffidentes de verbis domini, sed vel stupẽtes pro magnitudine maiestatis regis. Vel quia parũ videtur illis omne bonum quod fecerunt, vnde dicitur: Non sunt condignæ passiones huius t.ad fu.glo.&c.

✠ ORIGENES. Humilitatis causa laude beneficiorum suorum indignos se proclamãt, nõ obliti eorum quæ fecerũt. Tracta.34. in Matth. E

f *De his fra.* Fratres mei & mater sunt qui faciunt voluntatem patris mei. Roma.8.d. supra. 12.d

✠ CHRYSOSTOMVS. Per hos autem nõ solos monachos intelligit, sed vnumquemque fidelem etsi fuerit secularis, fratrum enim baptisma facit & ministeriorum communicatio. Hom.80.in Matth. † Luc.13.f

g *Maledicti.* ✠ ORIGENES. Considerandum quoniam in sanctis dictum est. *benedicti patris mei.* non autem nunc dicitur *maledicti patris mei.* Nam benedictionis quidem ministrator est pater maledictionis autem vnusquisque sibi est autor, qui maledictione digna est operatus. Tractat.36. in Matth. F Vbi supra.

h *In ignem æternum.* ✠ ORIGENES. Ignus æternis alterius est generis ab hoc igne quẽ habemus in vsu. Nullus enim ignis inter homines æternus, sed nec multi tẽporis. Et considera quoniam regnum quidem non Angelis præparatum dicit, ignem autem æternum diabolo & angelis eius, quia quantum ad se homines non ad perditionem creauit

☞ TERTVLLIANVS.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et congrega. *Quia nullus tunc poterit latere.*

✠ 2 Et separa. *Quia iusticia cuiuslibet & malicia apparebit omnibus manifestè, & talis distinctio vocatur separatio: & cum hoc fortè distinguentur secundùm situm.*

3 Sicut pastor. *Per oues intelligũtur iusti propter eorum innocentiam: per hœdos reprobi, propter eorum nequitiam: Hœdus enim quando crescit est animal fœtidum & luxuriosum: vnde & in lege hircus offerebatur pro peccato principis vt habetur Leui. 4.*

4 Et statuet oues. *Id est potioribus bonis: quia sancti transferentur ad gloriam.*

5 Hœdos au. *Quia mali dimittentur ad pœnam vel quia fortè sic erunt dispositi secundùm situm in iudicio, quia dextera est locus honorabilior, & ideo conuenit electis.*

6 Tunc dicet rex his qui à dextris eius erunt: Venite benedicti pa.mei. *Id est à patre meo.*

7 Possidete. *Id est æternaliter tenete.*

8 Paratum vo. *Quia à principio mundi factum est cœlum empyreum, quod est locus beatorum.*

9 Esuriui enim, & dedistis mihi manducare &c. *Hic tanguntur sex opera misericordiæ quæ sunt necessaria ex parte corporis. Et intelligitur per hoc septimum quod est sepelire mortuos, Sufficientia autem istorum hoc modo accipitur, quia homo in vita præsenti primò indiget ex parte corporis alimento, sine quo non potest esse. Et hoc* ✠ *alimentum* Sex opera misericordiæ.

MORALITER.

✠ 8 *Possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi.* Secundum quod dicitur Luc. 17.e. Regnum Dei est intra vos.

9 *Esuriui.* In membris meis desiderantibus eucharistiam.

† *Et dedistis mihi manducare, &c.* Vos sacerdotes bene ministrando.

† *Sitiui.* Potum sapientiæ salutaris.

† *Et dedistis mihi bibere.* Vos doctores & prædicatores ecclesiæ.

† *Hospes eram.* Exclusus à consummitate ecclesiæ.

† *Et collegistis me.* Vos pij iudices absoluentes me.

† *Nudus,* Operimento virtutum.

† *Et cooperuistis me.* Reducendo me ad virtutis bonum.

† *Infirmus.* Infirmitate passionis inordinatæ.

† *Et visitastis me.* Supportando charitatiuè.

† *In carcere eram.* Ligatus praua consuetudine.

† *Et venistis ad me.* Soluendum à tali ligamine. E contrario verò dicit malis

Hospes ✠ *Esuriui*

✲ TERTVLLIANVS. Longè alius eſt ignis qui vſui humano, alius qui iudicio Dei apparet, ſiue de cœlo fulmina ſtringens, ſiue de terra per vertices montium eructans. Non enim abſumit quod exierit, ſed dum erogat, reparat.

In apolog. cap. 45.

✲ IDEM. Diſſiliunt ſuperbiſſimi mortes ignis intrinſecus fœta: & cum diſſoluant, cum deuorentur, nunquam tamen finiuntur. Quis hæc ſupplicia interim montium, non iudicis minantis exemplaria deputabit. Quis ſcintillas tales non magni alicuius & inæſtimabilis foci miſsilia quędam, & exercitatoria iacula conſentiet?

Lib. de pœnitentia.

✲ AVGVSTINVS. Adhærebunt dæmones licet incorporei, corporalibus ignibus cruciãdi, accipiẽtes ex ignibus pœnam, non dantes ignibus vitam. Ignis autem ille corporeus erit, & cruciabit hominum corpora cum ſpiritibus, dæmones autem ſpiritus ſine corporibus.

Lib. 21. de ciuitate ca. 10.

a *Non dediſtis, &c.* Quid meretur qui aliena rapuit, ſi æternaliter damnatur qui de ſuo non dedit?

✲ AVGVSTINVS. Si in ignem mittitur, qui non dedit rem propriam, putas vbi mittendus eſt, qui inuaſit alienam. Si cum diabolo ardere habet qui nudum non veſtiuit, putas vbi arſurus eſt qui expoliauit.

Serm. 20. de verbis Domini ex Matth.

✲ CHRYSOSTOMVS. Omnia ſufficientia ſunt ad pœnam, primò quidem facultas petitionis, panis enim erat. Secundò, miſeria eius qui petebat pauper enim erat. Tertiò compaſſio naturæ, homo erat. Quartò deſiderium promiſſionis, regnũ enim promiſit. Quintò dignitas eius qui accipiebat, Deus enim erat. Sextò ſuper abundantia honoris, quoniam dignatus eſt ab hominibus accipere. Septimò iuſtitia dationis ex ſuis enim à nobis accipit.

Hom. 80. in Matth.

b *Domine quando.* Excuſare ſe ſatagunt quaſi Deum fallere poſſint qui homines fallebant. Sed non habent excuſationẽ qui conuerti à malis & agere eleemoſynas noluerunt: vnde ſubdit: *Quandiu non fec. vni. &c.*

a bolo & angelis eius. Eſuriui enim, & non dediſtis mihi man- † ducare. Sitiui, & non dediſtis mihi potum, Hoſpes eram, & non collegiſtis me. Nudus, & non cooperuiſtis me. Infirmus & in carcere, & non viſitaſtis me. Tunc reſpondebunt ei & b ipſi dicentes: Domine quando te vidimus eſurientem, aut ſi- 1 tientem, aut hoſpitem, aut nudum, aut infirmum, vel in carcere, & non miniſtrauimus tibi? Tunc reſpondebit illis di-

¶ Solatium charitatis. a ¶ Humilibus ſpiritu.

cens: Amen dico vobis: quandiu non feciſtis vni de †minõri-

¶ Capiti vos exhi ui ſſe gaudeatis.

c bus his, nec mihi feciſtis. † Et ibunt hi in ſupplicium ęternum Iuſti autem in vitam æternam.

✲ AVGVSTINVS. Quidam putant eos ſolos arſuros æternitate ſupplicij qui pro peccatis dignas eleemoſynas facere negligunt, ideò iudicem illum noluiſſe cõmemorare aliud ſe eſſe dicturum, niſi eleemoſynas. Sed qui dignè pro peccatis ſuis eleemoſynas facit, prius eas incipit facere à ſeipſo indignum eſt enim vt ipſe ſibi non faciat, qui facit in proximum, cum audiat dicentem Deum: *Diliges proximum tuum ſicut teipſum.* Itémque audiat, *Miſerere animæ tuæ placens Deo.*

Lib. 21. d. ciuitate c. 3

†minimis.

† Ioan. 5. e.

c *In ſupplicium æter.* Fruſtra ergo Origenes ſpondet liberationem poſt multos annos malis hominibus & ipſis dæmonibus.

Tracta. 34. in Matth.

✲ ORIGENES. Attende quod cum prius dixiſſet, Venite benedicti, deinde diſcedite maledicti, propterea quod proprium boni Dei eſt, primum recordari benefacta bonorum quam malefacta malorum, hic prius nominat pœnam malorum, deinde vitam bonorum, vt primùm quæ timoris ſunt, euitemus mala, poſtea quæ honoris ſunt, appetamus bona.

NICOLAVS DE LYRA.

✲ Miſericordiæ operũ corporalis ſufficientia.

alimentum duplex eſt. Vnum eſt calidum, & ſiccum: & hoc vocatur cibus: & ſic vnum opus miſericordiæ eſt paſcere eſurientem. Vnde dicit philoſophus 2. de anima, quòd eſuries eſt appetitus calidi & ſicci. Et aliud eſt alimentum corporis frigidum & humidum, & illud vocatur potus, & ſic ſecundum opus miſericordiæ eſt potare ſitientem. Et ſic dicitur 2. de anima: quòd ſitis eſt appetitus frigidi & humidi. Secundò indiget aliquo, ſine quo non poteſt bene eſſe, videlicet indumento & domicilio in quo poſsit requieſcere: Et ſic eſt duplex opus miſericordiæ, ſcilicet, veſtire nudum & colligere vel recipere hoſpitem. Tertiò indiget poſt vitam iſtam ſepultura: & ſic ponitur quintum opus miſericordiæ, ſcilicet, ſepelire mortuum. Iſta autem quinque prædicta ſunt omnibus communia. Alia ſunt duo opera miſericordiæ, quæ impenduntur alicui ex aliquo accidente ſuperueniente: vt ſi aliquis incurrit infirmitatem vel capiatur ab hoſtibus: & ſic accipiuntur duo opera quæ ſunt viſitare infirmum, & redimere captiuum. Et in nomine redemptionis intelligitur omne beneficium eis impenſum. Iſta autem ſeptem opera miſericordiæ enim habentur in vno verſu: Viſito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo & patet ſententia ex prædictis. Iſta autem ſeptem impenſa Chriſti fidelibus propter Chriſtum, ſibi reputat totum factum, quia fideles ſunt membra eius. Et è contrario fidelibus denegata, ſibi reputat denegari: propter quod facientibus opera miſericordiæ reddit vitam æternam, denegantibus autem pœnam. Ex iſtis patet litera. Aduertendum tamen, quando dicitur.

Versus. F

1 Domine quando te vidi, &c. *Non eſt quæſtio procedens ex ignorantia: quia iuſti certitudinaliter cognoſcent, quòd opera miſericordiæ facta membris Chriſti Chriſtus ſibi reputat fieri, & pro talibus certitudinaliter ſe ſaluari. Et ſimiliter mali ſcient ſe damnari pro contrario. Sed eſt quæſtio admirationis pro magnitudine gratiæ, quæ fiet electis, & magnitudine miſeriæ quæ infligetur reprobis. Conſiderandum etiam, quod hic non fit mentio de operibus miſericordiæ ex parte animæ: quia illi pertinent pro maiori parte ad prælatos, ad quos pertinet alios inſtruere, & dirigere in ſalutem: hic autem agitur de iudicio circa ſtatum actiuorum, vt viſum eſt. Cætera patent ex dictis.*

Miſericordiæ opera ſpiritualia in iudicio ſubticentur & quare.

MORALITER.

† *Eſuriui enim & non dediſtis mihi manducare: ſitiui, &c.* Expoſitio patet ex dictis per negationem collationis dictorum beneficiorum: ficiorum: & ſicut conferentes digni ſunt præmiatione: ita denegantes & dare potentes punitione. Ideò concluditur in fine: *Et ibunt hi in ſupplicium æternum. Iuſti autem, &c.*

CAP. XXVI.

☞ a *Et fa. eſt, cũ con.* De conſummatione ſæculi; & diſcretione iudicij: vel ab initio euangelij vſque ad paſſionem compleuerat.

CAPVT XXVI.

ET factum eſt, cùm cõſummaſſet Ieſus ſermones hos 1 a omnia faciendo & prædicando compleuerat. Poſt ſermonem quo ſe venturum in claritate prædixit, paſſurũ ſe oſtendit, vt ſacramentum crucis admixtum eſſe gloriæ æternitatis admoneat.

☞ *Scitis*

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XXVI.

✲ 1 Et fa. *Poſtquam Matthæus euangeliſta in principio ſui euangelij declarauit perſonam mediatoris, & vlterius legem euangelicam à Deo datam ad inſtructionem hominis tranſgreſſoris hic conſequenter deſcribit ipſius mediatoris paſsionem, per quam ſolutum eſt precium noſtræ redemptionis. Et diuiditur in duas: quia primò oſtenditur maligna Chriſti comprehenſio per explorationem Iudæorum, ſecundò eius in iuſta ſta condemnatio per executionem gentilium capitulo ſequenti. Prima diuiditur in quatuor partes: quia primò deſcribitur Chriſti venditio facta non ex eius ignorantia, ſed magis ex præſcientia & voluntate. Secundò ipſius venditi traditio, non ex diſplicentia, ſed ex charitate ibi:* Prima autem die azymorum.. *Tertiò ipſius traditi comprehenſio non ex ipſius impotentia, ſed ex ſua mititate, ibi:* Adhuc eo loquente. *quartò, comprehenſi illuſio. non ex eius iniuſticia, ſed ex eius humilitate. ibi:* Princeps autem ſacerdotum.

Diuiſio.

Circa primum quatuor per ordinem ponuntur. Primum eſt ipſius

✲ *venditionis*

MORALITER.

1 *Et fa.* Sequitur.

☞ A 2 *Scitis quia.* Sicut ex Ioannis narratione colligitur ante sex dies paschæ venit Iesus Bethaniam: ibique factum est illud conuiuium, in quo de vnguento pretioso fit commemoratio. Inde venit Ierusalem sedens super asellum; postea geruntur ea quæ narrantur, post hunc aduentum Ieroso lymis acta vel gesta. Ex illo ergo die, quo venit Iesus Bethaniam vsque ad diem, quo omnia ista gesta & dicta sunt, intelligimus esse consummatum quatriduum, vt occurreret dies quē ante biduum paschæ Matthæus & Marcus diffinierunt.

†Mar.14.a. †Luc.22.a.

MYSTICE. Post duos dies clari lumi nis vete. & no. te. verum pascha per mundum celebratur. Pascha quod Hebraicè dicitur phase, non à

†Mar.14.a.

Exod.12.d B

passione sed à transitu nominatur: quia exterminator viso sanguine in foribus Israel transiuit eos, & Deus auxilium præbens eis desuper ambulauit.

MYSTICE. Quia in ea festiuitate agnus Dei de hoc mundo erat transiturus, vel nos salubri transitu quasi de Ægypto huius mundi educturus. Pascha propriè solus dies dicitur, quo agnus ad vesperam occidebatur, id est, 14. luna primi mensis. Decimaquinta luna qua egressi sunt de Ægypto erant azyma septem diebus. Sed indifferenter & pascha pro diebus azymorum, & dies azymorum pro pascha ait Marcus: *Erat pascha & azyma post biduum.* Lucas: *dies festus azymorum dicitur pascha.*

Mar.14.a. Luc.22.b.

MYSTICE. Vno die agno immolato septem dies azymorum sequuntur: quia Christo semel passo, per totum tempus seculi, culi viuendum est in azymis sinceritatis & veritatis. D

✠ LEO PAPA. Prouidentibus ergo principibus ne in sancto die tumultus oriretur, non festiuitati, sed facinori studebant. Seditiones enim fieri in precipua solennitate metuebant, non vt populus non peccaret, sed ne Christus euaderet. Serm. 7. de Passione.

a omnes, dixit discipulis suis: †Scitis, quia post biduum Pascha

a ¶ Prænouit, & non declinauit, sed et iam cæteris ire nolentibus, pergit intrepidus.

b ¶ Qui debuerant se parare ad pascha contra verum agnum se armant.

fiet, & filius hominis tradetur, vt crucifigatur. Tunc cōgregati sunt principes sacerdotum * & seniores populi in atriū principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphas: & consilium fecerunt, vt Iesum dolo tenerent, & occiderent. Dicebant autem:

a ¶ Nam si palam timebant ne eis tolleretur.

a ¶ Non timentes seditionem, sed ne auxilio populi de suis manibus tolleretur.

b Nō in die festo. †Ne forte tumultus fieret in populo. Cū autē

a ¶ Mundum redempturus moratur, in domo obedientiæ. b ¶ Olim, sed postea à Christo mundati.

c esset Iesus in Bethania, in domo Simonis Leprosi, accessit ad

d

a ¶ Genus marmoris in quo bene seruantur vnguenta sine detrimento.

e eū mulier habēs alabastrū vnguenti precioſi, & effudit super

f

1 cōsilio ordo narra-
2 tionis illuc trāsit, tūc
3 abiit vnus ex duode-
4 cim, vt factum Iudæ
5 coniungatur ad con
6 silium sacerdotum.
7 Redit autem ad eum
8 diem, qui erat ante
9 sex dies paschæ di-
10 cens: *Cum autem, &c.*
11 c *Simonis.* Perma-
12 net pristinum no-
13 men vt virtus curan
14 tis appareat. Per eā
15 domum accipe illā
16 partem populi quæ
17 credidit domino & E
18 curata est. Simon, id

* & scribæ

est, obediens.

b *Cum au.* Habito

d *Accessit.* HIERONYMVS. Diligenter obserua, quæ de duabus super caput. Siquidem peccatrix super pedes, & ea quæ dicitur non fuisse peccatrix, super caput.

e *Mulier ha.* Maria Magdalena soror Lazari modo iusta & familiaris, quæ quondam peccatrix venit & pedes lachrymis lauit, nunc caput & pedes vnxit, pedes nunc, vt Ioannes dicit. Ioan.11.a.

f *Vnguenti precioſi.* Marcus: nardi spicati, id est, de spicis & foliis confecti, quod precioſius est. Ioannes nardi pistici, id est, fidelis non adulterati aliis herbis: pistis, Græcè, fides Latinè.

MYSTICE. Hæc deuotio Mariæ, fidem significat ecclesiæ, quæ dum deitatem Christi prædicat caput vngit: dum ☞ humanitatem,

---

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *venditionis prænunciatio. secundùm venditionis consultatio, ibi:* Tunc congregati sunt. *tertium venditionis occasio, ibi:* Cum autem esset Iesus, *quartum venditionis modus & ordo, ibi:* Tunc abiit vnus ex duodecim. *Circa primum considerandum, quòd ea quæ prædicta sunt capitulo præcedenti, prædicauit Christus feria tertia ante passionem suam, & eadem die prædixit discipulis suis passionem suam futuram*

C *post duos dies, sicut postea fuit completum. Ex quo patet quod non fuit ex ignorantia traditus, sed ex sua præscientia & voluntate, vt dictum est: hoc est ergo quod dicitur hic:* Et factum est. *quia continetur cap. præcedenti.*

1 Dixit. *Eadem die scilicet.*

2 Discipulis. *In secreto, & non coram turbis.*

3 Scitis quia. *Id est, immolabitur agnus paschalis, qui debebat immolari vespere feriæ quintæ à quo incipiebat solennitas sequentis diei.*

4 Et filius. *Quia eadem nocte traditus est à Iuda Iudæis.*

5 Vt crucifi. *Quia vlteriùs Iudæi tradiderunt ipsum Pilato ad crucifigendum.*

6 Tunc con. sunt. *Hic ponitur ipsius venditionis consultatio, quæ facta est feria quarta ante passionem: & tunc Iesus non venit in Ierusalem, sicut fecerat aliis tribus diebus præcedentibus: sed mansit in Bethania, vt daret Iudæis locum tractandi liberius de morte sua, & hoc est quod dicitur hic:* Tunc, *id est, sequenti die postquam dixit Iesus apostolis verba præmissa.*

7 Congregati sunt. *Qui conceperant erga Christum rancorem & odium, vt patet ex præmissis.*

8 Et se. *Isti erant iudices ordinarij, de quibus supra dictum est 15. ca. in prin.*

9 In at. pri. *Id est, qui primus dederat Iudæis consilium de morte Christi, vt habetur Ioan. 11.*

10 Et consilium. *Prius enim determinauerant ipsum interficere, sed consilium quærebant de modo faciendi qualiter possent facere occultè, & sine populi seditione, & hoc est quod subditur.*

11 Dicebant autem. *Id est, in solennitate paschali imminente de proximo, vt visum est.*

12 Ne for. *Multi enim propter solennitatem paschæ venerant in Ierusalem: Et quia aliqui reputabant Iesum esse verum Christum, alij autem seducti à sacerdotibus reputabant eū Magum, & ideò si occideretur durante solēnitate paschali timebant periculosam seditionē populi: propter quod consulebant mortem eius vsque post festum differri, ta-* F *men istud consilium postea mutauerunt, quia inuenerunt opportunitatem eum capiendi per Iudam, vt dicetur infra.*

13 Cum autem. *Hic ponitur venditionis Christi occasio Iudas enim cupidus, motus fuit ad Christi venditionem, vt posset recuperare per hoc valorem vnguenti super caput eius effusi, & hoc est quod dicitur:* Cum autem. *illud fuit factum sexto die ante passionem Christi, vt habetur Ioan. 12. sed hic recolitur à Matthæo, quia fuit occasio venditionis Christi, vt dictum est iam.*

14 In domo. *Iste enim tunc non erat leprosus, quia iam fuerat curatus à Christo, retinuerat tamen nomen leprosi: sicut Matthæus post vocationem ad statum apostolicum adhuc vocabatur Publicanus, vt dictum est supra 10. cap.*

15 Accesit ad eum mulier. *Ista fuit Maria soror Lazari, vt dicitur Ioan. 12.*

16 Habens ala. *Id est, vasculum factum de alabastro, quod est genus marmoris candidi, quia tale vasculum optimè conseruat vnguenta in terra illa, & hoc est quod dicitur:*

17 Vnguenti præ. *Id est, contentiui vnguenti. Aduertendum tamen, quòd vnguentum hic vocatur lachryma fluens de arboribus quæ est multum pretiosa in terra illa: quia valet ad multa medicinalia,*

18 Et effu. *Sicut effunditur aqua rosacea propter refrigerium & odorem.*

✠ Recumbentis.

MORALITER.

✝ 3 *Scitis quia post bi.* Moraliter exponendo Christus post biduum mortis suæ die tertia transiit ad gloriam corporis, & nos eius membra post biduum confessionis & satisfactionis transibimus ad gloriam patris. *Tunc congre. &c.* Sequitur.

11 *Dicebant autem, &c.* Sic hæretici de proditione verbi Dei tractant in occultis, timentes contra se fieri tumultum à Christianis.

15 *Accesit ad eum mu.* 1. Cor. 11. a. dicitur caput Christi Deus, itaque Christi caput vngit qui ad honorem Dei omnia opera sua facit, secundū illud 1. Cor. 10. g. Omnia in gloriā Dei facite.

✝ *Videtes*

humanitatem,pedes. De hoc vnguento in domo Simonis leprosi in Bethania dicunt, & Matthæus & Marcus & Ioannes. Lucas verò aliud dicit simile huic factum ante in domo alterius Simonis Pharisæi non leprosi,neque in Bethania, sed de eadem muliere quæ tunc accessit peccatrix.

✠ AVGVSTINVS. Non sunt ita Dominipedes Mariæ vnguento perfusi,vt luxuriosorum & nequam hominum solent. In omnibus enim talibus non vsurum, sed libido vtentes in culpa est Quisquis enim rebus sic vtitur,vt metas consuetudinis bonorũ inter quos versatur excedat,aut aliquid signat, aut flagitiosus est. Itaq; quod in aliis plerunque personis flagitium est, in diuina vel prophetica persona, magnũ cuiusdam rei signum est. Odor enim bonus fama bona est, quam quisquis bonæ vitæ operibus habuerit, vt dum vestigia Christi sequitur,quasi pedes eius pretiosissimo odore perfundit.

¶Synecdoche.

a caput ipsis recumbentis. Videntes autem discipuli indignati sunt,dicentes,†Vt quid perditio hæc? Potuit enim*istud venundari multò, & dari pauperibus. Sciens autem Iesus, ait illis:Quid molesti estis huic mulieri? Opus enim bonum operata est in me. Nam semper pauperes habetis vobiscum: me autem non semper habebitis. Mittens enim hæc vnguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit. Amen dico vobis:vbicũque prædicatum fuerit hoc euangeliũ in toto mundo,dicetur quod hæc fecit in memoriã eius. †Tũc abiit vnus de duodecim, qui dicebatur Iudas Scarioth ad principes sacerdotũ,& ait illis:Quid vultis mihi dare,& ego vobis eũ tradam? At illi constituerunt ei triginta argenteos.

¶Deuotionis & pietatis.

a ¶ Id est,quocunque se dilatauerit ecclesia. b ¶ Nota notitiam futurorum in Christo.

a ¶ Id est,ecclesia. b ¶ Id est,obsequium quod mihi piè exhibuit. c ¶ Mariæ.

a ¶ Damnum de effusione vnguenti vult magistri precio compensare. ¶Memoria mortis.

a ¶ Idem precium quo Ioseph venditus est à fratribus.

a *Discipuli indignati.* Ioannes dicit hæc Iudam locutum,& hoc gratia cupiditatis,alij potuerunt verbis eius consentire,vel etiã idem dicere:sed propter curam pauperum.

✠ CHRYSOSTOMVS. Quia discipuli audierunt Christum dicentem,Misericordiam volo & non sacrificium, apud se cogitabant,si holocausta non acceptat,multò minus olei vsum.

b *Opus enim bo.* Sicut Maria piæ deuotionis adepta est gloriã, ita è contra Iudas contradicens perfidiæ infamiam, sed dominus qui bona laudat,facendo hæc præterijt.

✠ CHRYSOSTOMVS. Non simpliciter dixit,*bonum opus, &c.* sed prius posuit.*Quid molesti estis,&c.* erudieris nos quodcunque geritur bonum à quocunque,etsi non valdè diligenter factum fuerit,suscipere,fouere &augere,& non ex principio omnem diligentium expetere. Quisquis enim eum interrogasset antequam fecisset hoc mulier,non mandasset hoc fieri,sed post effusum vnguentum, non habebat locum discipulorum increpatio,& ideò hæc dixit in consolationem mulieris.

c *Me au.* Corporali præsentia, alioquin dicit alibi, omnibus diebus vitæ vobiscũ sum vsque ad consummationẽ sęculi.

d *Mittens enim.* Officium est sepulturæ quod vos perditionem esse putatis. Nec mirum, si mihi dat fidei odorem, pro qua mox fusurus sum sanguinem.

e *Amen dico vobis.*

✠ CHRYSOSTOMVS. Ecce quod dixit, factum est. Vbicunque enim terrarum abieris,videbis hanc mulierem famosam. Et regnum quidẽ multorum victoriæ silentur: mulier autẽ hæc oleum effudit in domo leprosi cuiusdam duodecim veris præsentibus,& hoc omnes cruciunt.

f *Tunc abiit.* Præmissa est causa,quæ cõpulit Iudam ad vẽdendum dominum. Cum enim fur esset,& loculos haberet, & vidisset vnguentũ super caput & pedes domini effusum,quod putauerat esse vendendum & precium sibi esse tradendum, vt aliquid inde furaretur,quod perdiderat in effusione vnguenti,voluit recompensare in venditione magistri.

Quando congregati sunt principes. Vbi patet quod non inuitus neque coactus,sed sponte iniit consilium sceleratorum. Quarta feria congregati sunt principes sacerdotum,&c. Iudas accessit, vt venderet magistrum. Et hoc ostendit prophetia Isaiæ,quæ legitur quarta feria vbi dicitur.*Ecce merces eius cum eo.*

g *Quid vultis.* Quasi vile mancipium tradens,ponit in potestate ementium quantum velint dare.

☞ Et *exinde.*

Mar.14.a. Ioan.12.a. c.7.f. Ioan.12.a. Lib.1.de doctrina Christi.cap.12. †Mar.14.a. † Ad quid Hom.81.in Matth. Vbi supra. Infra.28.d. *vnguentũ Ioan.12.a. Hom.81 in Matth. †Mar.14.a. Luc.22.a. 11.q.3.c. abiit Iudas Scarioth Isa.40.c.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Recumbentis.*Id est,residentis in mensa:quia faciebant magnum festum Christo & discipuli eius, & Lazarus qui fuerat resuscitatus ab eo erat vnus de recumbentibus,sicut habetur Io.12.a.*

2 Videntes autem. *Hic ponitur plurale pro singulari secundum communem modum loquendi,quia quod vnus de aliqua societate facit tota societas dicitur facere: Solus enim Iudas murmurauit, vt habetur, expressius Ioan.12.Vel si fortè aliqui cum eo murmurauerunt fuerunt ab eo incitati.*

3 Dicentes vt quid perdi.*Putabat enim Iudas vnguentum perditum propter hoc,quòd non habebat apud se precium.*

4 Potuit enim.*Istud expressius ponitur Ioan.12.a.vbi dicitur, quod poterat vendi pro trecentis denariis.*

5 Et dari pau.*Non dicebat hoc Iudas compatiens pauperibus,vt habetur Ioan.12.sed quia dolebat quod vnguentum non fuerat sibi traditum,vt eius precium sibi retineret,& furaretur.*

6 Sciens au.*Scilicet,malignam Iudæ.*

7 Ait illis,quid molesti estis.*Quasi dicat,sine causa. Cuius ratio subditur.*

8 Opus enim est bonum operari in te.*Quasi dicat,semper potestis recuperare ad faciendum illis eleemosynam.*

9 Me autem non,&c.*Sed contrarium videtur Matth.vlt.d.vbi dicit discipulis suis:* Ecce ego vobiscum sum vsque ad consumma. seculi.*Sed hic intelligitur deesse cum hominibus per gratiam & etiam sacramentaliter in sacramento altaris:sed istis modis non possunt sibi corporalia corporalia obsequia exhiberi,Sequitur.*

10 Mittens enim. *Quasi dicat,in hoc facto præfigurauit sepulturã meam futuram de propinquo,vnde Ioan.12.dicitur quòd præcepit partem vnguenti ad sepulturam suam reseruari:vnde credendum est,quòd hæc mulier hoc fecit edocta à spiritu sancto.Sequitur.*

11 Amen dico vobis. *Hoc est,factum huius mulieris pertinens ad euangelium Christi.*

12 Dicetur & quòd hæc. *Id est,ad laudem eius recitabitur tanquam factum virtuosum:& hoc patet adimpletum.*

13 Tunc abiit. *Hic consequenter describitur venditionis Christi modus & ordo:Et primò quantum ad tempus,cùm dicitur:* Tunc.*Id est feria quarta quando principes sacerdotum fuerunt congregati ad tractandum de morte Christi vt dictum est.* Diuisio.

14 Abiit vnus.*Id est,ex principalibus Christi discipulis.*

15 Qui di.*Hoc dicitur ad differentiam alterius Iudæ qui fuit frater Iacobi minoris. Et notandum quod Scarioth est nomen villæ de qua erat oriundus Iudas proditor:propter quod inde cognominatur.*

16 Ad prin.*Quos audierat esse congregatos ad tractandum de morte Christi.*

17 Quid vultis.*Occultè scilicet,& sine strepitu:propter quod mutauerunt consilium prædictum.*

18 At illi.*Id est,ex pacto firmiter promiserunt.*

19 Triginta argen. *Argenteus nummus valebat decem nummos vsuales,& per consequens triginta argentei valebant trecentos de nummis vsualibus.vt patet manifestè si multiplicentur triginta pro decem: & sic in venditione Christi recuperauit valorem prædicti vnguenti.*

✠ Et exinde

MORALITER.

✠ 2 *Videntes autem.* Per hoc designantur detractores bonorum opera opera denigrantes.

13 *Tunc abiit vnus de duode. &c.* Per istum significatur hæresiarcha,qui verbum Dei promittit tradere in conclaui.

a *Et exinde.* Multi hodie sunt, qui factum Iudæ execrantur,& A idem faciunt. Nam cùm pro munere falsum testimonium dicũt, quia veritatem negant,Deum qui veritas est vendunt,dum charitatem violant,Deum qui charitas est produnt:præsertim cum non ignorantia,sed opportunitate faciendi quæsita hoc faciũt.

b *Prima autem die, &c.* Id est, quartadecima die primi mensis, quando abiecto fermento agnum immolant ad vesperam quod exponit Apostolus: *Et enim pascha no.im.est. &c.* Qui licet die sequenti, id est,15.luna sit crucifixus, tamen ea nocte passionis suæ tentus à Iudæis celebrauit exordium.

1Cor.5.b.

†Mar.14.b. Luc.22.c. Ioan.13.c. B

c *Vbi vis,&c.* Non erat eis certa domus: In quo improbatur ædificatio superfluorum.

d *Ad quem.* Eundem significat,quem Marcus & Lucas dicunt patremfamilias. Qui ergo ait ad quendam,tanquam ex persona sua(& non domini)studio breuitatis illum compendio insinuauit. *Ad quem.* Non ad quemlibet, sed ad aliquem certum, quem ex persona sua loquens rectè posuisset. Modo autem cum verba domini posuit, Ite in ciuitatem: interponit ipse, ad quendam:non quia dominus hoc dixerit,sed vt ipse nobis insinuaret tacito nomine proprio fuisse ibi quendam ad quem mittebantur.

Mar.14.b. Luc.22.a.

✠ Chrysost.

a ¶Quod sine turbis eum tradere posset,quod Lucas apertè ait.

a Et exinde quærebat opportunitatem: vt eum traderet. Pri- 1
a ¶Ecce oportunitas. b ¶Paschæ.
mã autem die azymorum accesserunt discipuli ad Iesum di- 2 3
c centes:Vbi vis paremus tibi comedere pascha? At Iesus dixit: 4
d Ite in ciuitatem ad quemdam,& dicite ei:Magister dicit,tem 5 6
pus meũ propè est,apud te facio pascha cũ discipulis meis. 7
e Et fecerunt discipuli sicut constituit illis Iesus,& parauerunt
a ¶Quando verus sol ad occasum properabat. b ¶Quia eis æternam requiem præparabat, & per eos aliis.
pascha. †Vespere autem facto discumbebat cum duodecim 8
f discipulis suis. Et edentibus illis dixit: Amen dico vobis,quia 9 10 11

✠ Chrysostomvs. Ex hoc manifestum est quoniam non erat ei domus neque tugurium. Ego autem æstimo neque discipulos habuisse. Profectò enim eum rogassent illuc venire. D Hom.82.in Matth.

✠ Hilarivs. Ideò hominem cum quo pascha celebratu rus esset, non nominat, non enim Christiani nominis honor credentibus erat præstitus.

e *Et fece. di. si.* In alio Euangelio scribitur. Inuenerunt cœnaculum gran. stra. Cœnaculum, lex spiritualis est, quæ de angustiis literæ egrediens in sublimi loco recipit Saluatorem. Nam qui literam sequitur in imo pascha facit. Mar.14.b. E

Sed qui aquæ baiulum,id est, præconem gratiæ in domum ecclesiæ sequitur hic per spiritum literam transcendens in alto mentis Christo refectionem parat.

f *Quia vnus.* Qui prædixit de passione, prædicit de proditore, vt videns se non latere pœniteret facti.

Mittit crimen in numero,vt agat conscius pœnitentiam,non tamen designat specialiter,ne impudentior fieret.

✠ Chrysostomvs. Edentibus illis disputat de traditione Iudæ,vt & à tempore & mensa ostendat malitiam proditoris. Hom.82.

☞ *Cœperunt*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et exinde. *Scilicet,temporis & loci.*

2 Vt eum. *Scilicet, occultè:quod adimpleuit in nocte diei sequentis, vt infrà patebit.*

3 Prima autem. *Hic describitur ipsius Christi venditi traditio vbi quatuor tanguntur: quia primò præmittitur paschale conuiuium ad proditoris reuocationem,secundò,instituitur eucharistiæ sacramentum ad fidelium refectionem,ibi:* Cœnantibus autem. *tertiò prædicitur* C *discipulorum scandalum ad ipsorum præmunitionem,ibi.* Tunc dixit illis. *quartò subiungitur Christi desiderium ad nostram redemptionem, ibi:* Tunc venit Iesus: *Dicit ergo sic:* Prima autem. *Ista dies fuit feria quinta,quæ erat vigilia paschæ in qua immolabatur agnus paschalis ad vesperam illius diei,quæ erat dies quartadecima primi mensis: & tunc tenebantur vesci panibus azymis vsque ad vesperam vigesimæ primæ diei eiusdem mensis,vt habetur Exod.12. Aduertendum tamen est, quod Græci dicunt Christum cœnasse cum discipulis suis ante passionem suã tertiadecima die primi mensis,ita quod anticipauit immolationem agni paschalis per vnam diem:quæ præuidebat se passurum in crastinum quando debebat agnus immolari secundùm legem: hoc autem probant ex euangelio.Ioan.18.vbi dicitur quod Iudæi ducentes Christum ad Pilatum,non intrauerunt in prætorium, vt non contaminarentur, sed vt manducarent pascha, ex quo concludunt quod eadem die passus est, in qua immolabant agnum paschalem, scilicet, quartadecima die mensis primi:& per consequens die tertiadecima cœnauit cum apostolis: Ex quo vlteriùs concludunt, quod Christus confecit corpus suum in pane fermentato:quia Iudæi non vescebantur azymis ante vesperam quartædecimæ diei. Ex quo vlterius in tantam insaniam prorumpunt,quod dicũt Matthæum Marcum & Lucam falsum scripsisse:quia describunt Christum cœnasse cum apostolis prima die azymorum,in qua agnus paschalis immolabatur,propter quod dicunt vlterius,quod Ioannes qui scripsit posterior in hoc correxit eos 12.cap.dicens: Ante diem festum paschæ, &c.vbi consequenter agitur,quomodo lauit pedes discipulorũ suorum & eadem nocte traditus est,Sed ista sunt falsa & erronea. Dicere,enim quod in scriptura canonica sit aliquid falsum est erroneum,cum sit tradita à spiritu sancto: & iterùm si concedant esse falsa in aliquo loco, per consequens non potest habere aliquid firmitatis in aliis locis,vt arguit Aug.in epistola ad Hieronymum: Item quod dicunt Christum confecisse in fermentato,hoc est contra Chryso.qui fuit doctor Græcus qui dicit super Mar. Apertissimè Dominus demonstrauit,qui à principio circumcisionis suæ vsque ad diem paschæ extremum non erat contrarius diuinarũ legum. In lege autem præcipiebatur,quod carnes agni paschalis comederent cum panibus azymis,ergo in illa cœna victima in qua confecit corpus suum,erant panes azymi,& propter hoc bene scribit Matthæus,qui scribit:* Prima dies azymorum.&c. *Quod autem arguunt de Ioanne,qui dicit quod Iudæi non introierant prætorium ne impedirentur à manducatione paschæ. Dicendum quod pascha accipitur non pro agno paschali qui fuerat immolatus nocte præcedenti,sed pro azymis panibus quibus vtebantur septem diebus,ad quorum comestionem requirebatur quod homo esset mundus. Ad secundum quod arguunt de euangelio Io.13.a.* Ante diem festum,&c. *dicendum,quod quintadecima dies mensis primi, illa erat dies festiuitatis paschalis,quæ tamen festiuitas incipiebat à vespere diei præcedentis, & propter hoc illa eadem die incipiebant comedere azymos panes in vespere,vt patet ex præ dictis. Ex quo patet,quod Ioannes non contradicit aliis, sed magis conuenit cum eis. sequitur.*

4 Vbi vis pare.tibi.co.pa. *Id est,agnum paschalem?*

5 At Iesus di.in ciui.ad quen. *Matthæus hic loquitur generaliter. quia Christus non expressit illius nomen filius ad quem debebant ire, tamen dedit eis signum.per quod poterant determinatè cognoscere, secundum quod habetur Mar.14.b.vbi dicitur sic:* Occurret vobis homo lagenam aquæ baiulans,sequimini eum:& quocunque introierit,dicite domino domus,&c.

6 Tempus me. *Scilicet,patiendi.*

7 Prope est apud te.fa.pa.cum dis.me. *Quasi dicat,prouide mihi de loco & cibo,vnde creditur quod ille erat discipulus Christi occultus tamen. Patet etiam quod Christus ita pauper erat,quod nec domicilium habebat:nec vnde posset cibum paschalem emere:sequitur.*

8 Vespere au.fa. *Quia illa hora comedendi agnum paschalem.*

9 Discumbebat e.cum duo.di.su. *Ex quo patet.quod quantũ erat in se reuocabat proditorem amore primo,cum esset vnus ex duodecim, & tamen illum non repulit à conuiuio agni paschalis,licet eius proditio non lateret eum.*

10 Et edentibus illis. *Hic secundò reuocat proditorem dolore,præ dicendo coram eo passionem suam,quæ debebat esse discipulis suis materia doloris,& hoc est quod dicitur.*

11 Amen dico vo. quia vnus vestrum. *Id est 12.discipulorum principalium.*

✠ Me tradi.

Scriptura sacra imper mixta est aliqua falsitate.

MORALITER.

✠ 3 *Prima autem die azymo.&c.* Sequitur.

6 *Tempus me. pro.est.apud te fa.pa.* Per hoc autem quod Christus morti propinquus,non solum agnum typicum.sed etiam corpus suum verũ sacramentaliter cum apostolis suis manducauit, ostenditur quod quilibet Christianus periculo mortis imminente,debet si potest sacramentaliter communicare, Sed si non potest,communicet saltem fide, secundùm verbum Aug. Crede & manducasti. *Vespere autem fa.* Sequitur.

10 *Et eden.illisdixit:amen dico vo.quia vnus vestrum me tra.est.* Per

✠ hoc

a *Cœperunt sing.* Quia plus credunt magistro quam sibi: & timentes etiam fragilitatem suam, quærunt de peccato cuius non habent conscientiam.

✠ ORIGENES. Vnusquisque enim discipulorum sciebat ex his quæ docuerat Iesus, quoniã ad malum vertibilis est humana natura, & in colluctatione aduersus rectores huius mundi tenebrarum, ideò vnusquisque eorum timens interrogauit.

Tract.35. in Matth.

b *Qui intingit.* Aliis contristatis & à cibo manum retrahentibus, ea impudentia qua tradidit manum cũ magistro mittit, vt audacia bonã conscientiam mentiretur. Ecce humilitas & patientia, qua proditorem ad mensam admittit.

†tradebat B

†Mar.14.c. Luc.22.b.

✠ ORIGENES. Hæc est autem consuetudo malorum, vt post salem, & panem insidientur hominibus, maximè nihil inimicitiæ ab illis habentibus.

Tract.35. in Matth. †Mar.14.c. Luc.22.b. 1.Cor.11.f. Quare Christus corpus suum dederit Iudæ.

c *In paro.* Marcus in catino, Paropsis est vas escarum quadrangulum à paribus absidibus, id est, ab æquis lateribus dictum: Catinum vas fictile aptum ad amittendum liquorem, & potuit fieri vt mensa fictile vas & quadrangulum contineret.

Pœna prædicitur, vt quem pudor non vicerat: corrigant denunciata supplicia.

d *Bonum e.ei.* Multò melius esset omninò non esse, quam malè esse, vsitatè & simpliciter hoc dicit. Non potest enim ei bene esse qui non est. An diabolo dicit non nasci ad peccatum: an etiam bonum illi erat vt Christo nasceretur per vocationem, vt non esset apostata per proditionem. Vel solemus dicere simpliciter, melius esset non esse, quàm malè esse.

C ✠ CHRYSOST.

✠ CHRYSOSTOMVS. Quamuis scriptum fuerit passurum esse Christum, nihilominus tamen incusatur Iudas. Non enim traditio Iudæ salutem nostram operata est, sed sapientia Christi qui aliorũ nequitiis ad id quod nobis expediebat, vtebatur.

D Hom.82. in Matth.

e *Rabbi.* Alij dicunt, domine. iste rabbi. Quasi minus peccatum habens prodere magistrum quam dominum, vel blandiẽdo.

f *Nunquid ego sum.*

Tractat.35. in Matth.

✠ ORIGENES. Iudas post omnium Apostolorum interrogationes, & post Christi narrationem de ipso, vix aliquando ipse interrogauit versuto consilio, vt similia cæteris interrogãdo, celaret proditionis consilium. Nam vera tristitia nõ sustinet moram.

† catino

E

g *Tu dixi.* Nec hic apertè dicitur, an ipse esset: Potest enim intelligi, quasi dicat, non ego dixi.

† gratias egit

h *Cœnantibus autem, &c.* Finitis solennibus gaudiis veteris paschæ quæ in memoriam liberationis populi Dei de Ægypto agebantur, transit ad nouum quod in sui memoriam, ecclesiam frequentare volebat. Vt videlicet pro carne agni ac sanguine, sui corporis ac sanguinis sacramentum substitueret: Ipsumque esse monstraret, cui iurauit dominus & non pœnitebit eum: tu es sacerdos, &c.

Psal. 109.a

i *Accepit.* HIERONYMVS. Postquam typicum pascha fuerat impletum, & agni carnes cum apostolis comederat, assumit panem.

k *Et bene.ac f.* Quia hominem assumptum ita morti subdidit, vt ei immortalitatis potentiam inesse: & ideò citò resurrecturũ

F ☞ esse

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Me tradi. & contri.val. *Non solum propter mortem magistri sui futuram contristati sunt sed quia quilibet timebat de se ne esset ille qui debebat eum tradere, propter quod.*

2 Cœpe.sin.di. nunquid ego sum do. *Quia quilibet debet sibi timere de peccato futuro quantumcunque sit sanctus.*

3 At ipse resp.ait: Qui intin.me.m.in pa.hic me tra. *Per hoc non poterant perpendere quis esset determinatè, quia omnes comedebant in eodem vase, in quo erant carnes agni paschalis positæ.*

4 Filius qui ho.va. *Ad passionem scilicet.*

5 Sicut scri.est de il. *Isa.53.c.vbi dicitur sic, tanquam ouis ad occisionem ducetur, &c. & Dan.9. Post hebdomadas 72. occidetur Christus & in pluribus aliis locis simile habetur.*

6 Væ au. *Hic tertio reuocat proditorem timore, prædicendo ei pœnam damnationis suæ di.* Væ autem hom.il. per quem fi. ho.tra.

7 Bonum erat ei si na.non fuis.homo ille. *Minus enim malum, accipitur hic pro bono. Minus autem malum est non esse simpliciter, quã esse damnatum: quia etsi non sit minus malum ratione pœnæ adiunctæ, quæ non priuat totum esse creatum: minus tamen malum est ratione culpæ mortalis, quæ inseparabiliter adhæret damnatis: & ipsa non solũ priuat quoddam esse creatum sicut pœna, sed etiam priuat bonum infinitum, scilicet, diuinum, propter quod esset miserum miseria culpæ mortalis æternaliter, hoc est peius quam sit non esse simpliciter.*

8 Respondens au. Iu. *Hic quarto reuocat proditorem pudore, quia illi ostendit se suam proditionem cognoscere, & hoc est quod dicitur:* Respon.au.Iu.qui t.eum di. Nunquid ego sum rab. *Si enim Iudas aliis de hoc quærentibus tacuisset, reddidisset se eis suspectum.*

9 Ait il.tu.d. *Et in hoc delictum suum aliis non publicauit, sed conscientiæ Iudæ significauit se eius delictum scire. Poterat enim per hoc verbum mentem Iudæ sic mouere, quod alios latebat.*

10 Cœnantibus au. *Hic instruitur eucharistiæ, sacramentum ad dominicæ passionis recordationem. Et diuiditur in tres partes, quia primò describitur huius sacramenti institutio. secundo, prædicatur immortalis vitæ inchoatio ibi:* Dico autem vobis. *tertiò, pro vtroque reddi tur gratiarum actio: ibi:* Et hymno dicto, *Circa primum aduertendum, quòd istud sacramentum duplici sub specie institutum est, scilicet, panis & vini: quia panis conuertitur in corpus Christi, & vinum in sanguinem, & istæ conuersiones fiunt separatim, quia Christi sanguis fuit separatus à corpore vel à carne in passione. Hoc autem sacramentum, vt dictum est, institutum est, quasi quoddam memoriale illius passionis: & ideò consecratio carnis & sanguinis fit sub speciebus distinctis.*

Diuisio.

Sacramentũ eucharistiæ quare sub specie panis & vini.

Considerandum etiam, quod sub vtraque specie est totus Christus, quia sub specie panis est totum corpus ex vi conuersionis vel sacramenti, sanguis autem & anima & diuinitas sunt ibi ex concomitantia naturali & inseparabili. Similiter sub specie vini sanguis tantum est, ibi ex vi sacramẽti, cætera autem ex concomitantia, vt diffusiùs tractatur. 4. sententiarum. Dicit ergo: Cœnant au.il. *Id est, postquam comederant carnes agni paschalis, antequam surgerent de cœna.*

11 Acce.Ie. *Quia vbi terminatur figura, ibi debet incipere veritas: agnus autem paschalis erat figura huius sacramenti: & ideò institutum est post comestionem agni.*

12 Et bene. *In hoc dedit nobis exemplum, quod ante sumptionem huius sacramenti debet mens eleuari in Deum.*

13 Deditq;. *Inter quos erat Iudas, vt dicunt sancti communiter, licet Hilarius dicat contrarium. Ratio autem quare Christus dedit ei corpus suum, fuit, quia peccatum eius erat discipulis aliis occultum: & propter hoc in ecclesia obseruatur, q̃ peccatori occulto eucharistia non negatur.*

14 Et ait. Ac. & co.h.est cor m. *Si enim verbum Christi tantæ est virtutis, quod fecit de nihilo omne m creaturam, non est mirum, si vnam creaturam conuertit in aliam.*

15 Et ac.ca. *Separatim consecrabat sanguinem à corpore ratione prædicta.*

✠ Gratias

MORALITER.

† hoc quod in cœna pœnitentiam proditoris denunciauit, significauit, quod proditiones innocentium frequenter fiunt in conuiuiis, scilicet, per venenum. *Cœnantibus autem il.acce.Iesus panem* AVGVSTINVS. De vno pane Petrus accepit & Iudas, sed Petrus ad vitam, Iudas ad mortem.

15 *Et acci.* Ad significandum perfectam animæ refectionem

esse monstraret. *Fregit.* vt ostendat corporis sui fractionem non
A sine sua sponte fore. Benedixit prius, quia naturam quam assum
pſit cum patre & spiritusancto, gratia diuinæ virtutis impleuit.

Ideò post cœnam corpus suum dedit, quia necesse erat Pa
scha typicum prius consummari, & sic veteri Paschæ sacramen
ta post substitui. Nos verò pro reuerentia tanti sacramẽti priùs reficimur dominicæ
a passionis sacramentis, quam corporalibus escis.

a *Gratias egit.* Ostendit quod quisque facere debet in flagello culpæ propriæ, cum ipse æquanimiter tulit alienæ: quia panis corpus confirmat, vinum sanguinem operatur.

a ¶ Inter aduersa. b ¶ Ipse æqualis Deo patri, quid ergo subditus faciet?

a calicem grãtias egit, & dedit illis dicens: Bibite ex hoc om- 1

a ¶ Dedicator. b ¶ Non veteris, quod sanguine hircorum dedicatum est.
c ¶ Quia impossibile est sanguine hircorum peccata auferri.

b nes: Hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro mul 2 3

a ¶ Mortalitatem bibit Christus, & legis vetustatem, dum ei placuit. d ¶ Quod est mortalitas & passibilitas.
c ¶ Est humanitatis.

tis effundetur in remissionem peccatorum. † Dico autem vo- 4

b bis, non bibam amodo de hoc genimine uitis, vsque in diem 5 6

Mystice. Hoc ad corpus, illud ad sanguinem Christi refertur. Verum nec panis sine aqua conficitur, nec vinum sine aqua offertur: per aquam populus signatur, qui nec sine Chri
B sti passione saluatur, nec sine eius amore Christus passus est. Oportet ergo vt nos ei vniamur, vt ipse in nobis maneat, & nos in ipso.

Catechesi 4. b *Hic est enim sanguis.* ✠ Cyrillvs Ierosolymit. Cũ Christus tam asseueranter dixerit, *hic est sanguis meus*, quis vnquam dubitauerit, vt dicat non esse eius sanguinem? Aquam olim in vinum conuertit in Cana Galileæ, quod cum quadam habeat cum sanguine propinquitatem, facilè in illum transmutatur. Etenim parũ dignũ existimabimus, cui credamus quod vinũ in sanguinẽ transmutet? Nã in specie panis, dat nobis corpus & in specie vini dat nobis sanguinẽ, vt cũ sumpseris, gustes corpus & sanguinem Christi factus eiusdẽ corporis & sanguinis particeps. Sic enim efficimur Christophori, hoc est, Christũ in corporibus nostris ferentes, cum corpus eius & sanguinẽ in membra nostra recipimus. Quamobrem non sic attendas velim tanquam sint nudus & simplex panis, nudũ & simplex vinum, corpus enim sunt & sanguis Christi. Nam etsi sensus aliud tibi renunciat, fides tamen te confirmet ne iudices rem ex gustu.

In ancora- tu. ✠ Epyphanivs. Videmus quod accepit Saluator in manus suas, veluti euangelium habet, quod surrexit in cœna & accepit hæc, & vbi gratias egisset, dixit: hoc meum est, hoc & hoc.
C Et videmus quod non æquale est, neque simile, non imagini in carne, non inuisibili deitati, non lineamentis membrorum. Hoc enim est rotundæ formæ & insensibile, quantum ad potentiam Et voluit per gratiam dicere, hoc meum est, hoc & hoc, & nemo non fidem habet sermoni. Qui enim non credit esse ipsum verum: sicut dixit, is excidit à gratia & salute.

Lib. 4. de sacramentis cap. 5. ✠ Ambrosivs. Ipse Dominus Iesus testificatur nobis quod corpus suum accipiamus & sanguinem, nunquid debemus de eius fide & testificatione dubitare.

✠ Chrysostomvs. Quoniam ille dixit, *Hoc est corpus meum*, nulla teneamur ambiguitate, sed credamus, & oculis intellectus intueamur. Vestimenta eius desideras videre, ipse verò seipsum tibi tradidit, non vt videas solum, verumetiam vt tangas & in te habeas.

Lib 3. de sacerdotio. ✠ Idem. O miraculum, ô Dei benignitatem! qui cum patre sursum sedet, in illo ipso temporis articulo omnium manibus pertractatur, ac se ipse tradit volentibus ipsum excipere ac complecti.

In epist. ad Calosyriũ. ✠ Cyrillvs Alexand. Ne dubites an hoc verum sit, eò manifestè dicente, *hoc est corpus meum*, sed suscipe potius ve
Saluatoris Saluatoris in fide nec dubites. D

In Matth. ✠ Evthymivs. Non dixit Christus hæc sunt signa corpus meum & sanguis meus. Oportet ergo non ad naturam eorum quæ proponuntur aspicere, sed ad virtutem eorũ. Quemadmodũ enim supernaturaliter assumptam carnem deificauit, (si ita loqui liceat) ita & hęc ineffabiliter transmutat, in ipsum viuificũ corpus suum, & in ipsum pretiosum sanguinem, & in gratiam ipsorũ. † Mat. 14. c.

In dialogo Erauiste. ✠ Theodoretvs Erauistes. Quid æstimas donum altaris quod per sacerdotis inuocationem offertur? *Orthodoxus.* Ego cibum & potum vt ex sui natura est iudico. Erauistes. Sed quid facta sanctificatione reputas? *Orthodoxus.* Corpus & sanguinem Christi.

In Matth. ✠ Theophylactvs. Cum benedixisset, hoc est, gratias egisset, fregit panem, id quod nos etiam facimus, preces adiungendo. *Hoc est corpus meum.* hoc, inquam, quod sumis. Nõ enim figura tantum & exemplar corporis Domini, panis est, sed in E illud ipsum conuertitur corpus Christi.

Lib. 4. de fi. de cap. 14. ✠ Damascenvs. Si volens ipse Deus verbum factus est homo, & ex sanctæ virginis purissimis & illibatissimis sanguinibus in seipso sine semine carnem sustentauit, non potest panem suiipsius corpus facere, & vinum & aquam & sanguinem? Dixit in principio. Producat terra herbam virentem, & vsque nunc pluuia facta producit germina, diuino coadiuta præcepto dixit Deus: *Hoc est corpus meum*: & *hic est sanguis meus, & hoc facite in meam commemorationem*, & omnipotenti eius præcepto donec veniat efficitur. Sic panis & vinum & aqua per inuocationem & aduentum Spiritus sancti, supernaturaliter transmutatur in corpus & sanguinem Christi, & non sunt duo, sed vnum & idem. Non est figura panis, & vinum corporis & sanguinis Christi, absit enim hoc: sed est ipsum corpus Domini deificatum, ipso Domino dicente, Hoc est meum corpus non figura corporis sed corpus: & non figura sanguinis sed sanguis.

Lib. de corpore & sanguine Domini. F ✠ Paschasivs. Audiant qui volunt extenuare hoc verbum *corpus*, quod non sit vera carne Christi, quæ nunc in sacramento celebratur. Nescio quid volentes fugere, quasi quædam virtus sit carnis, cum ipsa veritas dicat, *hoc est corpus meum.*

c *Non bibam.* Non delectabor ceremoniis huius populi, in quibus sacra paschalis agni præcipua sunt.

Post passionem non assumam carnem, donec assumam eam nouam quæ modo mortalis est.

d *De hoc genimine.* Vitis est humana natura, genimina eius mortalitas, & legis vetustas. Mortalitatem bibit Christus, & legis vetustatem, dum ipsi placuit, & ipse obseruando impleuit. De genimine vitis eiusdem bibit in resurrectione factus immortalis, quia immortalitas est genimen illius vitis, quam in resurrectione bibent sui. Ideò dixit vobiscum. Immortalitate enim resurrectionis eadem remanebit substantia, & si qualitas sit mutata. Si autem vitem de cuius vetustate non passionis calicem bibit, Iudæos accipis, signat etiam gentem ad corpus Christi per nouitatem viæ accessuram, cum post gentes ingressas omnis Israel saluus fiet.

Vinea domini Sabaoth domus Israel est, de qua semper bibit, quia Isa. 5. b. non defuerunt aliqui quorum pietate delectaretur, sed passio domino tempus erat, vt illa legalis obseruantia cessaret, & in spiritum transiret.

☞ *Nouum*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Gratias egit. *Eadem ratione, sicut in consecratione corporis dictum est: sequitur.*

2 Hic est e. *Id est, ad confirmationem no. Te. quia sicut ve Te. confirmatum est in sanguine animalium immolatorum, vt habetur Exod. 24. ita nouum Te. sanguine Christi confirmatum est. In quo apparet excellentiam no. Te. respectu veteris, vt arguit Apostolus ad Heb. 9.*

3 Qui pro me. f. *Dicit autem pro multis, quia sanguis Christi pro omnibus effusus fuit quantum ad sufficientiam, quantum autem ad efficaciam, non fuit effusus pro omnibus.*

4 Dico au. *Hic consequenter prædicitur æternæ vitæ inchoatio: quia perceptio huius sacramenti dat vitam æternam, secundum quod dicit Saluator Ioan. 6. f. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam. Dicit ergo:* Dico au.vo. *hoc est ab hora qua instituit hoc sacramentum.*

5 De hoc gen. *hoc est de vino quod generat in vitæ.*

6 Vsque in. *Id est, in nouo modo, hoc fuit impletum, quando post resurrectionem suam comedit & bibit cũ apostolis suis ad declarationem suæ resurrectionis: vt habetur Luc. vlti. Et tunc bibit nouo modo, quia corpus suum non erat tunc passibile & mortale, sed gloriosum, non indigens cibo vel potu: sed solum comedit ad declarandum veritatem suæ resurrectionis: vt dictu est.*

✠ In

MORALITER.

✠ sicut ex cibo & potu vt perfecta corporis refectio, separatum tamen fecit corporis & sanguinis consecrationem, quia sanguis

¶ Genimen. ¶ Immortalis & impassibilis.

a illum,cum illud bibam vobiscũ nouũm in regno patris mei. 1

¶ Spirituali cibo pastus debet conscendere ad montem virtutum quibus vngatur vel reficiatur.

b †Et hymno dicto exiẽrunt in montem † Oliueti. Tunc dicit 2
c illis Iesus:†Omnes vos scandalum patiemini in me in ista no 3
d 4
¶ Id est,in ista tribulatione. ¶ Nocti congruit scandalum.
b ¶ In Zacharia:Percute pastorem,ex persona prophetæ. c ¶ Ab vnitate fidei soluentur. 5
ctẽ. Scriptum ẽst enim. † Percutiam pastorem,& dispergen- 6
e tur oues gregis.Postquam autem resurrexero,prȩcedam vos 7
f in Galilæam.†Respondens autem Petrus,ait illi.Et si omnes 8
g scandalizati fuerint in te,ego nũquam scandalizabor,Ait illi 9 10 11
¶ Petrus ex ardore promittit,Christus vt Deus ventura prædicit.
a ¶ Marcus dicit; Antequam gallus bis vocem dederit:cæteri.Antequam gallus cantet. 12
h Iesus, Amẽ dico tibi:quia in hac nocte antequã gallus cãtet, 13
a ¶ Timor erit causa ter me negandi. b ¶ Intellexit enim quod timore mortis prædiceret eum negaturum. 14 15
ter me negabis. † Ait illi Petrus: Etiamsi oportuerit me mori 16

a *Nouum in re.pa.* Dicens illud *nouum*,hoc vetus,ostendit corpus:scilicet,de veteri Adam quod immortalitate immutabitur *Vobiscum*: per hoc & suis immortalitas promittitur, & si non eodem tempore, *De hoc genimine*,quia eadem corpora resurrectura. Erit autem dies meæ resurrectionis, cum in regno Dei, id est,immortalitatis gloria sublimatus, de salute eiusdẽ populi spirituali gratia regenerati,nouo vobiscum gaudio perfundar.

b *Et hym.* Hæc est quod Psalmus dicit: *Edent pauperes & saturabuntur,&c.* Vel hymnum secundùm Ioann. patri gratias agens cantabat in quo pro se & discipulis & credituris precabatur.

✠ CHRYSOST. Audiant qui velut porci simpliciter manducantes cum ebrietate surgunt, cum deceret gratias agere, & in hymnum mensam definere. Audiant quicunque vltimam orationem in sacris mysteriis non expectant.

c *Exierunt in mon.* Vt per sacramentorum perceptionem & suam intercessionem ad altiora charismata quibus corde perungamur nos conscendere doceat:vbi laboris refectio, doloris solatium.

d *Omnes vos scandalum pati.* Prædicit illis quid passuri sunt, vt post eum tum non desperent,sed pœnitentia liberentur.

✠ CHRYSOSTOMVS. Docet nos quales ante crucem fuerunt discipuli, & quales post crucem. Etenim qui neque cum Christo dum crucifigebatur,stare poterant,post mortem Christi adamante fuerunt fortiores.

e *Postquam.* Sicut prædixit locum passionis, sic prædicit locum resurrectionis,vt sicut sunt tristes ex passione,sic lætentur glorificati resurrectione vel visione.

f *Præcedam vos, &c.* Vt infirmitatem eorum, sponsione reditus sui consolaretur.

g *Et si omnes.* Non est mendacium nec temeritas, sed fides & ardens dilectio, intãtum vt imbecillitatem suã & fidem verborum Dei, non contueretur.

h *Antequam gallus.* Tres ita simpliciter, solus Marcus antequam gallus bis vocem dederit. Tertia negatio Petri,si tota post primum galli cantũ inciperet,mẽtiri viderentur tres qui dicũt, *Antequam gal. cantum.* Item si tota ante, superfluè diceret Marcus antequam bis cantet. Sed quia ante primum cœpta, attenderunt illi tres,non quando completurus esset eam,sed quanta futura esset quandocumque incœpta,vel tota in animo timẽtis Petri peracta est ante primum cantum: quanuis verbis ante primum cœpta,ante secundum peracta sit. Tantus enim timor mentem eius inuaserat, qui ter negare faceret. Matthæus & Marcus negationen Petri subnectunt,postquam Iesus egressus est de domo, vbi manducauit pascha.Lucas & Ioannes,antequam inde egressus esset Iesus, Sed facile intelligimus illos recapitulasse, vel istos præoccupasse, nisi magis moueret,q; tam diuersa non modo verba,sed etiam sententias domini præmittunt:quibus permotus Petrus illam præsumptionem præferet moriẽdi,vt magis cogant intelligi ter illũ expressisse præsumptionẽ suãdiuersis locisad sermones Christi,&ter illaà domino

☞ responsum,

†Matt.14.c 44 dist. c. quando. 1. de con.dist. d.c.de hymnis. Psal.21.f. Ioan.11.e.

†Mar.14.c. Ioan.13.d.

Hom.83.in Matth. †Mar.14.d. Luc.22.d.

†Oliuarum

† Mar.14.c

†Zach.13.c Mar.14.d.

Ibidem

Luc.22.d. Ioan.18.a.

C NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 In re.pa. *Id est, ego tunc existens in regno patris mei bibam tunc vobiscum modo prædicto,licet enim Christus fuerit beatus ex parte animæ ab instanti conceptionis,ex parte tamen corporis erat viator & passibilis ante resurrectionem suam,sed completa resurrectione fuit beatus in anima & in corpore.*

2 Et hymno. *Hic consequenter ponitur pro prædictis gratiarum actio.Dicit ergo,* Et hymno. *Id est,cantico diuinæ laudis.* Dicto. *pro sacramenti institutione & nouæ vitæ denunciatione,scilicet,in loco,vbi ista erant facta.*

3 Exierunt in mon. *Hoc est versus montem Oliueti, quia locus ad quem Christus exiit, & in quo fuit captus, erat situs in pede montis Oliueti,vt dictum est.*

4 Tu nc di.il. *Hic prædicitur discipulorum scandalum ad eorum præmunitionem,& primò prædicitur in generali respectu omnium,secũdo,in speciali respectu Petri,ibi:*Respondens autem. *Dicit igitur.*

5 Omnes vos scan. *Id est,ruinam in peccatum.*

6 In me. *Id est,recedentes à me propter timorem humanum.*

7 In ista nocte. *Futura enim contingentia prædicit eis certitudinaliter,& determinato tempore,vt cognoscant ipsum esse Deum,qui potest talia cognoscere propria virtute.*

8 Scriptum est. *Zach.13.*

9 Percu.pa. *Id est,Christum.*

10 Et dispergentur oues. *Id est,discipuli ex timore fugientes. Aduertendum tamen, quod Zach.13.mutantur verba,licet sit eadem sententia:quia ibi ponitur prophetia ac si propheta loquatur ad dominum di.Percute pastorem,&c.hic autem ponitur,ac si dominus loquatur di.* Percutiam pa. *quia idem est verbum domini & prophetæ licet diuersimo dè:quia ipsius domini principaliter & ipsius prophetæ instrumentaliter.*

mentaliter

11 Postquam autem re. *Hoc addit, ad consolationem eorum vt qui audita eius morte erant desolati audita eius futura resurrectione essent aliqualiter consolati.*

12 Præcedam vos in Gali. *Non solum promittit eis visionem suam in beatitudine& in loco multum distanti sed in propinqua regione,scilicet,in Galilæa.*

13 Respondens autem. *Hic specialiter prædicit scandalum Petri* Respondens autem Pe. *quia erat cæteris feruentior.*

14 Ait illi,& si omnes. *In hoc non mentiebatur,quia sic habebat,in mente,sed præsumptuosè loquebatur non considerans debilitatem fragilitatis suæ:propter quod grauius cæteris permissus est cadere:& iterum quia futurus erat pastor ecclesiæ,vt ex suo casu sciret aliis cõdescendere.*

15 Ait il.Ie.Amen di.ti.quia in hac. *Mar.14.c.dicitur expressius. Antequam gallus bis vocem dederit, ter me es negaturus. Augustinus: in lib.de concordia euangelistarum dicit quod tertia negatio Petri fuit nchoata etiam ante primum cantum galli,antequam tamen esset consummata gallus cantauit,quia negatio secundum totalitatem suam accepta habet aliquem tactum temporis,in hoc enim includitur verbum illorum qui dicebant Petro:Tu es ex illis,& argumentum quod adducebant ex loquela eius:& negatio Petri sequens:& sic patet quod bene potuit inchoari illa negatio antequam gallus primò cantaret & post terminari.Matthæus ergo Lucas & Ioannes qui dicunt Petrum ter negasse Christum,ante primum gallicantum : loquuntur habendo respectum ad negationis inchoationem.Marcus autem qui dicit tertiam negationem Petri esse post primum gallicantum,& ante secundum,loquitur habendo respectum ad negationis consummationem.*

16 Ait il.Pet.etiam si opor. *Petrus & alij discipuli hoc dicendo non dixerunt mendacium ,quia sic cogitabant fore dixerunt tamen falsum quia contrarium accidit.*

✠ Tunc

MORALITER.

✠ sanguis eius erat in cruce à corpore separandus.

2 *Et hym.* Meritò de tanto cõuiuio gratię reddendę erãt Deo.

4 *Tunc di.il. &c. Res.au.p.* REMIGIVS. Quod ille prædixit præuidendo,ipse denegat amando.Vbi moraliter instruimur, vt quantum confidimus de fidei feruore, tantum timeamus de humana

humana fragilitate:videtur tamen Petrus accusabilis,quia contradixit,& quoinam aliis se præposuit di.

14 *Et si.o.scan.* Et tertiò quoniam totum sibi attribuit,scilicet quòd esset fortiter perseueraturus,vt hoc igitur in eo sanaret, permisit fieri casum eius,non impellens ad negandum,sed eum sibi deserens,& humanam naturam de fragilitate conuincens,

☞ responsum, quòd eum ante galli cantum esse negaturus sicut
A post resurrectionem anse amaret ter interrogauit & ter de pascendis quibus praecepit.

Ante gallicantum id est, crescentibus tenebris negat post gallicinium, id est, luce vicina culpam lachrymis lauat.

a *In vil. quæ dicitur Gethse.* Lucas, in mõtem Oliuarum Ioannes, trans torrentem Cedron: quod idem est: quia Gethsemani locus in quo orauit est ad radicem montis Oliueti vbi est ortus. Gethsemani interpretatur vallis pinguium: & lota & tẽpora plena sunt figuris. Cum in monte orat, sursum nos habere cor in oratione docet. Cum in valle: & hoc in valle pinguium, docet
B in oratione humilitatem' & internæ pinguedinem dilectionis esse seruandam.

b *Et orem.* Proxima morte aptè orat in valle pinguedinis, quia per humilitatem & charitatis pinguedinem pro nobis subiit mortem.

✠ ORIGENES. Non conueniebat vt ibi caperentur, vbi cum discipulis manducauerat pascha: conueniebat autem priùs quàm proderetur, orare, & eligere locum mundum aptúmque ad orationem.

✠ DAMASCENVS. Cũ oratio sit ascensus intellectus in Deum, vel petitio decentium à Deo, qualiter Christus orabat? Neque enim ascensione intellectus ad Deum indigebat. Sed formans in seipso quod nostrum est, docuit nos à patre petere & ad ipsum extendi. Sicut enim passiones sustinuit, vt triumphũ nobis aduersus eas victoriam tribueret, ita erat nobis viam faciens ad ipsam quæ ad Deum est, ascensionem.

c *Cœpit contristari.* Non timore passionis, qui ad hoc venerat, sed pro scandalo apostolorum & perditione impiorum.

HIERONYMVS. Cœpit contristari, vt veritatem assumpti hominis probaret. Verè contristatus est, sed non passio eius animo dominatur: verum propassio est, vnde ait: cœpit cõtristari. D
Contristatur autem non timore patiendi, qui ad hoc venerat, sed propter infœlicem Iudam & scandalum apostolorum & electionẽ Iudæorum & euersionem Ieruslem.

d *Tristis.* Anima est quæ timet & tristatur. Petrus inferior non timet dicens, animam meam ponam pro te: quia vt homo vim mortis ignorat. Christus timet quia vt Deus in corpore constitutus fragilitatem carnis exponit, qui corpus suscepit omnia debuit sub re quæ corporis sunt.

e *Vsque ad mortem.* HILARIVS. Non propter mortem sed donec apostolos sua liberet passione. Nõ mors sed tempus mortis in metu est, quia post virtutem resurrectionis, fides est firmanda credentiũ.

✠ DAMASCENVS. Naturales nostræ passiones secundùm naturam & suprà naturam fuerunt in Christo. Secundùm naturam enim, quia permittebat carni pati quæ propria: super naturam autem, quia non præcedebant in eo voluntatem naturalis, nihil enim coactum in Christo consideratur, sed omnia voluntaria, volens enim esuriuit, timuit & contristatus est. E

✠ ORIGENES. Tristis est, &c. Q.d. Tristitia cœpta est in me, non semper, sed vsque ad mortem tempus mortis, vt cum mortuus fuero peccato, moriar vniuersæ tristitiæ, cuius principium tantum fuit in me.

f *Et progressus pusillum, &c.* ✠ ORIGENES. Petrum magis de se confidentem, & alios adduxit, vt videant cadentem in faciem, & orantem, & discant non magna, sed humilia de se sapere, nec veloces esse ad promittendum, sed soliciti ad orandum.

g *Si possibile est.* Hoc non pro timore, sed pro misericordia, ne Iudęi qui excusationem ignorãtiæ non habent, me occidãt: vn de ait iste. i. populi Iudęorũ, nõ simpliciter calix: *Si pos. est.* vt sine interitu Iudæorũ credãt Gentiles, passionẽ recuso. S in autẽ: illi excæcandi sunt, vt gẽtes intrent: fiat. non mea, sed tua voluntas.

☞ *Non*

C NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Tunc ve. Ie. *Hic consequenter ostenditur Christi desiderium ad nostram redemptionem. Quod ostendit tripliciter Christus. Primò anxiando, secundò orando, ibi:* Et progressus pusillum. *tertio proditori occurrendo, ibi:* Ecce appropinquabit. *Circa primum aduertendum, quod anxietas animi est passio causata ex apprehensione magni mali de proximo imminentis impossibilis ad euadendum. Christus autem videbat mortem acerbissimam sibi de proximo imminentem & non euasibilem: quia sciebat hoc esse determinatum à Deo patre, à cuius determinatione non poterat declinare cùm non posset peccare. Ista tamen necessitas libertatem arbitrij non tollebat. Igitur ex tali morte sic imminente Christus habebat materiam maximæ anxietatis. Item pars sensitiua non alleuiabatur à tali anxietate ex contemplatione diuinæ essentiæ seu prõptitudine voluntatis: quæ erat in superiori parte animæ, quia diuina virtute fiebat, vt ex superiori parte animæ nõ fieret influentia in inferiorẽ, vt sic esset ibi dolor partis sensitiuæ maximus ad nostram redẽptionem. Ex quo ergo ex tali anxietate Christus non fugiebat sed magis venit ad locum, vbi proditorem venturum sciebat, ostendit desideriũ ad nostram redemptionem, & hoc est quod dicitur hic:* Tunc ve. Ie. cum il. *id est, discipulis suis.*

2 In vil. *Illa enim villa erat sita in pede montis Oliueti, & propter hoc dicitur Luc. 22. quod venit in montem Oliuarum. In fine etiam illius villæ erat quidam hortus contemplationi aptus & illuc intrauit Iesus, vt dicitur Ioan. 18. & est vltra torrentem Cedron, vt dicitur ibidem, quia vallis Iosaphat est inter media inter montem Oliueti & ciuitatem Ieruslem, torrens autem Cedron currit per mediũ illiũ vallis, & sic patet quod euangelistæ concordant de loco, licet ipsum diuersimodè nominent.* F

3 Et dixit disci. su. se. hic. *Hoc dixit octo apostolis, quia Iudas non erat ibi, & tres secum duxit, vnde sequitur.*

4 Et assumpto Petro & duo filij Ze. *Isti enim tres erant magis familiares ipsi Christo, & ad eius secreta magis admittebantur quam alij. Ratio autem tacta est suprà 17.*

5 Cœpit contri. & me. esse. *Hoc fuit ad ostendendum veritatem humanæ naturæ. Et quod ista tristicia fuerit maxima. subditur.*

6 Tristis est anima mea vsque ad m. *Et potest hi vsque accipi dupliciter. Vno modo intensiuè, quia tantum intensa erat quantũ poterat esse vt visum est. Alio modo extensiuè, quia durauit vsq; ad horã mortis.*

7 Sustinete hic & vigilate me. *Tanquam amici speciales qui debent in angustiis amicis assistere.*

8 Et progressus. *Hic ostenditur Christi desiderium ad nostram redemptionem, quia per orationẽ offerebat spiritum Deo patri pro nobis: Quæ quidem oratio ostenditur perfecta qui solitaria, cum dicitur:* Et progressus pu. *recedens aliquantulum à prædictis tribus apostolis: quia oratio est eleuatio mentis in deum, quod melius fit quando homo est sequestratus ab aliis. Secundò, quia humilis, quod notatur cum dicitur* Procedit in faci. suam. *Tertio, quia deuota. cum dicit,* Pater mi. *Quarto, quia recta: quia noluit contraire prædestinationi diuinæ quod notatur cum dicitur.* Oratio quo modo & vbi fieri debeat.

9 Si possi. est. *Sed voluntatem suam supponit voluntati diuinæ di.*

✠ Verumtamen

MORALITER.

✝ 1 *Tunc ve. Ie, cum il. in vil. quæ di. Gethse.* Quæ interpretatur vallis pinguedinis. REMIGIVS. Pulchrè appropinquans passioni in valle pinguedinis orasse dicitur, vt demonstraret quod per vallem humilitatis & per pinguedinem charitatis mortem pro nobis suscepit. Moraliter etiam nos instruxit, vt non gestemus cor aridum à pinguedine charitatis.

4 *Sedete hic dum vadam illuc & orem.* CHRYSOSTOMVS. Consuetudo illi erat sine discipulis orare, hoc aut faciebat erudiẽs nos in orationibus quietem constituere, & solitudinem quærere.

† *Transeat à me calix iste.* HILARIVS. Pro his orat, qui post se passuri erant, di. *Transeat à me ca.* Id est, quomodo à me bibitur ita ab eis bibatur, sine differentia spei metúque mortis.

✝ *Verumtamen*

† *Sedete*

† Gessemani.

† Mœsta Ioan. 12. d. De celebra. miss. c. in quadam

† Mar. 14. d.

Luc. 22. d. Ioan. 18. a. † predium

† Manete

Orantium dispositio.

Tract. 35. in Matth.

Lib. 3. de fide c. 24.

Lib. 3. de fi. de cap. 20.

Tract. 35. in Matth.

Tract. 35 in Matth.

a calix iſte. Verumtamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis. 1
† Et venit ad diſcipulos ſuos, & inuenit eos dormientes, & 2
b dicit Petro: Sic, non potuiſti vna hora vigilare mecum? Vigi- 3
late & orate, vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem 4
c promptus eſt, caro autem infirma. Iterum ſecundò abiit, & 5 6
e orauit dicens: Pater mi, ſi non poteſt hic calix tranſire, * niſi
bibam illum, fiat voluntas tua. Et venit iterum, & inuenit
eos dormientes. Erant enim oculi eorum grauati: Et relictis 7
illis, iterum abiit, & orauit tertiò eundem ſermonem dicens. 8
f Tunc venit ad diſcipulos ſuos, & dicit illis: Dormite † iam & 9
requieſcite. Ecce appropinquabit hora, & filius hominis tra- 10 11
detur in manus peccatorum: Surgite eamus: Ecce appro- 12
pinquabit qui me tradet. † Adhuc eo loquente, ecce Iudas 13
g vnus de duodecim venit, & cum eo turba multa cum 14 15
gladiis & fuſtibus miſſi à principibus ſacerdotum &

a ¶ Quaſi in ſe reuerſus hoc dicit. b ¶ Humano affectu. c ¶ Docet humanæ voluntati voluntatem Dei præponi.
a ¶ Pr.triſtitia ſomnum vincere non poſſunt.
a ¶ Quia præ cæteris erat gloriatus, præ cæteris erat increpandus.
a ¶ Non, ne tentemini, ſed ne tentatione ſuperemini. ¶ Ideo orandum.
a ¶ Ad confitendum. b ¶ Ad tolerandum. ¶ Quia nondum induti virtute ex alto.
¶ Similiter.
¶ Vicina iam negatione.
a ¶ Langueſcebant enim eorum oculi vicina negatione.
¶ Interpoſito aliquo ſilentio ait.

Sup. 5.c. Actu. 9.a.

A Hil aliud vult quam pater, vt ibi: *Eſuriui & de.mi.man. Et quid me perſequeris?* Docet autem eos priuatam voluntatem corrigere & dirigere iuxta diuinam.

Ambrosius. Hominem quem veritate corporis demon ſtrabat, æquabat affectu, vt diceret: Sed non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. Suſcepit voluntatem meam, ſuſcepit triſticiam meam. Confidenter triſtitiã nomino qui crucem prædico.

†Mat. 14 d Luc. 22. c.

Sermone 7. de paſſione

✠ Leo Papa. Diſcant hanc vocẽ omnes eccleſiæ filij vt cum aduerſitas ali cuius tẽtationis violenter incumbit, ſeparato timore formidinis, accipiant tolerantiam paſſionis.

B

Tractatu 35. in Mat.

b *Vigilate.* ✠ Origenes. Vigilat qui facit opera bona, & qui ſolicitè agit ne in aliquod tenebroſum dogma incurrat ſic enim vigilantis exauditur oratio.

c *Caro autem.* Non de ſe vtique hoc dicit, ſed de his qui dixerunt ſe nunquam negaturos.

d *Iterum ſecundò.* Secundò orat, id eſt, ſi non poteſt Niniue ſaluari aliter, niſi aruerit cucurbita, id eſt, populus Iudæorum, qui prius fuit eius tabernaculum, vt me occidat.

e *Orauit ter.* Tribus vicibus orauit, vt & nos à præteritis peccatis veniam, & à pœnitentibus malis tutelam, & à futuris periculis cautelã oremus, & vt omnem orationem ad patrem & filium & ſpiritum ſanctum dirigamus. Item ſicut eſt trina tentatio cupiditatis, ita & timoris. Eſt enim concupiſcentia carnis concupiſcentia oculorum & ambitio ſeculi. Eſt & timor mortis,

C

Triplici timore triplex concupiſcentia reprimitur.

tis, & timor vilitatis & timor doloris, contra quæ omnia docet nos debere muniri oratione. Vnde & propter trinam tentationem paſſionis, poteſt intelligi dominus ter oraſſe.

D

✠ Chrysostomus. Quod ſecundò vel tertiò orat, ex affectu ſcilicet, humanæ infirmitatis, quo mortem timebat, certificat quod verè factus eſt homo. Secundò enim vel tertiò aliquid fieri, veritatis eſt maximè demõſtrationem in ſcripturis. Vnde Ioſeph dixit pharaon: *Quod vidiſti ſecundo ad eandem rem pertinere, ſomnij firmitatis iudicium eſt.*

Hom. 38. in Matth.

f *Dormite.* Primò reuertens obiurgat, ſecundò ſilet, & tertiò quieſcere iubet. Quia primò poſt reſurrectionem diffidentes reprehendit. Secundò, miſſo ſpiritu grauatus ad contuendam euangelij libertatem oculos viſitauit. Tertiò, claritatis ſuæ reditu ſecuræ quieti eos reſtituit. *Dormite iã & requi.* Huic videtur repugnare quod connectit: *Ecce appropin.* Sed ſciendũ poſt illa verba ſiluiſſe dominum, vt fieret quod promiſerat. Et poſt ſe cundũ Marcum intulit. Sufficit, quod iam requieuiſtis. Addidítque: *Ecce ap. Surgite eamus.* Vltrò nos offeramus non timentes inueniant, vt confidentiam & gaudium paſſuri videant.

* à me.

E

†de cætero

†Mar. 14. c. Luc. 22. c.

Mar. 14. e.

Poſtquam in hortum dominum cum diſcipulis ingreſſum dixit Ioannes, non commemorat quid illic egerit donec traditor venit.

Io. 18. a.

g *Cum gla. & fu.* Factum congruit mutatæ menti. Iã enim venit cum fuſtibus qui quãdiu cum pace fuit tranquillius ſe egit.

F

☞ *Dedit*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Verumtamen non ſicut ego. *Quintò, charitatiua: quia in agonia mortis poſitus dulciter ſuos diſcipulos viſitabat, vnde ſequitur:* Et ve.ad di.ſu.

2 Et dicit Pe. Sic, &c. *Quaſi dicat, non oſtendis tantum feruorem facto quantum verbo, Sequitur.*

3 Vigilate & ora. *Id eſt, vt non ſuperemini tentatione de proximo imminente, ſicut fuerunt poſtea ſuperati.*

4 Spiritus quidem. *Ad dicendum, ſcilicet, quod eſtis parati pro me mori, vt patet ex præcedentibus*

5 Caro autem infir. *Ad ſuſtinendum imminentem tentationẽ. Hoc autem dixit Chriſtus, quia apoſtoli dixerant ex magno ſpiritu prius mortem ſubire quam ipſum negare: cuius tamen contrarium fecerunt impulſu carnali.*

6 Iterum ſe. abiit. *Vbi iterat orationem, oſtendens quod oratio debet eſſe continua. Similiter iterat viſitationem diſcipulorum ſuorum, quia opera charitatis debent eſſe coniuncta orationi.*

7 Et relictis il. *Ter orationem replicat, ſicut ter fuerat tentatus, vt ſuprà patuit 4. ca. vt liberet nos primò à malis præteritis per veniam, ſecundò, à præſentibus per tutelam, tertiò à futuris per cautelam.*

8 Tunc venit diſcipulos ſuos. *Ter diſcipulos viſitat, ſicut ter rat ratione prædicta.*

9 Et dicit illis. *Quaſi compatiens eis propter tentationem de proximo eis imminentem.*

10 Dormite iam & requieſcite. *Quaſi dicat, parum poteritis hoc facere.*

11 Ecce ap. *Hic tertiò oſtenditur Chriſti deſiderium ad noſtram redemptionem, quia non ſolum proditorem cum turba venientem expectauit, ſed etiam occurrit eis, vt habetur Io. 18. & hoc eſt quod dicitur hic:* Ecce appropin. ho. *Poſtquam enim dixerat diſcipulis ſuis:* Dormite iam & re. *Vt dictum eſt, dimiſit eos aliquantulum quieſcere: poſt ea cum ſciebat Iudam appropinquantem dixit eis: Sufficit, vt habetur Mar. 14. e. & tunc euigilauit eos dicens:* Ecce appropinquabit hora.

12 Surgite eamus. *Obuiam ſcilicet, Iudæ proditori.*

13 Adhuc eo loquen. *Hæc eſt tertia pars principalis huius ca. vbi deſcribitur ipſius Chriſti traditi comprehenſio vbi tria deſcribuntur per ordinem. Primum, eſt ipſius Iudæ fraudulentia, ſecundum, eſt Chriſti patientia, ibi: Et ecce vnus, tertiũ, diſcipulorum ignauia, ibi: Tunc diſcipuli. Circa primum dicitur ſic:* Adhuc eo loquen. *Scilicet, Chriſto cum diſcipulis ſuis.*

14 Ecce Iudas vnus. *Id eſt, de principalibus Chriſti diſcipulis.*

15 Venit & cum eo tur. mul. *Talem autem turbam adduxit ne fortè alij credentes in Chriſtum ipſum vellent eripere. Sequitur.*

✠ Qui

MORALITER.

† 1 *Verumtamen non ſicut ego vo.* Leo papa. Hæc vox omnes fideles inſtruxit, omnes confeſſores accendit, omnes martyres coronauit. Nam mundi odia, tentationum turbines, perſecutores, errores quis poſſet ſuperare, niſi Chriſtus in omnibus, & pro omnibus patri diceret: Fiat voluntas tua.

4 *Spiritus quidem promptus eſt caro autem infirma. Iterum ſecundò abiit & orauit dicens.* Hilarius. Itaque quantum de ardore fidei confidimus, tantum de carnis fragilitate timeamus.

11 *Ecce appropinquabit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum Surgite eamus. Ecce appropinquabit qui me tradet.* Origenes. Sed & nunc in manus peccatorũ Ieſus traditur, quando hi qui videntur in Chriſtum credere, habent eum in manibus ſuis cum ſint peccatores: ſed & quotieſcunque iuſtus habens in ſe Ieſum, in poteſtate traditur peccatorum.

a *Dedit eis signum.* Putabat signa quæ viderat non diuinitùs sed magicè facta: & quem in monte transformatum audierat timebat ne tali modo nunc de manibus eorum laberetur:& ideò dabat signum.

b *Quemcunque oscu.* Habebat adhuc aliquid de verecundia discipuli, cum nõ eum palam tradidit persecutionibus, sed per signum osculi.

c *Et oscu. est.* Suscepit dominus osculũ, non quod simulare nos doceat, sed ne proditionem fugere videatur, vnde: *Cum his qui oderunt pacem eram pa.*

✠ ORIGENES. Ego puto quod omnes proditores veritatis, amarę veritatẽ fingentes, osculo vtũtur. Omnes etiam hæretici sicut Iudas, Iesu dicunt, Rabbi. Iesus autem placabilia respondet, amice ad quid venisti? Dicit enim amice, improperans simulationem. Hoc enim nomine neminem bonorum in scripturis cognoscimus appellatum. Ad malùm enim dicitur. *Amice, quomodo huc intrasti? Amice, non facio tibi iniuriam.*

✠ RABAN. Exulta Christiane, in cõmercio inimicorũ tuorũ vicisti, quod Iudas vendidit, & Iudæus emit tu acquisiuisti.

Psal. 119. 2. d *Seruum prin. sa.* MYSTICE. Seruus, est apostolus Iudæorũ principibus sacerdotum indebitè mancipatus, qui in domini passione dexteram aurem, id est, spiritualem intelligentiam perdidit, sinistra, id est, vilitate literæ contentus, non Petro tollente, sed diuino iudicio ablatam pandente: qua auris in his qui credere, maluerunt pietate Dei restituitur. Vel auris amputata & sanata significat auditum ablata vetustate innouatum vt sit innouitate spiritus, & non in vetustate literæ, quod cui datur à Christo, datur & regnare cum eo. Vnde bene Malchus dicitur quod

a senioribus populi. Qui autẽ tradidit eum, dedit eis signum, 1 †
b dicens: Quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenete eum.
a ¶ Impudens confidentia magistrum vocare, & osculum iungere ei quem tradidit.
c Et confestim accedens ad Iesum, dixit: Aũe rabbi: Et oscu- 2
¶ Ironicè. ¶ Vt supra. Amice, quo modo huc intrasti non habens vestem nuptialem.
latus est eum. Dixítque illi Iesus: Amice, ad quid † venisti? 3 †ades?
Tunc accesserunt, & manus iniecerunt in Iesum, & tenue- 4 5
¶ Petrus eodem ardore mentis quo cætera, zelatus sicut Phinees.
runt eum. † Ec ecce vnus ex his qui erant cum Iesu, exten- 6 7
d dens manum exemit gladium suum, & percutiens seruum 8
principis sacerdotum, amputauit auriculam eius. Tunc ait 9 10
¶ Cesset vindicta, exhibeatur patientia, vt patientiam nostros doceamus non vindictam!
illi Iesus. † Conuerte gladium tuum in locum suum. † Om- † 11
a ¶ Nam è contrario. ¶ Si omnes, tunc & Iudæi. b ¶ Exercuerint vindictam, ipsa vindicta erit eis causa perditionis.
e nes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. An pu- 12
f tas, quia non possum rogare* patrem meum, & exhibebit mi 13 * modò
hi modò plus quàm duodecim legiones angelorum? Quo- 14
a ¶ Quibus est. Tanquam ouis ad occidu. est, &c.
g modo ergo implebuntur scripturæ? Quia sic oportet fieri. 15

Tractatu 35 in Matth. †Mar. 14 e Lucæ. 22. e. Io. 18. b. 23. q. 3. c. pro mẽbris & q. finali. & c. secundo & 24. q. 1. c. si Petrus. -modò

B

ad quid venisti? Dicit enim amice, improperans simulationem. Hoc enim nomine neminem bonorum in scripturis cognoscimus appellatum. Ad malùm enim dicitur. *Amice, quomodo huc intrasti? Amice, non facio tibi iniuriam.*

✠ RABAN. Exulta Christiane, in cõmercio inimicorũ tuorũ vicisti, quod Iudas vendidit, & Iudæus emit tu acquisiuisti.

Psal. 119. 2. d *Seruum prin. sa.* MYSTICE. Seruus, est apostolus Iudæorũ principibus sacerdotum indebitè mancipatus, qui in domini passione dexteram aurem, id est, spiritualem intelligentiam perdidit, sinistra, id est, vilitate literæ contentus, non Petro tollente, sed diuino iudicio ablatam pandente: qua auris in his qui

C credere, maluerunt pietate Dei restituitur. Vel auris amputata & sanata significat auditum ablata vetustate innouatum vt sit innouitate spiritus, & non in vetustate literæ, quod cui datur à Christo, datur & regnare cum eo. Vnde bene Malchus dicitur quod est rex vel regnaturus. Quod seruus inuentus est pertinet ad vetustatem quæ in seruitutem generat: sed cum accessit sanitas, figurata est libertas. Lucas addit, quod dominus tangens autem sanauit: qui nec hostium pietatis obliuiscitur. D Luc. 22. m.

e *Gladio per.* Gladio illo quo igneus vertitur ante paradisum, id est, diuinæ vindictæ, & gladio spiritus, id est, verbi Dei. Li. 22. contra faustum cap. 70.

✠ AVGVSTINVS. Id est, omnis qui vsus fuerit gladio. Ille autem vtitur gladio qui nulla superioritate, aut legitima potestate vel iubente vel concedente, in sanguinem alicuius armatur. Nam Dominus iusserat, vt discipuli eius ferrum ferrent, sed non vt ferirent. Quid ergo in dignũ, si Petrus post hoc peccatũ factus est pastor ecclesiæ, sicut Moyses post permissum Ægyptiũ factus rector & princeps synagogæ? Vtérque enim non detestabili immanitate sed emendabili animositate regulam excessit. E †23. q. 1. §. 1. & q. fi. §. 1

f *An putas quia, &c.* Quasi dicat, non indigeo auxilio apostolorum duodecim qui possum habere duodecim legiones angelorum, in quibus sunt. 72. milia quibus omnium gentium lingua exprimitur. Innuit autem non esse verendum, si contra Iesum omnes nationes insurgant, cum multò fortiores ipse habeat exercitus angelorum. Aliter. Hic numerus significat omne genus hominum cum Romano imperio contra Iudæos certaturum. Hi sunt angeli Dei, qui post resurrectionem anno quadragesimo secundo, cum Tito & Vespasiano perdiderunt homicidas illos, & ciuitatem illorum succenderunt. F

g *Sic oportet fieri.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Non solum autem per hoc Hom. 85. in Matth.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Qui autem tradidit eum, dedit eis signum dicens. *Hoc autem fecit ne loco Christi caperent Iacobum minorem qui erat similis Christo in facie, propter quod dicebatur specialiter frater domini. Sequitur.*

2 Et osculatus est eum. *In quo apparet maxima Christi mansuetudo, qui non negauit osculum proditori suo.*

3 Dixítque illi. Ie. Amice. *Quasi dicat, tu ostendis amicitiam signo & agis proditionem de facto: quod patet ex hoc quod sequitur.*

4 Tunc accesserunt. *Scilicet qui erant in comitiua Iudæ.*

5 Et manus iniecerunt Iesum. *Violentas quantum erat ex parte ipsorum.*

6 Et tenuerunt eum, &c. *Quando enim voluit tentus est, & non ante.*

7 Et ecce vnus. *Hic describitur ipsius Christi patientia, & hoc dupliciter, primò, facto secundò, verbo, ibi: In illa hora. Patientia autem Christi facto ostenditur in hoc quòd discipulos suos prohibuit à defensione eius, & hoc est quod dicitur.* Et ecce vnus ex his qui erãt cum Iesu. *Iste fuit Petrus, vt habetur Ioan. 18.* Christi patientia.

8 Extendens manum, ex gla. su. *Habebat enim duos gladios, vt habetur Luc. 22. d. quos credo fuisse duos cultellos magnos quibus vsi fuerant in decisione agni paschalis.*

9 Et percutiens seruum princip. *Quem tamen sanauit Christus tactu tactu suo, vt habetur Luc. 22. & in hoc adimpleuit quod prædixerat Mar. 5. g.* Benefacite his qui oderunt vos.

10 Tunc ait. *Prohibendo defensionem armorum: Et ad hoc inducit multiplicem rationem. Prima ratio tangitur ibi.*

11 Omnes enim qui acce gla. *Gladium enim accepit qui eo vtitur ad vindictam propria authoritate, & hoc est illicitum, gladio autem vtitur sibi tradito qui eo vtitur ad punitionem malorum zelo iustitiæ sicut principes qui autoritatem habent à Deo quia in hoc princeps minister Dei est, vt dicit Paulus apostolus, & similiter ministri ad hoc à principibus constituti. Secundam rationem assignat cum dicit.* Rom. 13. d.

12 An putas. *Quasi dicat, per aliam viam possem euadere, si vellem.*

13 Et exhibe. &c. le. an. *Legio autem vna continet sex milia sexcentos sexagintasex. Aduertendum tamen quòd Christus non dicit hoc propter hoc quod indigeret auxilio angelorum sed magis è conuerso ipsi indigent suo auxilio: sed vt ostendat quod pluribus modis poterat euadere. Tertiam rationem assignat cum dicit.*

14 Quomodo ergo implebun. scri. *Scripturæ enim diuinitus reuelatæ loquuntur expresse de passione Christi, vt patet Isa. 53. & Dan. 9. & in pluribus aliis locis quæ non implerentur nisi Christus pateretur, quod est inconueniens, cum sint deriuatæ à prima veritate, propter quod subditur.*

15 Quia sic oportet fieri. *Quia ex aliquid est secundum prædestinationem à Deo prædictum oportet illud impleri. Ibi est necessitas* ✠ *consequentia*

MORALITER.

✠ † *Quemcunque osculatus fuero, ipse est, tenete eum. Et confestim, ac.* HIERONYMVS. Dic sacerdos dic clerice quomodo eisdem labiis deosculaberis filium virginis, quibus deosculatus es filiam meretricis. O Iuda, osculo filium hominis tradis: *Et ecce vnus.* Sequitur Sacerdotio libidinosè abutẽtes in culpantur

9 *Et percutiens ser. prin. sa.* HIERO. Populus Iudæorum seruus factus est impietatis & deuotionis sacerdotum: dexterámque perdidit auriculam, vt literæ veritatem audiat in sinistram.

† *Conuerte gla. tu. in lo. suo.* RABANVS. Oportuit vt autor gratiæ fideles patientiam, suo doceret exemplo, & potius ad sustinendum aduersa fortiter instrueret, quam ad vindicandum prouocaret.

9 *Et* † *Tunc*

hoc timorem discipulorum euacuat, sed etiam per hoc quod A scripturas in medium introducit.

a *Existis cum gla.* Stultum est cum gladiis & fustibus quærere eum qui vltrò se tradit, & in nocte per proditorem inuestigare quasi latitantem, qui quotidie in templo docebat. Sed in tenebris congregamini, quia potestas vestra in tenebris.

✠ Remigivs. Ac si diceret. Latronis officium est nocere, & latitare: ego verò nemini nocui sed plures sanaui, & in synagogis semper †Mar.14.e docui:

b *Tunc di.om.re.* Sicut Petrus qui negationē lachrimis abluit, & confessione B Dei funditus extirpauit, recuperationem eorum significatur qui in martyrio labuntur. Ita cæteri qui fugerūt, cautelam fugiendi docent eos qui minus idonei sunt ferendis aduersis: quibus tutiùs est latere, quam †Mar.14.f. Luc.22.g. Mar.15.a. se discrimini committere. Ita etiam adolescens, qui secundum Marcum relicta Mar.14.c. syndone nudus profugit, illorum opus & animum designat, qui vt securiores sint, omnia quæ in mundo habent abiiciunt: & Deo potius famulari nudi quam hærendo mundi rebus, materiam tentandi & à Deo reuocandi dare didicerunt. Iuxta exemplum Ioseph, qui relicto adulteræ pallio

a In illa hora dixit Iesus turbis: † Tanquam ad latronem exi- 1
istis cum gladiis & fustibus comprehendere me: quotidie a- 2
pud vos sedebam docens in templo, & non me tenuistis. 3 4
a ¶ Proptum animum ostendit ad patiendum, vt sua passione asserat propheratum dicta. 5
b ¶ Tanquam ouis ad oc. ductus est
Hoc autem tātum factum est, vt adimplerētur scripturæ pro 6
¶ Timorem mortis ostendentes.
b phetarum † Tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt. † At 7
a ¶ Qui pontificatum illius anni precio sibi acquisierat ab Herode Romanorum principe, prius tamen ad Annam, vt Ioannes ait. 8
c illi tenentes Iesum duxerunt ad Cāipham principem sacer- 9
a ¶ In hoc diuersus à cæteris. 10
dotum, vbi scribæ & seniores conuenerant. † Petrus au- 11
a ¶ Hoc est deuotionis, b ¶ Hoc timoris naturæ est, quod negat, obreptionis est quod pœnitet fidei est 12
d tem sequebatur eum à longè vsque ad atrium principis sa- 13 14
a ¶ Per discipulum notum pontifici. b ¶ Expectans, vel amore discipuli, vel humana curiositate 15
cerdotum. Et ingressus intrò sedebant cum ministris, vt vi- 16
a ¶ Quid iudicaret pontifex de Iesu.
deret finem. † Principes autem sacerdotum & omne consi- 17
liū quærebant falsum testimoniū contra Iesum, vt eū morti 18
2 ¶ Quia non erant vt Marcus ait conuenientia testimonia. 19
e traderent. Et non inuenerūt, cū multi falsi testes accessissent. 20
Nouissimè autem venerunt duo falsi testes & dixerunt: Hic 21

† Mar.14.c Luc.22.f.

d *Alon.* Meritò à lō gè, qui in proximo fuerat negaturus, significat ecclesiam imitaturam passionem Christi longè differenter quia ecclesia patitur pro se sed Christus pro ecclesia. †Mar.14.f. Luc.22.f. Io.18.c.

e *Duo falsi testes, &c.* Quia non eo sensu quo dominus, qui dixit de templo corporis sui: sed in verbis quibusdam additis vel mutatis quasi iniustam calumniam faciunt. Dominus dixerat: *Soluite templū hoc*: Commutant. Ego dissoluam tēplū hoc manufactum. Vos inquit, soluite non ego: quia nō est licitū vt nobis mortem inferamus. Item dominus dixerat: Et ego suscitabo, quod de animali templo dicitur. Illi inuertunt. Aliud manufactum ędificabo, vt propriè de templo Iudaico dictum videatur. †Mar.14.f. Luc.22.f. Ioan.18.e. Gene.39.c. E Ioan.2.d.

✠ Chrysost. Non adduxerunt in medium accusationē de solutione sabbati, quia multoties eos super hoc confutauerat. Hom.38.

☞ *Tu dixisti.*

NICOLAVS DE LYRA.

C ✠ *tas consequentiæ nō tamen consequentis: quia diuina præordinatio non tollit contingentiam à rebus.*

1 In illa ho. *Hic ostenditur Christi patientia verbo, quia non impatienter, sed rationabiliter alloquutus est turbam ipsum comprehendentem.*

2 Tanquam ad latronem existis cum gladiis & fustibus comprehendere me. *Quasi dicat, sine causa fecistis hoc cuius rationē assignat di.*

3 Quotidie. *Id est, frequenter.*

4 Apud vos. *Id est, in loco in quo habetis potestatem.*

5 Sedebam. *Pacificè & sine armis, quasi dicat, tunc potuistis me comprehendere. Sequitur.*

6 Hoc autem totum factum est, vt adimplerentur scripturæ prophetarum. *Quia scriptum erat de eo, quod tractaretur sicut malefactor & latro, Isa.53.d. Cum sceleratis reputatus est.*

7 Tunc disci. *Hic describitur discipulorum Christi ignauia. Primò omnium in generali, cum dicitur:* Tunc disci.om.reli.eo. *Id est, Christo magistro suo.*

8 Fugerunt. *Timore perterriti, & dimiserunt magistrum sum sicut latronem deduci, propter quod sequitur.*

9 At illi te. Ie.du.eum ad Cai. *Licet enim primo fuerit ductus ad Annam, vt dicitur, Ioan.18. tamen Matthæus de hoc non facit mentionem: quia non fuit ibi ductus nisi propter quandam reuerentiam, quia erat socer Caiphæ, vt ibidem dicitur.*

10 Vbi scribæ. *Id est, legisperiti.*

11 Et seniores. *Id est, iudices ordinarij, vt visum est suprà. ca.15.*

12 Conuenerant: *Ad examinandum & iudicandum Christum.*

13 Petrus autem. *Hic ponitur ignauia Petri in speciali, cum dicitur quòd,*

14 Sequebatur eum à lon. *Quia timebat ne perciperetur eius esse discipulus. Sequitur.*

15 Et ingres. in. *Qualiter autem ingressus fuerit dicitur Ioan.18. Scilicet, per impetrationem alterius discipuli, qui erat notus pontifici.*

16 Vt videret finem. *Licet autem non auderet Christum confiteri seu defendere, tamen volebat videre, quid finaliter fieret de eo.* F

17 Principes. *Hæc est quarta pars principalis huius ca. in qua describitur ipsius Christi apprehensi illusio, vbi quatuor tanguntur per ordinem. Primum est eius accusatio maligna per falsos testes, secundum, accusati iniusta condemnatio per malos iudices, ibi. Et surgens, tertium condemnati vituperatio per malignos apparitores, ibi: Tunc expuerunt, quartum Petri negatio per tres vices, ibi: Petrus autem sedebat. Circa primū dicitur sic:* Principesau.sa. *Quia verum non poterant inuenire.*

18 Vt eum mor. *Per Pilatum præsidem, quia ipsi non habebant altam iustitiam.*

19 Et non in ve. *Vnde possent eum accusare tanquam dignum morte coram Pilato.*

20 Cum multi fal. *Ad id quod dictum est procurandum.*

21 Nouissimè au.ve. *Sed quæritur quomodo isti dicuntur falsi testes, quia Ioan.2.d. scribit quod Christus dixit Iudæis:* Soluite tēplum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. *Quod videtur idem esse cum eo quod hic dicitur. Dicendum, quod illa verba quæ dixit Christus Ioan.2. intelliguntur de templo corporis sui, vt ibidem dicitur, & hoc sonant verba ibidem posita, quia dixit ibi: Soluite templum hoc, non præcipiendo eis, sed prædicendo eis, quid essent facturi dissoluēdo corpus eius: quod erat templum spirituale Dei, vnde sensus est: Soluite id est: soluetis corpus meum per mortem quam mihi inferet, vnde sequitur ibidem: Et in tribus diebus excitabo illud. Excitare enim est à somno mortis reuocare quod noncompetit templo materiali sed templo spirituali scilicet suo corpori. Isti autem testes loquebātur ac si de templo materiali Christus intellexisset, cum dicebat: in tribus diebus reædificabo illud, quia reædificare propriè respicit templum materiale. Item, Non dixit destruam, vel possum destruere, vt ipsi imponunt, sed dixit:* Soluite. *Id est, soluetis mihi mortem inferendo: prædicens mortem suam & resurrectionem, vt patet ex prædictis. Et sic patet, q̄ isti testes mutauerūt verba eius & sententiam: in quo apparet falsitas eorum. Dato etiā, quòd bene repetissent verba eius & sententiam tamen possunt dici falsi testes alia ratione scilicet ex falsa intentione, quia intendebant procurare mortem innocentis.*

✠ Et surgens

MORALITER.

† 7 *Tunc disci. omnes relicto eo fugerunt.* Sicut prædixerat eos scandalum passuros.

† *Hic dixit: possum destruere templum Dei, & post triduum reædificare illud.* Hieronymvs. Falsus testis est qui non eodem sensu dicta proponit. Saluator dixerat: *Soluite templum hoc.* Isti commutant & aiunt: *Possum destruere templum Dei.* Item dixerat: & excitabo illud, quo est viuentis corporis, & non lapidei.

✠ *Iesus*

a *Tu dixisti.* Marcus: Ego sum:quod idem est:Et est similis contra Pilatum & Caipham responsio, vt à propria sententia condemnentur.

b *Filium hominis.* Me in forma quam iudicatis exaltatum, & habentem nomen quod est super omne nomen.

c *Scidit ve.* Furor qui fecit de solio surgere,facit & vestem scindere.Magno mysterio:cum vestis domini nec à militibus scindi potuit. Significat enim sacerdotium eorum pro sceleribus pōtificatum esse penitus soluendum. Sed soliditas ecclesiæ (quæ vestis Dei dicitur) vsque in finem seculi indirupta manebit.

Mos est Iudæorū cum aliquid blasphemiæ audiunt,scindūt vestimenta.

Quod Paulus & Barnabas fecerūt in Licaonia,cū dicti sūt Iupiter & Apollo.

d *Tunc expue,* Sicut tunc conspurus est saliuis infidelium,ita nunc opprobriis exhonoratur falsorum fidelium,& colaphis id est blasphemiis eorundem cæditur.

e *Prophetiza.* Dicunt contumeliam ei,qui se prophetam haberi voluit à populis.

Velauerunt enim faciem eius secundum Marcum,non vt eorum scelera non videat,sed vt à seipsis gratiam cognitionis eius abscondant. Sicut velum fuit super faciem Moysi,quod vsque hodie manet.

f *Pe.verò.* ✠ HIERONYMVS. Foris sedebat, vt videret exitum rei,& non appropinquabat Iesu, ne ministris aliqua suspitio nasceretur.

✠ CHRYSOSTOMVS. Qui quando magistrum captū vidit,ita efferbuit vt gladiū euaginauerit, & auriculam abciderit,quando contumelias Christi audiuit, negator efficitur & vilis puellæ minas non sustinet.

g *Vna ancilla.* Cur prima ancilla prodit cum viri magis poterant cognoscere nisi vt iste sexus ostē datur in necem domini peccasse:& per passionem redēptus Et ideo, mulier prima resurrectionis mysteriū accepit: & mandata custodiuit, vt veterem præuaricationis aboleret errorem. Sicut per fœminam hostis antiquus primum parentem seduxit,ita per mulierem ad magistrum negandum quem Christum filiū Dei confessus fuerat,principē ecclesiæ cōpellit.

dixit:† Possum destruere templum Dei,& † post triduum
a ¶ Motu corporis indicat insaniam mentis. b ¶ Iram is qu.a non inueniebat calumniæ locum. 1
reædificare illud. Et surgēns princeps sacerdotum, ait illi: 2
Nihil respondes ad ea quæ isti aduersum te testificantur?
a ¶ Sciens vt Deus,quidquid respondisset torquendum in calumniam.
Iesus autem tācebat. Et princeps sacerdotum ait illi: Ad- 3
iuro te per Deum viuum,vt dicas nobis si tu es Christus filius
a ¶ Didicisti in lege. b ¶ Quamuis vt hominem condemnatus tamen dico.
Dei.Dicit illi Iesus:Tū dixisti.† Verūntamen dico vobis a- 4 5
modò videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis
a ¶ Ad iudicium in nube vel mirabiliter operantem in sanctis.
Dei, & vēnientem in nubibus cœli.† Tunc princeps sacer- 6
dotum scidit vestimenta sua dicens:Blasphemauit. Quid ad 7
huc egemus testibus?Ecce nūc audistis blasphemiam.*Quid
a ¶ Quia eum blasphemum putauerunt,ideò morti addixerunt.
vobis videtur?At illi respondentes,dixerunt: Reūs est mor-
a ¶ Significat eos qui gratiæ eius præsentiam respuunt. b ¶ Colaphis cædunt,qui honores suos præferunt.
tis.† Tūnc expuerunt in faciem eius,& colaphis eum cæcide 8
a ¶ Significat eos qui eum venisse negant tanquam præsentiam eius à se repellentes. 9
¶ Alias alapas.
runt. Alij autem pālmas in faciem eius: dederunt: dicentes
Prophetiza nobis Christe. Quis est qui te percussit? Pe- 10
a ¶ Non appropinquabat Iesu ne ministris aliqua suspicio oriretur. 11
trus verò sedēbat foris in atrio. Et accessit ad eum vna an- 12
tem seduxit,ita per mulierem ad magistrum negandum quem Christum filiū Dei confessus fuerat,principē ecclesiæ cōpellit.

Marc.14 f. Phli.2.c. †Mar.14 f. Ioan.2 d. Io.19 d. Act.14.b. † Mar.14.c Luc.22.g. †per triduū Hom.86.in Matth. † Mar.14 f Luc.22. g. †Mar.14.g. Luc.22.g. *Eius.

Velauerunt ☞ Exeunte

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et Surgens princeps sacer.*Hic consequenter ostenditur qualiter Christus condemnatus est per malos iudices.Dicit ergo sic:* Et surgens princeps sacer.*Ex impatientia surrexit de tribunali,quia non inueniebat vnde posset iustè Christus condemnari.*

2 Ait illi.Nihil respondens ad ea quæ isti aduersum te.*Quia ea quæ contra Christum dicebantur,erant falsa, & responsione indigna,ideò nolebat respondere.Item, quia volebat adimplere illud quod de ipso scriptum erat Isa.53. c.* Quasi agnus coram tondente se obmutescet,& non aperuit os suum.*Sequitur.*

3 Adiuro te per Deum viuum:vt dicas nobis si tu.*Ad hoc autem respondet Christus propter reuerentiam diuini nominis inuocati dicens.*

4 Tu dixisti.*Supple veritatem,quod patet ex sequentibus.*

5 Veruntamen dico vobis,amodò videbitis.*Quia in iudicio ex tremo sic videbitur ab illis qui eum iniustè condemnauerunt. Dicit igitur amodo,quia à tempore suæ passionis eum vlterius non viderunt.*

6 Tunc princeps. *Iste erat mos Iudæorum, scindere vestimenta in signum doloris quando audiebant blasphemiam diuini nominis.Hoc autem imponebat princeps sacerdotum Christo,propter quod subditur.*

7 Blasphemauit.*Propter quod ipse & alij assistentes iudicauerunt eum dignum morte cum tamen diceret veritatem,vt patet multipliciter ex prædictis in hoc euangelio.*

8 Tunc expuerūt in fa. *Hic consequenter ostenditur qualiter Christus fuit turpiter vituperatus per malignos apparitores:& hoc dupliciter,primò facto,cùm dicit:* Expuerunt in faciem eius.*Tāquam in hominem pestiferum & dignum morte. Mos enim erat Iudæorum super tales spuere in contemptum.*

9 Et colaphis eum ceciderunt.*Sine causa percutiendo & vituperando eum.Secundò,verbo dicentes.*

10 Prophetiza.*Quasi dicat,tu es falsus propheta.*

11 Petrus verò sedebat foris in atrio. *Hic ostenditur qualiter Christus fuit negatus à suo discipulo per tres vices.Primo simplici verbo,secundò cum iuramento, tertiò.per detestationem cum iuramento. Id est,per execrationem quod est quando aliquis non solum iurat per Deum sed etiam imprecatur illum.et aliquod malum,nisi id quod dicit sit verum.Dicit igitur:* Petrus verò sedebat foris in atrio.*Nō enim Petrus erat simpliciter extra domum est,sed erat extra locum,vbi Christus illudebatur in quodam atrio in quo erat ignis accensus in medio, secundum quod dicitur Lucæ 22.*

Trina Christi negatio

12 Et accessit ad eum vna ancilla.*De istis negationibus petri videntur euangelistæ diuersimodè scribere maximè de secunda & tertia quia de secunda dicitur hic, quod fuit ad vocem ancillæ. Lucas autem dicit quod fuit ad vocem hominis. Ioannes autem dicit quod fuit ad vocem plurium. Similiter de tertia dicit Ioannes,quod fuit ad vocem vnius qui erat cognatus illius cuius Petrus abscidit auriculam. Matthæus autem hic dicit,quod fuit ad vocem illorum quia stabant.Dicendum igitur quod principalis intentio euangelistarum erat negationem trinam Petri exprimere, & in hoc conueniunt omnes euangelistæ.Exprimere autem personas accusantes Petrum,non erat principalis intentio eorum,sed tantum ex accidenti. Tamen non contrariantur in hoc: quia verisimile,quod multi ad illa verba concurrebant circa Petrum: & consimilia verba proferebant ipsum accusando:& sic vnus euangelista vnam personam nominat:alius aliam: vnam vel plures: nec est ibi falsitas:ratione dicta.Videtur autem secūdum veritatem historiæ, quod prima negatio sit facta ad vocem hostiariæ principaliter.Secunda ad vocem illorum qui stabant ad ignem:fuerunt tamen excitati ab alia ancilla propter quod Matthæus illā exprimit hic & de aliis tacet.Quod autem hic dicitur quod facta est Petro exeunte ianuam intelligendum est se disponente ad exitum: quia adhuc erat prope ignem vt dicit Ioannes sed timens ne perciperetur exire. Tertia autem negatio facta est multis eum accusantibus,inter quos principalis erat cognatus illius cuius Petrus abscidit auriculam,propter quod exprimit illum Ioannes de aliis tacendo.His dictis litera patet vsque ad illum locum.*

¶Euāgelistarū concordia de negationibus petri.

✠ Nam

MORALITER.

✠ † *Iesus autem tacebat.Et princeps sacerdotum ait illi.* AVGVSTINVS. Ex hoc autem loco discimus calumniantium & falsorum testium voces,vt nec responsione dignas habeamus, maximè vbi maius est liberè fortitérque sustinere,quam defendere sine vllo profectu.

7 *Tunc expuerunt in faciem eius & colaphis eū.* AVGVSTINVS. Per hoc significauit eos qui præsentiam gratiæ eius respuunt.

✠ Et tanquam

a *Exeunte au.* Hic Marcus adimplet quòd iste breuitatis causa omisit. *Exiit inquit foras ante atrium & gallus cantauit:* Quo reuerso, in atrio fit negatio. *Exeunte autem.* In hac secunda negatione à duobus compellitur. Ab ancilla, vt ait Matthæus & Marcus & ab alio vt ait Lucas dicens: Et post pusillum ait alius: Et tu de illis es. In hoc pusillo exiit, & reuersus stans ad focũ, vt Ioãnes ait: Iterũ negat. *Exeunte autem illo.* Id est cum exiret, hoc est, cum exurgeret vt exiret, animaduertit eum ancilla, & dixit his qui circa ignem erant: Quibus rediẽs iurat petrus. *Non noui hominem.* Id est, nõ sum eius discipulis, in quo & ipse Christum negauit. Nota primum ait: Nescio quid dicis. Secundò, cum iuramento negauit. Tertiò cœpit detestari & iurare, quia nõ nouisset hominem, quia perseuerare in peccato dat incrementum: & qui minima spernit, cadit in maiora.

Mar. 14. g. Lu. 22. f.

† Mar. 14. g. Luc. 22. f. Io. 18. c. Ioan. 18. e.

† in vestibulum.

† 22. q. 4. c. actione † exprobare.

† Ma. 14. g. Luc. 22. g.

Media noctẽ negat in gallicantu pœnitet, post resurrectionem sub luce quẽ ter negauerat ter se amare professus est: Quia quod in tenebris obliuionis errauit, speratæ iam lucis rememoratione correxit: & eiusdem veræ lucis pœnitentia plenè quidquid notauerat erexit.

a ¶ Quia manifestare se expauit qui adhuc nolebat mori.

cilla, dicens: † Et tu cum Iesu Galilæo eras. At ille negauit co † ram omnibus, dicens: Nescio quid dicis. Exeunte autem illo † ianuam, vidit eum alia ancilla, & ait his qui erant ibi: Et hic erat cum Iesu Nazareno. Et iterum negauit cum iura- mento, quia non noui hominem. Et post pusillum accesserunt qui stabant, & dixerunt Petro: Verè & tu ex illis es: † Nam & loquela tua manifestum te facit. Tunc cœpit detestari & † iurare: quia non nouisset hominem. Et continuò gallus cantauit. † Et recordatus est Petrus verbi Iesu, quod dixerat: priusquàm gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras, fleuit amarè.

a ¶ Cum quibus calefaciebat se Perrus.

a ¶ Ab illis inquisitus quibus ancilla propalauerat.

a ¶ Lucas ait quasi facto interuallo vnius horæ.

¶ Ierosolimitæ & Galilæi æquè sunt Hebræi vnius linguæ, sed quæque prouincia habet suum sonum.

a ¶ Respiciente se domino.

a Vt haberet liberum locum flendi.

MYSTICE. Gallus aliquis doctor est, qui somnolentos increpans, ait: Euigilate iusti & nolite peccare. Quòd Petrus ante primũ gallicantum negat, eos significat qui Christũ ante resurrectionem Deum non putauerunt esse morte eius turbati. Quòd bis ante secundum gallicantum negat, illos significat, qui nunc in illo secundum hominem vel secundum Deum in vtraque substantia errant, & ideo veritatem negant. Primus gallicantus, est domini resurrectio in seipso. Secundus, est eiusdem in corpore ecclesiæ.

b *Non noui ho.* Quod noxia prauorum colloquia, quæ cogunt Petrum negare Christum, vel hominem se nosse, quem confessus est inter discipulos Dei filium?

Ioan. 18. c. Luc. 22. f.

c *Qui stabant.* Ioannes & Lucas vnum dicunt cognatum Malchi. Sed vel est plurale pro singulari. Vel vnus erat qui eum viderat, & præcipuè dicebat, quem secuti cæteri similiter arguebant.

d *Et continuò gal. can.* Post tertiam negationem sequitur galli cantus. Sacramenta rerum, per statum temporum designantur.

e *Recordatus est.* In alio Euangelio dicitur: *Respexit dominus Petrum, & intuitu prouocauit ad lachrymas.* Quasi in mentem ei reducens quotiens negauerat, & quod ei prædixerat nec potuit in tenebris permanere, quem lux mundi respexit. Luc. 22. g.

f *Et egressus.* Ab impiorũ cõsilio secluſus culpã lauat, quod nõ intus. Ob hoc hęsitare pmissus est, in ecclesię principe remediũ pœnitẽtiæ cõderetur, & nemo auderet de sua virtute cõfidere.

✠ LEO PAPA. Fœlices ô Apostole, lachrymę tuę, quę ad diluẽdam culpam negationis virtutem habuere sacri baptismatis.

NICOLAVS DE LYRA.

C ✠ 1 Nam & loquela, &c. *Licet enim lingua Hebræa sit vna, tamen aliquo modo variabatur secundum diuersitatem prouinciarum: & ideo illi de Galilæa aliter loquebantur aliquo modo quam illi qui erant de Ierusalem sicut lingua gallica est vna & tamen aliter loquuntur illi qui sunt de Picardia quam illi qui habitant Parisius: & per talem varietatem potest percipi, vnde aliquis sit oriundus. Sequitur.*

2 Tunc cœpit de. &c. *In hoc significatur iuramentum per execrationem.*

3 Et re. est Pe. *Dominus enim respexit Petrum, vt dicitur Luc. 22. g. Et ex hoc Petrus recordatus est de verbo Christi, quod dixerat eum negaturum & ad pœnitentiam reductus est, vnde sequitur.*

4 Et egres. foras, &c. *Et extunc Petrus traxit in consuetudinem, vt à primò gallorum cantu vsque ad horam matutinam staret in oratione flens pro ista negatione, vt habetur in Itinerario Clementis.*

P

MORALITER.

✠ Et tanquam colaphis eum cædunt qui ei suos honores præferunt. Et palmas in faciem eius dant, qui superbia cæcati eum non

non venisse affirmant.

† *At ille ne. &c.* RAB. In hac autem negatione Petri discimus non solum negare Christum, qui dicit eum Christum non esse: sed qui cum sit, se negat esse Christianum.

ADDITIO

In ca. 26. *Vbi dicitur in posti.* Prima autem die azymorum, &c. *Ista dies fuit feria quinta.*

Ad declarationem temporis cœnæ domini circa quod non solum inter græcos & latinos sed etiam inter sanctos doctores diuersitas non modica inuenitur, olim quandam formaui quæstionem, quam in hoc loco superaddere decreui: cuius tenor talis est. Vtrũ quinta feria in qua Christus cum discipulis, pascha mãducauit fuit. 14. luna primi mensis, in qua agnus paschalis secundùm legem immolari debuit. Et videtur primò quod sic. Mat. 26. b. legitur quod prima die azymorum accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes. Vbi vis pa. tibi pas. &c. *Sed prima dies azymorum. Vel est. 14. luna in cuius secundis vesperis immolatur agnus qui cum azymis comedebatur. Vel. 15. luna quæ erat prima dies solemnitatis azymorum. Sed in proposito non est. 15. luna. Nam si sic nec Christus pascha comedisset in tempore debito, nec in tempore à lege præfigurato fuisset passus: quorum vtrumque est valde inconueniens in proposito, patet consequentia, quia sic comedisset pascha in. 15. & fuisset passus in. 16. ergo prima die azymorum prædicta est. 14. luna. Præterea Mar. 14.* Prima die azymorum quãdo pascha imolatur, dicunt ei dis. &c. *Vbi expresse habetur quod in † propria die immolationis agni Christus pascha comedit, quod est propositum, nam illa solum est, 14.*

† prima

Preterea Luc. 22. a. Venit ante dies azy. *In qua necesse erat occidi pascha & misit Petrum & Ioannem, &c. sed nulla dies est in qua necesse sit occidi pascha. nisi. 14. luna, vt patet Exo. 12. & Num. 9. & in aliis quam plurimis locis, ergo propositum.*

Idem patet per Chri. super Mat. dicentem quòd vsque ad vltimum diem non fuit Christus contrariùs legi: Quod fuisset si pascha comedisset non tempore debito secundum legem.

Idem patet per Hiero. dicentem expresse, quod Christus cœnam fecit. 14. Sed ad oppositum arguit sic: Sexta fe. in qua Christus fuit Passus erat luna. 18. ergo fe. quinta immediatè præcedens erat luna. 13. Consequentia patet de se, & antecedens habetur Ioan. 18. e. vbi dicitur quod Iudæi non introierunt prætorium pilati vt non contaminarẽtur, sed mãducarent pascha Sed cum pascha manducari non posit legitimè, nisi. 14. luna, scilicet. secundis vesperis, vt Ex. 12. ergo dies passionis Christi fuit 14. luna quod fuit assumptum. Nec consonum videtur quod manducare pascha in loco euãgelij allegato intelligatur de cibis paschalibus, scilicet de azymis, prout videtur sentire Chriso. quem sequi. S. Th. & etiam aliqui moderni glossatores. Tum quia licet pasc. cum azymis debeat comedi: nusquam tamen legitur quod azyma nec agrestia dicantur pascha nec ècontra: Tum quia azyma poterant comedi etiam ab immundis: cuius contrariũ non legitur in aliquo loco vbi agatur de hac materia in sacramenta scriptura: Quod etiam consuetudo Hebræorum hodierna testatur: quia licet profitentur se esse immundos & contaminatos isto tempore (cum careat legitimè aspersione cineris vitulæ rufæ de qua Nu. 19. comedunt tamen hodie azyma & agrestia in pascatis tempore, non curantes de contaminatione.

Item Ioan. 19. expresè dicit: Erat autem para. paschæ, &c. *Cum enim parasceue alicuius festi idem est quod præparatio ad illam diem & non dicit parasceue sabbati, sed paschæ: manifestè ostendit, quod in*

illa

illa die paſcha ſperabatur quod propoſitum.

Item ſi ſexta fer.in qua eſt Chriſtus paſſus fuiſſet.15.ſequeretur quod res non correſponderent propriæ figuræ,quod eſt valde inconueniens in hac materia.Nam cum agnus Paſchalis nihil aliud figurabat niſi paſſionem Chriſti:ad cuius agni immolationem ſola.14.luna erat tempus determinatum,intantum quod impediti à comeſtione agni propter euentum contaminationis,non poterant defectum ſupplere in.15. ſequenti, nec in alia quacumque,ſed in 14.luna menſis ſecundi,vt habetur Nu.9. ergo nullo modo dicēdum videtur,quod res principaliter figurata eſſet in 15.luna,vnde & idem Chryſ.expreſſe dicit,Chriſtum reſeruaße ſuam occiſionem ſextæ feriæ,quando vetus paſcha fiebat.Nec videtur rationi conſonum quod Remigius & alij doctores dicunt,ſcilicet,quod Chriſtus fuit ligatus & tentus in 14.in veſperis,& quod tūc incœperunt paſſionis exordia.Nā immolatio Chriſti propria nō fuit niſi in ara crucis,vt communis doctrina eccleſiæ teſtatur.Itē feria ſexta in qua Chriſtus fuit paſſus,non fuit celebris nec ſolemnis in obſeruantia Hebræorum,ergo non fuit.15.luna menſis primi,conſequentia patet,nā Exo.12.de eadem die, ſcilicet.15.legitur.Dies prima erit ſancta ac ſolēnis nihil operis facietis in ea,exceptis his quæ ad veſcendum pertinent.Ex quibus verbis manifeſtè elicitur quod quicquid operis prohibetur in ſabbato,eſt prohibitū in.15.luna primi menſis,exceptis his quæ ad veſcendum pertinent.Sed aſſumptū probatur,nam multa fecerunt Hebræi in eadem ſexta feria,quæ nullo modo licebant fieri in ſabbato,nec in tali ſolemnitate,videlicet accuſare, flagellare,teſtes præſentare , examinare & ſententiam diffinitiuam ferre quæ omnia exercuerunt circa perſonam Chriſti,vt euangeliſtæ teſtantur.Quæ quidem iudicialia etiā apud nos in ſolemnibus diebus feſtiuis ſunt illicita,multo magis apud eos qui nimis literalizant.Item angariauerunt patrē Alexandri & Ruſi.Mar.15. quod eſt manifeſtè, prohibitum in diebus feſtiuis,præſertim extra ciuitatem,Iere.17.quod licet de ſabbato dicat,idē tamen eſt de prima die ſolēnitatis paſchalis,vt dictū eſt.Nec eſt dicēdū quod hoc cōmiſiſſet ex odio Chriſti:nam ipſi tenebantur iuſtificare facta ſua: & per legem moſaicam ea reuelare,dicentes:Nos legē habe.&c.Præterea veritas aſſumpti patet expreſſè in ſepultura Chriſti,Fuit enim ſepultus per Ioſeph ab Arimathia & Nicodemū qui iuſti erant,& nullo modo quod nō liceret in tempore ſolemni feciſſent,vnde ſuper illud Io.19.ibi:Propter paraſceue Iudæorum,quia iuxta erat monumentum.&c. *Aug Acceleratam vult intelligi ſepulturam ne aduesperaret,quoniam iam facere a liquid non liceret,Sed conſtat quod ſi feria ſexta fuiſſet.15.luna,ſic erat illicitum in eadem ſepelire ſicut erat in ſabbato,hoc idem patet Luc.23. quia dies erat peraſceue,& ſabbatū illceſcebat.Ex quo videtur,q̄ ſepultura illa licita erat in ſexta,feria non tamen in die ſabbati.Ex quo patet quod feria ſexta illa non erat prima die ſolemnitatis paſchalis apud Hebræos,quod fuit aſſumptū,&c.Nec valet dicere, quod Ioſeph ab Arimathia ex deuotione Chriſti feſtū violaſſet pro eius ſepultura. Nam de Magdalena quæ Chriſtum feruentius diligebat,& de cæteris mulieribus ipſum ſequentibus legitur Mar.16.*Et cum trāſiſſet ſabbatum emerunt aromata:*Vbi manifeſtè apparet,quod ab emptione aromatū pro ſepultura domini pertinentium:(quod eſt valde leuius opus quam ſepultura)mulieres deuotæ propter obſeruantiā ſabbati abſtinuerunt. Idem Hiero.ſuper illud Mat.28.a.*Venit maria Magdalena,&c. *Sepulto nā que feria ſexta domino mulieres præparauerunt aromata & vnguenta,quamdiu licuit operari , ſcilicet,vſque ad ſolis occaſum.Sabbato ſiluerunt,id eſt,quieuerunt ab operando ſecundum legis mandatū,vt Lucas ait.Hæc Hiero.Ex quo ſequitur quod feria ſexta illa nō erat celebris ſolemnitas azymorum. Nam ſi ſic omnia prædicta fuiſſent illicita,ſicut in ſabbato,vt dictum eſt.Præterea Io.19.f.*Erat dies illa magna dies ſabbati.*Ergo in illa die ſabbati concurrebant duæ feſtiuitates, ſcilicet ſabbatina & paſchalis,& per conſequens dies ſabbati erat.15.luna apud eos,conſequētia patet:quia tota celebritas hebdomadæ azymorum erat ſolum in prima die & 7.vt patet Leuit.23.Concordat Beda dicens: Erat magna dies illa ſabbati,id eſt , propter ſolemnitatem paſchalem. Ad cuius difficultatis declarationem aliqua ſunt circa feſtiuitates legis antiquæ præſupponenda:quorum quædam ſumuntur ex ſacra ſcriptura vel in ea habent aliquod fundamentum,quædam ex regulis Calendarij hebræorum apud eos diuulgatis,& vſque in hodiernum diem infallibiliter obſeruatis.

Primum præſupponendum eſt,quod dies naturalis apud hebræos incipit ab occaſu ſolis diei ſabbati , & terminatur in occaſum ſolis diei dominicæ:& ſic de aliis.Et ſic intelligitur illud*: A veſpere vſque ad veſperā celebrabitis Sabbata veſtra.*Leuit.23.Secūdū eſt,quod menſis apud eos eſt lunaris & perficitur ex†.30.diebus & 17.horis naturalibus & duabus tertiis vnius horæ cum † tribus minutis : quæ quidem computatio cōcordat cum Ptolemæo & aliis aſtronomis ſecundum curſum medium lunæ qui eſt inuariabilis.Tertium eſt quod annus hebraicus incipit à Calendis ſeu nouilunio,quod eſt prope æquinoctium vernale.Vnde Exo.12.a.*Menſis iſte vobis principium menſium primus erit in mēſibus anni.*Et.inf.Exo.13.a.*Hodie ingrediemini in mēſe nouarum frugum.*Quartum , quod omnia feſta Hebræorum præter ſabbatum exordium computationis , & per conſequens mobilitatem per diuerſas ferias hebdomadæ ſumunt à neomenia primi menſis prædicti. Verbi gratia.Sit prædicta neomenia in quinta feria, tunc dies ſolemnitatis azymorum erit ſimiliter quinta feria: quia in 15.luna & dies immolationis agni ſolennitatis paſchalis iuxta illud Nume.28. d.*Numerabitis ergo ab altero die ſabbati,&c.*Septem hebdomadas plenas, & feſtum tubarum erit in die ſabbati. Nam ſex menſes lunares qui computabantur à neomenia primi menſis vſque ad neomeniam ſeptimi ſunt centum.70.& ſeptem dies integri , qui reuoluti per hebdomadas in ſexta feria finiuntur,& ſic neomenia menſis ſeptimi ſequentis erit in ſabbato.Conſequenter feſtum expiationis erit feria ſecunda:nam eſt in decima die à feſto tubarum.Conſequenter feſtum ſcenophegiæ ſeu tabernaculorum erit in ſabbato,quia in. 15. feſto tubarum & ſic de ſimilibus , quæ omnia Lęuit. 23. & in aliis locis habentur.Quintum eſt, quod in quacunque die coniunctio luminarium ſecundum medium curſum ſupradictum prope æquinoxium vernale occurrerit,in eadem die eſt Calendæ ſeu neomenia menſis primi prædicta niſi in certis caſibus in quibus repellanda eſt ſeu transferenda ad ſequentem diem, & quandoque ad ſubſequentem. Qui quidem caſus duo ſunt.Primus:quando talis coniunctio tranſcendit.18 .horam eiuſdem diei in qua eſt Cuius repulſionis ratio eſt , quia tunc magis declinat talis coniunctio ad diem ſequentem quam ad illam in qua eſt: cum iā tranſit tres quartas partes illius diei,& attingit quartam vltimam,& talis coniunctio vocatur apud eos nouiluniū vetus ſeu antiquū Verbi gratia.Si nouilunium æquinoctij vernalis eſſet in.18.hora ſabbati vel infra,tunc Calenda ſeu neomenia eſſet fienda in eadē die ſabbati:& per conſequens principium computationis feſtiuitatum totius anni eſſet ab eadem die ſabbati.Si autem coniunctio eſſet vltra. 18. horam, tunc talis neomenia eſſet transferenda ſeu repellenda ad diem dominicam immediate ſequentem:& per conſequens paſchalia feſta & aliæ feſtiuitates illius anni transferentur ad ferias correſpondentes diei dominicæ & non ſabbati , vt patet ex dictis,Secundus caſus eſt quando nouilunium vernale occurrit in ſecūda feria quarta vel ſexta.In his enim tribus feriis non poſſunt figi Calendæ ſeu neomenia æquinoctij vernalis.Cuius ratio patebit,infrà.Sextò præſupponendū eſt,quod quandoque oportet quod fiant duæ repulſæ de eadem neomenia.Hoc patet ex duobus caſibus ſupradictis:nam ſi nouilunium vernale occurrat in die dominica vltra.18.horam: tunc in eadem die nō eſt neomenia figenda propter antiquitatem ſeu vetuſtatem nouilunij ſecundum primum caſum:Nec in ſecunda feria ſequēti propter hoc quod eſt vna de tribus feriis interdictis:iuxta ſecundum caſum: & ſic oportet quod transferatur ad tertiam feriam:& hoc contingit apud eos ſatis frequenter. Nec ſentiendum eſt erroneum ſeu contra mentem legis loquentis ſimpliciter de prima die menſis:nam computatio menſium quantum ſpectat ad cultū feſtiuitatū ſufficit,quod ſit vniformiter regulata & apud omnes communiter ſuſcepta,& aliqualiter veritati propinqua : prout gratioſius & remotius contingit in computo noſtro circa feſtiuitatem paſchalem & alia feſta mobilia ipſam ſequentia. Ratio autem quare prædictæ tres feriæ.ſ. ſecunda,quarta & ſexta repelluntur,ne in aliqua earū neomenia primi menſis figatur,quantum ad ſecundam & quartam feriam vna eſt & eſt talis.Nam cū feſtū expiationis ſit celeberrimum ſicut dies ſabbati,intantum quod cibaria non permittūtur in eadem die parari ſicut,nec in ſabbato , vt ex ſacra litera poteſt haberi , inde eſt quod ex earum traditione antiqua ſeu conſuetudine immutabili , quæ vſq; hodie durat, habeturquod dies expiationis nunquā concurreret in die veneris nec in die dominica.Nā ſi dies ſabbati à parte ante vel à parte poſt cōtinuaretur cū feſto expiationis,tūc eſſent duo dies naturales cōtinui celeberrimi,in quibus nullo modo liceret parare cibaria, q̄ eſſet graue & valde oneroſum toti populo.Ex quo ſequitur, quod neomenia prædicta primi menſis non poteſt eſſe in ſecunda feria:nam ſic feſtum expiationis occurreret in ſexta feria,& continuaretur cum die ſabbati à parte ante,quod eſt cōtra prædicta.Similiter nec neomenia primi menſis habet eſſe in quarta feria:nam ſi ſic feſtum expiationis eſſet in dominica,& per conſequens continuaretur cum ſabbato à parte poſt:quod eſt contra prædicta,vnde patet ratio repulſæ ſecundæ feriæ & quartæ. Sed ratio quare feria ſexta excluditur ad hoc,vt in eadem neomenia primi menſis non figuratur apud eos talis eſt:Nam in feſto tabernaculorum ſeu ſcenophegiæ,quod feſtum ſecundū eos & etiā ſecundū doctores noſtros præceptum fuit ad cōmemorandū beneficiū diuinæ protectionis:& eductionis quod habuerunt per deſertū,vbi in tabernaculis habitauerunt,in quo habebant lætari per ſeptem dies coram domino ſumētes fructum arboris pulcherrimæ ſpatulaſque palmarum, & cæ.prout legitur Leuit.23.ad ſignificandum,quod per aridam terram deſerti deduxit eos Deus ad terram delitioſam,prout ſanctus Tho.prima ſecundæ.q.102. arti. 4.in reſpōſione ad 10.ar.ponit:in qua lætitia prout traditur in eorum codicibus apud eos autenticis,circumibant altare ſolemniter cū huiuſmodi ſpatulis & ramis ſemel in prima die & in aliis diebus vſque ad ſextam inclusiue. In ſeptima autem circumibant ſepties in memoriam captionis Iericho quæ fuit prima ciuitas terræ promiſionis

† 29. † certis.

A nis ab eis capta per huiusmodi circuitiones septenarias, vt habetur Iosue sexto. Vnde & in illa septima die procedebant in huiusmodi lætitia intantum, quod quædam ibi facta non licebat fieri in die sabbati: Cuius circumitionis memoria hodie fit inter eos in gyro rotuli legis, cum altare non habeant. Sed si neomenia primi mensis fuisset in sexta feria, sequeretur quod festum tabernaculorum concurreret in die dominica, vt patet computanti, & sic septima dies tabernaculorum esset in die sabbati, vnde cessarent illa quæ dicta sunt.

Ex quibus omnibus elicitur quædam regula in Calendariis eorum vbique & apud omnes diuulgata, & vsque in hodiernum diem infallibiliter obseruata. Quia prima dies solemnitatis paschalis nunquam est feria secunda, quarta, nec sexta. Septimum est, quod anno quo Christus passus fuit, concurrit coniunctio luminarium propè æquinoctium vernale iuxta veram computationem Hebræorum quæ est secundum medium cursum solis & lunæ, vt dictum est in feria quinta post. 19. horam cum certis minutis, hoc est certissimè calculatum per me, & cum peritis Hebræorum diligentissime repertum & concordatum. Quibus præsuppositis patet solutio dubij prædicti. Nam in anno passionis Christi licet coniunctio luminarium, vt dictū est, fuit feria quinta: non potuit in ea neomenia figi propter ipsius vetustatem, quia fuit vltra. 18. horam, vt patet in septimo præsuppositо: & per consequens occurrit primus casus repel

B lendi supradictus, habuit ergo transferri ad sequentem diem: sed quia sequēs erat sexta feria, nec in ea poterat neomenia assignari, vt dictum est, nam est secundus casus repulsionis iam dictus: habuit ergo repelli seu transferri neomenia ad diem sabbati: & per consequens. 15. luna fuit eodem anno secundum hebraicam computationem legitimam & assuetam in die sabbati, in qua concurrunt duæ festiuitates solemnes apud eos, sabbatina, scilicet & paschalis quæ est prima dies solemnitatis azymorum: & sic erat magna dies illa sabbati secundum Io. & in feria sexta immediatè præcedenti fuit secundum eos. 14. luna in qua legitimè erat pascha immolandum. Vnde in eadem sexta feria fuit immolatus verus agnus paschalis ab eis: similiter & typicus: pro cuius typici manducatione, vt non contaminarentur non intrauerunt prætorium secundum Io. Christus autem in huiusmodi neomenia primam repulsam tantum tenuit & non secundam. Prima enim est rationabilis in se & sine respectu ad festa futura, sed solùm propter vetustatem coniunctionis vnde neomenia illius anni apud ipsum fuit translata ad sextam feriam sed de sexta ad septimam nullatenus debuit transferri apud eum: nam ratio illius repulsæ ex festis futuris in mense septimo dependebat, vt patet ex iam dictis, quæ festa, scilicet, futura cum Christus sciuisset per pas

C sionem suam de propinquo imminentem cassari, sicut & cætera legis cerimonialia, nullam vim habebant transferendi seu repellendi præsentem neomeniam, vt patet intuenti. Nam cessante causa præsertim finali, cessare habet effectus. Fuit ergo iuxta verissimam & infallibilem noticiam Christi neomenia tempore suæ passionis in sexta feria. Similiter, & prima dies Paschalis solemnitatis, hoc est. 15. luna apud eum, vnde & in feria quinta præcedenti fuit vera. 14. luna in qua Pascha cum discipulis tempore determinato secundum legis veritatem manducauit. In hoc etiam videtur concordare magister historiarum, dicens. Quod si tabulam computi diligenter retro percurramus, inueniemus quod tempore passionis Christi feria sexta fuit. 15. luna. Et hoc est verum, licet tabula nostri computi sit grossior quam hebraica in hac materia.

Ex quibus habetur, quod tempore passionis Christi duplex fuit. 14. luna sicut & neomenia primi mensis. Vna, scilicet, vera simul & legitima secundum veram computationem Christi, cuncta legis misteria tam præsentia quam futura scientis. Alia verò legitima tantum secundum communem & assuetam computationem aliorum omnium præter Christum: & in vtraque. 14. vterque agnus fuit immolatus verus & Typicus. In 14. enim vera & legitima quæ fuit feria quinta Christus manducauit agnū typicū, & consequenter verum agnum sub sacramēto discipulis tradidit. In 14. verò legitima tantum quæ fuit sexta feria agnus verus fuit immolatus, consequenter autem Typicus: & sic reddendo singula singulis: omnia veraciter concordantur. Nam Matthæus Marcus & Lucas qui de cœna domini notabilem mentionem fecerunt exprimendo, in illa agnum Paschalem solemniter Christum cum discipulis manducasse, & in eadem sacramentum eucharistiæ instituisse vt patet ex eorum dictis, quilibet eorum ipsam feriam quintā notat, D tanquam propriam ad immolationem agni, & per consequens. 14. lunam secundum veram computationem Christi prædictam secundum quam autoritates Chrys. & Iero. ad partem affirmatiuam supra inductæ & similes obtinent veritatem. Sed Ioannes qui de cœna domini breuissimè se expediuit solum, dicens: Cœna facta &c. Ioan. 13. nihil exprimens de agni manducatione, nec de sacramenti institutione, cum iam de hoc sacramento plus cæteris tradiderat: fecit potius mentionem de secunda 14. scilicet, legitima tantum, quæ fuit sexta feria, vt dictum est Ad excludendum errorem qui insurgere posset ex hoc, quod principale figuratum non corresponderet figuræ intempore tam districtè per legem determinato: vnde & vocat eum parasceue Paschæ, id est, vigilia. Et dicit quod Hebræi nondum mãducauerant pascha tempore passionis Christi: quod habet veritatem secundum legitimam computationem hebræorum & cæterorum mysteria passionis pro tunc ignorantium. Et ideo in illa sexta feria licuit eis iudicialia exercere, sepelire, angariare, & huiusmodi. Et sanctis mulieribus in eadem sexta feria aromata præparare tanquam in die non festiuo

Ex quo clariùs patet error Grecorum dicentium, quod Ioannes correxit alios euangelistas asserentes quintā feriam protunc. † 13. lunam. † 14.
Nam vt ex iam dictis patet Ioannes non correxit alios. sicut nec ipsi similium aliquod asseruerunt, sed potius vt de more euangelistarum est E
illud quod alij prætermiserunt ipse declarauit, scilicet, † 13. lunam pro- † 14.
tunc etiam fuisse feria sexta secundum aliā computationem legitimam cui concordant historiæ Hebræorum dicentium manifestè, quod in vigilia paschæ Christus fuit patibulo suspensus: & quod à sæculis nunquam fuit inter eos prima dies paschalis feria sexta.

Et attendendum, quod ex verbis euangelij prædicta differentia duplicis neomeniæ seu. 14. lunæ aliqualiter posset notari. Nam Matth. 26. legitur: *Magister dicit:* Tempus meum propè est apud te facio pascha cum discipulis. *Vnde si li tempus meum propè est, diligenter intelligebatur, non habet te ferri ad tempus passionis, sicut communiter exponitur. Nam licet fit verum quod tempus passionis erat propè: non tamen consonat cum litera sequenti. Dato enim quod tempus passionis esset protunc remotius, adhuc Christus habebat pascha manducare cum discipulis suis, vt legem adimpleret: Sed verus intellectus iuxta prædicta videtur talis: Magister dicit:* Tempus meum. *Id est, tempus manducandi Pascha secundum veram meam computationem propè est, id est, hodie feria quinta, licet aliquorum tempus iuxta ipsorum assuetā computationem fuisset remotius, scilicet, in feria sexta. Et ideo sequitur.* Apud te facio, &c.

Et notandū etiam videtur, quod in manducatione paschæ cū Christo non fit mentio de aliis discūbentibus, vel cōuescētibus nisi de duodecim F
discipulis tantum, sicut & illis tantum secretè passionem futurā denunciauit Mat. 20. c. concordat prædictis. Nam ex passione futura, quam solis Apostolis secretò expressè prænosticauit, diuersitas huius paschalis temporis dependebat vt dictum est. Et ideò nimirum si sanctæ mulieres, & Ioseph ab Arimathia & huiusmodi, potius sequerentur hebraicam computationem communem, quam Christi veram computationem. Nam mysteria passionis & præcipuè legalium euacuatio abscondita fuit etiam apostolis post resurrectionem vsque ad tempus. Et sic iuxta sententiam phi. 1. Ethi. omnia vera consonant vero. Diuina igitur prouidentia circa hæc deuotè attendenda est, quæ paschalia festa sic in antiquis præordinauit, vt tempore passionis Christi duplex. 14. luna occurreret ad agni immolationē præsignata, vt in prima Christus sacrificiū adimpleret legale & nouum institueret, & in secunda se Deo in sacrificium offerret vespertinum: vt vtrumque tempore præsignato pro humana salute perficeret: Quam nobis concedat, &c.

REPLI. In ca. 26. *Cum postillator soluisset omnes difficultates circa cœnam domini & esum agni paschalis moueri consuetas præsertim à Græcis. Burg. facit vnam longam singularem computationem in qua multa ponit multis dubia cui placet videat. Et finaliter in eodem capitulo dicit quis fuerit ille hymnus de quo dicitur:* Et hymno dicto, &c. *Et dicit, quod fuit magnum alleluia quod incipit à Psalmo, Laudate pueri: vsque ad Beati immaculati, exclusiuè. Idem dicit circa Psalmum.* Laudate pueri. *Si verum est placet, Autoritatem autem ad id sacri canonis non habemus.*

☞ Cap

CAP. XXVII.

A a Mane autem. Matthæus & Marcus contexerunt narrationem de his quæ cum domino acta sunt vsque ad mane, sed postea redeunt vsque ad negationem Petri narrandam: qua terminata redeunt iterum ad mane, vt inde cætera contexerent. Mar.14.f.

Pœnitentia Iudæ instruosa. b *Peccaui tradens, &c.* Quasi in potestate sua esset mutare persecutorum sententiam: licet autem mutauerit voluntatem, tamen primæ voluntatis exitum non mutauit.

†Mar.15.a Luc.23.a. Ioan.18.c. †consiliam

Hom.86.in Matth. ✠ CHRYSOSTOMVS. Vide quoniam pœnitentiam agit, quando completum est & finem accepit peccatum.

B Non enim permittit diabolus eos qui nō vigilant, videre malum antequam perficiant.

†innocentem. †videbis

c *Quid ad.* Quid ad nos pertinet de hoc? tu videris, tu scias quid feci sti. Vel quid videris pertinere ad nos. Quid ad nos pertinet precium acceptum: tu istud probaueras, tu inde fac quod vis.

Qui ad mortem peccant, tantam habent ignorantiam, & cæcitatem, vt nec turbentur in sceleribus suis, nec pœnitentiæ dolore crucientur.

d *Et proiectis.* Sicut pœnitētia eius fuit in fructuosa: sic & hæc oblatio in templo est execrabilis.

C e *Et abiens.* IERONYM. Nihil profuit Iudæ egisse pœnitentiam, tiam, per quam scelus corrigere non potuit. Sed quando frater D sic peccat in fratrem, vt emendare valeat quod peccauit, potest ei dimitti. Sin autem permanent opera, frustra voce assumitur pœnitentia. Hoc est quod de eo dicitur: Et oratio eius fiat Psal.108.a. in peccatum: vt non solum emendare nequiuerit proditionis nefas, sed proprij homicidij scelus addiderit.

LEO PAPA. Sce leratior omnibus ó Iuda & infelicior extitisti, quem non pœnitētia reuocauit ad dominum, sed desperatio traxit ad laqueum: Expectasses consolationē criminis tui, & donec sanguis Christi pro omnibus effunderetur, in formis læti suspendium distulisses. sermone de passione

E

f *Non licet eos.* Verē colentes culicem & camelum glutientes si enim ideò nō mittunt pecuniā in corbanā, id est, in gazophylacium, id est, inter dona Dei: quia preciū sanguinis est cur ergo ipse sāguis effunditur? Et quid præmij eis, si inde ager emitur in sepulturam pauperum? †1.q.1.c. qui studet & 23.q.5.c si non licet De pœ. dist. 3.c. inter Hircum. 1. & c. Iudas. & c. nihil Iudæus & c. seqūenti. 6. dist. c.1. Actu.1.c.

g *Emerunt, &c.* ALLEGOR. Magnum mysterium est in factis iniquitatis. Figulus est Deus in cuius manu ex eodem luto facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam. Ager eius seculū quod vniuersum præcio eius emitur, vt ei commortui sepeliantur peregrini. Non vtique Israel, sed alieni: qui in precio sanguinis Christi sepulti æternam requiem sortientur. Roma.9.c

CAPVT XXVII.

¶ Vide quam solliciti in malo tota nocte vigilauerunt vt facerent homicidium.

1 2 †Mane autem facto† consilium inierunt omnes principes sacerdotum & seniores populi aduersus Iesum, vt eum morti traderent.

a ¶ Quem vinxerant in horto, vt Ioannes ait. b ¶ Mos erat, vt quem morti adiudicasset, ligatum iudici traderent.

3 4 Et vinctum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato

a ¶ Magnitudinem auaritiæ impietatis pondus excludit.

5 6 7 præsidi. Tunc videns Iudas qui eum trādidit, quod damnatus esset, pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos prin-

a ¶ Quanto magis qui emerunt.

8 b cipibus sacerdotum & senioribus, dicens: † Peccaui, trādens

¶ Emisse se audiunt, & tamen extra reatum se credunt, & in vendente scelus constituunt.

9 c sanguinem † iustum. At illi dixerunt: Quid ad nos? Tu † vi-

a ¶ Vt ostenderet se perosum cœli & terræ.

10 d deris. Et proiectis argenteis in templo recessit, & abiens lā-

11 e queo se suspendit. Principes autem sacerdotum acceptis ar-

a ¶ Oblatio impiorum abominabilis est domino quæ offertur ex scelere. b ¶ Corbonan interpretatur oblatio. ¶ Gazophilatium.

12 f genteis dixerunt: Non licet eos mittere in corbonam quia

† g precium sanguinis est. Consilio autem inito, emerunt ex illis

Illi F

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XXVII.

Diuisio ✠ MAne autem. *Ostenso qualiter passio Christi fuit per Iudæos inchoata, hic ostenditur qualiter fuit per gentiles consumata. Et diuiditur in duas partes, quia primo describitur ipsius Christi crudelis occisio. Secundò, ei fidelis & deuota tumulatio, ibi:* Cum ser factum esset. *Prima adhuc in duas: quia primò describitur ipsius Christi iniqua condemnatio. Secundò: ipsius sententiæ iniquæ executio, ibi:* Et postquam illuserunt ei. *Prima in quatuor: quia primò describitur ipsius Christi coram præside præsentatio. Secundò ipsius præsentati diligens interrogatio, ibi:* Iesus autem stetit. *Tertio, innocentiæ eius declaratio, ibi:* Per diem autem solemnem. *Quartò, innocentis condemnatio, ibi:* Videns autem Pilatus. *Prima adhuc in duas: quia primo describitur ipsius Christi præsentatio, vt dictum est. Secundò, incidentaliter subditur Iudæ desperatio, ibi:* Tunc videns. *Circa primum dicitur sic.*

1 Mane autem facto. *Quia à media nocte vsque ad illam horam illuserunt eum conspuendo & palmis cædendo, vt visum est.*

2 Consilium inierunt, &c. *Non enim ex testimoniis prähabitis habebant aliquid, vnde posset accusari coram Pilato, sicut reus mortis: & ideo vlterius, consulebant qualiter eum sicut dignum morte accusarent, vt patebit infra. Sequitur.*

3 Et vinctum adduxe. *Illi enim qui reputabantur digni morte, ducebantur coram iudice ligati.*

4 Et tradiderunt Pontio. *Aliqui dicūt quod Pilatus erat proprium nomen eius, compositum ex nomine matris quæ dicebatur Pila & patris qui dicebatur Atus.* Pōtius *autem cognomen eius, quia fuerat iudex missus à Romanis ad insulam Pontianam, hoc autem diffusè habetur in quadam legenda quæ vocatur aurea. Sed quia ibi multa dicuntur de hoc quæ videntur prima facie falsa, quæ propter prolixitatem omitto. Ideo aliter dicendum, quod Pontius erat proprium nomen eius, quod patet ex duobus. Primò, quia postponitur cognomē, & non præponitur proprio nominis saltem de cursu communi. Secundo quia hoc nomen commune est in Burgundia, vnde Pilatus erat oriundus: Erat enim natione Lugdunensis: vt dicit magister in historiis. Et idem dicit Iosephus libro antiquitatum. Pilatus autem erat eius cognomen. Præses autem erat nomen officij sui. Et dicitur à præsidendo, quia præsidebat Iudæis ibidem missus à Romanis.*

Pontius nomen proprium & Pilatus cognomē qui Lugdunensis erat.

5 Tunc vi. *Hic incidentaliter subditur Iudæ desperatio, cum dicitur.* Tunc vi. Iudas qui eum tra. quod da. est. *Hæc autem desperatio processit ex duobus. Primò, ex magnitudine sceleris, tradendo ad mortem illum cuius tantam sanctitatem expertus fuerat. Secundò, quia damnationem suam audierat à Christo, vt dictum est capitulo præce. quem sciebat prophetam verissimum.*

6 Pœnitentia du. *Infructuosa tamen, quia erat sine spe veniæ, sicut de his qui sunt in inferno dicitur. Sap.5.a. Dicētes intra se pœnitentiam agentes.* 7 Retulit tri. argen. prin. sa. *Ex quo patet, quod cupiditas sua nihil valuit sibi. Sequitur.*

8 At il. di. Quid ad nos? *Quasi dicat, nō curamus. si peccasti vel nō*

9 Tu vide. *Id est, ad te pertinet videre factum tuum.*

10 Et abi. la. se su. *Ex desperatione: Et in hoc plus peccauit quam in tradendo Christum, vt dicit Hiero. Cuius ratio est quia in traditione Christi peccauit contra eius humanitatem directe: sed in desperatione illa peccauit directè cōtra eius diuinitatem, quia contra infinitatem diuinæ misericordiæ. Sequitur.* 11 Non licet eos, &c. קרבן Corbā *Hebraicè, idem est quod oblatio. Corbonam autem erat: locus ad ponendum oblationes factas in templo pro reparatione templi & aliis necessariis. Magna igitur apparet sacerdotum excæcatio, qui occisionem Christi reputabant sibi licitam, imo tanquam sacrificium Deo facerent & tamen precium venditionis eius reputabant nefarium & indignum applicari ad vsus templi.* 12 Consilio autem inito, &c. *Quia ille cuius ille ager erat figulus fuit, ideo sic vocabatur. Vel sortè, quia ibi erat terra apta ad faciendum vasa fictilia.*

✠ In

MORALITER.

Tractatus 35 ✠ 5 *Tunc videns Iudas qui eum tradidit quod damnatus esset pœnitentia.* ORIGE. Si autem locum pœnitentiæ, requisisset, & tempus pœnitentiæ obseruauisset, forsitam inuenisset eum qui dicit: Nolo mortem peccatoris, sed magis vt cōuertatur, & viuat. Ezech.18.g Sermone 2. de cœna Dñi

12 *Emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinorum, &c.* AVGVST. Peregrinis inquam qui fine domo, patria & toto mini

✠ qui bę

Illi quidem fecerunt alia voluntate, vt æternum relinquerẽt A suæ nequitiæ monimentum. Sed nos qui peregrini eramus à lege & prophetis, praua eorum studia susceptmus in salutem, & in precio sanguinis Christi requiescimus.

a *Per Ieremiam.* HIERON. Hoc non in Ieremia, sed in Zacharia legitur: tamen aliis verbis. Legi nuper Ieremiæ apocryphũ, in quo hæc verba scripta reperi. Sed tamen magis mihi videtur hoc sumptũ de Zacharia more apostolorum, qui verborum ordine prætermisso, sensus tantum de veteri Testamento proferunt.

Euangelistarum excusatio in alternata prophetiarũ allegatione.

✠ IDEM. Absit ergo de pediſſe quo Christi, quòd possit argui de falso, cui cura fuit non verba & syllabas aucupari, sed sententias dogmatum ponere.

Lib. de optimo genere interpretandi.

B

Per Ieremiam prophetam. Sed hoc in Ieremia non inuenitur: sed in Zacharia ferè secundum sensum, non secundum verba. Vnde quidam codices non habent, per Ieremiam, sed tantum, per prophetam. Tamen secreto Dei consilio factum est, vt animo Matthæi pro Zacharia occurreret Ieremias: quia omnes prophetæ vno spiritu sunt loquuti, ita vt singula sint omnium, & omnia singulorum. Quare ergo Matthæus hoc emendaret, quod spiritu regẽte fecerat: vt per hoc admoneremur tantam inter prophetas esse concordiam, vt vni deputetur congruè quod ab alio dicitur. Vel apud Ieremiam inuenitur de empto agro, sed non sub hoc nomine precij. Apud Zachariam de triginta argenteis: & nihil de emptione agri. Vtrumque ergo interpretatur euangelista ad hoc quod de domino completum est, & confert in vnum triginta argenteos quod est in Zacharia, & agrum emptum quod est in Ieremia. Quod subdit. *Quem appreciauerunt.* Apud neutrum inuenitur, sed ex persona euangelistæ accipiendum est, quia hoc ex reuelatione domini cognouit ad hanc rem, quæ de precio Christi facta est huiusmodi pertinere prophetiam. Liber quippe empti agri apud Ieremiam iubetur mitti in vas fictile. Et hic emitur ager figuli de precio domini in sepulturam peregrinorum, id est, ad permansionem quietis eorum qui peregrinantur cum domino & consepeliuntur ei per baptismum, nam & illam emptionẽ agri hoc significare Ieremiæ dominus dicit: quia erit permansio de captiuitate liberatorum in illa terra.

Iere 32.c. Zac.11.c.

Iere 32.c.

C

D

b *A filiis Israel, &c.* A quibus minus oportuerat, qui magnificare debuerant.

c *Tu es rex Iudæorum.* Secundùm Lucam duo obiecerant, scilicet quòd prohibebat dari censum Cæsari, & quòd diceret se regem. De regno ergo Pilatus, quia nescit interrogat. De tributis: quia audierat eũ respondisse: *Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari*: quasi aptum mendacium inuidorum negligit. Vnde Marcus. *Et non erant conuenientia testimonia eorum.* In hoc quòd Pilatus nihil aliud criminis interrogat, nisi an sit rex Iudæorum: arguuntur impietatis Iudæi, qui nec falsò inuenire potuerunt quod obiicerent Saluatori.

Luc.23.a. Luc.20.d. Hacel dema. חקל דמא hoc est. †Zac.11.c. Mar.24.f. †Mar.15.a. Luc.23.a. Ioan.18.f.

E

✠ ORIGENES. Iudex totius creaturæ constitutus à patre, vide quantùm se humiliauit, vt acquiesceret stare ante iudicem tunc terræ Iudææ, & interrogatus est interrogationem, quam forsitan Pilatus deridens aut dubitans interrogat. Tract.35. in Matth.

✠ CHRYSOSTOMVS. Quia sciebat Pilatum nullam curã facientem legalium, ad publicas accusationes rem ducunt. Hom.87. in Matth.

d *Tu dicis.* Sacerdoti, quasi de præteritis respondit: quia lex omnis venturum Christum prædicauerat. Tu dixisti: quasi venturum Christum ex lege ipse dixisset. Huic legis ignaro dicitur. *Tu dicis*: quia per fidem præsentis confessionis salus gentium est. Nota quòd Pilato aliqua ex parte respondet qui inuitus ferebat sententiam. Pharisæos verò indignos suo sermone iudicauit.

✠ CHRYSOSTOMVS. Confessus est se esse regem sed cœlestem, vt in alio euangelio manifestiùs legitur, *Regnum meum non est de hoc mundo.* Vt neque Iudæi neque Pilatus excusationem habeant, huic accusationi insistentes. Hom.87. in Matth.

F

e *Nihil respondit.* ✠ ORIGENES. Accusatus Iesus sicut tunc nihil respondit, sic nec & modo: non enim fit eis verbum Dei, sicut aliquando fuerat ad prophetas: sed neque dignum erat vt Pilato interroganti responderet, qui non habebat permanens & firmum de Christo iudicium, sed ad contraria trahebatur. Tract.35. in Matth.

☞ *Consueuerat*

¶ Huius seculi.

agrum figuli in sepulturam peregrinorum: propter hoc vo- 1
catus est ager ilie Acheldemach, † hoc est ager sangui- 2
nis, vsque in hodiernumdiem. Tunc impletum est quod 3
a dictum est per Ieremiam Prophetam, dicentem. † Et ac- 4

¶ Quod in Zacharia, appenderunt, id est, alij recomparauerunt.
a ¶ Hoc. s. b ¶ Illius Christi. c ¶ Scilicet me.

ceperunt triginta argenteos, precium a appreciati, quem ap- 5

a ¶ Id est non pluris precij me facientes, quam vile mancipium.

b preciauerunt à filiis Israel, & dederunt eos in agrum figu- 6

a ¶ Constitutum mihi reuelauit.

li, sicut cõstituit mihi dominus. † Iesus autem stetit ante 7
c præsidem & interrogauit eum præses, dicens: Tu es rex 8

¶ Sic temperat, vt sermo eius calumniæ non pateat, & tamen verum dicat.

d Iudæorum? Dixit illis Iesus: Tu dicis. Et cum accusaretur à 9

¶ Vt verum patientiæ det exemplum, sicut flagellatus ante, ita modo silet accusatus. 10

c principibus sacerdotum & senioribus, nihil respondit. 11

Iudæi accusauerunt Christũ coram Pilato de tribus.

NICOLAVS DE LYRA

✠ 1 In sepulturam peregrinorum. *Quia non habebant proprium sepulchrum.*

2 Propter hoc vocatus est ager ille Acheldemach. *Hoc est ex Dei ordinatione factum est ad memoriam perditionis Iudæ & passionis Christi.*

3 Tunc impletum est quod di. est per Ier. *Quia secundum quòd dicit Hiero. licet autoritas sequens non sit in libro Ieremiæ quem habemus: tamen Hiero. vidit autoritatem istam de verbo ad verbum in quodã libello Hebraico qui dicebatur esse Ieremiæ prophetæ. Multi enim libri prophetarum non habentur. Vel aliter, li. Ieremiam non est de textu, vt dicit Hiero. nec etiam in antiquis libris est & tunc quod dicitur per prophetam intelligere debemus Zachariam: quia Zachariæ vndecimo habetur ista sententia, licet verba aliquantulum sint mutata.*

4 Et acceperunt triginta argenteos, precium appreciati. *Id est ipsius Christi.*

5 Quem appre. fi. Il. *Quia istud precium fuit constitutum inter Iudam & sacerdotes qui erant de filiis Israel.*

6 Et de. eos in ag. fi. *Hoc est pro agro figuli.*

7 Sicut constituit mi. dominus. *Hoc est additum ab euangelista, quia ista prædicta erant à Deo præordinata.*

8 Iesus autem stetit. *Hic ponitur ipsius præsentati interrogatio. Ad cuius euidentiam considerandum, quòd Iudæi accusauerunt Christũ coram Pilato de tribus, vt habetur Luc. 23. a. Primum fuit, quòd subuertebat gentem Iudæorum à cultu legis. Secundum, quòd auertebat populũ à redditione tributi imperatori Romano. Tertium, quòd dicebat se esse regem. & sic volebat sibi vsurpare regnum. De primò non curauit Pilatus quia erat homo gentilis, & ideo non curabat de obseruatione seu violatione Iudaicæ legis. Secundum sciebat esse falsum, quia audiuerat à Christo responsum fuisse Iudæis.* Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, &c. *vt supra, habitum est 22. De tertio autem interrogauit ipsum Christum: quia contra imperatorem videbatur esse directe, quòd aliquis diceret se esse regem Iudæorum qui seruiebant imperatori Romano sub tributo, propter quod Romani abstulerant à Iudæis nomen regium à tempore Pompeij & hoc est quod dicitur hic.* Et interrogauit eum Præses dic. Tu es rex.

9 Dixit illi Iesus. Tu. di. *Scilicet veritatem: quia non negauit se esse regem, sed magis consensit: veruntamen exposuit dictum suum, dicens. Regnum meum non est de hoc mundo, vt habetur Ioan. 18. g. Et in hoc satisfecit Pilato: quia regnum imperatoris non potest esse nisi in hoc mundo, & sic regnum Christi non erat contrarium imperatori.*

10 Et cum accusaretur &c. *Quæ dicta sunt quæ expressiùs tanguntur Luc. 23.*

11 Nihil respondit. *Tum quia manifestè falsa erant & responsione indigna. Tũ quia volebat implere illud quod erat scriptum de eo. Isa. 53. c. Sicut agnus coram tondente se obtumescet, & non aperiet os suum.*

✠ Tunc

MORALITER

† orbe exules iactantur, requies Christi sanguine prouidetur. Istos autem peregrinos dicimus esse deuotissimos Christianos, qui renunciantes sęculo & nihil possidentes in mundo in Christi sanguine requiescunt.

8 *Iesus autem stetit, &c.* Sequitur.

a *Consueuerat præses.* ✠ ORIGENES. Sic enim quasdam gratias præstant genteshis quos subiiciunt sibi,donec confirmetur super eos iugum ipsorum. Tamen consuetudo hæc fuit aliquando apud Iudæos.Saul enim non interfecit Ionathan,omni populo eum petente ad vitam.

Vbi supra.

b *Qui di. Bar.* Barrabas in euangelio secundùm Hebræos filius patris vel magister eorum interpretatur.Ipse est Antichristus, quem illi Christo præferunt, quibus dicitur. *Vos ex patre diabolo estis*, Pilatus qui os malleatoris interpretatur, diabolum significat,qui est malleus vniuersæ terræ, per quem dominus vasa sua permittit probari:& ad vltimum conterit, quando in extrema damnatione confringet.

Ioan.8.f.

B

† ne quid rei sit tibi cum iusto illo.

c *Quem vultis.* Populo volens satisfacere dat opinionem, quamuis non dubitet Christum eligendum sciens per inuidiam traditum.

† in somnis

† Mar.15.b. Luc.23.c.

✠ CHRYSOSTOMVS. Quasi dicat.Si non vultis sicut innocentem dimittere,saltem sicut condemnatum festiuitati dimittatis. Si enim oportebat in peccatis manifestis existentem dimittere,multo magis in dubiis.Vide autem ordinem conuersum. Petitio pro condemnatis solet esse plebis , concessio autem principis , nunc autem princeps petit à plebe,& plebs ferocior redditur.

Hom.87. in Matth.

C

d *Qui dicitur Christus.* Idem quod Marcus ait : regem Iudæorum,quorum rex Christus vocabatur.

D

e *Pro tribunali.* Tribunal sedes iudicum , vt solium regum,cathedra doctorum.

f *Vxor eius.* Vxor viri gentilis hoc in visione intelligit , quod Iudæi vigilantes intelligere noluerunt.

g *Nihil tibi.* Nunc demum diabolus intelligens per Christũ se spolia amissurum, sicut primum per mulierem mortem intulit, ita modo per mulierem vult Christum de manibus Iudæorum liberare, ne per mortem eius mortis amittat imperium.

† quot

†Mar.15.a. Luc.13.c. Ioan.18.g.

h *Barrabam , &c.* Filium diabolielegerunt pro filio Dei, vt Saluatorem cum sua salute perderent, & proditorem liberarent, quæ sua petitio hodie etiam hæret eis,amissa gente & loco & libertate : quia datorem libertatis perdere voluerunt.

E

† in

†Mar.15.a Luc.23.c. Ioan.18.g.

i *Quid igitur faciam de Iesu.* Multas quærebat occasiones, vt eum cum beneuolentia populi liberaret. Primò, latronem iusto conferens : Deinde. *Quid ergo faciam de Iesu , qui dicitur Christus ?* Et cum dicerent,crucifigatur,non statim acquieuit , sed iuxta suggestionem vxoris ait:Quid enim mali fecit? Quo dicto Pilatus absoluit Christum.

a ¶ Ethnicus est qui condemnat Iesum,sed causam refert in populum Iudæorum.

Tunc dicit illi Pilatus : Non audis † quanta aduersum te dicunt testimonia?Et non respondit ei ad vllum verbum,ita vt miraretur præses vehementer. † Per diem autem solennem consueuerat præses dimittere populo vnum vinctum, quem voluissent. Habebat autem tunc vnum vinctum insignem , qui dicebatur Barrabas. Congregatis ergo illis dixit Pilatus. Quem vultis dimittam vobis , Barrabam, an Iesum qui dicitur Christus? Sciebat enim , quòd per inuidiam tradidissent eum.Sedente autem illo † pro tribunali, misit ad eum vxor eius dicens.† Nihil tibi & iusto illi. Multa enim passa sum hodie † per visum propter eum † Principes autem sacerdotum & seniores persuaserunt populis,vt peterent Barrabam : Iesum verò perderent. Respondens autem præses,ait illis. Quem vultis vobis de duobus dimitti?At illi dixerunt , Barrabam. † Dixit illis Pilatus. Quid igitur faciam de Iesu , qui dicitur Christus ? Dicunt omnes:

a ¶ Non imperiali sanctione,sed ductus populi consuetudine,cui placere volebat.

a ¶ Propter seditionem & homicidium.

a ¶ Vulgatum in malitia. b ¶ Barrabas filius magistri,vel Barrabas filius patris,quod rectius.

a ¶ Timentes,ne omnes crederent in eum. b ¶ In Pilato & vxore eius,Christum iustum confitentibus,gentilis populi testimonium est.

a ¶ Egressa est iniquitas à senibus & iudicibus.

¶ Qui rex vester est.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12

d *Qui*

F

Lauit

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Tunc dicit illi,&c.*Eadem ratione non respondit ei:& iterũ quia nolebat impedire passionem suam.Sequitur.*

2 Ita vt miraretur.*De Christi patientia sic tacendo:cum omnia quæ contra eum dicebantur,posset exuslare vno verbo.*

3 Per diem.*Hic consequenter ponitur innocentiæ Christi declaratio. Et primò ostenditur eius innocentia.Secundò Iudæorum resistentia, ibi.* Principes autem.*Prima in duas:quia innocentia Christi primò declaratur de verbo iudicis.Secundò:ex testimonio suæ vxoris,ibi.* Sedente autem.*Ad euidentiam primæ partis aduertendum,quòd in fauorem Iudæorum concessum erat à Romanis,vt in solemnitate Paschali dimitteretur vnus incarceratus secundùm voluntatem eorum in memoriam liberationis eorum de Aegypto : quia in solemnitate Paschali fiebat memoria illius beneficij.Pilatus autem sciebat eos cupidos , de obseruanda illa consuetudine.Ex altera parte volebat Christum liberare: ideo proposuit eis optionem dicens,quòd liberaret eis Iesum vel Barrabam , & nullum alium,per hoc subtiliter credens liberare Christum de consensu eorum:quia non credebat aliquo modo quòd peterent liberationem Barrabæ,quia erat homicida & seditiosus & pessimus, vt habetur Luc. 23.Et ideo credebat , quòd præeligerent liberationem Iesu. Et hoc est quod dicitur.* Per diem au.so. *Non quemcunque , sed in solemnitate Paschali,vt dictum est.*

4 Consueuerat.*Ratio dicta est.*

5 Habebat au. *Dicitur autem hic insignis non nobilitate generis, sed ex famositate sui criminis·quia etiam bonum ad mala transferimus vt dicitur 5.Meta.sicut aliquis dicitur bonus latro , ita potest dici insignis.Sequitur.*

6 Quem

6 Quem vultis.*Quasi dicat nullum alium habebitis, & per hoc credebat liberare Iesum,vt dictum est.Cuius ratio subditur.*

7 Sciebat enim.*Quia publice arguebat vitia sacerdotum & Pharisæorum.*

8 Sedente.*Hic declaratur innocentia Christi per testimonium vxoris Pilati.Ad cuius euidentiam sciendum, quòd diabolus qui captionem Christi procurauerat per Iudæos , per aliqua signa perpendit quòd ipse esset verè Christus , & per consequens,quòd per eius mortem spoliaretur infernus:hoc autem perpendit per eius patientiam,& per scripturarum impletionem , & forte per sanctorum patrum in lymbo existentium exultationem:& ideo mortem Christi impedire volebat per vxorem Pilati:cuius preces efficaces credebat in conspectu viri sui.Et hoc est quod dicitur hic.* Sedente autem eo.*iudicando scilicet Christum.*

9 Misit ad eum vxo.*Quasi dicat nullo modo condemnes eum , sed magis eum dimitte.*

10 Multa enim passa.*Quia diabolus apparuerat ei,mouens eam terroribus ad liberationem Christi.Vtrum autem talis apparitio fuerit ei facta in somno vel vigilia expresè non habetur hic:videtur tamen quòd fuerit in somno,per hoc quòd hic dicitur per visum : Christus enim fuit præsentatus Pilato valde mane,vt dictum est in principio huius capituli.Et ideo probabile est,quòd vxor eius iacebat adhuc in lecto,quia domi næ non solent ita mane surgere sicut viri sui.*

11 Principes. *Descripta Christi innocentia, hic subiungitur Iudæorum resistentia:intantum enim odiebant eum, quòd præelegerunt liberare hominem pestiferum , ne Christus liberaretur.Et hoc est quod subditur hic.* Princ.aut.sacer.& se:*Falsas rationes inducendo.*

12 Vt peterent.*Et patet vsque ibi.*

✠ Quid enim

MORALITER.

✠ † *Et non respondit ei,&c.* Ratio dicta est cap.præced.secundum AVGVST.Hic.Vel ideò nihil respondit ne crimen diluens dimitteretur à præside,& crucis vtilitas differretur.

11 *Principes.* ORIGENES. Est & nunc videre, quomodo populus Iudæorum à senioribus suis &Iudaicę doctoribus suadetur,& excitatur aduersus Iesum,vt perdant eum: & hodie in locis pluribus fit idem aduersus membra eius.

✠ *Innocens*

a *Lauit manus.* Gentilem populum ab impietate Iudæorum alienum designans, qui clamauerunt. Crucifige, crucifige eum.

b *Sanguis eius.* Perseuerat vsque hodie imprecatio, & sanguis Christi non aufertur ab eis.

Hom. 87. in Matth. ✠ CHRYSOSTOMVS. Intuere Iudæorum insaniã qui sibi maledicunt, sed tamẽ misericors Deus eorum sententiã nõ firmauit, sed ex eis & eorum filiis suscepit, qui pœnitentiam egerunt. Etenim & Paulus ex ipsis fuit, & multa milia eorum qui Hierosolymis crediderunt.

c *Tunc di. il. Barra.* Barrabas latro seditiosus, & homicidiorum autor, dimissus est populo Iudæorum.

†Mar. 15. d. Luc. 23. d. Ioan. 19. a. B Isidorus. ISIDORVS. Diabolus qui iam olim ob superbiam à patria lucis expulsus, & in tenebrarũ carcere fuerat missus. Et ideo Iudæi pacem habere non possunt, quia seditionũ principẽ eligere maluerunt. Vel Barrabas typum gerebat Antichristi.

d *Iesum verò fla.* Ideo credendus est Pilatus Iesum flagellasse, & militibus ad illudendum dedisse, vt satiati pœnis eius & opprobriis, Iudæi eius mortem vltra non sitirent. *Iesum verò.* Seruiens Romanis legibus, quæ crucifigendos prius iubent flagellari.

Crucifigendi lege Romana prius flagellabantur.

Sermone de passione. ✠ AVGVSTINVS. Proh dolor, iacet extensus ante hominem Deus, & supplicium patitur rei, in quo nullum peccati vestigium potuit inueniri.

e *Chlamydem coc.* Quæcunque fecerunt, licet alia mente, tamen nobis sacramenta dederunt. Chlamydẽ idem quod Marcus dicit purpuram, in qua Christi caro passionibus obiecta insinuatur: vnde propheta. *Quare ergo rubrum est indu. tuum.* In spinea corona, nostrorum susceptio peccatorum, quæ per spinas notantur. In calamo: venenata occidit animalia. Iuxta Lucã apud Herodem alba veste induit, in quo innocentia & castitas assumptæ humanitatis exprimitur, & gloria regni immortalis, quam per passionem accepit. Vel induitur purpura id est sanctis Martyribus, alba veste, aliis sanctis: quia verò solet calamo scriptura fieri, caput Christi percutiunt calamo, qui diuinitati illius contradicentes, errorem suum autoritate scripturę sanctæ cõfirmare conãtur. In faciem spuunt qui Iesum in carnem venisse denegant. Vt illi falso adorabant, ita hodie qui credũt sed peruersis actibus verba eius & promissa regni despiciunt quasi fabulosa.

D Mar. 15. b. Isa. 63. a. 1. q. 4. c. ecclesia. Luc. 13. b.

† videbitis

E

HIERO. In chlamyde coccinea opera gentiũ cruenta sustẽtat. In corona spinea, maledictũ soluit antiquũ. In calamo, venenata occidit animalia. Vel calamum tenet in manu, vt sacrilegium scriberet Iudæorum. In suis vestibus non illuditur, sed in his quæ propter peccata nostra portauit. Cum crucifigeretur suum recepit ornamentum statim: quia elementa turbantur, & creatori testimonium dat creatura.

☞ Exeuntes

a ¶ Vt vxor mandauerat, nihil tibi & iusto illi.

Crucifigatur. Ait illis præses. Quid enim mali fecit? At illi 1

a ¶ Quanto plus audiebant, quòd Pilatus vellet eum liberare.

magis clamabant, dicentes: Crucifigatur. Videns autem Pi- 2 3

a ¶ Id est rebellionis crimen ei contra Cæsarem impingeretur.

latus, quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, ac- 4

a ¶ Quodammodo contestans, ego innocentem volui liberare. b ¶ Non in hoc Deum fallit, particeps est, sed innocentior illis qui dicunt. Crucifige, crucifige. 5 6

a cepta aqua lauit manus coram populo, dicens: Innocens e- † b

a ¶ Ego minister sum legum, vestra vox sanguinem fundit.

go sum à sanguine huius iusti, vos † videritis. Et respondens

¶ Culpa & pœna. ¶ Vnde per Isaiam. Si leuaueritis manus ad me, non exaudiam, manus enim vestræ sanguine plenæ sunt.

b vniuersus populus, dixit. † Sanguis eius super nos, & super

c filios nostros. † Tunc dimisit illis Barrabam: Iesum verò 7

d a ¶ A Pilato, vt Ioannes ait. ¶ Ideo flagellatum, vt nos à flagellis liberemur. 8

flagellatum tradidit eis, vt crucifigeretur. Tunc milites 9

a ¶ Quia obiiciebatur ei quòd vsurpasset imperium in populo Iudæorum, illusionibus hoc ostendunt.

præsidis suscipientes Iesum in prætorio, congregauerunt ad 10

a ¶ Propriis vestimentis. b ¶ Pro purpura qua reges vtebantur.

e eum, vniuersam cohortem, & exuentes eum, chlami- 11

a ¶ Pro diademate. 12

dem coccineam circumdederunt ei. Et plectentes coronam 13

¶ Pro sceptro. 14

de spinis posuerũt super caput eius, & arundinẽ in dextera e- 15 16

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Quid enim mali fecit. *Quasi dicat non allegatis causam sufficientem, suæ mortis.*

C 2 Et illi magis. *Per clamorem autem & tumultum populi voluerunt obtinere quod non poterant per rationem habere, dicentes.*

3 Crucifigatur. *Id est, morte turpissima & acerbissima moriatur.*

4 Videns au. *Declarata Christi innocentia, vt visum est, hic ponitur ipsius innocentis iniusta condemnatio, quæ processit ex parte iudicis ex timore, ne si dimitteret eum contra clamorem populi, accusaretur postea ad Cæsarem, & hoc est quod dicitur hic.* Videns au. Pi. *Ostendendo Christi innocentiam ad eius liberationem.*

5 Sed magis tu. *Scilicet clamantis ad contrarium per seductionem sacerdotum, vt visum est.*

6 Accepta aqua la. *Ad hoc vt Iudæi totum peccatum super se acciperent, & ipse immunis esset à peccato. Sed hoc non suffecit ad omnimodã eius excusationem, quia cum esset iudex tenebatur ex officio seruare iusticiam: & ideo grauiter peccauit faciendo contra eam, ad habendum populi fauorem: minus tamen peccauit quàm Iudæi: quia eius motiuum fuit minus malum: Iudæi enim ad occidendum Christum moti sunt per rancorem & odium. Pilatus autem propter timorem Cæsaris & fauorem Iudæorum habendum.*

7 Tunc di. il. Bar. *Facta responsione à Iudæis, quòd totum peccatum reciperent super se & filios suos.*

8 Iesum au. *Licet ista flagellatio Christi ponatur hic post sententiam iudicis, tamen fuit ante facta vt habetur Ioan. 19. quia ad hanc intentionem eum præcepit Pilatus flagellari & illudi, vt Iudæi essent satiati sanguine eius, videntes eum sic punitum etiam vltra condignum, & ideò ponitur hic quasi per recapitulationem.* F

9 Tunc mi. *Id est, post flagellationem immediatè & ante sentẽtiam.*

10 Susci. Ie. in præ. *Vt magis illi illuderent in loco patenti & coram multitudine.*

11 Et exu. *Scilicet vestimentis suis.*

12 Chlamy. coc. *Id est, rubeam in similitudinem purpuræ qua vtuntur reges.*

13 Circund. ei. *Ipsum vestiendo.*

14 Et plecten. co. de spi. *Id est, de iuncis marinis ad modum spinarum acutis. Et ego qui hæc scripsi, audiui à quodam qui fuerat vltra mare cum sancto Ludouico rege Franciæ, quòd in littore maris senserat puncturas, iuncorum per sotulares intermedios.*

15 Posuerunt su. ca. eius. *Pro similitudine coronæ regiæ.*

16 Et arund. in de. eius. *Pro sceptro regio.*

✠ Et genu.

MORALITER.

✠ † *Inno.* Leo Papa. Excessit ergo Pilati culpam facinus Iudæorum, sed nec ipse euasit reatum, qui reliquit proprium iudicium & in crimen transiit alienum.

Sermone 8. de passione. 7 *Tunc di.* HILARIVS. In quo arcanum infidelitatis futurę ostenditur, scilicet Antichristum Christo præferendum.

9 *Tunc mili.* CHRYSOSTOMVS. Quæ igitur erit nobis cura de cætero, si contumelias ab aliquo patiamur postquàm Christus hæc passus est? Etenim quod fiebat in Christo, vltimus contumeliæ terminus erat: nec vna particula tantum sed vniuersum corpus patiebatur iniurias caput per coronam & arundinem & colaphos. Facies: quia conspuebantur genæ & alapis cædebantur corpus totum per flagella denudatur, & circundationem Chlamydis ad fictam adorationem: manus per arundinem quam dederunt ei pro sceptro: ac si timerent ne prætermitterẽt aliquid grauissimæ præsumptionis. MORALITER. Rab. Caput Christi Deus, igitur calamo Christi caput percutiunt qui diuinitati eius contradicentes errorem suum autoritate sacræ scripturæ quæ calamo scribitur firmare conantur. Spuunt in faciem eius, qui præsentiam gratiæ suæ verbis execrandis respuũt, & Deum in carne venisse denegant. Falsò autem illum adorant qui eum credunt, sed peruersis actibus despiciunt.

☞ a *Exeuntes autem.* Primò dominus crucem suam portauit: quod A Ioannes refert antequam iste veniret obuius: cui imposita est. Ioan.19.c. Et hoc congruo ordine mysterij, quia Christus *passus est pro nobis, no.re.exen.vt se.ve.eius.* Et quia Simon de Cyrenis est, quæ 1.Pe.1.d. est in lybia. per eum gentes signantur, qui primò peregrini à testamento Dei, nunc obediendo ciues sunt & domestici Dei & hęredes. Simó enim obediens Cyrene hæres interpretatus. Qui bene de villa venit, id est, de † Mar.15.b gẽtilitate. Villa Grę- Luc.23.d. cè pagus, vnde pagani, qui à ciuitate Dei † Mat.15.b sunt alieni: qui reli- Luc.23.c. ctis paganis ritibus † Ioan.19.d passionis vestigia imi- גולגותא tantur. Vel in domi- הוא no figurantur: qui Golgoltha sponte portant cru- • interpretatum cem domini, in Si- B mone qui inuiti.

b *Cyreneum.* Ecce non Hebræus, sed †Psal.21.d. alienigena opprobrio Christi subditur, vt plenitudo sacramentorum transiret à circuncisione ad præpucium ostendatur.

c *Golgotha.* Syrum est, & interpretatur Caluarie non ob caluitium Adæ quem mentiuntur ibi sepultum, sed ob decollationem damnatorum. Adam iuxta Hebron in libro Iesu legitur sepultus. Loca sunt foris portam in quibus capita truncabantur damnatorum. Et Caluariæ: hoc est decollatorum sumpsere nomen. Quasi dicat ergo noxius inter noxios. D Iosue.14.d.

d *Cum felle mixtum.* Alius euangelista dicit Myrrhatum, id est, amarissimum. Et potuit vtraque esse commixtio fellis & myrrhæ. †Mar.15.b

e *Et cum gustasset noluit.* Hoc Marcus tacet noluit bibere. Mar.15.b. Hoc est quod Marcus ait: non accepit, scilicet vt biberet.

f *Diuiserunt.* Hoc † adegerũt Ioannes distinctius: vestimenta in quatuor partes vt ecclesia in quatuor partibus mundi signetur. Tunica sortita, Ioan.19.d. significat omnium † acetum partium vnitatẽ vinculo charitatis, quæ E sorte, id est, gratia -vt implere Dei prouenit, non tur quod di humano arbitrio. ctũ est per propheta. Diuiserunt sibi vestimẽ ta mea, & super vestẽ meã, miserũt sortem. Hom.88.in Matth.

a ¶ Adorant vt regem.

ius: & genũflexo ante eum illudebant ei, dicentes: † Aue rex 1 Iudæorum. Et expuẽntes in eum, acceperunt arundinem, & 2 3 percutiebant caput eius. Et postquam illuserunt ei, exuerũt 4 eum chlamyde, & induerunt eum vestimentis eius, & du- 5 6 a xerunt eum, vt crucifigerent. † Exeuntes autem inuenerunt † b hominem Cyreneum nomine Simonẽ: hunc † angariauerũt 7 8 vt tolleret crucem eius. † Et venerunt in locum qui dicitur 9

a ¶ Vt vbi erat area damnatorum, ibi sint vexilla martyrum. b ¶ Decollatorum. c ¶ Qui omnes conuersi sunt ei in amaritudinem vitis alienæ.

c Gôlgotha, quod est * Caluariæ locus. Et dederunt ei † vinum 10 d ¶ Vel pro amaritudine. a ¶ Gustauit quidem mortem ad horam, sed tertia die resurrexit. e bibere cum felle mixtum. Et cùm gũstasset, noluit bibere. 11 12 Postquam autem crucifixerunt eum, diuiserunt vestimenta 13 eius sortem mittentes, vt impleretur quod dictum est per 14 f prophetam dicentem. † Diuiserunt sibi vestimenta mea, & 15

✠ CHRYS. Nó parua hæc abiectio Christi erat. Quasi enim circa dehonoratũ & omniũ viliss imũ in Christo hoc agebãt, in latronib⁹ aũt nihil tale operati sunt. Diuidere enim vestimẽta, in valdè vilibus cõdẽnatis & abiectis fit, & nihil aliud habentibus.

☞ *Causam*

NICOLAVS DE LYRA

✠ 1 Et genufle.an.eum.il.ei. *Facto similiter & verbo: vnde sequitur.*

2 Dicen.Aue rex Iu. *Quasi dicat voluisti regnare, & non potuisti: & sic eorum illusio accusationi Iudæorum correspondebat.*

3 Et expue.in eum. *Tanquam in personam contemptibilem & vilem.*

4 Acceper.arun. *De manu eius.*

C 5 Et percu.caput eius. *Et ratione contemptus & ratione doloris insligendi: quia ex tali persecutione aculei coronæ intrabant caput eius.*

6 Et postquam. *Postquam descripta est ipsius Christi condemnatio iniusta, hic ponitur iniquæ sententiæ executio. Et primò ponitur ipsius Christi iudicati crucifixio. Secundò, crucifixi illusio, ibi.* Prætereuntes. *Tertiò, illius expiratio, ibi.* A sexta aũt hora. *Circa Christi crucifixionẽ* Circa Christi passionẽ quatuor tanguntur. *quatuor tanguntur, loci vilitas: Iudæorum crudelitas, ibi.* Et dederunt. *Militum cupiditas, ibi.* Postquam autem. *Latronum societas, ibi.* Tũc crucifixi sunt. *Circa primum dicit sic.* Et postquam il. *Quia chlamydem illam coccineam imposuerunt sibi solum ad deridendum eum sicut regem falsum.*

7 Et indu.eum ve.e. *Quibus spoliauerunt eum, vt prædictum est: & hoc fecerunt, vt ductus ad mortem magis cognosceretur in propria veste quàm in aliena.*

8 Exeun. *Hoc non est contra id quod dicitur Ioan. 19.c. Et baiulans sibi crucem, &c. Ipse enim primò portauit crucem suam, quando exiuit de domo Pilati, vt dicit Ioannes, sed quia erat fatigatus ex præcedenti labore ieiuniis & vigiliis: ideò milites coegerunt Simonem ad portandum eius crucem, vt citius possent peruenire ad locum crucifixionis, vt dicitur hic.*

9 Et venerunt in locum qui dicitur Golgotha: quod est Cal. lo. *Ille locus non est sic nominatus à Caluaria Adæ ibi sepulti, vt dicunt aliqui: quia Adam fuit sepultus in Hebron vt habetur Iosue 14. propter quòd Hebron dicebatur antiquitus Cariatharbe, id est, ciuitas quatuor: quia quatuor magni patriarchæ sunt ibi sepulti cum vxoribus suis scilicet Adam & Eua, Abraham & Sara, Isaac & Rebecca, Iacob & Lia, Dicitur ergo Caluariæ locus, quia locus ille erat plenus capitibus mortuorum, qui ibi decollabantur: quia ibi malefactores puniebantur: & sic patet loci vilitas, in quo Christus crucifixus est.*

10 Et dederunt. *Hic consequenter ponitur Iudæorũ crudelitas, cum dicitur. Et dede.ei vi.cum fel.mix. Ioannes autem dicit, quòd dederunt ei acetum. Ad euidentiam autem huius considerandum, quòd aliqui dicunt hoc esse factũ vt citiùs moreretur: & sic milites de eius custodia citiùs expedirentur quia debebant eum custodire, quousque expirasset. Dicunt enim, quòd exeuntes in tormento si potentur aceto citiùs moriuntur. Sed hoc non videtur multum probabile: quia acetum est frigidum, & per consequens videtur magis mortem talium differre: propter quod aliter dicendum est. Scribitur enim in quodam libro Hebraico qui apud eos intitulatur liber Iudicum ordinariorũ: quòd quia Salomon dixerat: Prouer.31.a.* Date siceram, *id est, potum inebriatiuum* mœrentibus, & vinum his qui amaro sunt animo, vt bibant & obliuiscantur egestatis suæ, & doloris sui non recordentur amplius. *Ideo ex occasione huius verbi seniores Iudæorum statuerant, vt condemnatis ad mortem daretur vinum aromaticum ad bibendum, vt facilius tolerarent passionem. In Ierusalem autem erant matronæ deuotæ & compassiuæ, quæ hoc vinum dabant ex deuotione. Iudæi ergo ex nimia crudelitate moti tale vinum datum pro Christo & aliis duobus cum eo crucifixis acceperunt sibi, secundum quòd dictum erat Amos. 2.c.* Vinum damnatorum bibebant & loco eius posuerunt acetum cum felle mixtum. F

11 Et cum gu.no.bi. *Marcus dicit. Et non accepit: quia non accepit ad bibendum, sed solùm ad gustandum modicum, vt sic impleretur in eo quod scriptum est in Psal.68.e. Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto.*

12 Postquam cruci.eum. *Hic ponitur militum crucifigentium cupiditas in hoc quòd abstulerunt sibi vestimenta sua omnia: cum tamen damnatis ad mortem dimittatur aliquod vestimentum ad carnis suæ oprimentum: & hoc est quòd dicitur.*

13 Diuiserunt ve. e. *In quatuor partes, secundum quod dicitur Ioan.19. quia quatuor erant milites ipsum crucifigentes.*

14 Sortem mitten. *Ista sors fuit missa super tunicam domini inconsutilem, quæ erat facta quasi reticulato opere: & ideo non poterat bene diuidi cum non haberet aliquam suturam, & ideo miserunt sortes, vt quis haberet eam integram.*

15 Vt adimpl. quod dictum est per prophe.d. Diui.si. *Secundum Hier. istud non est de textu Matthæi, nec est in antiquis libris, sed tantum in euangelio Ioan. Expositio tamẽ huius autoritatis patet ex dictis.*

✠ Et seden.

MORALITER.

✠ † *Et du.* Extra ciuitatem, vt per hoc ostenderetur, quòd pro totius mundi salute patiebatur Heb.13.b. *Iesus vt sanctificaret populum suum extra portam passus est.*

8 *Exeuntes autem inue.ho.cy.* HIERONY. Mysticè crucem suscipiunt scipiunt nationes, & peregrinus obediens portat ignominiam Saluatoris.

10 *Et dederunt ei vin.bi.cum felle mixtum.* Hoc moraliter faciunt qui membra eius amaritudinibus affligunt.

13 *Diuiserunt.* Hoc nequiter attentant, qui ecclesias spoliant.

✠ *Tunc*

☞ a *Causam.* Pro qua eum Iudæi Pilato tradiderunt. Rex per crucem non perdidit, sed confirmauit imperiũ, velint nolint Iudęi.

A b *Vnus à dex.* Vnus à dextris per quem mortificatio significatur carnis pro cœlesti gloria, vnus à sinistris, per quem iterum significatur mortificatio carnis pro aliqua mundi causa.

c *Blasphemabant.* Prædictum erat in libro sapientiæ. *Morte turpißima condemnemus eum. Erit enim respectus in sermonibus illius. Si enim verè filius Dei est suscipiet illum, de manu contrariorum suorum liberabit illũ.* Quia ergo crucifigebatur, & non liberabatur, credebant illum non esse Dei filium: propterea pendenti in ligno insultant: & caput agitãt.

B d *Si filius Dei es.* Si insultantibus cedens descenderet de cruce, virtutem patientiæ non demonstraret.

e *Et credemus ei.* Fraudulenta promissio: maius facit surgens de sepulchro, & non creditis: si ergo de cruce descenderet, non crederetis. Sed hoc dæmones immiserunt, statim enim senserunt virtutem crucis, & suas vires fractas & hoc agunt vt de cruce descendat. Sed sciens hoc dominus, permanet, vt diabolum destruat.

f *Confidit in Deum, liberet, &c.* ✠ CHRYSOSTOMVS. O inquinati valdè? Nunquid prophetæ & iusti non erant, quia eos non eripuit à periculis Deus? Si autem illorum gloriæ non obfuit, quod eis pericula induxistis, multomagis in ipso non oportebat vos scandalizari per ea quæ patitur, quia semper per ea quæ dixit hanc vestram remouit suspitionem.

g *Idipsum autem & latro.* Prius vterque blasphemauit, deinde visis signis vnus credidit. Ita vterq; populus Deũ prius blasphemauit: sed alter signis territus pœnituit, & nunc Iudæos arC guit.

Vsitatè dicitur. Et rustici insultant mihi, si vnus hoc facit. Ita & hic. & hic. Lucas enim ait vnum fideliter dixisse. Memento mei domine dum, &c. D Luc.23.f

Moralem sanctæ crucis figuram describit Paulus, vbi ait. *In charitate radicati & fundati, vt posßitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit longitudo, latitudo, sublimitas & profundum. Cognoscere etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi.* In latitudine quippe opera charitatis significat. In longitudine perseuerantiam conuersationis sanctæ vsque in finem. In altitudine, spẽ cœlestiũ præmiorum. In profundo, inscrutabilia iudicia Dei. Quando ista gratia inter homines venit, & hæc coaptantur sacramẽto crucis, vt in latitudine accipiatur transuersum lignum quo extenduntur manus propter operum significationẽ. In longitudine, ab ipso vsque in terram, vbi totum corpus erat significatur persistere, idest, longanimiter permanere. In altitudine ab ipso transuerso ligno sursum versus vbi caput erat, propter spectationem supernorum, ne illa bona opera, & in eis perseuerantia, propter beneficia Dei terrena ad temporalia facienda credatur: sed propter illud sempiternum quod desuper sperat fides quæ p dilectionẽ operatur. In profundo autẽ pars illa quæ in terra abdita defossa latet, sed inde consurgit omne illud quod eminet. Sicut ex occulta Dei voluntate vocatur homo ad participationem tantæ gratiæ alius sic, alius autem sic. Supereminentem verò scientiæ charitatem Christi, eam profectò vbi pax illa est, quæ præcellit omnem intellectum.

Ephe.3.d.

h *A sexta au.ho.* Nota sole à centro mundi recessuro crucifigi tur dominus, quia propter peccata moritur, & Adam post meridiem cum peccasset vocem domini audiuit. Et ordo est rationis, vt quo tẽpore præuaricanti Adæ clausit, eo tempore pœnitenti latroni ianuã reseret paradisi. Quod Marcus ait hora tertia crucifixisse Gen.3.b. Marc.15.c. F

a ¶ Tunicam inconsutilem. b ¶ Diligentia hæc nobis profecit, vt apertior virtus resurrectionis appareat.

Sap.2.d. super vestem meam miserunt sortem. Et sedentes seruabant 15
a ¶ Pilatus & ministri.
a eum. † Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scri- 2
†Mar.15.c Luc.23.e. Ioan.19.d. † Nazarenus. ptam. Hic Iesus † est rex Iudæorum. Tunc crucifixi sunt cum 3
a ¶ Non in via veritatis pedem ponentes.
b eo. duo latrones, vnus à dextris, & vnus à sinistris. † Prætẽr- 4
a ¶ Sicut mobiles gressu corporum, ita & mente, ita sermone.
c euntes autem blasphemabant eum mouentes capita, & di-
a ¶ Fatuus populus concordat voci falsorum testium.
†Mar.15.c. centes: † Vah qui destruis tẽplum Dei, & in triduo illud reæ- 5
d dificas. Salua teipsum. Si filius Dei es, descende de cruce. Si- 6 7
militer & principes sacerdotum illudentes cum scribis & 8
¶ Nolentes verum dicunt, & qui hoc potuit, posset vtique, sed minus volebat vt faceret maius 9
* & Phariseis. † Luc.23.c. senioribus, * dicebant. † Alios saluos fecit, seipsum non potest 10
e saluũ facere. Si rex Israel est, descendat nunc de cruce, & cre- 11 12
f demus ei. Cõfidit in † Deũ liberet eũ nũc si vult. * Dixit enim, † Deo
¶ Plurale pro singulari. 13
g quia filius Dei sũ. Idipsum autẽ & latrones, qui crucifixi erãt 14
¶ Compatiuntur elementa conditori suo. a ¶ Ne sol pendentem dominum videret, vel ne impij sua fruerentur luce.
h cum eo improperabant ei. A sexta autẽ hora tenẽbræ factæ 15

* Eum. †Mar.15.c. Luc.23.f.

NICOLAVS DE LYRA

✠ 1 Et seden. ser. eum. *Ne aliquis raperet eum de cruce antequam esset mortuus.*

2 Et impose. su. ca. *Iste erat modus Iudæorum, quòd super capita crucifixorum ponebatur causa condemnationis ipsorum. Ipse autem accusatus fuerat, quòd sibi volebat vsurpare regnũ Iudæorũ, vt visum est.*

3 Tunc cruci. cum eo. *Hîc describit latronũ societas. Ad hoc enim crucifixi sunt cum Christo ex intentione Iudæorum, vt Christus videretur particeps & magister in malefactis eorum. Sed ex intentione Dei hoc permittentis factum est, vt impleretur quod de Christo scriptum erat, Isa.53.d. Et cum sceleratis reputatus est.*

4 Prætereuntes au. *Hic describitur ipsius Christi crucifixi derisio: quia primò fuit derisus à prætereuntibus, hoc est à vulgaribus hominibus circa locum crucis concurrentibus, dicentibus.*

5 Vah. *Interiectio est insultantis seu deridentis.* Qui destruis tem. Dei. *Imponebant enim sibi, quòd hoc dixerat. Sed hoc falsum erat vt visum est cap. præce.*

6 Salua te ipsum. *Quasi dicat non potes: ex quo patet falsitas tua. Secundò fuit derisus à sacerdotibus, & hoc est quod dicitur.*

7 Similiter & prin. sa. illu. cum scribis. *Id est, legisperitis.*

8 Et seniori. *Id est, iudicibus ordinariis.*

9 Dicebant, alios sal. fe. *Quasi dicat non est verum: quia si posset facere talia saluaret semetipsum.*

10 Si rex Israel est. *Non quicunque sed Meßias promißus in lege.*

11 Descen. nunc de cru. *Quia alij reges non possent talia facere.*

12 Et crede. ei. *Falsum dixerunt: quia maiora fecit, quando Lazarum suscitauit, & quando post mortem de sepulchro surrexit, & tamen non crediderunt ei. Tertiò fuit derisus à latronibus, & hoc est quod dicitur.*

13 Idipsum. *Id est, verba præmissa.*

14 Et latro. impro. ei. *Contrarium videtur Lucæ.23.f. vbi dicitur, quòd vnus increpabat eum, alter autem rogabat eum, dicens: Domine memento mei, dum veneris in regnum tuum. Dicendum quòd Matthæus loquitur secundum illum modum loquendi, quo societas dicitur aliquid facere quando vnus de societate hoc facit. Vel aliter dicendum, quòd vterque improperauit primò Christo, sed alter videns postea patientiam Christi pœnituit, & misericordiam petiit, & sic inuenit.*

15 A sexta autem hora. *Hic consequenter describitur ipsius Christi* ✠ *crucifixi*

MORALITER

✠ 3 *Tunc crucifixi sunt cum eo duo.* Per istos duos latrones designantur omnes qui arctioris vitæ continentiam apprehendunt. Quicunque enim intentione placendi Deo hoc faciunt designantur per illum qui à dextris Christi crucifixus. Qui verò pro appetitu laudis humanæ, vel aliqua minus digna intentione, per illum qui à sinistris.

4 *Prætereuntes autem blasphemabant.* Sic & modo qui viam prætergrediuntur iusticiæ, non cessant ipsum blasphemare.

† *Si filius Dei es.* RABANVS. Si autem tunc de cruce descenderet, virtutem patientiæ non demonstraret: sed expectauit paululum, irrisionem sustinuit, & qui de cruce descendere noluit, de sepulchro resurrexit.

15 *A sexta.* ORIGENES. Sicut Moyse extendente manus in cœlũ

☞ crucifixiſſe dominum,ideo eſt,vt Iudæos qui ſe excuſant,magis
A crucifixiſſe oſtendat linguis quam milites quorum manibus factum eſt : qui hora tertia vt crucifigerentur inclinauerunt. Quando enim crucifixus eſt,hora erat quaſi ſexta , id eſt non adhuc plenè ſexta.

Tracta.35. in Matth. ✠ ORIGENES. Dicũt filij huius ſeculi, quomodo hoc factum tam mirabile nemo græcorum ſcripſit? Phlegon quidẽ in chronicis ſcripſit in principatu Tyberij factum , ſed non ſignauit in luna plena arbitror ergo, ſicut cætera ſigna quę facta ſunt in paſſione,ita hoc in Ieruſalem tantùm factum.

†Mar.15.c. Ioan.19.f.

†Mat.15.c.

Hom.89.in Matth. ✠ CHRYSOST. Hoc admirandum erat quod in omnem
B terram tenebræ ſunt factæ,quod nunquam prius contigerat.In Ægypto enim ſolùm tenebræ factæ ſunt, quando paſcha perficiendum erat.

a *Et circa horam no.* Cum inclinata eſt dies ad veſperam & tepefactus eſt ſol à feruore,paſſionem conſummat , oſtendens ſe mori propter peccata noſtra quibus à diuina luce & dilectione in hanc noctem cecidimus.Mane ſurrexit dominus,docens reſuſcitatos in anima ſe eſſe producturum in lucem æternæ fœlicitatis.

b *Eli Eli lamma.* Quorum ſuſcipit naturam eorundem plorat miſeriam. In quo oſtendit quantum ipſi flere debent qui peccant.Ne mireris verborum humilitatem,& querimonias dereli cti,cum formam ſerui ſciens ſcandalum crucis videas.

Hom.89. in Matth. ✠ CHRYSOSTOMVS.Quidam quia non poſſunt exponere,derelinqui Chriſtum à Deo , dicunt quod per humilitatem dictũ eſt.Sed manifeſtè intelligere poteris, quid ſit quod dicit, faciens comparationem gloriæ illius,quam habuit apud patrẽ, ad confuſionem,quam contemnens ſuſtinuit crucem.

Tracta.35. ✠ ORIGENES.*Dereliquiſti me*,id eſt,talibus exinanitum calamitatibus tradidiſti,vt populus qui apud te fuerat honoratus, recipiat

a ¶ Ne putetur conſueta eclipſis per tres horas tenebræ factæ ſunt.

a ſunt ſuper vniuerſam terram, vſque ad horam nonam. † Et 1
b circa horam nonam clamauit Ieſus voce magna dicens.† Eli 2

a ¶ Suſceptæ naturæ in primis parentibus corruptæ deplorat miſeriam. 3

a eli lamma azabtani: hoc eſt:Deus meus,Deus meus:vt quid †

a ¶ Humana natura erat derelicta,ſed non Dei filius.

c dereliquiſti me?Quidam autem illic ſtantes,& audientes di- 4

¶ Ex eo quod dixit Eli.

d cebant: Eliam vocatiſte. † Et continuò currens vnus ex eis 5
acceptam ſpongiam impleuit aceto,& impoſuit arundini, &
e dabat ei bibere.† Cæteri verò dicebant: Sine videamus, an

a ¶ Quid dixerit Lucas aperit.Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum.

veniat Elias liberans eum. Ieſus autem iterum clamans 6

recipiat quæ in me auſus eſt , vt priuetur à lumine tuæ proſpe- D
ctionis,ſed & pro ſalute gentium dereliquiſti me forſitan autẽ & videns peccata hominum pro quibus patiebatur,dixit, quare me dereliquiſti,vt fierem quaſi qui cõligit ſtipulam in meſſe & racemos in vindemia.Non autem æſtimes humano more Saluatorẽ iſta dixiſſe propter calamitatẽ,quæ comprehẽderat eum in carne.

†Mar.15.c. אלי אלי למה שבקתנ eli eli lãma ſabathani & eſt vltima dictio Chaldæa,ſiue Syra. Lib.3.cap. 27.de fide.

✠ DAMASCENVS. Etſi mortuus eſt vt homo , & ſancta eius anima ab incontaminato diuiſa eſt corpore , ſed tamen deitas inſeparabilis ab vtriſque permanſit, ab anima dico & corpore. Et neque vna ita hypoſtaſis in duas diuiſa eſt. Corpus enim E
& anima ſicut à principio in verbi hypoſtaſi habuerunt exiſtentiam etiam in morte, neque enim anima neque corpus propriam habuerunt hypoſtaſim, præter hypoſtaſim verbi.

c *Quidam autem.* Non omnes,forſitan Romani, Hebræi ſermonis ignorantes proprietatem.Vel aliqui Iudæi Chriſtum minorem Elia reputantes,vt eius auxilium deprecetur.

d *Et continuò cur.* Quare acetum ſit ei datum Ioannes oſtendit dicens.*Sciens Ieſus quòd omnia alia conſummata ſunt , vt & hoc impleretur. Et in ſiti mea potauerunt me aceto, dicit:Sitio.* Iudæi erant acetum degenerantes à vino patriarcharum de pleno vaſe,de iniquitate huius ſeculi impleti,cor habentes vt ſpongiam cauernoſis & tortuoſis latibulis fraudulentum vt ſpongia.Spongia herba eſt vacua & cauernoſa. Hiſopus humilis herba & purgans pectus,humilitatẽ Chriſti ſignificat. Spongia ergo hiſopo circumponunt,quia humilitatem Chriſti circundederunt & ſe circumueniſſe putauerunt. Arundo ſignificat ſcripturam quæ hoc facto implebatur. Imponunt ergo ſpongiam arundini,id eſt,euentum rei præmiſſe prophetiæ adiungunt.

Pſal.68.c.

e *Sine,videa.* Quia vocem domini malè intelligebant, fruſtra Eliæ expectabant aduentum.

☞ *Et ecce*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ C *crucifixi & deriſi expiratio:vbi primò notatur perturbatio elementorum quaſi Chriſto morienti compatientium. Secundò confeſſio aſſiſtentium ibi.*Centurio autem.*Prima in duas: quia primò deſcribitur perturbatio corporum ſuperiorum.Secundò inferiorum , ibi.* Et ecce velum.*Circa primum dicit ſic.* A ſexta hora tenebræ factæ ſunt. *Hieronymus dicit ſuper iſtum locum,quòd iſtæ tenebræ fuerunt factæ per retractionem radiorum ſolis diuina virtute. Origenes autem dicit , quòd hoc factum eſt per interpoſitionem nubium denſarum. Sed in hoc magis credendum eſt Dionyſio, qui dicit in epiſtola ad Policarpum , hoc fuiſſe per interpoſitionem lunæ inter terram & ſolem:ſicut fit in eclipſi ſolis. Et ibidem dicit,quòd ipſe hoc vidit:tunc exiſtens in Aegypto, vbi eſt aëris puritas:quia rariſſimæ ſiunt ibi nubes & pluuiæ : propter quod talia potuit tunc magis perpendere.Vidit ergo vt dicit lunam ab oriente aſcẽdentem verſus meridiem,& ſupponentem ſe ſoli. Hieronymus autem & Origenes non loquuntur de illa eclipſi aſſerendo , quòd ſic fuerit vt dicunt,ſed quòd potuit ſic fieri.Ex dictis patet,quòd illa eclipſis non potuit naturalis eſſe ſed miraculoſa.Et hoc multipliciter.Primò quia luna erat quintadecima,vt patuit ca.præcedenti &tunc luna diſtat à ſole per diametrum cœli.Eclipſis autem ſolis non poteſt fieri naturaliter,niſi tempore coniunctionis ſolis & lunæ:propter quod dicit Dionyſius, quod mirabatur:quia non erat tempus conueniens ad talem coniunctionem.Secundum miraculum fuit ibi:quia tranſacta eclipſi,luna rediit ad orientem ita quòd in veſpere fuit in oriente ſole exiſtente in occidente : & ſic orbes eorum ſunt ad priſtinum ſtatum reſtituti. Tertium miraculum fuit ibi,*

Eclipſis tẽpore paſſionis Chriſti fuit miraculoſa.

ibi,quia pars orientalis ſolis primo fuit obſcurata,& iterum vltimo illuminata.Contrario autem modo fit eclipſi naturali.

1 Super vniuerſam terram.*Hic accipitur pars pro toto, Eclipſis enim ſolis non poteſt eſſe vniuerſalis,& propter hoc quando dicitur ſuper vniuerſam terram,intelligendum eſt de terra Iudæa.* F

2 Vſque ad horam nonam.*Ex quo patet,quòd luna fuit immobilis ſub ſole per tres horas.Et in hoc fuit quartum miraculum illius eclipſis:quia in naturali eclipſi luna continuè mouetur ſub ſole.*

3 Eli Eli lamma azabatani.*Et in Hebræo idem eſt quod Deus: iota litera Hebraica adiuncta facit ſignare cum hoc meus, & ideo Eli idem eſt quod Deus meus,lamma vna eſt dictio per ſe,& idem valet quod quare in Latino.azabtani non eſt vera litera:quia non deſignat idem quod dereliquiſti me,ſed debet præponi ibi quædam litera quæ vocatur Ain:& ſonat ſicut.a.formatum in gutture : vnde debet ſic ſcribi azabtani , & tunc ſignificat idem quod dereliquiſti me , ſed per ignorantiam ſcriptorum corrupta eſt litera in latinis libris dicit autem Chriſtus ſe derelictum à Deo patre,quia dimittebat eum in manibus occidentium.*

Interpretatio iſtorum nominũ Hebraicorum Eli eli lãma azabatani.

4 Quidam autem illic ſtantes.*Scilicet milites ipſum cuſtodientes qui erant gentiles propter quod linguam Hebraicam ignorabant , dicebant.*

5 Heliam vocat iſte.*Cætera patent vſque ibi.*

6 Ieſus autem iterum clamans voce magna emiſit ſpiri. *Ex quo patet quòd illa vox nõ fuit naturalis ſed miraculoſa:quia homo magno cruciatu & longo afflictu,& ex tali afflictione morti ſic proximus non poſſet ſic clamare virtute naturæ.*

✠ Et ecce

MORALITER.

✠ factæ ſunt tenebræ ſuper Ægyptios, ſic & Chriſto hora ſexta manus extendente in cruce ad cœlum ſuper populum qui clamauerat,Crucifige eum,factæ ſunt tenebræ,& omni lumine priuati ſunt in ſignum futurarum tenebrarum quæ apprehenſuræ erant Iudaicam gentem.

† *Deus meus,Deus meus vt quid dereliquiſti me.* Gloſſa. Subtraxit protectionem,ſed non ſoluit vnionem. Sic martyres in manibus carnificum dereliquit,quos tamen charitate firmiſſima ſibi iunxit.

6 *Ieſus autem iterum clamans vo.ma.emi.ſpi.* Oſtendẽs exclamore ſupernaturali,quòd ex maxima charitate tradidit noſtræ ſalutis precium.

✠ *Et ecce*

¶ Non alius extorsit.

a voce magna, emisit spiritum. † Et ecce velum templi scissum 1
a ¶ In nouum & vetus testamentum. b ¶ Ab initio mundi quando homo conditus est, vsque ad consummationem seculi.
b est in dũas partes, à summo vsque deorsum. Et terra mota 2
a ¶ In typum futuræ resurrectionis.
c est, & petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt: & mul- 3
d
e ta corpora sanctorum, qui dormierant surrexerunt. Et 4 5
a ¶ Quo ordine hoc, & quando, considerandum est. b ¶ Ad testimonium dominicæ resurrectionis.
exeũntes de monumentis post resurrectionem eius vene- 6
a ¶ Pro antiquo nomine, vt Matthæus publicanus. ¶ Id est, idoneis. ¶ Non omnibus, quia non generalis resurrectio. 7
f runt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. † Centu- 8
g 9
¶ Milites.
rio autem: & qui cum eo erant, custodientes Iesum, vi- 9
so terræmotu & his quæ † fiebant, timuerunt valde, dicen-
h tes. Verè filius Dei erat iste. Erant autem ibi mulieres mul- 10
i tæ à longè * quæ secutæ erant Iesum à Galilæa ministran- 11 12 13
a ¶ De qua dominus ejecerat septem dæmonia. b ¶ Soror matris domini. c ¶ Minoris.
k tes ei. Inter quas erat Maria Magdalenæ, & Maria Iacobi, 14
¶ Quæ regnum suis postulauerat filiis.
& Ioseph mater, & mater filiorum Zebedæi. † Cùm 15 16

a *Et ecce velum templi.* Vt arca testamenti & omnia sacramenta legis quæ tegebantur appareant, & ad gentes transeant Iosephus ait virtutes angelicas præsides quondam templi tunc pariter conclamasse: Transeamus de his sedibus.

Iosephus 1. Cor. 13. c.

✠ ORIGENES. Duo autem fuisse vela intelliguntur, vnum quod velat sancta sanctorum, aliud exterius, siue tabernaculi, siue templi. In passione ergo Domini, velum quod erat à foris conscisũ est, à sursum vsque deorsum, vt ab initio mũdi vsque ad finem conscisso velamine mysteria publicẽtur, quæ vsque ad aduentum Domini rationabiliter fuerant occultata. Cum autem venerit quòd perfectum est, tunc auferetur etiam secũdum velum, vt videamus etiam quæ interius sunt occultata, scilicet, veram arcam testamenti.

Tractat. 35. in Matth.

† Mar. 15. d Luc. 23. f.

B

† facta fuerant.

*spectãtes.

✠ TERTVLLIANVS. Spiritum cum verbo sponte dimisit, præuento carnificis officio. Eodem momento dies medium orbem signante sole, subducta est. Deliquium vtique putauerunt, qui id quoque super Christo prædicatum non scirent. Et tamen eum mundi casum relatum in archiuis vestris habetis.

In apologetico.

b *Terra mo. est.* Omnia elementa suum dominum crucifixum demonstrant. Terra mouetur, dominum suum pendentem ferre non sustinens.

c *Petræ.* Id est, corda gentilium, vel vaticinia prophetarum, qui petræ dicuntur à petra Christo, vt quidquid in eis duro legis velamine clausum erat, scissum pateret gentibus.

MYSTICE. Corda terrenorum per passionem Christi commutantur, mutantur. Petræ scissæ sunt, quia duricia Iudaica ex parte erat emollienda.

C

d *Et monumen.* Et tamen cum monumenta aperta sunt, non ante surrexerunt, quàm dominus resurgeret, vt esset primogenitus ex multis fratribus.

D

e *Corpora sun.* Hi credendi sunt cum domino ascendere similiter ascendisse cum corpore.

Rom. 8. f.

f *In sanctam ciui.* Ierusalem quæ sancta dicitur propter templum: & sancta sanctorum quod nulla alia.

g *Centurio autem.* Hi in scandalo crucis confitentur Deũ. Arrius in ecclesia prædicat creaturam, quem cęci Iudęi nec tot miraculis credũt.

† Mar. 15. d. Luc. 23. g.

E

10 In cẽturione fides ecclesiæ designatur, 11 quæ velo cœlestium 12 mysteriorũ per mor- 13 tem domini resera- 14 to, Iesum filium Dei 15 tacẽte synagoga con- 16 firmat.

† Mar. 15. d. Luc. 23. g. Ioan. 19. f. Luc. 23. g.

h *Mulieres multæ.* Matthæus & Lucas dicunt Mariam Magdalenam à longè stetisse. Ioannes verò iuxta crucem, quia tanto interuallo aberat, vt iuxta diceretur: quia præsto erat in conspectu eius, & longè comparatione turbæ propioris. Possumus etiam dicere quòd illæ quæ erant cum matre domini postquam eam commendauit discipulo, abire cœperint iam, vt à densitate turbæ eruerent se & cætera quæ facta sunt longius intuerẽtur.

Ioan. 19. f.

i *Ministrantes ei.* Consuetudinis Hebraicæ erat, vt mulieres de substantia sua præceptoribus suis ministrarent: quod dominus accepit, vt exemplum daret apostolis.

k *Iaco.* Iacobus Alphæi minor dicitur ad differentiam Iacobi, qui inter primos apostolos vocatus est & electus à domino.

F

☞ *Homo*

NICOLAVS DE LYRA

✠ 1 Ecce velum templi. *Hic secundò declaratur perturbatio elementorum inferiorum, quia ad motum terræ & aëris velum templi scissum est. Illud autem velum erat secundum aliquos in introitu templi, prohibens aspectum eorum quæ erant intra templum: & ideo per talem scissionem declarata est impletio veritatis in morte Christi, quæ latebat in figuris veteris Testamenti. Secundum alios verò, non fuit velum quod erat in introitu templi, sed velum quod erat intra templum inter sanctum & sanctum sanctorum, & scissio eius idem significat quod prius dictum est, & hoc dicunt communiùs doctores. De vtroque verò velo dictum fuit plenius. Exo. 26.*

2 Et terra mo. est. *Quasi non potens sustinere mortem Christi.*

3 Et petræ scissæ sunt. *In signum huius, quòd corda quantumcunque dura deberent Christo morienti compati.*

4 Et monumenta aperta sunt. *Ex terræmotu ad denotandum, q̃ resurrectio Christi propinqua erat & aliorum cum ipso resurgentium.*

5 Et multa corpora sanctorum qui dormierant, surrexerunt. *Non tunc quando monumenta aperta sunt scilicet hora mortis Christi sed postea quando resurrexit: quia cum eo surrexerunt tanquam testes suæ resurrectionis, & hoc est quod subditur.*

6 Et exeunt. de monum. post resurre. eius. *Id est, Christi.*

7 Venerunt in sanct. ciui. *Id est, Ierusalem. Quæ dicebatur sancta, propter templum diuino cultui deputatum, quod erat ibi.*

8 Et apparuerunt multis. *Ad declarationẽ dominicæ resurrectionis.*

9 Centurio autẽ. *Hic ponitur assistentium confessio: & primò centurionis & suæ societatis: qui videntes signa prædicta in morte Christi, confessi sunt veritatem suæ diuinitatis dicentes.*

10 Verè filius Dei erat iste. *Et per consequens eiusdem naturæ cum eo. Secundò ponitur confessio mulierum deuotarum, quæ confitebantur eum facto, inquantũ assistebãt ipsi morienti: quod non audebãt facere apostoli: quia solus Ioannes legitur ibi stetisse: & hoc est quod dicitur.*

11 Erant autem mulie. multæ à longè. *Contrarium videtur Ioan. 19. vbi dicitur, q̃ stabant iuxta crucem. Dicendum, quòd erant longè respectu militũ Christum crucifigentium & custodientiũ: sed propè erant respectu aliorum astantium. Non erãt enim ita longè, quin possent eum loquente audire, quando dixit matri suæ.* Mulier ecce filius tuus, &c.

12 Quæ secu. erant. *Ex deuotione quam habebant ad audiendũ verbum eius.*

13 Ministrantes ei. *Necessaria vitæ suæ de facultatibus suis: iste enim erat mos Iudæorum, quòd necessaria vitæ administrabant doctoribus.*

14 Inter q. erat Maria Magdalenæ. *Sic nominata à Magdalo castello.*

15 Et Maria Iacobi & Ioseph. ma. *Ista erat soror Mariæ matris Christi. Et mater filiorum Zebedæi, scilicet Iacobi & Ioannis.*

16 Cum sero aut. fact. esset. *Hic describitur ipsius Christi mortui deuota tumulatio, vbi duo ponũtur: primũ est sepelietiũ deuotio:* Diuisio *secũdum Iudæorũ malignãtiũ machinatio, ibi.* Altera aut. die. *Circa primũ aduertendũ, quod licet mors Christi fuerit ignominiosa, vt patet ex prædictis, sepultura tamen eius fuit nobilis & sumptuosa. Cuius ratio est quia passibilitatem & humanitatẽ assumpsit Christus propter nostram redẽptionẽ: & ideo ipsa cõpleta in sua morte, prædicta debuerũt cessare: & ea quæ sequebãtur quodãmodo ad gloriã suæ resurrectionis pertinere. Vtrũque autẽ fuerat prædictũ per Isa. prophetã de turpitudine mortis eius, Isa. 53. c.* Tãquam ouis ad occisionẽ ducetur. *Et sequitur ibidẽ.* Cũ sceleratis reputatus est. *De nobilitate sepulturæ eius dicitur Isa. 11. c.* Radix Iesse qui stat in signũ populorũ, ipsum gẽtes deprecabuntur: & erit sepulchrũ eius glorioſum: *hoc est ergo quod dicitur hic.* Cum sero autem factum esset. *Quia circa vesperam feriæ sextæ*

✠ *depositus*

MORALITER.

✠ 1 *Ecce velum tem. scis.* Dei templũ est fidelis anima 1. Cor. 3. d. Templũ Dei sanctũ est, quod estis vos. Cuius velũ scinditur, quando velamen hypocrisis dissipatur: terra mouetur, quando terrenũ desiderium in amorem cœlestium cõmutatur: & petræ scinduntur, quãdo duritia cordis per pietatẽ emollitur: & mortui resurgunt, gũt, quãdo somnus pigritiæ ad boni operis exercitiũ excitatur. 16 *Cum sero autem factum esset.* Sequitur. *Et petiit corpus Iesu.* Ille corpus Iesu postulat, qui pro digna receptione eucharistiæ, Deum suppliciter exorat, & inuoluit syndone munda, quando recepit mente pura, & ponit in monumento nouo, id est in corde per gratiã renouato. Et aduoluit saxum magnum ad ostium,

☞ a *Homo diues.* Quia ad præsidem nisi diues accedere non poterat, non quòd diuitias commendet euangelista. Dictus est & Decurio, quia fuit de ordine curiæ & officium curæ ministrabat per hoc potuit habere facultatem, per hoc quòd discipulus, hoc ministerio dignus fuit.

Hom. 89. in Matth. †serũ fieret

✲ CHRYSOST. Inspice huius viri fortitudinem. In mortis enim periculum se tradidit, inimicitias ad omnes assumens propter beneuolentiam Christi. Et non solum audet corpus petere, sed & sepelire.

† De cõ.di. 1. c: cõsulto. †De conse. di. 1. consulto.

b *Discipulus erat Iesu. Hic accessit ad Pilatum.* Etsi occultus, vitans prius inimicitias Iudæorum, in hoc extremo officio nihil curat de illis.

c *In syndone munda.* MYSTICE. Syndone munda Iesum inuoluit, qui pura mẽte eum suscipit. Hinc etiam mos ecclesiæ habet, vt sacrificium altaris non serico, non panno tincto, sed puro lineo celebretur.

a † sero autem factum esset, venit quidam homo diues ab A- 1 2
a ¶ Ipsa est Ramatha, Helchiæ & Samuelis ciuitas.
b rimathia nomine Ioseph, qui & ipse discipulus erat Iesu. Hic 3 4
¶ Ecce Ioseph dignus apud seculum.
accessit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu. Tunc Pilatus iussit 5 6
¶ Maioris meriti apud Deum.
reddi corpus. † Et accepto corpore Ioseph inuoluit illud in 7 8
c a ¶ In simplici sepultura domini condemnatur ambitio diuitum, qui nec mortui diuitiis carent.
d † syndone munda, & posuit illud in monũmento suo nouo 9
a ¶ Vt non posset aperiri sepulchrum sine auxilio multorum. 10
quod exciderat in petra. Et aduoluit saxum mãgnum ad 11
e ostium monumenti, & abiit. Erant autem ibi Maria 12 13
Magdalenæ & altera Maria sedentes contra sepulchrum. 14
¶ Præparationem Paschæ.
f Altera autem die, quæ est post Parasceuen, conuenerunt 15
principes sacerdotum, & Pharisæi ad Pilatum dicentes: 16
a ¶ Non sufficit scelus mortis nisi post mortem famam eius lacerent. ¶ Quod erant, domino imponunt.
g Domine, recordati sumus quia seductor ille dixit ad-
h huc viuens: post tres dies resurgam. Iube ergo † custodiri sepulchrum vsque in diem tertium, ne forte veniant discipuli eius & furentur eum, & dicant plebi, surrexit à mortuis, †
a ¶ Ignoranter verum dicunt, quia peior est contemptus pœnitentiæ quam error ignorantiæ. ‡
& erit nouissimus error peior priore. Ait illis Pilatus, 17

d *In monumento suo nouo.* Quia si in monumento, vbi alius positus esset, poneretur, alius fortasse resurrexisse fingeretur. In petra, ne si ex multis lapidibus ædificatum esset, suffossis tumuli fundamentis ablatus furto diceretur.

e *Erant autem ibi.* Aliis notis Iesu ad sua redeuntibus, solę mulieres quę arctius amabant, obsequium funeris inspiciebant, expectantes quod promiserat Iesus: & ideò primæ resurrectionem vident.

f *Post parasceu.* Parasceue, id est, præparatio: hoc nomine dicitur sexta sabbati, id est, in qua præparabantur necessaria sabbato, vt de manna dictum est: sexta die colligetis duplum, quia sexta die homo factus est, & in septima requieuit dominus. Ideo sexta die Iesus pro homine moritur: vnde & dixit. *Consummatum est*, id est, sexta die pro redemptione mundi opus expletum est: & in sabbato quieuit in sepulchro. Ita & nos in hac sexta ætate pro domino pati debemus, & in septima (quæ est mortuorũ) in secreta pace quiescere, donec octaua resurrectionis veniat. In Genesi septimus dies vesperã habere nõ legitur, quia in illo seculo requies animarum nullo mœrore consumitur: sed gaudio futuræ resurrectionis augetur. Nostrum pascha est immolatio Christi, id est, parasceue, id est, præparatio eius ab hora captionis.

Exo. 16. b. Gen. 2. a. Mat. 15. d. Ioan. 19. f.

Gen. 2. a.

† munirí

g *Quia seductor ille.* ✲ HIERONYMVS. Principes sacerdotum licet immensum facinus in nece Domini perpetrauerint, tamen non sufficit eis, nisi etiam post mortem eius conceptæ nequitiæ virus exerceant, quem innocentem sciebant, seductorem vocant. Sicut autem Cayphas ignorans ante prophetauerat, dicens, *expedit, &c.* Sic & modo. Seductor enim erat Christus, non à veritate in errorem mittens, sed à falsitate in veritatem, à vitiis ad virtutes, à morte ad vitam ducens.

h *Post tres.* A parte totũ, pars sexti diei quo crucifixus est cum sua nocte pro vno die. Sabbatum integrè. Tertius dies à parte prima, id est, nocte totius cum suo diurno, & sic est triduum.

☞ *Munierunt*

NICOLAVS DE LYRA

✲ *depositus est de cruce.*

1 Venit quidam homo diues. *Et propter hoc potuit de facili accedere ad Pilatũ: & quia erat nobilis, & vnus de curia, vt habetur Luc. 23.*

2 Ab Arimathia. *Ista est ciuitas quæ 1. Reg. dicitur Ramatha. De qua fuit oriundus Samuel.*

3 Nomine Ioseph. *Nomen autem eius exprimitur, quia erat homo famosus.*

4 Qui & ipse disci. erat Iesu. *Occultè tamen ne expelleretur de synagoga, quia secundum quod dicitur Ioan. 12. f. Ex principibus multi crediderunt in Iesum: sed propter Pharisæos non confitebantur, ne de synagoga eiicerentur.*

5 Hic accessit ad Pi. *Deposito enim timore, confidenter.*

6 Petiit corpus Ie. *Ad sepeliendum honorificè.*

7 Tunc Pilatus iuss. reddi. c. *Tunc quia Ioseph erat homo valens & nobilis, propter quod Pilatus petitioni eius voluit acquiescere. Tum quia sciebat Christum crucifixum iniustè.*

8 Et accepto cor. Io. inuol. *Hoc est in panno lineo mundo. Propter quod corpus Christi non consecratur in altari super pannum sericum sed lineum, quia corpus Christi in sepulchro tali panno fuerat inuolutum.*

9 Et posuit illud in monumento suo. *Quod erat sumptuosè factum.*

10 Nouo. *Quia si aliquis fuisset ibi ante sepultus, calumniari posset à Iudæis, quòd ille surrexisset, & non Christus.*

11 Quod excide. in pe. *Eadem ratione factum est hoc: ne Christus fuisset sepultus in terra, diceretur à Iudæ quòd discipuli rapuissent corpus eius fodientes in terra desubtus per viam subterraneam.*

12 Et aduoluit sa. ma. *Quod non posset de facili amoueri ne aliquis veniens posset rapere corpus Christi.*

13 Ad ostium mo. *Monumentum illud factum erat ad modum cuiusdam domunculæ in cuius medio erat sepulchrum, & in domuncula erat quoddam ostium ad habendum illuc ingressum.*

14 Erant au. ibi Ma. mag. *Assistentes sepelientibus Christũ ex deuotione, ad videndum qualiter possent reuerti ad ipsum inungendum.*

15 Altera au. *Hic ponitur Iudæorum machinatio quia impetrauerant custodiri sepulchrum, ne discipuli Christi raperent corpus eius, & diuulgarent eum resurrexisse. Sed quia non est consilium contra dominum, vt dicitur Pro. 21. d. ideò factum Iudæorum magis fecit ad oppositum scilicet ad certitudinem dominicæ resurrectionis: quia ab ipsis custodibus testificata est, vt habetur sequenti cap. & hoc est magnum scilicet habere testimonium ab aduersariis. Dicit ergo.* Altera die quę est post pa, *Id est, sabbato: quia feria sexta in qua passus est Christus, dicta est parasceues, ist est, præparatio: quia illa die præparabantur cibaria pro sequenti die. In crastino igitur dominicæ passionis.*

16 Conuenerunt prin. sacer. *Patet vsque ibi.*

17 Ait illis Pi. *Id est, concedo, quòd accipiatis milites ad custodiendum eum pro voluntate vestra.*

✲ Illi autem

MORALITER

✲ quando ponit diligens obstaculum contra peccati recidiuum.

✲ & mulieres sedent contra sepulchrum, cum animæ deuotæ considerant passionis Christi mysterium.

15 *Altera au. die.* Sequitur.

† *Iube ergo custodiri se.* Notandum, quòd volentes impedire diuinam prouidentiam, contra suam intentionem promouent illam: sicut fratres Ioseph vendiderunt ipsum, ne adorarent eum. & per hoc compulsi sunt eum adorare secundum ordinem prouidentiæ diuinæ: sic principes Iudæorum volentes impedire celebritatem nominis Christi, fuerunt valde diligentes de custodia sepulchri: & per hoc celebrata est fama de veritate suæ resurrectionis: & per consequens sui nominis.

† *Et erit no. er.* Veritatem ignoranter dixerunt; sicut & Caiphas: nam error eorum quo milites pecunia corruperunt, vt furatum corpus Christi mentirentur, peior fuit errore, quo petierunt custodiam sepulchri, ne discipuli corpus Christi furarentur.

✲ MORA-

a *Munierunt se.* Diligentia eorum nostræ profuit fidei. Nam quãtò amplius seruabatur, tantò magis virtus resurrectionis ostenditur.

† Habete

b *Signantes lapidem cum custodibus.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Non autem permittit Pilatus solos milites sigillare: Si enim soli milites sigillassent, possent dicere quoniã milites permiserunt, quod discipuli corpus Domini furarentur, & ita resurrectionis infringere fidem: nunc hoc dicere non possunt, cùm ipsimet sepulchrum sigillassent.

Hom.90. in Matth.

† Habẽtis custodiam. † Ite custodite sicut scitis. Illi autem 1
¶ Quantò diligentius seruatur, tanto magis virtus resurrectionis ostenditur.
a abeuntes mũnierunt sepulchrum † signantes lapidem cum 2
b custodibus.

¶ Q. diceret. Sufficit vobis quòd in nece consensi innocentis, vobiscum permaneat error.

D
† Mar. 16. e.
† sigillãtes.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Illi autem abeuntes. *Militibus armatis.*

2 Signantes lapidem cum cust. *Sigillo suo, ne aliquis posset ingredi sine scitu eorum.*

CAP. XXVIII.

a *Vespere autem sab. &c.* Marcus ait: Valde mane in quo discordat à Luc. & Ioanne, Matthæus à prima parte noctis, id est, à vespera noctem significat: cuius fine venerunt ad monumentum. Ideò autem si nominat, quia ab eo tempore licebat facere quòd vellent transacto sabbato.

Mar. 16. a. Lucæ 24. a. Ioan. 20. a.

B Vespere autem sabbati, id est, nocte diei sabbati. Vespere quidẽ cœperunt venire, id est, aromata præparare: sed lucescente mane peruenerunt: Quod Matthæus causa breuitatis ponit obscurius alij apertius. Vespere solet tenebrescere: sed Mysticè dicit lucescere, pro gloria resurrectionis. Hucusque diem nox præcedere dicebatur: nunc ordo mutatur, & nox qua resurrexit, diei quo se ostendit adiuncta est. Congruè prius diem nox sequebatur, quia homo à luce in tenebras ceciderat. Nunc dies sequitur noctẽ: quia post resurrectionem à peccatis ad vitam reducimur. *Vespere*, id est, nocte quæ lucescit, id est, quæ terminatur luce, quod nõ prima pars noctis est, sed extrema pars noctis est diluculum quo venerunt.

† Mar. 16. a. Luc. 24. a. Ioan. 20. a.

HIERONYMVS. Quòd diuersa tempora istarum mulierũ in euangeliis describuntur, non mendacij signum est, sed sedulæ visitationis officium, dum crebrò abeunt & recurrunt, & nõ patiuntur à sepulchro domini diu abesse vel longiùs. Sepulto domino quandiu licuit eis operari, id est, vsque ad occasum solis vnguenta parabant: & quia præ angustia temporis opus explere non potuerunt, transacto sabbato, id est, occidente sole vbi licentia operandi rediit, emerunt aromata. Et quia nocte præoccupante sepulchrum adire non potuerunt, mane adeunt.

C

✠ BEDA. Ab exordio mundanæ creationis vsque huc, ita temporum cursus distinguebatur, vt dies noctem præcederet, quia homo à luce paradisi peccando lapsus, in huius seculi tenebras ærumnásq; decidit. Aptissimi autem nunc dies sequitur noctem, quãdo per fidem resurrectionis à peccati tenebris & vmbra mortis ad lucem vitæ Christo largiente reducimur.

Hom. 1. inter æstiuales de tempore.

D

CAPVT XXVIII.

a † Vespere autem † sabbathi, quæ lucescit in 1
¶ Quando primum licuit operari. 2
b prima sabbathi, venit Maria Magdalenæ, & 3
altera Maria, videre sepulchrum. Et ecce ter- 4
¶ Præbens obsequium domino suo.
c ræmotus factus est magnus, Angelus enim 5
a ¶ Non vt egressuro ianuas aperiat, sed vt egressum eius pandat, iam factum.
d domini descendit de cœlo, & accedens reuoluit lapidem, * & 6
†

E
† sabbatorum qui
* Ab ostio.

b *Maria Magdalenæ, & altera Maria.* Duæ vnius nominis & deuotionis mulieres, duas significant plebes pari deuotione Christi passionem & resurrectionem amplectentes.

c *Terræmotus.* Sicut in passione, & in resurrectione fit motus terræ: significat autem corda terrenorum per fidem passionis & resurrection s ad pœnitentiam mouenda.

d *Reoluit la.* Clauso potuit exire sepulchro, qui clauso natus est virginis vtero. Reuolutio lapidis significat reserationem sacramentorum Christi, quæ velo literæ tegebantur: quo ablato resurrectio, mortis abolitio, vita æterna cœpit toto orbe prædicari.

F

✠ HIERONYMVS. Angelum non putemus idcirco venisse vt aperiret sepulchrum domino resurgenti & reuolueret lapidẽ, quæst. 6. ad Hedibiam.

☞ sed postquàm

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XXVIII.

✠ VEspere autem sabb. *Postquàm euangelista descripsit Christi passionem & sepulturam, hic consequenter describit ipsius resurrectionem, & primò describitur dominica resurrectionis manifestatio. Secundò, ipsius manifesta diuulgatio ibi:* Vndecim autem. *Prima in tres, quia primò, manifesta est resurrectio per descendentem angelum, secundò, per apparentem dominum, ibi:* Et exierunt, *tertiò testimonium militum custodientium, ibi:* Quæ cum abissent. *Circa primum tria notantur. Mulierum deuotio, Angeli apparitio, ibi:* Et ecce terræmotus. *Et Resurrectionis manifestatio, ibi: Scio enim. Ad euidentiam primi considerandum, quod denominatio fit à nobiliori, ideò apud Iudæos omnes dies hebdomadæ denominabantur à sabbato: ita quòd dies immediatè sequens sabbatum dicebatur prima sabbati: id est, prima à sabbato, alia secunda sabbati, & sic consequenter. Ab illa autem hora qua Christus fuerat sepultus, non poterant mulieres emere aroma ta ad inũgendum Christum vsque ad vesperam diei sequentis, quia solemnitas sabbati incœpta erat ab hora sepulturæ, in qua nõ licebat aliquid emere vsque ad vesperam sequentis diei, scilicet sabbati, & tunc scilicet vespere sabbati emerunt aromata, & præparauerunt se ad veniendum: non tamen venerunt propter noctem de proximo imminentem, sed in mane sequenti venerunt in prima hora diei sequentis, quæ dicebatur prima sabbati. Sic ergo construenda est litera.*

Diuisio

1 Vespere autem sab. quæ. *Scilicet vespera.*

2 Lucescit in prima sab. *Id est, incipit illucescere in principio diei sequentis.*

3 Venit Maria. *Præmittitur autem ibi:* Vespere autem sabbati: *non quia illa hora venerunt ad monumentum, vt dictum est: sed quia tunc se præparauerunt ad veniendum videre sepulchrum, id est, qualiter possent ingredi ad vngendum Christum.*

4 Ecce terręm. *Hic describitur angelica apparitio, non ad hoc quòd angelus præpararet exitum de sepulcbro domino resurgenti: quia Christus exiit clauso sepulchro, sicut intrauit ad discipulos ianuis clausis, sed vt ostenderet sepulchrum vacuum, & resurrexisse dominum, hoc est ergo quod dicitur:* Et ecce terræmotus factus est magnus. *Cuius causa subditur.*

5 Angelus enim domini descendit de cœlo. *Id est, virtute eius factus est ille terræmotus quia corporalia obediunt angelis ad nutum quantum ad motum localem.*

6 Et accedens re. la. *Vt ostenderet Christi resurrectionem completam.*

✠ Erat

MORALITER.

✠ 4 *Et ecce terr.* Bed. Quod terræmotus resurgente domino sicut & ipso moriente in cruce factus est magnus, significat terrena prius corda, per fidẽ passionis ac resurrectionis eius ad pœnitentiam concutiendo salubri pauore commota.

5 *Angelus enim do. descen. de cœ.* Angelus iste significat bonum prælatum, prælatum, de quo dicitur Malach. 2. b. *Angelus domini exercituum est, qui descendit de altitudine contemplationis diuinæ, propter reuelationem necessitatis fraternæ.*

† *Reuoluit la.* Impedimentum tollens accedendi ad Christi monumentum, quia monet mentes subditorum ad considerationem mortis Christi per compassionem, & resurrectionis eius per cœlestium amorem.

☞ sed postquàm dominus resurrexit,hora qua ipse voluit, & quæ
A nulli mortalium cognita est, indicasse quod factum est : Et se-
pulchrum vacuũ reuolutione lapidis,& sui ostendisse præsentia.
vbi supra. ✲ Beda. Angelus reuoluit lapidem, non vt egressuro dño
ianuam pandat,sed vt egressus eius iam facti,hominibus præstet
iudicium. Qui enim
mortalis clauso vir-
† species forma ginis vtero potuit
nascẽdo ingredi mũ-
* album dum, ipse factus im-
mortalis clauso se-
pulchro potuit resur
gendo exire de mũ-
do.

¶ Ipso habitu terribilem futurum reprobis & blandum significat iustis.

a sedebat super eum. † Erat autem aspectus eius sicut ful- 1
b ¶ Quia terribilis impiis.
gur,& vestimentum eius * sicut nix. Præ timore autem eius 2
a ¶ Quia vitam viuere sperabant. ¶ Quia blandus iustis. 3
exterriti sunt custodes,& facti sunt velut mortui. Respondẽs
c autem angelus dixit mulieribus: † Nolite timere vos. Scio 4
a ¶ Quia multi hoc nomine dicebantur,determinat qui cruci est. b ¶ Per præsentiam carnis.
enim, quod Iesum qui crucifixus est, quæritis, non est hic: 5
a ¶ Impossibile est non fieri quæ dixit. b ¶ Et si verbis non creditis. 6
Surrexit enim,sicut dixit, * Venite,& videte locum,vbi posi- 7 8
d tus erat dominus. Et citò euntes dicite discipulis eius, quia † 9
e surrexit * & ecce præcedet vos in Galilæam: Ibi eum vi- 9
debitis : ecce prædixi vobis. † Et exierunt citò de mo- †
f numento cum timore & gaudio magno currentes nuncia- 10 11
¶ Quia sic intentè. a ¶ Vt maledictum Euæ in mulieribus solueretur. 12
g re discipulis eius. Et * ecce Iesus occurrit illis, dicens: Auẽ- 13
h te. Illæ autem accesserunt, & tenuerunt pedes eius, & a- 14 15
dorauerunt eum. Tunc ait illis Iesus: Nolite timere. Ite, 16 17
¶ Non in Iudæa,sed in Gentibus. 18
i nunciate fratribus meis, vt eant in Galilæam : ibi me vi- 19
k
l

Mar.16.a. B * à mortuis * dum ibãt vt renuncia rent discipulis suis ¶ Vobis

Marcum de illo quem foris super lapidem viderunt,vt duos viderint, & vt à duobus singulatim eadem audierint. Aut certè intrantes in monumentum, hoc in aliqua septa maceriæ debemus accipere (quia locum tunc fuisse munitum credibile est) scilicet in aliquo spatio ante petram:qua excisa locus factus est sepulturæ, vt ipsum viderint in eodem spacio sedentem à dextris,quem dicit Matthæus sedentem super lapidem.

b *Sicut ful.* In candore vestis significabat blandum iustis, in terrore fulguris,significat terribilem futurum reprobis.

c *Nolite ti.* Quæ vestros conciues videtis. Illi timeant qui ad eorum societatem non pertinent.

d *Et citò eunt.* Nec concessum est nobis hoc gaudium occulto cordis tenere,sed similiter amantibus pandere.

e *Et ecce præce.* Quia iam à morte ad vitam transmigrauerat, cuius resurrectionis gloriam post læti videbimus:si modo à vi-
C tiis ad virtutes transmigramus.

Exierunt citò currentes nunciare. Lucas idem dicit, *Regressæ nunciauerunt omnia illis vndecim & cæteris omnibus.* Sed Marcus ait:*fugerent exeuntes.Inuaserat enim eos timor,& nemini quidquam dixerunt.* Nemini scilicet non apostolorum, sed angelorum, quibus non fuerunt ausæ aliquid respondere. Vel certè ipsis custodibus quos iacentes viderunt.

D Luc.24.c. Marc.16.b.

f *Cum timo.& gau.* Duplex est affectus in eis,timoris & gaudij. Alter de magnitudine miraculi, alter ex desiderio resurgentis,& vterque gradum fœmineum concitabat.

† Mar.16.f. Luc.24.a.

g *Et ecce Iesus, &c.* Sic omnibus iter virtutum inchoantibus adiuuando occurrit Christus.

† Mar.16.b Luc.24.a.

E

h *Et tenuerunt.* Superius dictũ est clauso exisse monumento,vt immortale corpus intelligeres: Hic tenentur pedes,vt veram carnem cõprobes. Et quia tantã visionẽ tremebant,primum pellitur timor: Nolite timere:vt mente placida possint audire euæ dicuntur. Istæ tenent pedes quæ adorant resuscitatum:sed illa quæ nesciebat adhuc resurrexisse filium Dei audit merito:*Noli me tangere,nondum enim ascendi ad patrem meum.*

Ioan.20.c.

i *Nunciate.* Vt mulier mortifera serpentis verba narrauit ita modo verba viuificatoris,vt à qua tunc mors, modo ab ea vita.

k *Fratribus meis.* Ante etiam seruos vocauit, modo fratres, vt post resurrectionem eandem humanitatem resumpsisse,& illos idem sperare doceat.

l *Vt eant in Gali.* Non tamen ibi solum, neque ibi primum visus est à discipulis,Lucas enim & Ioannes satis apertè dicunt, ipso die resurrectionis dominum visum esse in Ierusalem : Primò Mariæ Magdalenæ, quando dictum est ei : *Noli me tangere.* Deinde eidẽ & alij Mariæ currentibus nũciare apostolis,quãdo & pedes eius tenuerunt:visus est etiã ipso die duobus discipulis ☞ in via. Visus

Ioan.20.d. Luc.24.b.

NICOLAVS DE LYRA.

F

1 Erat au.aspe.eius sicut ful. *Ad incutiendum terrorem custodibus.*

2 Vesti.eius sicut nix. *Ad dandum consolationem mulieribus,propter quod subditur,*

3 Præ timore autem eius exterri.sunt cu. *Et illud quod sequitur.* Respondens autem angelus dixit mulieribus,nolite timere.

4 Scio enim. *Hic ponitur dominicæ resurrectionis manifestatio: quæ quidem resurrectio primò manifestatur mulieribus ipsum deuotè quærentibus. Et hoc est q dicitur:* Scio enim,q Iesum qui crucifixus est. *Hoc additur ad differentiam aliorum : quia multi erant qui vocabantur,nomine Iesu.*

5 Quæritis. *In sepulchro sicut mortuum.*

6 Non est hic surre.enim sicut di. *Hoc autem addidit angelus, vt reduceret ad memoriam verba Christi dicta ante passionem suam, vt sic magis crederent resurrectionem eius factam.*

7 Venite & vi.lo. *Vacuum scilicet.*

8 Vbi positus erat. *Et patet litera. Sequitur.*

9 Præcedet in Gal.ibi eum vi. *Non solùm in beatitudine, sed in propinquo tempore & propinqua regione antequàm ascendat in cœlũ.*

10 Et exierunt. *Hic ponitur manifestatio dominicæ resurrectionis per ipsum dominum apparentem mulieribus de sepulchro reuertentibus: & hoc est q dicitur:* Exierunt citò: *ad denunciandum bonos rumores Christi discipulis.*

11 Cum timore. *Ex insolita angeli visione.*

12 Et gaudio magno. *Ex Christi resurrectione.*

13 Currentes nunci. *Discipulis : Mar.16.dicitur quòd fugerunt de monumento,timentes & nemini quidquam dixerunt. Dicendum, quòd verbum Marci intelligendum est de militibus, qui iacebant præ timore sicut mortui : & nemini illorum mulieres aliquid dixerunt, sed verba angeli cum eis loquentis apostolis dixerunt.*

14 Et ecce Ie.oc.il. *Reuertentibus scilicet de monumento:antequã venirent ad Apostolos.*

15 Dicens:Auete. *Verbum est consolatorium.*

16 Illæ autem acces.& tenue.pedes e. *Ex deuotione.*

17 Et adorauerunt eum. *Adoratione latriæ.*

18 Tunc ait illis nolite timere. *Hoc dicit ad earum perfectam cõsolationem, quia timor qui inuaserat eas ex aspectu angeli, adhuc non totaliter recesserat ab eis.*

19 Ite & nuncia. *Discipulos suos vocat fratres, eos amicabilius nominans solito,vt securius accedant ad eum, & non timeant accedere, propter hoc quòd reliquerant eum in sua captione.*

✲ Quæ cum

MORALITER.

† 1 *Aspectus eius sicut ful.* Nam obstinatos terret.

2 *Et ve.eius sicut nix.* Quia pœnitentes demulcet:in signum huius subditur.

3 *Præ ti.au.e.ex.s.cu.& mu.di.No.ti.vos.Veni.& vi.lo.* Per diligentem meditationem prædictorum.

† *Et citò eun.* Id est,alios inducentes ad simile bonum.

9 *Præcedet vos in Gal.* Quæ transmigratio interpretatur, quia Christus transmigrans ad cœlestia præcessit ad præparandum electis suis loca.

† *Ibi eum vi.* Facie ad faciem in gloria.

14 *Et ecce Ie.occur.il.* Rabanvs. Per hoc ostendit omnibus iter virtutum inchoantibus,vt ad salutem perpetuam peruenire queant,adiuuando se occurrere.

† Pecuniam

☞ in via. Visus est etiam & Petro. Quod quomodo factum sit euã-
A gelista non declarat. Visus est etiam & discipulis simul, cum lo-
querentur reuersis illis qui cognouerunt eum in fractione pa-
Ioan.20.c. nis, quando stans in medio eorum dixit: *Pax vobis.* Tamen specia
liter Matthæus & Marcus scribunt dixisse angelum, vel ipsum
dominum ꝙ in Ga-
lilæa videndus esset.

MYSTICE quidem, quia Galilæa dicitur transmigratio. Præcedet ergo vos in Galilæam, id est, gratia Dei transmigratura à Iudæis ad gentes præcedet vos viam in cordibus eorũ præparando: & ibi videbitis eum, id est mẽbra eius & viuum corpus eius ibi inuenietis. Vel Galilæa dicitur reuelatio
B non in forma serui sed in ea ĩ qua patris est æqualis. Illic nos præcessit, cum similes ei erimus, ibi *vi-*
1.Ioan.3.a. *debimus eum sicuti est.*

Et hæc est beata reuelatio vel transmigratio de isto seculo ad æternitatem.

a debunt. Quæ cùm abiissent, ecce quidam de custodibus ve- 1
a ¶ Indocta simplicitas fatetur veritatem. 2
nerunt in ciuitatem, & nunciauerunt principibus sacerdo- 3
¶ Miracula quæ viderant. a ¶ Astuta duplicitas modum quærit quomodo astruat falsitatem.
tum omnia quæ facta fuerant. Et congregati cum senioribus 4
a ¶ De templo acceptam, sicut prius ro. argenteos. 5
b consilio accepto pecuniam copiosam dederunt militibus † 6
c dicentes: Dicite, quia discipuli eius nocte venerunt, & furati 7
¶ Furtim eum sublatum.
sunt eum nobis dormientibus. Et si hoc auditum fuerit † à 8
a ¶ Ne quidquam à vobis exigat ¶ Absque periculo.
præside, nos suadebimus ei, & securos vos faciemus. At illi 9
a ¶ Error empti mendacij perseuerat ne in Christum credant.
accepta pecunia, fecerunt sicut erant edocti. Et diuulgatum 10
est verbum istud apud Iudæos vsque in hodiernum diem. 11
d Vndecim autẽ discipuli abierunt in Galilæam in montẽ vbi 12 13
a ¶ Credentes, se ante eum humiliauerunt. 14
e constituerat illis Iesus. Et videntes eũ adorauerũt, quidã au- 15 16
17

a *Quæ cum abiissent.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Signorum quæ circa Christum apparuerunt, quædam fuerunt orbi terrarum communia, puta tenebræ, quædam propria militibus custodiẽtibus, sicut mira angeli apparitio, & terræmotus, quæ propter milites facta sunt, vt stupefierent, vt ab ipsis fiat testimonium veritatis. Veritas enim à contrariis diuulgata, magis refulget, quod & contigit.

Hom.91.in Matth.

b *Pecuniam co.* HIERONIMVS. Qui rebus ecclesiæ abutũtur in aliis rebus quibus suam expleant voluntatem, similes sunt Scribarum & Pharisæorum & sacerdotum redimentium mendacium & sanguinem Saluatoris.

c *Furati sunt eum nobis dor.* AVGVSTINVS. Si dormierunt, D quomodo viderunt? Si non viderunt, quomodo testes esse potuerunt?

Auaritia quæ captiuauit discipulum comitem domini, decepit & milites custodes sepulchri: & sic Iudæos seduxit, vnde subdit: *Et diuulga.est.*

✠ SEVERIAN. In cathena D. Thomæ in Matth. Planè amiserunt milites, perdiderunt Iudæi, sed discipuli magistrum suum non furto, sed fide, virtute, non fraude, sanctitate, non crimine, viuum non mortuũ sustulerunt.

✠ CHRYSOST. Hom.91.in Matth. Qualiter furati sunt discipuli homines pauperes & idiotæ, & neque apparere audentes. Nunquid ostium sepulchri poterant euertere? Nũ- E quid non erat sigillum superpositum? Propter quid non furati sunt prima nocte, quando nullus sepulchro affuit? Sabbato enim petierunt à Pilato custodiam Qui autem sibi volunt hæc sudaria, quæ Petrus vidit iacentia? Si enim vellent furari, non possent nudum corpus furari, non solùm ne iniuriarentur, sed ne etiam in exuendo tardarent, & tribuerent militibus se detinendi facultatem.

† sub præsi de, id est, si res apud illum iudicẽ agatur.

d *Abierunt.* A Ierusalem in Gal. In montem: quia corpus de communi terra susceptum super omnia terrena erat eleuatum Et monet nos, vt si eum videre volumus, ad superna de infimis eleuemur. Præcessit Christus primitiæ dormientium, sequuntur alij in suo ordine, & videntes eum adorant, id est, sine fine laudant.

e *Quidam au.* Dubitauerunt vt Lucas ait: existimantes se spi- Lucæ 14 f.
ritum videre, quem moriendo tradidit.

☞ *Et acce.*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Quæ cum abiissent. *Hic declaratur resurrectio Christi per testimonium custodum, qui vt dicitur hic.*

2 Venerunt in ciuita. *De sepulchro Christi, quod erat aliquantu-*
C *lum extra Ierusalem, vt dicitur Ioan.19.*

3 Et nunci.prin.sa. *A quibus erant positi ad custodiendum sepulchrum Christi.*

4 Omnia quæ fac.fue. *Scilicet Christi resurrectionem, & angeli terribilem apparitionem.*

5 Et congrega.cum senioribus. *Istud mendacium militum emerunt care, quod adhuc tenet Iudæos in errore, vnde sequitur postea.*

6 Et diuulgatum. *Tanquam verum quod tamen erat falsum apud Iudæos vsque in hodiernum diem.*

7 Vndecim aut.dis. *Hic ponitur resurrectionis manifestatæ diuulgatio, & primò quãtum ad Christi discipulos, secundò, quantum ad omnes populos, ibi:* Euntes ergo. *In prima ergo parte dicit;* Vndecim autem discipul. *Quia Iudas erat mortuus, vt visum est cap.præcedenti.*

8 Abierunt in Galilæam. *Secundùm mandatum Christi & angeli.*

9 In montem. *Scilicet Thabor, in quo transfiguratus fuit coram Iacobo, Petro, & Ioanne, vt habitum est suprà cap.17. Ibi enim paucis ostenderat gloriam suæ resurrectionis, vt ibidem dictum est: & ideò ibi resurrectionem completam manifestauit omnibus discipulis suis. Vnde probabiliter creditur, quòd illa fit manifestatio, de qua scribit Apostolus 1.Corinth.15.a.* Deinde visus est plus quàm quingentis fratribus simul, *hic tamen non exprimuntur, nisi vndecim Apostoli, qui erant principales Christi discipuli. Prius tamen visus est septies personis, specialibus. Primò, Mariæ Magdalenæ manenti iuxta sepulchrum aliis recedentibus, vt dicitur Ioannis vigesimo & Marci decimosexto. Secundò,* F *ipsi Mariæ Magdalenæ cum aliis mulieribus à sepulchro reuertentibus: quia postquam viderat Christum, sequuta est alias, & inuenit eas in itinere, & tunc apparuit eis Christus. Tertiò, Petro, secundùm quod habetur Lucæ vltimo licet non habeatur expresse ex euangelio quando facta est ei ista apparitio. Probabile tamen est quòd hoc fuit quando ipse & Ioannes cucurrerunt ad monumentum: & non inuento corpore Christi abiit Petrus mirans secum quod factum erat, vt dicitur Lucæ vltimo, & ideò dum esset in tali admiratione solitariis creditur Christus sibi apparuisse. Quartò, apparuit duobus discipulis euntibus in Emaus, vt habetur Luc.vlti. Quintò, apparuit decem apostolis absente Thoma, vt habetur Ioan.20. Et iste quinque apparitiones factæ sunt ipsa die resurrectionis, vt patet euangelia intuenti. Sextò, apparuit vndecim apostolis, existente ibi Thoma, vt habetur Ioannis 20. & fuit octaua die post resurrectionẽ, vt habetur ibidem, Septimò, apparuit Petro & sociis suis ad mare Tyberiadis, vt habetur Ioan.vlti. Et octauò, in mõte Thabor, vt hic dicitur apparuit apostolis & multis aliis. Et iterum bis apparuit discipulis in die ascensionis: semel in Ierusalem ipsis conuescentibus, & semel in monte Olueti hora suæ ascensionis: vt habetur Marci vltimo: & Lucæ vltimo, & Act.1. Sequitur.*

10 Et videntes eum adorauerunt. *Adoratione latriæ.*

11 Quidam autem, &c. *Ex quo patet, quòd ibi erant alij quàm apostoli, qui iam erant certificati de eius resurrectione, etiam Thomas qui inter alios fuit magis incredulus, & hæc patent ex præcedentibus.*

✠ Et accedens

MORALITER.

✠† *Pecuniam copiosam dederunt militibus dicentes dicite.* HILARIVS. Emitur ergo resurrectionis silentium, & furti mendacium argento: quia honore sæculi qui in pecunia est & cupiditate Christi gloria denegatur. Item istis Iudæis similes sunt qui cum magnis sumptibus & laboribus conantur ad subuersionẽ. veritatis in speculabilibus vel agibilibus, cuiusmodi sunt aduocati dolosi & doctores glorioſi. Et illi qui eos ad hoc inducũt.

7 *Vndecim aut.disc.abier.in Galil.in mon.vbi const.il.Iesus.* RABANVS. In monte quidem apparuit eis dñs, vt significaret ꝙ corpus quod de communi generis humani terra nascendo susceperat, iam super omnia terrena subleuabat. Et vt admoneret fides si illic celsitudinem resurrectionis eius cupiunt videre, hic ab infimis voluptatibus studeant ad superna desideria transire.

✠† *Euntes ergo*

a *Et acce.*Et ideò pius magiſter & illos ad fidem confortat,& dubios ad fidem vocat intimans ad quantam peruenerit gloriã.

b *Data eſt.*Hoc non de coæterna patris diuinitate, ſed de aſſumpta dicit humanitate, in qua minor angelis, in qua etiam gloria & honore coronatus eſt & omnibus ſuperpoſitus. Heb.2 b.

c *Euntes.*Quia iam in lucẽ venit, quod hactenus quibuſdã de cauſis dubium hominibus fuerat.

d *Docete.* Cõgruus ordo. Primò enim docendus eſt auditor. Deinde fidei ſacramentis imbuendus, tunc ad ſeruanda mandata inſtruẽdus. Quia niſi prius anima fidem recipiat, non eſt dandus baptiſmus,nec valet mundari,ſi poſt non inſiſtat bonis operibus.

a ¶ Dubitatio eorum noſtram auget fidem.

a tem dubitauerunt. Et accedens Ieſus loquutus eſt eis, di- 1

n ¶ Vt qui ante regnabat in cœlo,per fidem regnet in terris.

b cens: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. † Eun- 2

c a ¶ Id eſt,primum catechiſate,quia ſine fide impoſſibile eſt placere Deo. 3

b ¶ Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt intrare in regnum cœlorum.

d tes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine 4

e ¶ In inuocatione nominis. ¶ In proceſſione trinitatis. a ¶ Quia fides ſine operibus mortua eſt. ¶ Quæ quidem non ſunt pauca vel leuia. 5 6

patris & filij & ſpirituſſancti: docentes eos ſeruare omnia 7 8

¶ Diuinitate.

f quæcunque mandaui vobis. Et ecce ego vobiſcum ſum 9

¶ Cum finitis laboribus mecum regnabitis.

omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi. 10

B

e *In nomine patris,&c.*✠ Dydimvs. Licet autem quis poſſet exiſtere mentis alienæ, qui ita baptizare conetur, vt vnum de prædictis nominibus prætermittat, videlicet contrarius Chriſto legiſlatori:tamen ſine perfectione baptizabit, imò penitus à peccatis liberare non poterit, quos à ſe exiſtimauerit baptizatos. Lib.2.de Spirituſan.

f *Et ecce ego vobiſcum ſum.*Quæ autem merces piæ conuerſationis, quódve pignus futuræ beatitudinis etiam in præſenti ſit fidelibus,ſubdit:*Ecce ego vobiſcum ſum,&c.*

Quod Apoſtolis, per ſucceſſiones vniuerſali eccleſiæ promittit. Nota quòd vſque in finem ſæculi non ſunt deſituri qui diuina manſione ſunt digni.

✠ Chrysostomvs. Quia magna eis iniunxerat, erigens eorum ſenſus dicit,*Ecce ego,&c.* quaſi dicat, ne dicatur difficile eſſe iniunctum negotium,ego ſum vobiſcum, qui omnia facio leuia. Non autem cum illis ſolum dixit ſe futurum eſſe,ſed & cum omnibus illis qui poſt illos credunt, non enim vſque ad conſummationem ſeculi apoſtoli manſuri erant, ſed ſicut vni corpori fidelibus loquitur. Hom.91. in Matth.

C

✠ Rabanvs. Ex hoc autem intelligitur, quod vſque ad finem ſeculi non ſunt defuturi in mundo, qui diuina manſione & inhabitatione ſunt digni.

✠ Hieronymvs. Oſtendit ſe à credentibus nunquam receſſurum.

✠ Chrysostomvs.Rememorat autem eis & conſummationem, vt eos magis attrahat, & ne præſentia ſolùm inſpiciant,ſed & futura bona & ſine fine manentia. Hom.91. in Matth.

Avgvstinvs.Prima ſabbati diluculo (ſicut omnes euãgeliſtæ conſentiunt)ventum eſt ad monumentum. Iam factum erat,quod ſolus Matthæus ait, de terræmotu & reuoluto lapide,& de,& territis cuſtodibus.Venit autem Maria Magdalena cæteris feruentior. Vnde Ioannes de ea commemorat tacitis aliis, quæ cum ea fuerant: vidénſque lapidem ſublatum, antequam diligentius inſpiceret,credens ſublatum corpus, cucurrit nuncians Petro & Ioanni, qui etiam concurrerunt ad monumentum: & non inuento corpore crediderũt, quod Maria dixerat ablatum,abieruntq;. Maria autem ſtetit foras plorans,in hor to,ſcilicet vbi ingreſſæ fuerant. Tunc viderant angelum ſedentem ſuper lapidem reuolutum, de quo Matthæus & Marcus dicunt. Qui dicit illis: *Nolite time re: ſcio enim quòd Ieſum qui crucifixus eſt quæritis.* Quibus ſimilia Marcus non tacuit. Ad hæc verba Maria dum fleret inclinauit ſe,& proſpexit in monumento, & vidit duos angelos vnum ad caput & vnum ad pedes ſedentes in albis. Dicunt illi: *Mulier quid ploras? Quia tulerunt dominum meum, & neſcio vbi poſuerunt eum.*Hic intelligendum eſt angelos ſurrexiſſe,vt & ſtantes viderentur ſicut Lucas ait:, qui & eos dixiſſe refert: *Quid quæritis viuentem cum mortuis, &c.* Poſt hæc conuerſa eſt Maria retro:& vidit Ieſum ſtantem (vt Ioannes ait) & neſciebat quia Ieſus eſſet, putans hortulanum: vbi & nominata agnouit eum cui & dictum eſt. *Noli me tangere. Tunc egreſſa eſt de monumento,* id eſt, de loco ante lapidem effoſum:*& cum ea aliæ quas* (vt Marcus ait) *timor inuaſerat,& nemini quidquam dicebant.*Tunc iam ſecundum Matthæum:Ecce Ie.oc.e.di. Auete. Illæ autem ac. & te.pe.e.Sic colligimus & angelorum allocutionem bis eas habuiſſe venientes ad monumentum,& ipſius domini ſemel,quãdo Maria hortulanum putauit: & nunc cum eis iterum occurrit,vt eas ipſa repetitio firmaret. Venit ergo Maria Magdalenæ nuncians diſcipulis,& aliæ quæ cum ea erant, quas Lucas commemorat,Plures quidem fuerunt apparitiones quod innuit Paulus dicens:*Viſus eſt Iacobo,viſus eſt plus quàm quingentis fratribus ſimul,*ſed decem legimus in euangeliis. Quinquies in ipſo reſurrectionis die. Primò apparuit Mariæ Magdalenæ flenti ad monumentum.Poſtea eidem & alij Mariæ egredientibus nunciare apoſtolis.Tertiò,Simoni.Quartò,Cleophæ & ſocio eius.Quintò reuerſis illis & narrantibus quomodo cognouerunt eum in fractione panis,apparuit innuis clauſis vbi Thomas abierat.Sextò poſt dies octo, quando cum eis erat Thomas. Septimò, piſcantibus ad mare Tyberiadis. Octauò, in monte Galilææ qui non longè erat ab Ieruſalem. Nonò, recumbentibus illis vndecim, die quo aſcendit. Decimò, viderunt eum iam non in terra poſitum, ſed eleuatum in aëra, cœlos petentem, dicente eis angelo: *Sic veniet quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlum.*

D Ioan.20 a.

E Ioan.20.c.

F Luc.24.b. 1.Cor.15.a. Ioan. 20.a. Ibidem.e. Luc.24.b. Ibidem.e. Ioan.20.f. Ibidẽ.21.a. Matt.28.d. Luc.24.g. Act.1.b.

†Mar.16.f.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et accedens Ieſus loq.eſt ei di.*Ad certificandum eos qui dubitabant de ſua reſurrectione,dicens.*

2 Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. *Quia licet Chriſtus quantum ad diuinitatem ab æterno haberet hanc poteſtatem, & inquantum homo ab inſtanti conceptionis haberet poteſtatem in cœlo & in terra autoritatiuè, tamen executiuè non habuit ante reſurrectionem ſuam:ſed voluit eſſe paſsibilitati ſubiectus propter noſtram redemptionem.*

3 Euntes ergo. *Hic ponitur diuulgatio dominicæ reſurrectionis quantum ad omnes populos,quæ facta eſt per prædicationem apoſtolorũ per vniuerſum orbem. Et hoc eſt quod dicitur.*

4 Docete om.gen. *Prius enim dixerat eis, ꝙ ſolùm prædicarent Iudæis vt ſuprà dicitur.10.cap. quia ante Chriſti reſurrectionem fides Chriſti non erat diuulganda per vniuerſum orbem, vt ibidem dictum eſt.*

5 Baptizantes eos.*Præpoſuit,docete,quia cathechiſmus debet præcedere baptiſmum,vnde adulti prius debent inſtrui de his quæ pertinẽt ad fidem quam baptizentur.*

6 In no.*Propter vnitatem ſubſtantiæ.*

7 Pat.& fil. *Propter diſtinctionem perſonarum. Iſta eſt forma baptiſmi inſtituta à Chriſto, ſed familiari conſilio ſpirituſſancti quodammodo mutata eſt in primitiua eccleſia, quando apoſtoli baptizabant in nomine Chriſti,vt habetur Act.10.& 19. vt nomen Chriſti quod tunc erat odioſum magnificaretur: & hoc diffuſiùs tractatur in quarto ſententiarum.*

8 Docentes eos ſeruare omnia. *Videlicet ſacramenta à Chriſto inſtituta & alia ad fidem Catholicam pertinentia.*

9 Ecce ego vobiſcum ſum om.die.*Et hoc dupliciter. Vno modo aſsiſtendo eis in operibus miraculoſis ad confirmationem doctrinæ. Alio modo exiſtendo in ſacramento Euchariſtiæ,vbi eſt totus Chriſtus,vt patet ex prædictis cap.26.*

10 Vſque ad conſummationem ſeculi. *Ex quo patet quòd fides Catholica non deficiet vſque ad finem mundi, quantumcunque tribu-*

✠ *lationibus*

MORALITER.

✠ 3 *Euntes ergo docete omnes,&c.*Ex hoc patet, quòd prædicatores euangelij debent omnibus magnis & paruis ſine acceptione prædicare & miniſtrare ſacramentum ſecundum gratiam & poteſtatem immediatè à domino vel per miniſtros ſuos ſibi

✠ datam,

lationibus agitetur. Aduertendum etiam, quòd licet Deus non assistat continuè doctoribus ecclesiæ per operationem miraculorum, quia non est necesse cum fides Catholica sit sufficienter confirmata per miracula facta in primitiua ecclesia, tamen aliquando hoc modo assistit ecclesiæ faciendo miracula aliqua ad consolationem fidelium. Assistit etiam ecclesiæ semper ipsam dirigendo per occultos instinctus spiritussancti, vt sic non deficiat fides Petri. Ad laudem & gloriam domini nostri Iesu Christi, Cui est honor & gloria in secula seculorum. Amen. D

MORALITER.

datam. Quibus promittitur assistentia domini, cùm dicitur: Et ecce ecce vobiscum sum, &c. Scilicet dirigendo sermonem ad salutem audientium & meritum vestrum.

Incipit Proœmium Venerabilis Patris Fratris Nicolai de Lyra in Euangelium Marci.

B HACIES leonis à dextris ipsorum quatuor, Ezech. 1. cap. *Secundùm quòd dictum fuit in principio Euangelij secundum Matthæum per quatuor facies quas vidit Ezechiel propheta in animali vno, designantur quatuor euãgelistæ seu quatuor euãgelia ab eis scripta de domino nostro Iesu Christo: & sicut in facie hominis designantur euangelium Matthæi, sic in facie leonis designatur euangelium Marci, de quo dicitur verbum propositum. Facies leonis, &c. In quo quidem verbo circa Marci euangelium possumus quatuor notare, videlicet: Procedendi modum, cùm dicitur:* Facies. *Speciale subiectum, cùm dicitur, leonis. Ordinẽ vel situm, cùm dicitur à dextris. Ipsius cum aliis certum numerum, cùm dicitur: ipsorum quatuor.*

Quatuor notanda circa Marci euangelium.

Circa primum considerandum, quòd licet facies sit breuis pars corporis: tamen in ea continentur omnes sensus videlicet visus, auditus: &c. sic in euangelio Marci licet sit breue respectu aliorum, tamen in eo breuiter continentur sententiæ aliorum trium euangeliorum, secundùm quod dicit Gregor. super Ezech. Si quæras quid Marcus de incarnatione domini senserit, hoc nimirum quod Matthæus Lucas & Ioannes, & ideò talis modus procedendi in quo sub quodam compendio continentur aliorum sententiæ competenter per faciem designantur: de quo potest accipi illud quod dicitur Esther. 15. d. Facies tua plena gratiarum: *quia modus procedendi ipsius sancti Marci euangelistæ, licet sit breuis vt dictum est, tamen plenius est sententiarum gratiosarum: & sic patet primum.*

Circa secundum considerandum, quòd licet Marcus de omnibus Christi factis scribat, sicut & alij: tamen specialiter versatur & immoratur circa resurrectionem & regnum Christi quod assecutus est Christus in C *sua benedicta resurrectione secundùm quod dixit apostolis immediatè post resurrectionem suam. Matth. vlti. d.* Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. *Quod quidem regnum per leonem conuenienter designatur, qui est rex animalium, vt dicit Isidorus libro Etymol. 12. & ideò speciale subiectum circa quod specialiter immoratur.*

Quare euãgelium Marci in leone designatur.

Marci euangelium designatur in nomine leonis: & hoc propter tria quæ in resurrectione Christi reperiuntur & proprietatibus leonis assimilantur. Primum est, resurrectionis efficiens principium, quod in aliis hominibus est extrinsecum, sed in Christo fuit intrinsecum, secundùm quod ipse dicit Ioa. 10. d. Potestatem habeo ponendi animam, & potestatem habeo iterum sumendi eam, quia propria virtute resurrexit. Et simile huius in proprietate leonis reperitur. Dormit enim oculis apertis, secundùm quòd dicit Isido. vbi suprà. Licet autem caro Christi in sepulchro dormierit per veram mortem & animæ separationem, tamẽ diuinitas vtroque coniuncta vigilabat, secundùm quod dicitur Can. 5. a. Ego dormio & cor meum vigilat, *& virtute huius deitatis sic vigilantis surrexit à somno mortis, vnde potest exponi de eo quod dicitur Iere. 4. b.* Ascendit leo de cubili suo: *quia Christus qui est leo de tribu Iuda de sepulchro ascendit virtute propria. Secundò assimilatur leoni propter tempus & modum, quia resurrectio Christi facta est post triduum: quod tamen accipitur per synecdochen, ita similiter leo natus de nouo tribus diebus dicitur dormire secundùm Isidorum vbi supra, & postea fremitu & rugitu patris excitatur: sic Christus post triduum dormitionis in sepulchro virtute Dei patris fuit excitatus à mortis somno, secundum quod dicitur Act. 3. c.* Hunc Deus suscitauit à mortuis, &c. *& ideò de hoc potest exponi illud Gen. 49. b.* Catulus leonis Iuda, *& subditur:* Requiescens accubuisti vt leo, *scilicet in sepulchro & subditur:* Quis suscitabit eum, *scilicet de somno mortis post triduum? Ad quod potest responderi, Deus pater, vt patet ex prædictis. Nec istud dictum contrariatur ei quod præmissum est, scilicet quòd Christus resurrexit virtute propria quia vna & eadem simpliciter est potestas patris & filij. Tertiò assimilatur resurrectio leoni propter assequutum imperium: quia licet Christus ante resurrectionem suam humilis & abiectus apparuerit, tamen in resurrectione dominium obtinuit: secundùm quod dicit Apostolus ad Philip. 2. a.* Humiliauit semetipsum factus E obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod est super omne nomen vt in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum, &c. *Et in leone inuenitur huiusmodi similitudo, inquantum est rex animalium, vt prædictum est: & ideò nomen leonis dicitur à leon Græcè quod significat regẽ Latinè & de hoc dicitur Apoc. 5. b.* Ecce vicit leo de tribu Iuda: *quia per suã benedictam passionem & resurrectionem subiecit sibi omnem creaturam & sic patet secundum.*

Tertiò in verbo præassumpto notatur huius euangelij situs vel ordo cũ dicitur: A dextris. *In illa enim visione imaginaria Ezechieli prophetæ ostensa sic apparebat animal habens quatuor facies q̃ facies hominis erat in directo aspectu prophetæ, facies autẽ leonis in dextera parte, & bouis in sinistra, & ideò sicut euangelium Matthæi, quod designatur per faciem hominis ponitur primum, ita euangelium Marci rationabiliter ponitur secundum: quia dextera pars prior est sinistra: & de hoc potest exponi quod dicitur Deuteron. 33. d.* In dextera eius ignea lex, *id est, lex euangelica à Marco descripta quæ dicitur ignea, quia accendit animos fidelium ad amorem cœlestium inquantum describit resurrectionem Christi, per quam introducimur ad cœlestia: quia tunc Saluator noster deuicta morte æternitatis nobis aditum reserauit, sicut dicitur in Collecta Paschæ, & in signum huius angelus resurrectionis Christi nuncius qui perennem vitam eius nunciare venerat, rectè in dextera* F *sedebat secundùm quod dicit beatus Gregorius Homil. 12. Et sic patet tertium.*

Quartò in verbo præassumpto describitur numerus determinatus euangeliorum cùm dicitur: Ipsorum quatuor. Circa quod considerandum, quòd licet plura euangelia & à pluribus fuerint scripta, quatuor tamen tantum sunt approbata, secundum quod dicitur in prologo super Matthæum & hoc propter figuram, sacramenti quia iste quaternarius numerus multipliciter fuit in lege figuratus. Primò in quatuor fluminibus de paradiso exeuntibus, Gen. 2. Itẽ in quatuor patriarchis principibus à quibus denominata est Cariatharbe, id est, ciuitas, quatuor Ge. 23. quia quatuor principales patriarchæ sunt ibi sepulti cũ suis vxoribus. Tertiò in quatuor circulis arcæ Testamẽti. Exod. 25. Quartò in quatuor pedibus mensæ propositionis, ibidem. Quintò in quatuor cornibus altaris holocaustorum, Exod. 27. Sextò in quatuor ordinibus lapidum rationalis, Exod. 28. Septimò in quatuor deambulatoriis domus Salomonis 3. Regum 7. Octauò in quatuor ventis mortuos viuificantibus, Ezech. 37. Nonò in quatuor minimis terræ, præ cæteris tamen sapientibus: Prouerbior. 30. Decimò in quatuor viris in fornace Deum laudantibus, Daniel. 3. Vndecimò in quatuor fabris cornua hæresum deiicientibus, Zach. 1. Duodecimò in quatuor quadrigis per orbem discurrentibus, Zach. 6. Tertiodecimò in quatuor animalibus occulatis antè & retrò, Apoc. 4. de quibus ibidem subditur, quòd requiem non habent die ac nocte dicentia: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus omnipotens: Cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

Incipit quædam introductio in hunc prologum.

A

Quatuor in euãgeliis

IERONYMVS. Quatuor sunt qualitates de quibus sancta euangelia contexuntur. Præcepta mandata, testimonia, exempla. In præceptis, iusticia: in mandatis charitas: in testimoniis, fides: in exemplis, perfectio. Præcepta huiusmodi: *In viam gentium ne abieritis*: hoc est, diuertere à malo. Mandata vt hoc: *Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem*: hoc est facere bonum & charitatem implere. Testimonia quæ in ore duorum vel trium testium, vt hoc: *Ioãnes testimonium perhibet de me: sed habeo testimoniũ maius Ioãne: Est enim pater qui testimonium perhibet de me.* Exempla vt hoc: *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.* Et: *Estote perfecti sicut & pater vester*, & alibi: *Exemplum enim dedi vobis, vt & vos ita faciatis.* De his enim Dauid: *Præceptum domini lucidum illu.* Historiam maximè præcepta cõtinent. Et alibi: *Latum mandatum tuum nimis*: quia qui diligit proximum totam legem impleuit. Item: *Testimonia tua intellexi.* Et alibi: *Testimonium domini fidele*, quia plus fide animi quam oculis carnis testimonium indiget. Quartò. *Iudicia domini ve.iu.in se.* Vt sic scilicet sint iudiciorum nostrorum exemplа iustificata, sicut in iudiciis Dei cõparata habemus. Vnde idem alibi. *A iudicio enim tuis timui.* In quo enim iudicio iudicauerimus, iudicabitur de nobis. In his quatuor qualitatibus sunt timor, fides, spes, charitas. Timore namque incipimus, fide seruamus quæ incipimus: spe erigimur, charitate consummamur. *Finis enim præcepti est charitas.* Hi sunt quatuor menses, quos Christus ante messem prædixit dicens: Nõne quatuor menses sunt vsque ad messem: Vt & nos per præcepta domini atque mandata, ac testimonia, & exempla maturos post iudicium metamus fructus cũ gaudio: qui in lachrymis timoris semina pœnitentiæ iactauimus in terra nostros portantes charitatis manipulos cum gaudio metamus in cœlo.

Matt.10.a. Psal.33.c. Ioan.13.d.

Ioan.8.c. Ioan.1.b.

B

Matth.11.d. Ibidem.5.g. Ioan.13.b. Psal.18.c.

Ibi.118.m. Ibidem. Psal.18.d.

Ibidem.c.

D

Ibid.118.P. Matth.7.a.

1.Tim 1.a.

Ioan.4.c.

E

HIERONIMVS. In prologo. Marcus Euangelista Dei, Petri discipul⁹, Leuiticus genere & sacerdos, ĩ Italia hoc scripsit euangelium primus Alexandriæ episcopus cuius per singula opus euangelij dicta scire, & in se disponere: & disciplinam in se legis agnoscere, & diuinam domini in carne intelligere naturam. Qui seminat post Matthæũ, qui fremit vt leo, qui volat vt aquila, qui discit vt homo, qui immolat vt sacerdos, qui irrigat vt flumen, qui floresçit vt ager

☞ qui feruet

Incipit Prologus beati Hieronymi in Euangelium secundùm Marcum.

Marcus Euangelista Dei electus & Petri in baptismate filius atque in diuino sermone discipulus, sacerdotium in Israel agens, secundum carnalem Leuita, conuersus ad fidem Christi euangelium in Italia scripsit: ostendens in eo quid & generi suo deberet & Christo. Nam initium principij in vôce propheticæ exclamationis instituens, ordinem Leuitæ electionis ostendit, vt prædicans prędestinatum Ioannem filium Zachariæ in voce angeli annunciantis emissum. Non solùm verbum carnem factum, sed & corpus domini in omnia per verbum diuinæ vocis animatùm in initiò euãgelicæ prędicationis ostenderet: vt qui hæc

¶ Confirmationem.

a ¶ Quæ est de Ioanne Baptista, qui est de genere Marci, quia de tribu Leuitica, & ita ostendit Marcus quid debeat generi suo.

¶ Id est, dignitatis.

a ¶ Id est, sola gratia Dei creatum.

¶ Id est, ad hoc emissum, vt esset vox & angelus annuncians, quæ notantur in illis duabus autoritatibus Vox clamantis: Et, Ecce ego mittam

¶ Ecclesiam. a ¶ Id est, prædicationem filij Dei. ¶ Quod ostendit ibi ante faciem tuam, & ante te, scilicet hominem, & hoc est quod Christo debet. b ¶ Ioannis.

a ¶ Id est, charismatum impletum donis. b ¶ Hoc ibi, Qui præparabit viam tuam. Et ibi, Parate viam domini, rectas facite semitas. Et hoc item debet Christo.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16

C *Sequitur postil. venerabilis patris, fratris Nicolai de Lyra in prologum Euangelij beati Marci.*

Diuisio

MArcus Euangelista. *Euangelio Marci beatus Hieronymus præmittit prologum istum: Qui diuiditur in tres partes, quia primò Hieronymus ostendit scriptoris autoritatem secundò, scribendi modum & ordinem, ibi:* Nam initium principij: *tertiò, ordinis rationem, ibi:* Denique. *Circa primum ostenditur autoritas beati Marci scriptoris huius euangelij, primò, quantùm ad officium post eius conuersionem ad fidem Catholicam, cùm dicitur.*

1 Marcus euangelista Dei electus. *Ad officium enim scribendi euangelium fuit à Deo electus & assumptus, secundò, quantùm ad eruditionem in fide Catholica pleniorem: cùm dicitur.*

2 Et Petri in baptismate filius, atque in diuino sermone discipulus. *Ex hoc enim, quod fuit filius spiritualis beati Petri fuit ei magis familiaris: & per consequens specialius ab eo eruditus de factis & doctrina Christi, secundùm quòd Petrus viderat in Christo & audierat ab ipso: propter quod certiùs poterat scribere euangelium à Petro auditum, quàm cæteri discipuli eius, tertiò ostenditur eius autoritas ex statu quem habuit ante conuersionem, cum subditur.*

3 Sacerdotium in Israel agens. *Quia ad Sacerdotes & Leuitas pertinebat scire præ cæteris scripturas veteris Testamenti, quæ de Christo testimonium perhibent.*

4 In Italia scripsit. *Vbi tunc vigebat studium quod à Græcia fuerat Romam translatum, & in eadem ciuitate Marcus rogatus à fratribus scripsit istud euangelium, vt dicit Hieronym. in libro illustrium virorum: & ex solemnitate loci scriptoris ostenditur autoritas: quia in talibus locis non solent scribere nisi homines autentici.*

5 Ostendens in eo. *Sacerdotes enim Leuitici, qui debent intelligere scripturas prophetarum testimonium de Christo perhibentium ex hoc redduntur magis idonei ad scribendum euangelium.*

6 Et Christo. *Quia licet breuiter scripserit euangelium, tamen sufficienter Christo reddidit debitũ eius euangelium completè scribẽdo.*

7 Nam initium. *Hic consequenter ostendit Hieronymus scripturæ ipsius Marci ordinem. Circa quod sciendum, quòd Marcus in principio sui euangelij ponit quandam præfationem vsque ad illum locum: Fuit in deserto Ioannes, vbi præmissa præfatione incepit narrationem. Primò ergo ostendit Hieronymus ordinem scripturæ Marci quantum ad præfationem seu prologum. Secundò, quantum ad narrationem seu tractatum, ibi:* Denique cum perfecti. *Circa primum sciendum, quòd Marcus in præfatione sui euangelij ponit duas prophetias. Prima habetur Malach.3.a. Ecce ego mitto angelum meum, & loquitur de aduentu Christi in mundo: ad quem denunciandum præmissus est Ioannes Baptista in hac prophetia designatus per angelum. Angelus enim interpretatur nuncius. Secunda habetur Isa.40.* Vox clamantis in deserto, parate viam domini. *Et loquitur de Aduentu Christi in corde humano per fidem & deuotionem, & de istis duobus ostendit hic Hieronymus: licet obscurè quòd contineantur in præfatione ipsius Marci euangelistæ, cùm dicitur:* Nam initium prin. *id est, initiale principium: seu prologum à quo incipit suum euangelium.*

8 In voce propheticæ exclamationis instituens. *Quia prologum suum inchoat à prophetiis: vt dictum est.*

9 Ordinem Leuiticæ electionis ostendit. *Id est, suæ electionis ad scribendum euangelium ostendit ordinem per hoc quòd à principio sui operis allegat prophetias, quarum intellectum sacerdotes Leuitici generis, de quibus fuerant, debebant habere.*

10 Vt prædicans Ioannem prædestinatum. *Id est, à Deo præordinatum.*

11 Emissum in voce angeli. *Id est, significatum nomine angeli vt dictum est.*

12 Annunciantis. *Scilicet Ioannis.*

13 Non solum verbum carnem factum. *Id est, aduentum Christi carnem, per quàm in mundo visibilis apparuit.*

14 Sed & corpus do. *Id est, ecclesiam seu congregationem fidelium quæ est corpus Christi mysticum.*

15 In omnia per verbum diuinæ anim. *Id est, viuificatum: quia sicut anima viuificat corpus vita naturæ, ita verbum diuinum quod est Dei filius veniens in mentibus hominum, viuificat eos vita gratiæ: & vtrumque aduentum Christi, scilicet in carnem & in mentem denunciauit Ioannes baptista per suam prædicationem. Et quia ista prædicatio Ioannis fuit ordinata ad eruditionem fidelium, ideo subditur.*

16 Vt qui hæc le. *Id est, animaduerteret.*

F

☞ Cui initium

☞ qui feruet vt vinum. A Christus enim de † legere quo loquitur: vt homo nascendo, vitulus moriendo, leo resurgendo, aquila ascendendo.

HIERONYMVS. Marcum penè intactum, maiores nostri prætereunt, quia penè eadē quæ Matthæus narrat, licet quibusdam distinctis testimoniis, vt alterius ala alam alterius tangat animalis, B & rota rotam eadem via sequatur, & versis adinuicē vultibus sese animalia contueantur. In primo canone Marcus cum Matthæo Lucáque comitatur & Ioanne. In secundò cum

a ¶ Ioanni. b ¶ Principium carnis. c ¶ In virtute domini & operatione.

† legens sciret cui initium carnis in dómino, & Iesu aduenié- 1
a ¶ Se esse habi. b ¶ Vt in se inueniret illa caro. c ¶ Filium Dei. 2
tis habitáculum caro deberet agnoscere: átque in se vérbum 3
¶ Ioannis. ¶ Id est, Adam & Eua & diabolo. a ¶ Illa caro. b ¶ Id est recuperet in Christo. 4 5
vocis quod in consonantibus perdidérat inuéniret. Denique 6
cùm perfecti euangelij opus intrassent, à baptismo domini 7 8
prædicare Deum inchoans, non laborauit natiuitatem car- 9
a ¶ Id est, Matthæo, pluralis pro singulari, vel quia plures ante eum scripserunt.
nis, quam in prioribús viderat dicere, sed totius exprimens 10
a ¶ Non numerum ieiunij, sed ieiunij numerum, quod quasi subest numero pro mysterio numeri. 11
expositionem deserti, ieiunium numeri, tentationem diabo- 12
li: congregationem bestiarum, & mysterium protulit ange- 13 14
lorum: vt instituens nos ad intelligendum singula in breui 15 16
a ¶ Id est, Matthæi dicta destrueret.
compingés, ne authóritatem factæ rei demeret, & perficiédi 17
a ¶ Id est, prætermissum ab eo suppleret. 18
operis plenitudinē nón negaret. Denique amputasse sibi post 19 20
fidē pollicē dicitur, vt sacerdotio reprobus haberetur: sed tā- 21
¶ Fidelibus volentibus ipsum pastorem. 22
tum cōsentiens fidei prędestinata potuit electio, vt nec sic in 23
opere verbi perderet: quod prius meruerat in genere. Nā A- 24 25
cum Matthæo & Lu- D
ca. In quarto cum Matthæo & Ioanne. In sexto canone comitatur semper cum Matthæo, vt duo annuli in vno vecte, id est, in quadraginta nouem capitulis. In octauo canone cum Luca comitatur in tredecim capitulis. In propriis verò quę maximè vtcunque explanare dispono, decem & octo incedit spaciatim capitulis, quæ simul omnia ducenta triginta tria E sunt capitula. Marcus, excelsus mandato: Lucas, iste consurgens vel ipse eleuans.

Beda. Marcus Petri discipulus rogatu Marcus qua re euāgeliū scripserit.

☞ Roma-

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Cui initium carnis in Deo. *Id est, in Christum, cuius caro non habuit principium ex viro: quia non de semine virili natus est, sed virtute spiritussancti illa caro sanctissima fuit formata.*

2 Et Iesu aduenien.ha. *Id est, mentem humanam quæ est habitaculum ipsius Iesu venientis in mentem, vt dictum est.*

3 Caro debe.agno. *Id est, homo, qui in sacra scriptura vocatur caro. Isa. 40. b. Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri: quia per prologum Marci euangelistæ homo legens debet cognoscere vtrumque aduentum Christi, scilicet in carnem & in mentem.*

C 4 Atque in se verbum vo. *Id est, Dei filium quod Ioannem, qui vocatur vox verbi, secundùm quod habetur Ioan. 1. c. Ego vox clamantis in deserto annunciatum.*

5 Quod in conso.perdi. *Id est, in primis parentibus suasioni serpentis consentientibus in quibus genus humanum perdidit verbum Dei mentes viuificans vita gratiæ.*

6 Inueni. *Per fidem verbi incarnati, quàm prædicauit Ioannes prout traditur in euangelio Marci. Aliter exponitur ab aliquibus ab illo loco.* Caro deberet agnoscere. *Id est, pater carnalis Ioannis baptistæ, scilicet Zacharias deberet agnoscere, quòd angelus ei apparens verum sibi annunciauerat, quia propter dubium verbi eius factus est mutus.*

Atque in se v.vo. *Id est, loquelam articulatam.* Quod in conso. per. *Quia licet muti possint sonare vocales saltem aliquas non tamen cum eis possunt sonare consonantes.* Inueniret: *quia Zacharias in natiuitate filij firmiter credendo recuperauit loquelam, quam perdiderat verbis angeli discredendo.*

7 Denique cum perfecti euangelij, &c. *Hic consequenter ostenditur ordinem scripturæ Marci quantum ad narrationem seu tractatum sui euangelij, ostendens eum ordinatè scripsisse per hoc quod aliqua omisit: eò quòd sufficienter erant à Matthæo expressa, aliqua etiam ab eodem Matthæo dicta breuiter tetigit, vt vitaret prolixitatem & verborum Matthæi ostenderet firmitatem: quia in ore duorum vel triū testium stat omne verbum. Et in hoc etiam, quòd aliqua addicit Matthæi dicta ad perfectam euangelij descriptionem, & hoc est quod dicitur:* Denique cum perfecti, &c. *Id est, narrationem euangelij: incipiens, & dicit perfecti euangelij: quia lex Mosaica licet esset bona, tamen fuit imperfecta: quia populo rudi & imperfecto fuit data: ideò dicitur Heb. 7. c. Nihil ad perfectum adduxit lex, sed euangelium imperfectionem legis suppleuit, vel aliter dicitur,* Perfe.euan. *vt continuetur litera cum hoc quod sequitur.*

Matt. 18. b. Deut. 17. b.

8 A baptismo inchoans. *Quia Christus tempore prædicationis suæ incœperat 30. suæ ætatis annum, vt habetur Luc. 3. quod est tempus ætatis perfectæ, & secundùm hoc potest dici:* Per euangelij opus in, &c. *Eò quòd incipit narrationem euangelij sui à baptismo Christi, quo tempore in ætate fuit perfecta.*

9 Non laborauit natiuitatem carnis. *Scilicet Christi.*

10 Quam in prio.vi. *Scilicet dictis Matthæi ad vitandum superfluitatem.*

11 Sed to.ex. *Id est, quomodo post baptismum immediatè intrauit desertum ibi habitando.*

12 Ieiunium nu. *Scilicet 40, dierum, qui numerus est mysticus, eò quòd consurgit ex denario, per quaternarium ducto: in quo significatur, quòd impletio decalogi in fide verbi incarnati in quaternario euangeliorum descripti ducit ad vitam beatam, secundùm quòd dicit Saluator Matthæi. 19. c Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.*

13 Tentationem diaboli. *Quæ plenius describitur Mat. 4.*

14 Congregationem bestiarum & mysterium protulit ange. *Vt ostenderet, quòd animalia irrationabilia & creaturæ intellectuales cœlestes obediant ei.*

15 Vt institu.nos, &c. *Ad hoc prædicta breuiter tetigit vt instrueret nos.*

16 Ad intelligen. *Quòd eadem latiùs dicta à Matthæo vera essent ideò subditur.*

17 Ne autoritatem factæ rei. *Id est, euangelij descripti à Matthæo.* F

18 Demeret. *Sed magis adderet & confirmaret.*

19 Et perficiendi operis. *Addendo aliqua his quæ à Matthæo fuerant prædicta.* Diuisio

20 Deniq; amputasse. *Hic consequenter ostenditur prædicti ordinis rationem: licet enim spiritussanctus principaliter causam fuerit huius ordinatæ descriptionis, Marcus tamen fuit causa instrumentalis, & ex parte eius hic assignatur dicti ordinis causa: Et primò ex eius humilitate, secundò ex studiositate, ibi:* Cuius per singula *Circa primum sciendum, quòd sapientis est ordinare se & ordinatè scribere. Humilitas autem maxime disponit ad sapientiam diuinam, secundum quod dicitur Prouer. 11.* Vbi humilitas, ibi sapientia, *& ideò ostenditur Marci humilitas cùm dicitur:* Denique amputasse sibi post fidem pol.dicitur, vt sa.repro.habe. *Ex humilitate enim reputabat sese indignum, & ideò reformidabat ascendere tantum gradum.*

21 Sed tantum consentiens fidei prædestinata po. *Id est, diuina ordinatio quæ ita potens est quòd eis nullus potest resistere.*

22 Consentiens fidei. *Id est, condescendens deuotioni fidelium, qui desiderabant eum habere episcopum, fecit aliter ipsum promouendo, licet ex humilitate refugeret, ideò subditur.*

23 Vt nec sic in opere ver.perderet. *Id est, in prædicatione, quod est opus episcopi, vnde Act. 7.* Apostoli quorū successores sunt episcopi *vt habetur in decretis dist. 21. ca. in nouo Testamento, administrationem temporalium septem diaconibus commiserunt, vt operi prædicationis liberius vacarent.*

24 Quod prius meruerat in genere. *Fuit enim de tribu Leui, ad quam spectabat sacerdotium.*

25 Nam Alexandriæ episcopus fuit. *Non obstante, quòd amputasset sibi pollicem. Non enim dicitur quòd amputauerit sibi totū pollicem: sed fortè aliquam partem per quam non impediebatur à congregando. Et simile legitur factum in libro qui dicitur Paradisus de Antonio Anachorita, quem cum quidam ciues vellent rapere & constituere sibi episcopum, ferro secuit sibi aurem sinistram, dicens: Lex diuina iubet nullum aure præcisa optari in episcopum, quod cum Theophilo episcopo hoc dictum fuisset, respondit à Iudæis lex ista seruatur: Ego autem si dederitis mihi aliquem auribus truncatum, sed moribus probum non dubito eum episcopum facere: hoc tamen modo non obseruatur.* Mutilati an & quādo ad ordines promouēdi] sunt.

✻ Cuius per

☞ Romanorum euangelium ſcripſit, vt quod Petrus verbo prædicauerat, conſeruaretur in perpetuum literarum memoria. Primò, expulſio dæmonis in ſynagoga ab homine. Secundò, liberatio ſocrus Simonis à febre. Tertiò, leproſum mũdauit. Quartò, paralyticum curauit. Quintò, in ſynagoga manum aridam curauit. Sextò, dæmoniacum à legione poſſeſſum, liberauit. Septimò, fluxum ſanguinis tactus à muliere reſtrinxit. Octauò, filiam

lexandriæ epiſcopus fuit. Cuius per ſingula opus fuit ſcire 1
euangelij in ſe dicta diſponere, & diſciplinam in ſe legis a- 2
gnoſcere, & diuinam in carne domini intelligere naturam. 3 4

a ¶ Vt prius faciamus opera bona, poſt doceamus.

Quæ in nos primum oportet requiri: dehinc inquiſita volu- 5

a ¶ Bonæ exhortationis. 6

mus agnoſci, habentes mercedem exhortationis, † quoniam 7

¶ Tantum.

qui plantat, & qui rigat vnum ſunt, qui autem incrementum 8
præſtat, Deus eſt. 9

filiam Iairi in domo D ſuſcitauit. Nonò, quinq; panibus quinque milia hominum ſatiauit. Decimò, à filia Syrophenitiſſæ dæmonium expulit. Vndecimò, ſurdi & muti hominis aures † 1.Cor.3.b & linguam aperuit. Duodecimò, cæcum extra vicum Bethſai de illuminauit. Tredecimò, quatuor milia ſeptem panibus ſaturauit. Quartodecimò hominem à ſurdo & muto ſpiritu (quod diſcipuli nequibant) liberauit.

NICOLAVS DE LYRA.

☙ 1 Cuius per ſingula opus. *Hic conſequenter redditur ratio ex ſtudioſitate. Homines enim ſtudioſi magis poſſunt cogitata ordinare & ordinatiùs ſcribere. Marcus autem fuit valde ſtudioſus, ſecundùm quod dicitur hic:* Cuius per ſingula opus ſci. *Scilicet prophetias de Chriſto*
B *prænunciatas.*

2 Euangelij in ſe dicta diſponere. *Non ſolùm intelligendo, ſed etiam operando.*

3 Et diſciplinam in ſe leg.agno. *Non ſolùm literaliter intelligendo, ſed etiam ſpiritualiter.*

4 Et diuinam incar.domini intellig.natur. *Quantum ad diſtinctionem naturarum, vt ſuppoſiti vnitatem: Et quoniam vitam & doctrinam beati Marci debemus imitari ideò concludit Hieronym.*

5 Quæ in nos pri.opor.requi. *Doctrinam beati Marci imitando.*

6 Dehinc inquiſita volumus agnoſci. *Supple ab aliis, quia perfectionem quam aliquis habet, debet aliis tradere, ſecundùm illud 1. Petri.3.b.* Vnuſquiſque prout accepit gratiã in alterutrum illam adminiſtrantes, ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ Dei, quia hoc cedit ad magnum meritum; *vnde ſubditur.*

7 Habentes mercedem, &c. *Sed quia iſte labor ſine Dei adiutorio non proficit, ideò ſubditur.*

8 Qui plantat. *Primò erudiendo.*

9 Et qui rigat, &c. *Illam eruditionem fouendo & nutriendo, vnde dicit Apoſtolus 1.Corinth.3.b.* Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit, qui eſt benedictus in ſæcula ſæculorum: Amen.

Occaſione cuiuſdam dicti in hoc prologo poteſt quæri, vtrum licitũ ſit alicui ſeipſum mutilare: Et arguitur ꝙ ſic, quia beatus Marcus amputauit ſibi pollicem (vt dictum eſt) nec tamen ex hoc reprobatur. Item occidere ſeipſum peius eſt quam mutilare. Samſon autem ſeipſum interfecit, vt habetur Iudi.11.g. Et tamen numeratur inter ſanctos, vt habetur Hebr.11.f. Item Razias ſeipſum interfecit, vt habetur 2.
C *Machab.14.g. Et tamen ſcriptura videtur ex hoc ipſum commendare: quia ibidem dicitur eligens nobiliter potius mori, quàm ſubditus fieri peccatoribus. Item minus bonum eſt contemnendum propter conſeruationem maioris boni, ſicut ad conſeruationem vitæ aliquis proiicit merces in mari: ſed virtus caſtitatis eſt maius bonum quàm membrum corporale: ergo licitè poteſt ſibi quis abſcindere virilia propter conſeruationem caſtitatis. Contrarium arguitur per illud quod habetur in Decretis diſ.55.cap. Siquis amputauit ſibi virilia, clericus non fiat, quia homicida ſui eſt. Reſponſio. quælibet pars corporis ordinatur ad totum, & ideò de ipſo ordinandum eſt, prout reſpicit bonum totius corporis, & vlterius prout reſpicit bonum hominis & communitatis: quia ſicut pars corporis ordinatur ad totum corpus, ſic corpus ad hominem, cuius eſt pars & vnus homo ad totam communitatem. Ergo ſi membrum aliquod ſit noxium corpori, vtpotè, quia propter aliquam ægritudinem aliorum membrorum corruptiuum, licitè poteſt abſcindi, ne inficiat alia membra: & hoc ab eo cuius eſt ſi habeat artem medicandi, vel ab alio de voluntate eius: quia cuilibet eſt commiſſa cura ſalutis ſui corporis: ſicut etiam homicida vel raptor per iudicem licitè occiditur, & à communitate hominum abſcinditur, inquantum eius vita eſſet in nocumentum communitatis: quia iudicibus committitur cura ſalutis communitatis.*

Quæſtio An liceat mutilare ſeipſum.

Si autem membrum ſit ſanum, tunc regulariter non eſt licitum alicui ſeipſum mutilare. Primò quia homo naturaliter amat ſeipſum, & per conſ quens omnia quæ ſunt de integritate ipſius. Et ideò mutilare ſeipſum eſt agere contra charitatem, quàm quælibet tenetur habere ad ſeipſum. Item homo ſingularis eſt pars communitatis, & ideò inferre ſibi nocumentum per mutilationem, eſt agere contra commune bonum E *Item Deus eſt inſtitutor naturæ, inſtituendo membra in corpore: & ideò mutilans ſeipſum agit contra Deum: in caſu tamen licitum eſt, videlicet ex præcepto Dei occulto, quòd alio modo vocatur inſtinctus ſpiritus ſancti: quia Deus eſt author naturæ & dominus vitæ & mortis humanæ, & per conſequens omnium membrorum: & ideò ſi præcipiat homini auferri ſibi vitam vel membrum aliquod, non ſolùm licitum, ſed etiam debitum eſt hoc fieri: & hoc modo dicit Aug.1.de ciui. Dei, quòd Samſon interfecit ſeipſum cum Philiſtæis: Quod probat ex hoc quòd dominus ad hoc agendum reſtituit ſibi miraculosè priſtinam fortitudinẽ, vnde dicit ibidem Aug. quòd ille hoc latẽter iuſſerat fieri, qui per ipſum miracula faciebat. Et hoc etiam modo dicit: Aug. de quibuſdam ſanctis mulieribus, quæ tempore perſecutionis ſeipſas occiderunt, de quibus eccleſia memoriam facit. Iudæi verò & aliqui Chriſtiani in hoc ipſos ſequentes dicunt, quòd etiam ſine tali præcepto diuino vel inſtinctu licitũ eſt alicui ſe occidere vel mutilare in caſu, ſcilicet quando videt ratione ſuæ vitæ vel alicuius membri imminere ſibi ludibrium in contemptum Dei: quia debet negligere vitam propriam, multò fortius aliquam partem ſui corporis: ſed ad præcauendum contemptum honoris diuini: & hoc modo dicunt quòd Samſon interfecit ſeipſum, conſiderans ꝙ Philiſtæi exercebant in eo ludibriũ ad laudem idolorum ſuorum, & in diuinũ contemptum, & Razias vt habetur 2.Machab.14. Et eodem modo quædam mulieres ſanctæ leguntur ſibi nares amputaſſe ne ab infidelibus exerceretur luxuria in corporibus earum in contemptum diuinum. Sed iſtud dictum videtur eſſe expreſſe cõtra dictum Saluatoris Ioannis.vlt.f. dicentis Petro: Cùm eſſes iunior cingebas te & ambulabas vbi volebas: cùm autem ſenueris extendens manus tuas, & alius te cinget & ducet* F *quo tu non vis. Et ſubditur: Hoc autem dixit ſignificans qua morte clarificaturus eſſet Deum: Super quem locum dicit Auguſtinus quòd hic ſatis expreſſit non à ſeipſo ſed ab alio debere occidi qui veſtigia ſequitur Chriſti. Et eodem modo dicendum de mutilatione. Ratio etiam quæ inducitur pro oppoſito non valet: quia licet intentio infidelium ſit exercere ludibrium in ſanctis ad Dei contemptum: tamen ex diuina ordinatione quæ ex malis elicit bona, ordinatur ad Dei gloriam, & meritum electorũ: Quod patet in martyribus: qui quantò maiora ludibria & magis exquiſita tormenta ſuſtinuerunt, tantò glorioſius de tyrannis triumphauerunt ad tyrannorum confuſionem & proprium meritum & Dei gloriam qui in martyribus triumphabat. Ex dictis patet ad primum argumentum, quod Marcus creditur ſibi imputaſſe pollicem inſtinctu ſpiritus ſancti. Et eodem modo dicendum ad ſecundum & tertium. Ad quartum dicendum, quòd non eſt licitum ſibi amputare virilia propter obſeruantiam caſtitatis: Tum quia hoc non eſt efficax remedium: Tum quia per hoc non abſcinduntur concupiſcentiæ interiores: Tum quia per aliam viam habetur melius remedium, videlicet per conatum liberi arbitrij reſiſtendo tentationibus cũ adiutorio Dei, ſecundùm illud 1.Cor.10.c. Fidelis Deus eſt qui non patietur vos tẽtari ſuper illud quod poteſtis: ſed faciet cum tentatione prouentum, vt poſſitis ſuſtinere.*

Seipſos occidentes nonnulli quomodo excuſentur.

ADDITIO.

Marci in prologo ſecundò, *vbi dicitur in poſtilla:* Ratio etiam quæ inducitur pro oppoſito.

Hæc ratio eſt valida & conſona autoritatibus ſanctorum in poſtilla allegatis: licet poſtillator eam reiicere videtur. 1.Reg.31. vbi videtur tenere cum Hebræis & aliis minus bene ſentientibus, qui aſſeruerũt quòd Saul poſſet excuſari ab occiſione ſui, eò quòd timebat ne in ipſum, qui erat principalis in populo, fierent ludibria in contemptum Dei: quam aſſertionem aſſertionem ſeu opinionem ibidem recitat tanquam veram vel ſaltem tolerabilem: quæ manifeſtè contrariatur his quæ in hoc loco tenet, quæ manifeſtè ſunt vera: prout patet legenti ea quæ hic & alibi à poſtillatore ponuntur, &c.

REPLIC. *In prologo circa euangelium ſancti Marci poſtillator mouet quæſtionem. An ſit licitum quemquam ſeipſum mutilare. Et reſpondet quòd non: niſi interueniat inſtinctus diuinus: Et addit quòd Iudæi & quidam Chriſtiani in hoc eos ſequentes dicunt quòd licitum ſit non ſolum*

A *non solùm se mutilare, verumetiam occidere sine tali instinctu, ad præcauendum ludibrium & contemptum honoris diuini: sed illum modum dicendi reprobat postillator: & excludit rationem eius, quia ludibria & tales contemptus Deus scit cõuertere in bonum patientis, &c. Hîc putat Burg. Postil. velle inuoluere in contradictoriis commendans illum modum dicendi hic. Sed dicit eum sentire oppositum illius 1. Reg. vlti. Sed diligenter perlegenti quod postilla. sentit de Saul & aliis se interficientibus, patet q̃ Burg. ei falsum imponit. Postil. enim opinionem Hebræorum & aliquorum Latinorum ibi recitat: sed finaliter in hoc residet q̃ beatus August. 1. de ciuit. nullam personam excusat sese occidentem, nisi interuenerit diuinus instinctus. Ita de Saul dici potest, si viæ aliæ non sufficiunt vnde patet Burgen. frustrà Postillatorem notasse.* D

Cap. I.

a INitium euangelij. Isidorvs. Euangelium bona annunciatio, quod propriè ad regnum Dei & remissionem peccatorũ pertinet: vnde: *Penitemini & credite euangelio: & appropinquabit regnum cœlorum.*

Hieronymvs. Quatuor euangelia vnum sunt, & vnum quatuor. Itaque & Marci liber dicitur euangelium, & similiter aliorum: quia vnum omnia, & omnia vnum.

B b *Iesu Chri.* Hieronymvs. Iesus Hebraicè, Sother Græcè, Saluator Latinè, Christus Græcè, Messias Hebraicè, vnctus Latinè, id est, rex sacerdos: dicitur de genere Dauid regis, & Leuitico.

Matth.1.a. c *Filij Dei.* Beda. Matth dicit, filij Dauid filij Abraham. Marcus dicit, filij Dei: vt paulatim à minoribus ad maiora surgamus. Et Matthæus qui humanam C generationẽ scribit, conuenienter eũ filium hominis dixit. Marcus autem qui suum librum ab initio euangelicæ prædicationis inchoat, conueniẽter eum filium Dei appellat. Euangeliũ enim solius Dei est. Vbi notandum, quòd euangelistæ vno spiritu scripserunt, sed diuersum sibi scribendi & initium & finem statuerunt. Matthæus, à natiuitate incipit, in resurrectione finit. Marcus ab initio prædicationis Christi vsque ad ascensionem & discipulorum prædicationem peruenit. Lucas, à natiuitate Ioannis vsque ad ascensionem domini, cùm discipuli, in Ierusalem expectant aduentum spiritussancti: Ioannes ab æternitate verbi Dei inchoat, in resurrectione domini consummat.

Incipit Euangelium secundum Marcum.

CAPVT I.

¶ Saluatoris. ¶ Vncti.

a b c d e INITIVM Euangelij Iesu Christi filij Dei, sicut scriptũ est † in Isaia prophe-

a Spiritus ad patrem de filio per Malachiam, vel vox patris ad filium de Ioanne. b ¶ Ioannem. ¶ Angelus nuncius, qui nunciat de Christo. Post me venit qui ante me factus est.

1 2 3 4 5 ta. † Ecce mittõ angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam

d *Sicut script.* Marcus prophetarum testimonia præmittit quibus hæc vetera & non noua, sed à prophetis præscita & prædicta asserit, in quo & Iudæos qui legem & prophetas su E sceperant ad euangelium inuitat: & Gentiles qui euangelium tenebant ad venerationem legis & prophetarum prouocat, ne quis iuxtà hæreticos alterum sine altero susciplat.

e *Ecce mitt.* Beda. Angelus dicitur Ioãnes non societate naturæ, vt mentitur Origenes, sed officij dignitate: Sicut & sacerdotes, de quibus dicitur: *Labia sace.cu.* Malac.2.b. *sci. & legem exquirunt ex ore eius, quia angelus domini exercituum est.*

Beda. Nota q̃ hoc testimonium: *Ecce e.mit.an. &c.* Malachiæ est, vtrũque tamen dicit Isaiæ esse quia etsi verba, sensus tamen inuenitur in Isaia, & manifestius in hoc versu: Vox cla. in des. Angelus enim q̃ mittitur ante fa.d. est vox clamãtis in deserto præparat autem viam dicens: *Parate viam dom. &c.* Potuit autem pro Malachia Isaiæ nomen diuinitus occurrere, nec voluit Marcus F Malac.3.a. † in prophetis † Mala.3.a. Matt.11.b. Lucæ 7.d.

☞ emendare,

Incipit Postilla Venerabilis Patris Fratris Nicolai de Lyra in Euangelium Marci.

Cap. I.

Diuisio INitium Euangelij Iesu Christi. *Euangelium secundùm Marcum in duas partes diuiditur, scilicet in prologum & tractatum, secunda ibi:* Fuit in deserto Ioãnes. *Sicut patet ex prædictis Marcus breuitati studuit in scribendo, & ego similiter intendo breuitati studere ipsum exponendo, ea quæ repetit dicta in Matthæo omittendo, & ad expositionem ibi positam remittendo, maximè vbi esset immorandum. Dicit ergo.*

1 Initium euangelij. *Euangelium idem est quod bona annunciatio, quia ibi annunciatur inenarrabile bonum, quod ab antiquis patribus fuit summè desideratum. secundũ quòd dicit Saluator Lucæ 10.d.* Multi prophetæ & reges voluerunt videre quæ vos videtis & non viderunt, & audire quæ vos auditis, & non audierunt.

2 Iesu. *Id est, Saluatoris.*

3 Christi. *Id est, vncti: quia est rex & sacerdos: quibus in lege debebantur vnctio.*

4 Filij Dei. *Matthæus autem in principio sui euangelij dicit: Filij Dauid filij Abraham, quia eius genealogiam secundùm humanam naturam enarrare volebat, vt patet in principio euangelij sui. Marcus verò illam tanquam sufficienter enarratam dimittens, vocat eum filiũ Dei scilicet naturalem, non adoptiuum, diuinam naturam (in qua est idem patri) ostendens. Sciendum etiam, quòd Marcus ante conuersionem ad fidem, erat instructus in lege & prophetis de Christo testimonium perhibentibus, & ideò à prophetis de Christo incipit suum euangelium: sub vno contextu duas prophetias coniungens: Quarum prima scribitur Malach.3. Secunda Esa.40. quarum intellectus patet ex prædictis in prologo: verumtamen Marcus hic solum exprimit Isaiam prophetam dicens.*

5 Sicut scri. *Quia licet ambo prophetæ vno spiritu prophetauerint, Isaias tamen principalior est altero: ideò solus nominatur. Et quia* ✲ *autoritas vltima*

MORALITER.

† 1 *Initium euangelij Iesu Christi filij Dei sicut scriptum est in Isa, &c.* Per hoc quòd Marcus Euangelium à verbis propheticis inchoauit, prædicatorem Euangelij sermonem incipere à sacra

emendare,quia omnes prophetæ vno spiritu loquuti sunt quasi vno ore.

a *Clamantis.* ISIDORVS. Ad Iudæos surdos propter peccata longè positos indignationis clamore dignos.

b *In des.* In deserto fit vox & clamor:quia deserta domus Iudæa vacans scopata sine spiritu Dei: ꝓpheta, rege sacerdote. Vnde Iesus & Ioānes quærūt quod in deserto amissum est. Vbi vicit diabolus, ibi vincitur: vbi cecidit homo, ibi resurgit.

† Isa.40.a. Matt 3.b. Ioan.1.c.

c *Parate.* ISIDORVS. Pœnitentiam agite & prædicate. Vnde Paraseeue ante sabbatum dicitur, id est: pœnitentia ante requiem. Hic & initium prædicationis Ioannis & Christi: *Pœnitentiam agite,&c.* quia in die septima requieuit Deus ab omnib⁹ operibus suis. Necesse enim nobis septem vitia tanquam septem gentes delere per pœnitentiā, vt possideamus quieti terram desiderabilem.

* omnes

Matth.3.a. Gen.2.a.

B

d *Viam domini.* HIERONYMVS. Via domini qua ad homines ingreditur pœnitentia est, per quam ad nos Deus descendit,& nos ad illum ascendimus. Vnde angeli ascendentes descēdentésque memorantur super filium hominis.

a ¶ Pœnitentiam. b ¶ Filium,vel ante præsentiam aut incarnationem. c ¶ Ioannes de quo clamat dominus ad Iudæos, Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista, &c. d ¶ Ad surdos obturantes aures voci. ¶ Christi. e ¶ De Iudæa.

a b c d
a tuam ante tē. Vox clamantis in deserto: Parate viam domini
b a ¶ Quas incuruastis declinando ad dexteram vel ad sinistram.
c rectas facite semitas eius. Fuit Ioannes in deserto baptizās,& 1
d a ¶ Beda. Vt ita baptismum pœnitentiæ quo peccata soluuntur, suo baptismate quo peccata solui non possent præcurreret. ¶ Ideò.
e
f prædicans baptismū pœnitētię in remissionē peccatorū. † Et 2
g egrediebatur ad illum omnis Iudææ regio, & Ierosolymitæ 3
¶ Vel is.
h vniuersi,& baptizabantur * ab illo in Iordane flumine confi- 4

e *Rectas fa.sem.* ISIDORVS. Præcipit,vt regia via euntes,proximos diligamus vt nos, & nos vt proximos. Qui se diligit & non proximum,ad dexteram declinat. Qui proximum non se, ad sinistram. Multi bene agunt, & non corrigunt, vt Eli. Alij corrigunt sed non bene agunt,vt Scribæ & Pharisæi, qui sedebant super cathedram Moysi. Hinc os turturis ad ascellas in lege retorqueri iubetur,vt nō separetur os ab opere,nec opus ab ore.

Semitæ post viam,quia mandata moralia post pœnitentiam secundùm Marcum vel Matthæum explanantur. Paratur via per fidem & baptismum & pœnitentiam.

Rectæ semitæ per austera indicia vestis,zonæ,cibi,potus,vocis humillimæ. Vnde:

f *Fuit Ioan.* ISIDORVS. Ioannes., Gratia Dei. A gratia Dei incipit,vnde sequitur.

C

g *Baptiz.&c.* Per baptismū peccata dimittuntur:vnde: Quod gratis accepistis,gratis date. Et Apostolus: *Gratia saluati estis.*

Baptizans,&c. HIERONYMVS. Baptismum pœnitentiæ dedit,baptismum in remissionem peccatorum prædicauit, tamen non dedit. Sicut prædicatione sua Christi prædicationem præcurrit,sic baptismo pœnitentiæ baptismum remissionis. Quod consummatur qui sponsum,initiatur per paranymphum. Vnde cathecumeni,id est,instructi incipiūt per sacerdotem,chrismātur qui episopum. Nunc per amicum sponsi inducitur sponsa, vt Rebecca Isaac,per puerum pallio albo velata.

✠ IDEM. ✠ IDEM. Vt enim antè præcursor domini, sic & baptisma eius præmium Christi baptismatis fuit. Qui de terra est, aiebat,terrena loquitur: At qui de supernis venit,super omnes est. D

✠ AVGVSTINVS. Baptizatos à Paulo eos qui iam baptismo Ioannis baptizati fuissent,legimus in actibus Apostolorū, nō ob aliud,nisi quia Ioannis baptismus nō fuerat baptismus Christi. Lib. aduersus Lucifer. Lib.5.de baptismo.c.9.

✠ IDEM. Nō renascebantur qui baptismate Ioannis baptizabantur à quo & Christus baptizatus est:sed quædam præcursoria illius ministerio, qui dicebat parate viā domino. in Enchiridio.cap.49.

✠ IDEM. Ita credo baptizasse Ioannem in aqua pœnitentiæ,in remissionem peccatorum, vt ab eo baptizatis in spe remitterentur peccata, reipsa verò in domini baptismo id fierat: sicut resurrectio quæ expectatur in finem, spe in nobis facta est,sicut dicit Apostolus. Lib.5.de baptismo.cap. 10. E

✠ DAMASCEN. Hoc Ioannis baptisma elementariū erat & rudimentarium, eósque qui baptizabantur ad pœnitentiam ducens,vt Christi fidem posteà amplecterentur.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Discis hinc Ioannem præcursoris tantum personam sustinuisse,hoc est, viam ad cœleste illud donum, quod est peccatorum remissio, docendo & prædicando ita nominasse,vt tamen illud non impartiret. Nec mirum. Siquidem manus illius non erat expiare aut sanctificare,sed eorum animas qui vniuersorum Deum susceperi erant ad eiusmodi munditiem disponere & præparare. Pœnitentiæ itaque baptisma quod prædicabat Ioannes, ad sanctitatem internámque animi munditiem disponebat:at perfectam verò sanitatem,vt baptisma Christi nequaquā præstabat. Hæc enim sanitas contingit per gratiam,qua Ioānis Baptisma destituebatur. in Marcum. Contrahæreticos qui docēt baptisma Ioānis eundem cū Christi baptismate effectum habuisse.

✠ BEDA. Baptismus Ioannis in remissionem peccatorum dari non potuit. Remissio enim peccatorum in solo baptismate Christi tribuitur.

In Iorda. HIERON. Iordanis aliena descensio, vbi peccata absoluuntur. Arca enim per eum in terram alienam transiuit, & media parte in mare fluente,altera ad montis formam erigitur. Sic nos olim alienati à Deo per baptismum humiliati erigimur ad alta,Quia qui se humiliat,exal. Pars quæ fluitur in mare amaricatur,quia arca Dei,id est,corpus Christi,non mundatis non proficit,sed in deterius mutat. F Luc.14.d.

h *Confiten.&c.* Scilicet Hieronym. *Confessio & pulchritudo in conspectu eius,* id est,sponsi. Vnde desilit sponsa de camelo, cum se humiliat ecclesia Christo,qui figuratur per Isaac,in cuius natiuitate risum fecit Deus Saræ. Sicut ad Mariam dicitur,quæ est princeps cum Deo: *Benedicta tu in mulieribus.* Psal.95.b. Gen.18.b. Luc.1.c.d.

☞ BEDA.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *autoritas vltima est ipsius Isaiæ: res autem denominatur à fine. Item quia Marcus breuitati studebat,vt dictum est in prologo.*

1 Fuit Ioan.in. *Hic ponitur tractatus siue narratio. Circa quod cōsiderandum, quòd intentio euangelistæ est ostendere reductionem peccatoris in Deū per opus mediatoris, & ideò primò ostendit personā mediatoris,secundò, reductionem peccatoris,ibi: Et statim spiritus expulit.*

Circa primū mediator ostenditur dupliciter. Primò verbo præcursoris,secundò,facto & verbo Dei patris, ibi: Et factum est in diebus. Circa primum describitur locus vbi Ioannes prædicabat, cùm dicitur. Fuit Ioan.in.d. *Quia prædicabat pœnitentiam agendam. Vt homines essent dispositi ad Christi de proximo venturi receptionem. Et sic loci conditio congruebat suæ prædicationi. Asperitas enim deserti, austeritatem pœnitentiæ designat.*

2 Et præ.ba. *Hoc exponitur dupliciter. Vno modo de Baptismo Christi,virtute cuius dimittuntur peccata. Et quia tale baptismum Ioannes dare non poterat, ideò ipsum prædicabat dandum per Christum in proximo venturum,& secundùm hoc ly baptizans,refertur ad baptismum Ioannis. Et quod sequitur:* Prædicans baptismum, *ad baptismū Christi futurum. Alio modo exponitur de baptismo Ioannis, & sic baptizās & prædicans referuntur ad prædicationē Ioannis & baptismum eius: quia licet baptismo Ioannis non dimitterētur peccata, tamen susceptio illius baptismi erat quædam protestatio agendi veram pœnitentiam de peccato,per quam dimittuntur peccata.*

3 Egredieba.ad illum omnis Iudæa, &c. *Id est,multi de illa regione & de Ierosolymis: Et est hyperbolica loquutio, sicut in communi modo loquendi dicitur de aliquo spectaculo: Tota ciuitas vadit ad tale spectaculum,licet aliquando maior pars populi non vadat.*

4 Et baptiz.ab illo in Iorda.flu. *Per illud enim flumen filij Israël transierunt ad terram promissionis: & ideò baptismus Ioannis conuenienter factus est in Iordane flumine,quia erat quædam protestatio pœnitentiæ agendæ,per quam est transitus ad terram viuentium, secundū quod dicitur Matth.3.a.* Pœnitentiam agite,appropinquabit enim regnum cœlorū. *Et quia prædicatorem decet austeritas vitæ secūdùm quòd dicit Paulus apostolus 1.Cor.9.d.* Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cum aliis prædicauerim,ipse reprobus efficiar,& *ideò subditur.*

✠ Et erat

MORALITER.

✠ scriptura debere, non à Poëticis verbis aut Philosophicis deuitab.t.

1 *Fuit Ioannes in deserto baptiz.& prædic.&c.* HIERONYMVS. Vestis autem Ioannis,cibus & potus austeram vitam prædicantium designat.

✠ *Veniet*

a ¶ Aliter non valet baptismus. b ¶ Meritò egrediebantur, & baptizabantur à Ioanne quia Ioannes erat vestitus,&c. c ¶ Conueniens vestis prædicatori. d ¶ Diuites gentium.

a tentes peccata sua. † Et erat b Ioannes vestitus pilis d camelic, & 1

a ¶ Pauperes. b ¶ Sapientes. c ¶ Fideles. ¶ Habitatores solitudinis non decet ciborum delitias quærere,sed tantum necessitatem supplere.

zona pellicea circa lumbos eius, & b locustas & c mel silueſtre 2

a ¶ Misericordia. ¶ Gratia. b ¶ Per gratiam remissionis.

edebat:& prædicabat dicēs:† Venit a fortior me post me, cu- 3

a ¶ Explicare. c ¶ Quam fecit sibi de nostra mortalitate. ¶ Id est,mysteriū incarnationis Dei. †

b ius non sum dignus procumbens soluere, corrigiam calcia- 4

a ¶ Quia. ¶ Homo purus. b ¶ Non spiritu. c ¶ Deus. d ¶ BEDA. Non solum in die baptismi,sed quotidie,cum per gratiam spiritus proficimus.

mentorum eius: Egò a baptizaui vos aqua, b illē verò baptiza- 5 6

a ¶ Qui super aquas. b ¶ Cum Ioannes baptizaret.

bit vos spiritusancto. Et factum est in diebus illis, venit Iesus 7 8

9

HIERONYMVS. Corrigia calciamentorum,mysterium,scilicet incarnationis,quomodo verbum caro factum est:vnde caro Christi,vnde anima,vnde spiritus sumit exordiū, vt verus homo fiat per omnia absque peccato, vt verus Deus in Deo vero sine principio,id est,filius hominis qui est in cœlo, & quomodo tanquam spōsus procedens de thalamo suo, id est,de virginali vtero clausum relinquens. Vnde aduenīēte vero spōso, domus Ioannis discalciati dicitur. Vnde in specie columbæ spiritussanctus descendit. De sponsa dicitur: *Spōsa mea,amica mea,proxima mea, dilecta mea, columba mea,* Sponsa in patriarchis,amica in prophetia, proxima in Maria & Ioseph,dilecta in Ioanne Baptista,columba in Christo & apostolis:quibus dicitur:*Estote prudentes sicut serpentes,&c.* Calx extrema pars corporis. In fine enim ad iusticiam est Saluator incarnatus,vnde:In Idumęam extendam calceamentum meum:quia nisi iungatur scientia spiritus nemo per gratiam remissionis inuestigat incarnationis mysterium.

Ioan.1.a. Pſal.10.b. Can.2.d. Matth.10.b Pſal.59.b.

✠ VICTOR ANTIOCHEN. Aliud est calceamēta portare,quod dicit Matthæus,aliud procumbere & calceamentorū corrigiam soluere,quod habet Marcus. At neuter interim euāgelista aut à veritatis scopo aberrat,aut cum altero pugnat. Verisimile fit enim Baptistam diuersis temporibus vtrumque dixisse:quin eandem quoque rem diuersis sæpè verbis diuersóque modo commemorant: quippè qui maiorem rerum quam verborum curam habere soleant.

d *Ego ba.vos aqua.* BEDA. Nondum Ioannes dicit Deum aut Dei filium esse apertè,quia rudes erant auditores:sed paulatim per humanitatem glorificatam ad fidē diuinitatis ducit,dicens: Ille verò baptizabit spiritussancto. Sed postea verò cum capatiores iam videret,Dei filium iam apertè prædicat dicens: Testimonium perhibuit,quia hic est Dei filius.

Ioan.1.c.

ISIDORVS. Ego baptizo vos aqua ille, &c. Dei fluuius semper plenus,semper æqualis,de quo: *Fluminis impetus lætificat ciuit.Dei.* Multum distat inter spiritū qui fertur super aquas non subter,& aquam,quantum inter animam quæ regit, & corpus quod regitur. Sed mansit super eum spiritus. Hæc est vnctio Christi secundum carnem,de qua:*Vnxit te Deus,Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.* Oleum nō potest esse sub aqua,nec creator sub creatura. Oleum de amaritudine radicis surgit in pabulum luminis,medicinam vulneris,refectionem esurientis. Vnde fit quòd vnctio Christi de amaritudine passionis peruenit ad gloriam resurrectionis:vnde apostolus.*Hoc sentite in vobis, quòd & in Christo Iesu,*&c.vsque. *Propter quod & Deus illum exaltauit..*

Pſal.45.a. Pſal.44.b. Phil.2.a.

☞ *Et baptiz.est*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et erat Ioannes vestitus pilis camelorum. *In quo ostenditur austeritas vestitus.Et etiam quia Ioannes veniebat in spiritu & virtute Eliæ,vt habetur Lucæ 1.ideò describitur in consimili habitu, prout habetur 4.Reg.1.*

2 Et locustas & mel silueſtre edebat.*In quo ostenditur austeritas victus.Iste est enim cibus pauperum in terra illa.*

3 Et prædicabat dicens:veniet fortior me. *Hoc autem dicebat Ioannes ad remouendam falsam opinionem populi: quia credebant ipsum esse Christum.*

4 Cuius non sum dignus procumbens solue.corrigiam calceamentorum eius.*Matthæi 3.c.dicitur:Cuius non sum dignus portare calceamenta, potuit enim Ioannes vtrumque dicere. Matthæus tamē expreſsit deportationem,Marcus autem solutionem, tamen per vtrumque idem intelligitur.Q.d.Ioannes:Tanta excellentia est Christus reſpectu mei, quòd non sum dignus ei exhibere etiam minimum obsequium non enim Christus habebat calceamenta portanda vel soluenda, quia scribitur Act.1.a.*Cœpit Iesus facere & docere.*Ipse autem discipulis ad prædicandum missis imposuit sine calceamentis incedere, vt habetur Lucæ 10.& ideò non est credibile,quòd calceamentis vteretur.*

5 Ego baptizo vos aqua. *Quia baptismus Ioannis lauabat tantum corpora.*

6 Ille verò baptizabit vos spiritusancto.*Quia in baptismo Christi confertur gratia spiritussancti.*

7 Et factum est. *Hic consequenter ostenditur mediatoris persona testimonio Dei patris,cum baptizaretur à Ioanne, & hoc est quod dicitur.*

8 In diebus illis. *Scilicet in quibus Ioannes baptizabat & prædicabat,antequam in carcere clauderetur.*

9 Venit Iesus à Nazareth Galilææ.*In illa ciuitate fuit nutritus, vt habetur Lucæ 2.*

✠ Et baptizatus

MORALITER.

✠† *Venit fortior me,&c.* Per hoc autem ostendit Ioannes, quòd prædicator veritatis se iactare non debet:sed magis alios(veraciter tamen) commendare.

9 *Venit Iesus à Nazareth Galil.* Scilicet vt baptismum Ioannis & eius doctrinam approbaret. In hoc dans exemplum maioribus,vt approbent bona opera subditorum.

¶ Flos. ¶ Rota. ¶ Gratia.

a à Nazaret Galilææ, & baptizatus est in Iordane à Ioanne. Et 1
a Post baptismum. b ¶ Qui aperiuntur baptizatis, clausi Adæ interposito Cherubin & flammeo gladio qui extinguitur in aqua baptismi.
b statim ascendens de aqua, vidit † apertos cœlos, & spiritum 2
c tanquã colũbã † descendentem & manentẽ in ipso † Et vox
a ¶ Non Ioannes.
d facta est de cœlis: Tũ es filius meus dilectus † in te cõplacui. 3 4

A 2 *Et baptizatus est in Iordan.* Tribus causis: Vt iusticiam & humilitatem impleret. Vt baptismum Ioannis comprobaret: Vt Iordanis aquas sanctificans per descensionem columbæ spiritumsanctum in baptismo adesse monstraret.

Psal.41.a. HIERONYMVS. Marcus: Sicut cervus desiderans ad fontes aquarum saltus dat, culmina pratorum carpit, palmas in vertice portat, velut apis melliflua flores agri (cui odor veri Isaac similatur) summatim gustat. Vnde à Nazareth Galilææ venientem Iesum ad baptismũ in Iordane acceptũ à Ioanne enarrat: & statim de aqua ascendisse, apertos cœlos vidisse, spiritum vt columbam descendisse, in ipso mansisse, voce de cœlis facta patri in dilecto filio complacuisse, & spiritum eum in desertũ expulisse, tentatũ à Sathana, 40. diebus & 40. noctibus cum bestiis angelis ministrantibus commoratum. Quẽ ordinem nobis sequendum ad consortia angelica festinantibus prius opere quam voce ostendit Christus. Debemus enim de volubilitate mundi penduli, voluptatis odore, floris mundicia tacti cum adolescentibus post sponsum currere: & sic per baptismi sacramenta de duobus fontibus dilectionis Dei & proximi gratia remissionis absoluimur: & ascendentes, spe cœlestia secreta mundis cordis oculis intuemur. Deinde spiritum sanctũ spiritu contrito & humiliato, cũ simplici corde descendentem ad mansuetos, & cum charitate nunquam cadente manentem suscipimus & vox à Deo ad nos dilectos dirigitur: *Beati pacifici quoniam filij Dei vocabuntur*: Et tunc in nobis complacet patri cum filio & spiritusancto, quando efficiemur vnus spiritus cum Deo. Vnde: *Vt sint vnum sicut & nos vnum sumus.* Tunc spiritus nos expellit in desertum 40. dierum numero tentandos à Sathana, vt patientia probationem, probatio spem, spes autem charitatem generet, cum nobis non sit colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed ad.prin.re.te. Et tunc bestiæ erũt pacatæ nobis, cum in arca animæ nostræ munda cum immundis mansuefaciamus, & cum leonibus sicut Daniel cubamus, cum spiritus non sit aduersus carnem, nec caro aduersus spiritum. Post hæc angeli ministri, qui vident semper faciem patris in cœlis, mittuntur in solatium dicentes: Exaudita est oratio tua, Et: *Nolite timere, Iesum quærentes Nazarenum*: Et: *Ego quos amo arguo: &c.* Et, *Vincenti dabo edere de lig. vitæ, quod est in p.d.m.*

Matth.5.a. Ioan.17.b. Rom.5.a. Ephes.6.b. Lucæ 1.a. Marc.16.a. Apocal.3.d. Ibidẽ 2.b.

b *Vidit aper.cœ.&c.* BEDA. Mysterium trinitatis in baptismo demonstratur filius baptizatur spiritus est in columba, pater in voce sonat: Aperiuntur cœli non reseratione elementorum, sed spiritualibus oculis. Sedit columba super Iesum, ne putaretur vox ad Ioannem facta, non ad eum. Pulchrè autem addidit, & manentem in ipso, hoc enim proprium est Christo, vt semel eum implens spiritus, semper in illo maneat. Fidelibus verò aliquando cõfertur ad miracula facienda, aliquando tollitur. Quibus tamẽ ad operationem iusticię ad amorem Dei proximi conseruandum nunquam abest. Vnde apud nos manebit & in nobis erit iuxtà mensuram fidei spiritus. De Christo autem dicitur: *Plenum gratiæ & veritatis.*

D

† descendẽtẽ in ipsum. Gene.27.d.

† findi

† Matt.3.b Lucæ 3.c.

† in quo mihi bene complacitũ est.

E ✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Cœli σχίζονται diffunduntur, vt habet Marcus. Vt autem Matthæus legit ἀνεῴγονται aperiuntur, denotat hoc, autem sanctimoniam è cœlo hominibus obuenire, cœlestiáque rebus terrenis se consociare.

✠ IDEM. Spiritussanctus in specie columbæ descendit. Nã vbi reconciliatio cum Deo intercedit, ibi columba præsto esse consueuit. Quare vt in arca Noë colũba nõ defuit: ita nũc quoq; spiritussanctus in colũbæ specie, non assumpto corpore aduenit, suóque aduentu Dei misericordiam orbi annunciauit.

c *Manentem in ip.* Manet in eo spiritus, non ex quo baptizatus sed ex quo conceptus. Quod autẽ in baptismo descendit, significat nobis gratiam spiritualem in baptismo dari quibus in remissionem peccatorum ex aqua & spiritu regeneratis solet amplior spiritus gratia per impositionem manus episcopi cælitus dari. Ioan.1.b.

d *Tu es fi.me.di.* BEDA. Non quod nesciebat docetur, sed nobis quod credere debeamus ostenditur, ipsum, scilicet qui quasi homo cum aliis ad baptizandum venit verum esse Dei filium: & ideò in spiritu baptizari posse, nos quoque per aquam absolutionis & spiritum sanctificationis Dei filios effici. Quotquot enim receperũt eũ dedit eis potestatẽ filios Dei fieri. Benè autẽ in specie columbæ descẽdit spiritus, quæ simplex animal & sine felle: quia simplices quęrit, nec habitat in mentibus impuris. Ioan.1.a.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Vox hæc cœlitus delata, non patris propria extitit, sed in patris persona angelorum ministerio deformata fuit.

☞ *Spiritus.*

C

NICOLAVS DE LYRA.

F

✠ 1 Et baptizatus est à Ioanne in Iordane. *Quamuis enim non indigeret aliquo baptismate, venit tamen ab baptismum Ioannis. Primò vt illum approbaret, & ipsum à Deo ordinatum ostenderet contra maliciam aliquorum Iudæorum: qui dicebant ipsum humana fictione adinuentum. Secundò vt Ioannes ipsum esse Christum in lege & prophetis promissum populis denunciaret, secundùm quòd dicitur Ioan.1.c.* Sed vt manifestetur in Israel: *propterea* veni ego in aqua baptizans: *& ideò dixit de eo:* Ecce agnus Dei ecce qui tollit peccata mũdi.

2 Et statim ascen.de aqua, vidit apertos cœlos. *In baptismo enim Christi apparuit tota trinitas, pater in voce, spiritussanctus in columbæ specie, & filius in carne: verumtamen caro vnita erat filio in vnitate suppositi: vox autem & columba non habebant vnitatem suppositi cum patre & spiritusancto, sed tantum in representatione signi: & cum per talem apparitionem trinitatis baptizato Christo significatum fuit, quòd baptismus Christi deberet conferri in nomine Patris & Filij & Spiritussancti: tamen in primitiua ecclesia ad tempus collatus fuit in nomine Christi, vt habetur Act.2.& 19. vt nomen Christi in maiori reuerentia haberetur. Et ad excludendum errorẽ illorum, qui virtutem baptismi attribuebant ministris, secundùm quòd habetur 1.Cor.1.b. dicentes:* Ego sum Pauli, ego autem Apollo, ego verò Cephę, &c. *sed cessantibus illis causis rediit ecclesia ad formam prædictam.*

3 Tu es fil.meus, &c. *Præ cæteris: quia filius es naturalis, alij autem adoptiui.*

4 In te complacui. *Ad perficiendum in te opus redemptionis humanæ. Ad maiorem intellectum dictorum potest quæri hic vtrum conueniens fuit cœlum aperiri Christo baptizato, & vocem patris audiri. Arguitur quòd non, quia talis apertio non fuit secundùm veritatem, cũ corpora cœlestia sint incorruptibilia. Nec secundum apparentiam tantum, quia falsitas fuisset in operibus diuinis, quod non conuenit Item, Christo baptizato non fuit aperta ianua cœlestis, sed in passione: cùm ergo talis apertio cœli significaret apertionem beatitudinis, videtur q̃ non debuit fieri Christo baptizato, sed ipso passo. Item, vox patris super Christum erat quædam approbatio suæ prædicationis: vnde Matth.17.a. vbi similis vox facta est super ipsum in transfiguratione, additur, ipsum audite s d non prædicauit immediate post baptismum, sed post incarcerationem Ioannis vt dicitur infrà eo.ca. ergo &c. Responsio: dicendum, q̃ Christus baptizatus fuit à Ioanne non vt baptismo indigeret, sed vt virtutem regenerandi aquis conferret, & vt testimonio Ioannis manifestaretur, vt dictum est. Et propter vtrumque conueniens fuit cœlum aperiri, vocem patris audiri, quia cum testimonio Ioannis quod erat humanũ fuit testimonium Dei patris & spiritussancti apparentium in voce & columba: & similiter creaturæ irrationabilis & insensibilis testimoniũ per illam apertionem cœlestem. Item, conueniens fuit ad significandum virtutem baptismi dandi per Christum, per quem est introitus in regnũ Dei, secundum quod dicitur Ioan.3.a.* Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto, non potest introire in regnum Dei.

An fuerit conueniens cœlum aperiri in Christi baptismo.

Ad primum dicendum, quòd illa apertio non fuit in corpore cœlesti sed in aere: sicut solet fieri in coruscatione in qua videtur cœlum aperiri: & sic dicunt homines vulgares: Cœlũ aperitur in coruscatione, scriptura autem sacra communiter tenet modum loquendi vulgarem. Nec fuit ibi falsitas aliqua, quia sufficiẽs erat ad significandum apertionem ianuæ per baptismum, sicut secundùm aliquos Doctores columba illa non fuit vera columba, & tamen non fuit ibi falsitas aliqua ratione dicta, quia sufficiebat ad representandũ vel significandum spiritumsanctũ.

✠ *Ad secundum*

MORALITER.

✝ 2 *Et statim ascendens de aqua, vidit cœlos, &c.* Per hoc designatum fuit, quòd baptizatus baptismo Christi recipit spiritumsanctum, & efficitur Dei filius adoptiuus.

✝ *Et statim*

¶ Post baptismum. ¶ Sanctus. a ¶ Vt & nos mundi illecebras fugiamus.

a Et statim spiritus expulit eum in desertum. † Et erat in de- 1
¶ In prosperis. ¶ In aduersis.
b serto quadraginta diebus,& quadraginta noctibus,& tenta- 3
¶ Vt nos post baptismum non solum ad bona agenda,sed etiam ad mala toleranda accingamur.
¶ Vt homo.
c batur à Sathana.Erátque cum bestiis,& angeli ministrabant 4
¶ Vt Deo. ¶ Lex. ¶ Euangelium. 5
d illi.Postquam autem traditus est Ioannes, venit Iesus in Ga- 6
a ¶ Hoc. b ¶ Beda,de qua:Vbi venit plenitudo temporis,in quo misit Deus filium suum in ter.&c. 7
¶ Gences. ¶ Quod ducit ad regnum.
e lilæam prædicans euangelium regni Dei, & dicens. Quoniã 8
impletum est tempus, & appropinquabit regnum Dei. 9

a *Spiri.* BEDA. Ne dubium quis spiritus, Lucas consultè præmittit. Iesus plenus spiritu sancto regressus, est à Iordane, deinde intulit: & agebatur a spiritu in desertum, ne putetur immundus spiritus quiquam contra eum potuisse.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Quandoquidem quæcunque dominus faciebat aut tolerabat, ad nostram doctrinã & institutionem faciebat & tolerabat, propterea, sese in desertum abduci, diabolique tentamẽtis exponi patitur: ne videlicet baptismo expiati, animo statim concidant, si post susceptum sacramentum, graui nonnunquam inexpectataq; tentatione pulsari se sentiãt, verùm infracto semper in perterritóq; animo cõsistant: cunctaq; quæcunque tandem euenerint viriliter perferant.

✠ IDEM. Filium Dei non simpliciter in desertum profectum, sed per spiritum abductum dicit, per hoc insinuans, neminem vltrò eis tentationibus se obiectare, verum si quo casu in illas inciderit, animosè eisdem resistere debere.

b *Quadraginta dieb.* BEDA. Totũ tẽpus significat, quo mẽbra eius diabolus tentat. Quadripartitus enim mũdus per obseruãtiam decem præceptorum contra diabolum certando domino famulatur. Quater verò decem quadraginta faciunt. Vbique & semper adest aduersarius, qui iter nostrum impedire non cessat.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Deus baptismi sacramento initiatos à diaboli vexationibus & tentamentis nõ absoluit. Vt hinc discas multò te nunc maiore robore pollere, quam dudum ante. Deinde quo carnis & dæmonis tentationibus obnoxium te intelligens intra mediocritatis limites te contineas, neque propter donorum magnitudinẽ te extollas. Hinc vt malignus spiritus per tentationum experimenta edoctus, perfectè te illum deseruisse cognoscat. Mox vt hæc conflictatione, veluti ferrum induratus fortior subinde euadas. Postremò vt quanti thesauri opus tibi concreditæ sint, ex hac re perspicias. Neque

que enim diabolus adeò infestus esset, nisi in maiori honore & loco te nunc quam anteà constitutum animaduerteret.

c *Eratq; cum bestiis.* Nos quoque si in eremo sanctæ conuersationis bestiales hominum mores impolluta mente toleramus, mysterium angelorum meremur, à quibus corpore absoluti in cœlum transferamur.

d *Postquam autem.* ISIDORVS. Accepimus gratiam pro gratia, carnalia decollantur, spiritualia viuificantur. Cessante vmbra adest veritas. Ioannes in carcere, lex in Iudæa, Iesus in Galilæa, salus in gentibus. †Matt.4.a. Lucæ 4.a.

✠ BEDA. Nemo putet traditum Ioãnem statim post tẽtationem 40. dierum & ieiunium domini. Inuenitur enim in euangelio Ioannis dominum ante multa docuisse & miracula fecisse: & hoc fuit initium signorum Ie.in Chana Galilææ. Et iterum. *Necdum erat missus in carcerem Ioannes.* Fertur autem, quia cum aliorum legisset Ioannes euangelista, & probasset eos verè historiam texuisse, sed vnius anni tantum in quo & passus est post carcerem Ioannis, prætermisso anno cuius acta à tribus exposita fuerant, superioris temporis antequam traderetur Ioannes gesta narrauit. Ioan.2.b. Ioan.3.c.

Postquam autem. ✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Hæc Euangelista Marcus satis consentaneè ad ea quæ exponit Matthæus. Ille enim posteaquam dixerat: *Et ecce angeli accesserunt, &c.* statim subiungit: *Cum autem audisset Iesus quod Ioannes traditus esset, secessit in Galilæam,* & paucis interiectis: *exinde cœpit Iesus prædicare & dicere, pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum.* Matth.4.

e *Prædicans euangelium regni Dei,&c.* HIERONYMVS. *Beati pauperes spiritu quoniam ipsi possidebunt, &c.* Regno terreno succedit paupertas, paupertati Christianorum regnum sempiternum: vnde: *Regnum meum non est de hoc mundo:* omnis enim honor terrenus, spuma, fumus, somnus Matth.5.a.

☞ *Pœnitemini-*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *Ad secundum dicendum, q̃ licet per Christi passionem ianua cœli sit aperta quantum ad remotionem impedimenti generalis, quod erat ex peccato Adæ, tamen applicatur virtus passionis quantum ad singulares personas beatitudinem intrantes per baptismum: per quem incorporantur Christo & efficiuntur participes redemptionis factæ per passionem, & ideò conuenientiùs fuit cœlum aperiri in baptismo, quàm in passione, quia per baptismũ est immediatè ingressus ad beatitudinẽ, vt visum est.*

Ad tertium dicendum, quòd licet Christus incœperit prædicare publicè & communiter post incarcerationẽ Ioannis, vt dicitur infrà eo.cap. tamen ante incarcerationem dictam docuit, & miracula aliqua fecit & discipulos habuit, vt habetur Ioan.2.& 3. licet non ita publicè prædicauerit sicut post.

1 Et statim spiritus. *Hìc consequenter describitur reductio peccatoris in Deum per opus mediatoris: Et primò per ipsius prædicationem, secundò, per passionis redemptionem, cap.14.tertiò, per resurrectionis glorificationem cap.16. Circa primum ponitur prædicatio Christi per viam amoris, scilicet cum prædicatione curando & miracula faciendo secundò per viam timoris terrorem futuri iudicij incutiendo, cap.13. Adhuc circa primum præmittitur Christi prædicatio per seipsum tantum. Secundò, cum hoc per discipulos, secunda pars incipit circa mediũ 3.cap.ibi:* Et ascendens in montem. *Adhuc circa primum præmittitur Christi prædicatio: secundò, ex hoc ponitur Iudæorum æmulatio, seq. cap. Adhuc circa primum præmittitur prædicatoris debita dispositio, secundò prædicationis executio, ibi:* Postquam autẽ traditus est Ioannes, *tertiò sequens aliquorum conuersio, ibi:* Et præteriẽs secus mare, *quartò conuersorum confirmatio, ibi:* Et ingrediuntur Capharnaũ. Diuisio

Circa primum sciendum, quòd debita dispositio prædicatoris est mortificatio carnis, vt sit subdita spiritui, secundũ quòd dicit Paulus 1.Cor. 9.d. Castigo corpus meum & in seruitutem redigo, ne forte cũ aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar. *Et solitudo contemplationis, vt ibi hauriatur quod postea populo per doctrinam effundatur. Et licet Christus talibus non indigeret, cum in carne eius nulla fuerit rebellio, & ab instanti suæ conceptionis fuerit repletus gratia, virtutibus & scientiis: verũtamen egit talia præbens aliis formam & exemplum & ideò primò præmittitur solitudo deserti, cùm dicitur:* Et stat. *qui est locus aptus contemplationi propter segregationem à tumultu secularium spiritus autem iste à quo dicitur expulsus in desertum, intelligitur spiritus diuinus & etiam humanus: quia Christi voluntas erat omninò cõformis voluntati diuinæ: & sequitur maceratio carnis, cùm dicitur.*

2 Et erat in deser. *In quibus ieiunauit, vt Matth.4.*

3 Et tentab.à Sa. *Modus autem & ordo huius tentationis hic tacetur, sed exprimitur Matth.4.*

4 Erátque, &c. *Non tamen nocebant ei, sed magis applaudebant.*

5 Et an.mi.il. *Per hoc ostendebatur dominus terrestriũ & cœlestiũ.*

6 Postquam autem tra.est. *Hic consequenter describitur Christi prædicatio. Et primò quantum ad tempus, cum dicitur:* Postquam tra. est Ioan. *Sicut enim Ioannes erat Christi præcursor, ita prædicatio ipsius erat præuia prædicationi Christi, & ideò Christus non prædicauit communiter & publicè antequam incarceraretur Ioannes finita eius prædicatione, secundò quantum ad locum, cùm subditur.* Diuisio

7 Venit Ie.in Gal. *Quare autem ibi primò prædicauerit loquendo de publica & communi prædicatione, Matthæus expressit 4.cap. circa medium, & ibi est expositum*

8 Imp.est tem. *Scilicet redẽptionis humanæ per prophetas prædicta.*

9 Et appropin.reg.Dei. *Quia per Christum aperta est ianua cœli.*

✠ Pœnitemini

MORALITER,

✠ 1 *Et statim spir.exp.eum in des.&c.* Per hoc insinuatur, q̃ illi qui sunt Dei filij adoptiui sequuntur instinctum spiritus sancti, Rom.8.c. Qui spiritui Dei aguntur, hi filij Dei sunt.

4 *Eratq; cum be.* Scilicet pacificè.

5 *Et angeli, &c.* Per hoc Moraliter insinuatur, q̃ illi quorũ sensualitas sub ratione pacificè tenetur, per angelorum ministeriũ ad cœlestia transferentur.

7 *Venit Iesus in Gal.&c.* Per hoc insinuans q̃ prædicator euangelij prius debet transmigrare de carnalibus ad spiritualia, & de terrenis ad meditandum cœlestia: quia Galilæa transmigratio interpretatur.

a ¶ BEDA Renunciate operibus mortuis. ¶ Ergo. ¶ Aliter non intelligetis.
¶ Non fiunt opera vt fides, sed fides vt sequantur opera. ¶ Mundum volubilem.

a † Pœnitẽmini, & credite euangelio. Et prẽteriens secus ma- 1
¶ Prius mittuntur piscatores ad prædicandum, vt fides credentium in virtute Dei putetur 2
esse, non in eloquentia vel doctrina hominum. ¶ Obediens ¶ Virilis.
b re Galilææ vidit Simonem & Andream fratrem † eius, mit-
a ¶ Mundanis intentos lucris
tẽntes retia in mare. Erant enim piscatores. Et dixit eis Iesus.
a ¶ Cum retibus euangelij.
† Vẽnite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum.
¶ Omninò. ¶ Post vocationem horum.
Et † protinus relictis retibus sequuti sunt eum. Et progres-
¶ Supplantatorem. ¶ Fugitini. ¶ Gratiam.
sus inde pusillum, vidit Iacobum Zebedæi & Ioannem fra-
trem eius, & ipsos † componentes retia in naui, & statim vo-
a ¶ Obliuiscere populum tuum, & domum patris tui.
cauit illos. Et relicto patre suo Zebedæo in naui cum merce- 3
¶ Villam consolationis.
c nariis sequuti sunt eũ. † Et ingrediũtur Capharnaũ: & statim 4
d 5

† Pœniteat vos, seu resipiscite.

† Mat. 4. d. Lucæ 5. b.

† statim

† reficiẽtes, sarcientes.

† Luc. 4. c.

Psal. 126. a.

4. Reg. 2. b.

a. *Pœnitemini.* HIERONYMVS. Amaritudinem radicis, dulcedo pomi compensat: pericula maris spes portus delectat, dolorem medicinæ spes salutis mitigat. Qui desiderat nucleum, nucem frangat, pœnitentiam agat, qui vult æterno adhærere homo. Præconia Christi narrare possunt, qui ad palmam indulgẽtiæ peruenire meruerunt: Vnde post pœnitentiam prædicatores eliguntur.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Obseruandum, Ioãnem dum prædicandi initium facit, cœlesti regno pœnitentiã præmittere: Christum verò, non quædam statim, *Pœnitentiam agite*, prædicare cœpisse, verum impletum est tempus, appropinquauit regnum Dei. Nam cũ

B Ioannes ad hoc missus esset, vt viam domini præpararet, parerat vti pœnitẽtiam antè cœleste regnũ. prædicaret. Porrò pœnitentia quam prædicabat Ioannes non erat eiusdem rationis cum ea quam exigebat Christus. Ioannes enim pœnitentiã prædicando, ad vitæ emendationem, hoc est, ad peccatorum, quæ in vita designarant detestationem, scelerũque patratorũ expiationẽ auditores prouocabat. Christus autẽ per verba illa, pœnitentiam agite, Iudæos à legali litera, ad legalem spiritum qui in euangeliis reuelatur, transferre satagebat.

b *Vidit Simonem.* HIERON. Simon obediens, Andreas virilis, Iacobus supplãtator, Ioãnes gratia. His hominibus in imaginẽ Dei conuertimur: Obedientia vt obediamus, virilitate vt pugnemus, supplantatione vt perseueremus, gratia vt conseruemus. *Nisi enim dominus ædifi. do. in va. la. qui, &c.* Hæ quatuor virtutes cardinales dicuntur. Per prudentiam obedimus, per iusticiã viriliter agimus, per temperantiam serpentes calcamus, per fortitudinem Dei gratiam meremur. HIERON. Quem non inebriat eloquentia sęcularis? Difficilè homines potentes, & nobiles, & diuites, & multò his difficiliùs eloquentes credunt Deo. Obcæcatur mens eorum diuitiis & opibus atque luxuria, & circumdati vitiis non possunt videre virtutes, simplicitatemq; scripturæ sanctæ, non ex maiestate sensuum, sed ex verborum iudicant vilitate.

HIERONYMVS. Vocantur quatuor piscatores, Simõ, Andreas, Iacobus, & Ioannes: Relictis omnibus sequuntur. Hac quadriga vehimur ad æthera vt Elias, his quatuor angulis con-

C stituitur prima ecclesia, his quatuor literis Hebraicis Tetragrãmaton nomen Dei cognoscitur à nobis. Quibus etiam similiter præcipitur, vt audiamus dominum vocantem, & obliuiscamur populum vitiorum, & domum paternæ traditionis, quæ est stultitia Deo, & retè aranearum quo nos penè lapsos velut cu lices tenebat aër inanis. Nauem pristinæ conuersationis fugiamus. Pellibus enim mortuis tegitur Adã pater noster secundum carnẽ, quo deposito cum actibus suis nouum sequentes, pellibus Salomo † Simonis nis tegimur, quibus sponsa se gloriatur formosam.

D

Ephes. 4. c. Can. 2. b. † Matt. 4. c. Act. 3. d. Ioan. 18. g.

BEDA. Quæritur quomodo primum Petrum & Andream & post pusillum Iacobum & Ioannem vocauerit, sicut narrat Matthæus & Marcus: cum dicat Lucas in magna captura pisciũ socios Petri fuisse Iacobum & Ioannem, & Iesum dixisse Petro: Ex hoc iam

E

eris homines capiens: & similiter eum secutos fuisse, subductis ad terram nauibus. Sed quod dicit Lucas, primò factum est & Petro prædictum est quòd homines esset capturus, nõ q; extũc non esset piscaturus. Ad capturam enim piscium redierunt, & postea sicut Matthæus & Marcus narrant, bini vocati sunt. Primò Petrus & Andreas: deinde & alij. Tunc enim non subductis ad terram nauibus tanquam cura redeundi, sed tanquam vocantem & iubentem sequuti sunt.

c *Et ingrediuntur* HIERON. Marcus dicta euangelij in semetipso disponens, ordinem historiæ non sequutus, mysteriorum ordinem seruat, vnde in sabbatis primam virtutem narrat dicẽs, *Et ingre. &c.*

d *Capharnaum* HIERONYMVS. Capharnaum villa consolationis, sabbatum requies, Homo in spiritu immundo, genus humanum, in quo immundicia regnauit ab Adam vsque ad Moysen. Nam q; sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Qui sciẽs sanctum Dei, obmutescere iubetur: Dum scientes quidẽ Deũ, *non sicut Deum glorificauerunt aut gratias egerunt, sed euanuerunt in* Roma. 1. c. *cogitationibus suis.* Spiritus discerpens hominem exiit ab eo, quia appropinquante salute, appropinquat tentatio. Pharao dimissus ab Israel, persequitur eũ, diabolus cõtemptus surgit in scandala.

F

BEDA, q; sabbato maximè curat & docet, ostendit se non sub lege esse, sed supra: & docet nos verum sabbatum, vt saluti scilicet animarum studentes, ab omni opere seruili, id est, ab omnibus illicitis abstineamus.

☞ VICTOR

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Pœnitemini & crc.euan. *Quia sine pœnitetia præteriti delicti & fide Christi non habetur vita beata.*

2 Et præteri. *Hic consequenter describitur prædicationis Christi fructus scilicet aliquorum conuersio ad ipsum, videlicet Petri, Andreæ, & Iacobi & Ioannis, patet litera vsque ibi.*

3 Et reli.pa.suo. *Dicuntur autem hic mercenarij aliqui homines, qui in piscatione iuuabant Zebedæum pro mercede. Sciendum autem, quòd ista vocatio de qua loquitur hic Marcus, fuit illa qua vocati sunt prædicti ad discipulatum Christi vlterius ad propria negocia non reuersuri. Prius enim vocati fuerant saltem tres illorum ad quãdam Christi familiaritatem, postea tamen reuersi sunt ad propria negocia, de qua loquitur Ioannes, primò dicens quod duo discipuli Ioannis Baptistæ audientes eum dicentem de Christo, Ecce agnus Dei, sequuti sunt eum. Et ibidem subditur, quòd Andreas erat vnus ex illis duobus: & de altero dicunt Doctores quod fuit Ioannes euãgelista. Et de vocatione Petri subditur ibidem. Ista tamen vocatio Ioannis & Andreæ fuit instrumentaliter verbo Ioannis Baptistæ, principaliter autem Christi inspiratione.*

Si autem quæratur, quomodo homines secularibus implicati ad solũ Christi verbum, relictis omnibus sequebantur eum. Dicendum, quòd humanitas Christi instrumentum erat diuinitatis coniunctum: sicut manus est instrumentum artificis: & ideò sicut verbum Christi inquantum vox mouebat aurem, ita inquantum instrumentum diuinitatis mouebat mentem.

4 Et ingrediuntur Caphar. *Hic consequenter ponitur conuersorũ confirmatio per opera miraculosa. Et describuntur hic tria miracula. Primum est de dæmoniaco curato. Secundùm est de socru Petri sanata ibi:* Et protinus egredientes. *Tertium autem de leproso mundato, ibi:* Et venit ad eum. *Circa primum dicitur:* Et ingrediuntur Cap. *In illa enim ciuitate in principio suæ prædicationis pluries Christus prædicauit, & multa miracula fecit: propter quod Luc. 10. c. Exprobrabat illi ciuitati, quia per hoc non fuerunt ad Deum verè conuersi.*

5 Et statim, &c. *Synagoga enim est locus vbi conueniebant legisperiti & communis populus ad audiendum doctrinam legis, maxime diebus sabbatorum, in quibus diuinis erat vacandum: & ideò tali loco & tempore docebat Christus, quia erant conuenientia doctrinæ eius.*

✠ Et stupebant

MORALITER.

✝ 2 *Et prætereiens secus mare Galilææ.* Per hoc autem quod Petrus & Andreas relictis retibus, & Iacobus, & Ioannes relicto patre vocantem dominum statim sunt sequuti, nobis ostenditur quòd non cupiditas temporalis nec affectio carnalis retrahere nos debent à sequela Christi.

✝ *Et stupebant*

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Sabbatis vel solũ vel potissimum inter se coibant Iudæi, idque non tam virtutis hoc est sanctimonię & obedientiæ amore, quàm legalis pœnæ formidine.

a *Erat enim.* BEDA. Scribæ dicebant quæ scripta erant in Moyse & prophetis. Iesus vt Deus & dominus, ipsius Moysi liberè quæ deerant legi addebat vel cõmutabat, vnde in Matthæo: Audistis quia dictum est antiquis, &c. Ego autem dico vobis.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Stupebant super doctrina eius, quia non loquebatur ad gratiam, neque vlli prorsus adulabatur, nec auditorum laudes captabat, sed erat sermo eius in potestate. Hortabatur enim non ad quæuis promiscuè, sed ad cœlestia & animæ salutaria, perfidísque & obstinatis peccatoribus imperterritè supplicia comminabatur.

✠ THEOPHYLACTVS. Docebat etiam in potestate, transmutans homines ad bonum & pœnã non credentibus minabatur.

b *Quid nobis, &c.* BEDA. Non est hic voluntatis confessio, sed necessitatis extorsio: sicut seruus fugitiuus visum dominum timet, & de verberibus deprecatur. Dæmones enim in terris dominum cernentes, se continuò iudicandos credebant esse.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Te tandem (clamat nequam spiritus) præsentem coniicio, te tandem aduenisse suspicor. Nam etsi hoc absolutè se scire simulet, perindéque ac si certò sciat, verba fundat, attamen nec dum certam & firmam satis de illius præsentia notitiã hauserat. *Venisti ante tempus perdere nos.* Quorsum hæc pertinent. Huc vtique. Nullum nobis ampliùs locum reliquum facis. Nam & impietatem è medio tollis & errorem pro scribis & Dei notitiam mortalium pectoribus inseris.

c *Obmutesc.* BEDA. Congruo ordine lingua serpentina quæ prima virtus sparsit, ne vltrà spargat primò obcluditur, deinde fœmina quæ prima seducta est à carnali concupiscentiæ febre curatur. Tertiò vir qui malè coniugi obediuit, ab erroris lepra mundatur, vt sit idem ordo restaurationis in domino qui perditionis in protoplasto.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Salutare documentũ per hoc nobis tradidit, ne videlicet vllam vnquã dæmonibus fidem habeamus, etiam si vera se dicturos profiteantur.

d *Dis.* BEDA. Vel cõuexãs, sicut quidã codices habent. Lucas autem dicit quia nihil ei nocuit. Sed quod Marcus ait, discerpens, idem est quod Lucas: cum proiecisset eum in mediũ. Quod verò addidit, nihílque nocuit: intelligendum est, quia illa iactatio non eum debilitauit: sicut exeunt dæmones amputatis vel auulsis aliquibus membris.

BEDA. Virum à dæmonio liberatum, animum ab immunda cogitatione purgatum intelligimus. Fœminam verò à febribus consequenter curatam, carnem à concupiscentiæ feruore per continentiæ præcepta frænatam.

e *Quidnã est?* Per ea quæ vidẽt ad inquisitionẽ eorũ quæ audiãt excitãtur, Ad hoc enim & ipse dñs signa facit, & discipulis facere dedit, vt p hoc euãgelio certius credatur, dũ qui cœlestia promittũt terrenis, cœlestia & diuina opera operẽtur in terris.

☞ *Et statim*

¶ Requies.

sabbatis ingressus in synagogam docebat eos. † Et stupe- 1
¶ Ideò. ¶ Substantialem & propriam.
a bant super doctrinam eius. Erat enim docens eos † quasi po- 2
¶ Cum doceret.
testatẽ habens, & non sicut scribę. Et erat in synagoga eorum † 3
¶ Commune.
b homo in spiritu immundo: & exclamauit, dicens: * Quid no- 4½
a ¶ Præsentia Iesu, tormenta sunt dæmonum.
bis & tibi Iesu Nazarene? Vẽnisti † perdere nos? Scio quia sis 5
c sanctus Dei. Et comminatus est ei Iesu dicens: Obmutesce, 6
d & exi de † homine. Et † discerpens eum spiritus immundus, & 7 8
a ¶ Quod exiens ei non plus nocuisset.
exclamans voce magna exiit ab eo. Et miráti sunt omnes, ita
e vt coinquirerent inter se, dicentes: Quidnam est hoc?
¶ Propria alij inaccepta. ¶ Etiam.
Quænam doctrina hæc noua? Quia in potestate * spiri- 9
¶ Vt Deus. ¶ Quia tanta faciebat. 10
tibus immundis imperat, & obediunt ei. Et processit rumor eius statim in † omnem regionem Galileæ. † Et 11

† ex

† totam circũiacentem regionem.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et stu. super do. eius. *Id est, admirabantur: Tum quia legem & prophetas nen didicerat, & tamen clarissime docebat. Tum quia doctrinam suam diuinis operibus confirmabat, vnde subditur.*

2 Erat enim doctrina eius q. ha. *Scilicet faciendi miracula. Quod statim ostenditur per factum cum subditur.*

3 Et erat, &c. *Id est, obsessus à dæmone.*

4 Et ex. *Dolens de Christi doctrina, quæ erat animarum salus & medicina. Et quia de salute hominum torquetur diabolus inuidia motus, ideò subditur.*

5 Venisti perde. &c. *Id est, diminuere & auferre potestatem nostram nocendi hominibus.*

6 Scio, quia sis san. *Id est, Christi ad salutem hominum missus. Per prophetias enim de Christo dictas quæ determinauerant tempus, locum & modum veniendi ipsius Christi, secundùm quod plenius declarauit in quadam quæstione de aduentu Messiæ completas in eo: & per alias circunstantias sciebant ipsum esse Christum in lege promissum, vnde infrà eo. cap. dicitur: quòd non sinebat eos loqui: quoniam sciebant eũ, scilicet esse Christum, secundũ quod expresse dicitur Luc. 4. verũtamen nesciebant ipsum esse Deũ. Nec per tentationem Christi in deserto diabolus potuit scire de Christo vtrum esset Dei filius per naturam habens eandem naturã numero cum patre: licet ad hunc finem tripliciter eum tentauerunt, vt dictum fuit plenius Matt. 4. Si enim cognouissent dæmones ipsum esse Deum, nunquam induxissent Iudæos ad ipsum crucifigendũ secundùm quod dicitur 1. ad Cor. 2. b.* Si cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. *Aliqui autem doctores dicunt, quod non solum non cognouerunt dæmones ipsum esse Deum (vt dictum est) sed nec etiã cognouerunt certitudinaliter ipsum esse Christũ in lege promissum, sed tantũ hoc cognouerunt quadam coniectura probabili multũ, quæ in hoc loco & in alus locis euangelij pluribus nomine scientiæ exprimit. Sed primum dictum magis videtur consonum textui & dictis sanctorum.*

7 Obmu. *Compellat enim Christus dæmones ad tacendũ de ipso, ne veris falsa miscerent, & ne videretur quærere testimoniũ ab ipsis: Maximè quia Pharisæi dicebant ipsum in Beelzebub principe dæmoniorum eiicere dæmonia, vt habetur Matth. 12. vbi dictum Pharisæorum plenius excluditur, sicut ibidem exposui.* 8 Et discer. *Contrariũ videtur Luc. 4. vbi dicitur de isto dæmone, quod exiuit ab illo & nihil ei nocuit. Dicendum, quod dæmones ab obsessis corporibus solent exire, non solum cum afflictione corporis, sed etiã cũ mutilatione alicuius membri. Per hoc ergo quod Lucas dicit, quòd nihil ei nocuit, intelligendum est quantum ad mutilationem, quia exiuit absque mutilatione membri. Quod autem dicit Marcus discerpens eũ intelligendum est quantũ ad afflictionem: quia licet in exitu non mutilauerit eũ, tamen multum afflixit: & hoc idem habetur Luc. 4. f. vbi dicitur:* Et cum proiecisset illud dæmonium in medium: *per quod intelligitur obsessi afflictio, ibidẽ subditur:* Exiuit ab eo, nihilq; ei nocuit. *per quod excluditur mutilatio.*

9 Quænam do. *Quia præceptis veteris legis addebat nouitatẽ consiliorum, & etiam quia nouo modo confirmabat doctrinam suam, scilicet per operationem miraculorum, & ideò subditur.*

10 Quia in potestate, &c. *Sequitur.*

11 Et protinus egredientes. *Hic ponitur secundum miraculum. Et diuiditur in duas partes, in principalem & incidentalem, secundum ibi: Vespere autem facto. Circa primum dicitur:* Et protinus egredientes de sy. *scilicet, post Christi prædicationem & eius confirmationem per expulsionem dæmonum.*

Diuisio.

✠ Venerunt

MORALITER.

1 *Et stupebant super doctrina eius. Erat enim docens quasi potestatem habens.* Id est, suam doctrinam confirmans operibus miraculorum.

† *Et non sci. scri.* Qui suam doctrinam affirmabant iactantia verborum. Per hoc ostenditur, quod prædicator euangelij nõ debet doctrinam suam ostentare verborum affluentia, sed eam firmare per opera sancta.

3 *Et erat in synagoga eorum homo in spiritu immundo.* Per quem significatur homo pollutus carnis vitio, de quo dicitur.

8 *Et discer. eum.* Quia vitium carnale non curatur, nisi carnalis afflictione: vt per quæ peccat quis, per hæc & torqueatur.

¶Iesus & discipuli. a ¶Circuncisionem Petro commissam.

protinus egredientes de synagoga, venerunt in domûm Si- 1
monis & Andreæ cum Iacobo & Ioanne. Recumbebat au- 2
a ¶Alleg. Synagoga quodammodo mater ecclesiæ commissæ Petro. b ¶Inuidiæ æstibus laborans, & ecclesiam persequens.
a tem socrûs Simonis febricitâns, & statim dicunt ei de illa. Et
b a ¶In spiritualem vsum erexit carnalia eius opera. b ¶Non remanente molestia egritudinis, vt solet sanitas quæ datu imperio dominj, tota simul redit.
c accedens eleuâuit eam apprehensa manu eius: & cõtinuò
d dimisit eam febris, & ministrabat eis. † Vespere autem facto 3
e a ¶Beda. Morte. b ¶Beda. Christus qui dicit; quamdiu in mundo sum, lux sum mundi.
cùm occidisset sol, afferebant ad eum omnes male habentes
¶Pœnitentiam.
f & dæmonia habentes, & erat omnis ciuitas congregata ad ia- 4
¶Vitijs.
g nuam. Et curauit multos qui vexabantur variis languori- 5
a ¶Beda. Peccatori dixit, quare tu enarras iusticias meas, &c. ¶Ne quis dum audit prædicantem, sequatur erriantem: & falsa veris miscentem.
h bus. Et dæmonia multa eiiciebat, & non sinebat ea loqui, 6
a ¶A morte. 7
i quoniam sciebant eum *. Et diluculo valdè surgêns, e- 8
a ¶Gentes. ¶Beda in suis. 9
gressus abiit in desertum locum, ibíque orabat. Et prose-
¶Obediens.
quutus est eum Simon, & qui cum eo erant: Et cùm
inuenissent eum, dixerunt ei: quia omnes quærunt te.

Christi corpus sanitatis instrumentum.

Luc.4.f. Psal.18.d.

Matth.8.b.

B

Christum esse.

Rom.6.d.

Quo animo sanitas expetenda.

C

Luc.4.

Luc.4.g. Moraliter.

D

E

F

Lib.quæst. noui & veteris test. cap. 66.

a *Et statim dicunt ei, &c.* Lucas dicit quia rogauerunt pro illa. Modo enim Saluator rogatus, modo vltro curat, vt contra vitiorum quoque passiones, & se precibus fidelium semper adesse, & quæ non intelliguntur, vel intelligenda dare, vel non intellecta, dimittere piè petentibus ostendat: vnde; *Delicta quis intelligitur? ab occultis meis munda me.*

b *Et accedens.* ✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Accessit ad illum verbum, corporeáque manu extensa, febricitantem erexit. Nam indiuulsam se cũ carne sua societatem habere, persuasum volens, pleraque miracula per corporis ministerium edebat.

c *Apprehensa.* Socrus Petri febricitans apprehensa manu leuatur. Febris, intemperantia est, de qua nos filij synagogæ per manum disciplinæ, & leuationem desiderij sanamur, & huius qui sanat nos ad vesperam declinationis à nobis ministramus voluntati.

d *Ministrabat eis.* BEDA. Tropo. id est, membra quæ seruierant immundiciæ seruiant iusticiæ.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Socrus Petri à febribus liberata, suum vicissim ministerium exhibet: nos per hoc erudiens, ne sanitatis beneficium frustrà aut præposterè à Deo expetamus, verùm eo præcipuè animo, vt sanitatem iam adepti, præceptis illius accurratiùs parere, sanctisq; eiusdem necessaria vitæ præsidia subministrare valeamus.

e *Vespere autem.* BEDA. Occasus solis mors Christi. Afferebant ad eum omnes male habentes. Plures enim per apostolos post mortem suam sanauit quam cum in carne viuens Iudæis prædicauit.

f *Ad ianuam.* HIERONYMVS. Ianua regni, moraliter pœnitentia est cum fide, quæ operatur salutem variis languoribus. Varia enim sunt vitia, quibus langueſcit ciuitas mundi.

g *Et curauit multos.* ✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Euangelista Marcus Christum multos malè habentes curasse asserit. Verùm is scripturarum more multitudinis nomen generatim pro omnibus accipit (scripturæ namque dictionem hanc frequenter in eo sensu vsurpant, aut certè per τὸ multos, eos omnes & solos denotat, qui in illum credebant. Fides namq; ad præstandum sanitatis beneficium alli ciebat. Verùm Lucæ contextus cum priori expositione magis facit, ait enim, *at ille singulis manus imponens curabat eos.*

h *Quoniam sciebant eum.* BEDA. Lucas dicit apertius: *exibãt dæmonia à multis clamantia & dicentia: quia tu es filius Dei & increpans non sinebat ea loqui, quia sciebant eũ esse Christum.* Dæmonia ergo Christum esse sciunt & filium Dei esse confitentur. In ieiunio enim fatigatum hominẽ diabolus putauit, nec tentando potuit eum experiri, an esset filius Dei. Sed postea per signorum potentiam, vel potius suspicatus est, vel intellexit. Non igitur eum quia ignoraret crucifigi persuasit, sed quia morte illius damnandum se esse non præuidit, vnde Paulus: *Nemo principum huius sæculi cognouit. Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent.* 1. Cor.2.b.

✠ AVGVSTINVS. Sciebant Christum esse qui per legem fuerat promissus. Omnia enim signa, videbant in eo quæ dixerant prophetæ. Mysterium autem diuinitatis eius ignorabant sicut principes eorum.

i *Et dilu.* BEDA. Sicut per occasum solis mors, sic per diluculum resurrectio Christi: cuius manifesta luce abiit in desertũ gẽtium & in fidelibus orabat, quia eorũ corda ad orationẽ excitabat.

☞ *Ad hoc*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Venerunt in do. Si. *Vt ibi acciperent refectionem post laborem.*

2 Recumbebat autem socrus Simo. &c. *Licet enim virtute naturæ febris posit curari, non tamen in instanti. Christus autem sanauit eam hic subitò: & ita perfectè quod illa mulier ministrabat eis. Ex quo ostenditur illa curatio miraculosa ad discipulorum confirmationem.*

3 Vespere autem facto. *Hic ponitur pars incidentalis: occasione enim huius sanationis illi qui habebant infirmos in illa villa adduxerunt eos ad Christum quærentes remedium: & hoc est quod dicitur:* Vespere autem facto. *Dicit autem Theophilus expositor, quòd ita tardè adduxerunt eos ad Christum, quia illa dies erat dies sabbati, & credebant curationes non esse licitas durante die sabbati, quæ finiebatur in vespere illius diei.*

4 Et erat omnis ciuitas. *Id est, multi de ciuitate. Et est modus loquendi hyperbolicus, sicut supra dictum est.*

5 Et cura. mul. *Id est, omnes qui fuerunt ibi adducti. qui erant multi. Aliter exponitur.* Multos, *id est, plures de adductis, quorum fides & deuotio curationem merebatur.*

6 Et dæmonia multa eiiciebat. *Eodem modo dupliciter exponitur id est, omnia vel plura.*

7 Et non sinebat ea lo. *Ex causis prædictis.*

8 Quoniam scie. eum. *Iam dictum est, qualiter hoc sit intelligendum.*

9 Et dilu. val. sur. *In hoc dominus exemplum, vt prædicator & mirabilium diuinorum operator debeat fugere populi applausum, verumtamen quia non debet omittere salutem animarum, ideò subditur.*

✠ Eamus·

MORALITER.

✠ 2 *Recumbebat autem socrus Simonis febricitans.* Per quam significatur mulier calore luxuriæ laborans quæ manu eius apprehensa sanatur, quia talis mulier eius repressa libertate curatur, Eccl. 26.b. In filia non auertente se firma custodiam.

3 *Vespere autem facto.* BEDA. Mysticè solis occubitus passionẽ, mortémque significat illius qui dicit. Quamdiu sum in mundo, lux sum mundi & sole occidente plures quàm ante dæmoniaci & ęgroti sanantur, quia qui temporaliter in carne viuens paucos Iudæorum docuit omnibus per orbem gentibus fide salutíque dona transmittit.

7 *Et non sinebat ea loqui.* THEOPHILVS. In hoc docens nos non credere dæmonibus, etiamsi vera dicant, quia si aliquos credentes sibi inuenerint, veritatibus mendacia miscent. Vnde in collatione Moysi abbatis dicitur ꝙ quidam anachorita deceptus fuit à dæmone in angelũ lucis se trãsformante, quia post plura vera quæ sibi dixerat, proiecit seipsum in puteum ad eius verbum. Nam ei dixit quòd tanti meriti erat apud Deum, quod ex hoc nullum pateretur malum, quod fuit falsum: nam ex hoc lætaliter fuit vulneratus & citò post mortuus.

9 *Et diluculo valdè surgens egressus abiit in desertum locum.* Per hoc ostendens, quod prædicator euangelij redire debet ad orationis secretum, vt ibi hauriat quod postea populis effundat ideò sequitur.

✠ Eterat

¶ Iam facto sermone. a ¶ Non decet oecioſum eſſe prædicatorem.

Et ait illis:Eâmus in † proximos vicos & ciuitates, vt ibi præ 1
a dicem:Ad hoc enim veni:Et erat prædicans in ſynagogis eo †
b rum,& in omni Galilæa, & dæmonia eiiciens. † Et venit ad 2
¶ Oſtendit vulnus,remedium poſtulat.
c eum leproſus deprecans eum,& genuflexo dixit:Si vis potes 3
a ¶ Miſericordiæ affectum.
d me mundare. Ieſus autem miſertus eius, extendit manum 4
¶ In hoc humilitas. a ¶ Gratia ſuperat legem non timat contaminari qui alios liberat.
¶ Nullum ſpernamus,& ſi maculoram videamus. b ¶ In hoc pietas. c ¶ In hoc poteſtas, d ¶ Be.Nihil medium inter præceptum & opus. e ¶ Illud.Volo mundare.
e ſuam:& tangens eum.ait illi:Volo:Mundare. Et cum dixiſſet 5 6
f ſtatim diſceſſit ab eo lepra,& mundatus eſt. Et comminatus 7
g eſt ei:ſtatimque eiecit illum:& dicit ei: Vide nemini * dixe-
h ris:ſed vade oſtende te † principi ſacerdotum, & offer pro e-
a ¶ Secundum legem offerri. b ¶ Si Deo credat,ſi impietatis lepra diſcedat. ¶ Salutis!
mundatione tua,quæ præcepit Moyſes in teſtimonium illis
¶ Prohibetur eſt dicere,At ille egreſ. a ¶ Sed nec ad horam potuit abſcondi.
i At ille egreſſus cæpit prædicare & † diffamare ſermonem,ita 8
¶ Tumultuosas carnalium mentes fugit,ſecretos à mundanis curis viſitat.
k vt iam non poſſet manifeſtè in ciuitatem introire, ſed foris 9
¶ Allego.Hi ſunt quos nihil poteſt ſeparare à charitate Chriſti.
in deſertis locis eſſe:& conueniebant ad eum vndíque.

† proxima municipia. vt ibi.&c.

a *Ad hoc enim veni.* VICTOR ANTIOCHENVS. Commodè hoc ſubdit euangeliſta. Neque enim ſolo illius diuinitatis autoritas,per hoc adumbratur, verùm etiam ſpontaneæ euacuationis humilitas. Lucas autem, quo verbi oeconomiam exprimat, *Ad hoc enim miſſus ſuas,ſcribit.* Quare is patris de verbi incarnatione beneplacitum, Apoſtolatus nomine deſignat.

b *Et erat prædicans in ſynago.* BEDA. In hac prædicatione intelligitur etiam ſermo ille habitus in monte quem refert Matthæus: nam Marcus adiungit: Et venit ad eum le.de quo talia dicit. Quibus intelligitur ille eſſe quẽ Matthæus dicit

B ſanatum, poſtquam dominus deſcendit de monte. Sic enim

† ſacerdoti Matth.8.a. Matthæus ait: Cum autem deſcendiſſet Ieſus de monte, ſe. ſunt eum tur. m. & ecce leproſus veniẽs adorabat eum,dicẽs Domine ſi vis potes me mundare.

c *Et genu.* BEDA. Humilis pudibũdus. Debet enim quiſq; de maculis vitę ſuę erubeſcere,ſed cõfeſſionem verecundia non reprimat:oſtẽdat vulnus,remediũ poſcat.

Ezech.18.g HIERO. Leproſus genuflexo domini voluntatem deprecans mundatur qui non vult mortem peccatoris,ſed vt conuertatur & viuat. Lepra noſtra peccatum primi parentis,quæ à ca-

1.Tim.9.b. 4.Re.5.g. pite incædit,quando regna mundi deſiderauit radix omnium malorum cupiditas,vnde Giezi auariciam ſecutus,lepra ſuffunditur. Hæc verò ſacerdoti ſecundum ordinem Melchiſedech o-

C ſtenſa,oblatione mundatur,dicenti: *Date eleemoſinam:& ecce omnia munda ſunt.*

Lucæ.11.f. Lucæ.5.c. Roma.3.c. BEDA. Leproſus genus humanum ſignificat,qui ſecundum Lucam,lepra plenus fuiſſe perhibetur. *Omnes enim peccauerunt & egent illa gloria Dei.* Scilicet,vt extenta manu Saluatoris,id eſt incarnato verbo,humanámque contingente naturam à varietate priſci erroris mundentur: & qui diu à populo Dei ſecreti

Roma,12.a erant à templo Dei reddantur: & vero ſacerdoti offerre (qui eſt in æternum ſecundum ordinem Malchiſdech) corpora ſua hoſtiam viuentem.ſ.d.p.

d *Si vis potes.* BEDA. In voluntate tribuit poteſtatem,nec dubitat vt incredulus de voluntate domini, ſed colluuionis ſuæ conſcius non præſumit.

BEDA. Qui excluſus à lege domini ſe poteſtati curari poſtulat, ſupra legem iudicat gratiam eſſe. Vt enim in domino poteſtatis autoritas,ſic in illo fidei conſtantia.

✲ THEOPHYLACTVS. Non dixit ſi Deum deprecatus fueris,ſed ſi vis,quaſi ipſum credens Deum.

e *Extendit manum.* BEDA. Leproſum tangi lex prohibet,ſed quia quia dominus legis eſt, non obſequitur legi, ſed legem facit. D Non ideo tangit, quia ſine tactu curare non poterat, ſed ſic probat,quia legi ſubiectus non erat.

f *Volo,mun.* BEDA. Illud mirabile,quo rogatur eo ſanat genere. *Volo,mũdare:& cum dixiſſet,ſtatim diſceſſit ab eo lepra.* BEDA. Nihil medium inter opus & præceptum. Dixit & facta ſunt. Vides quia voluntas poteſtas eſt. Itaque tanquam poteſtatem habens ſanandi, & autoritatem iubendi, non refugit teſtimonium operandi. Volo enim dicit propter Fotinũ,imperat propter Ariũ tangit propter Manichæũ.

g *Vide ne.* BEDA. Non quia voluit quod non potuit, quia omnia quæcumque voluit fecit. Sed docet noſtra beneficia reprimi,nõ tã tũ à mercede pecuniæ,ſed etiã gratiæ.

h *Oſten.* BEDA. Vt intelligat non legis ordine, ſed gratia quæ ſuper legem eſt eſſe curatũ. Offerre iubet, vt oſtendat quia non legem ſoluit ſed implet,dũ ſecundum legẽ gradiens ſupra legem ſanat,quos remedia legis non ſanabant. Nec ſacrificium,ſignificant ceſſare debebat, cum nondum ſignificatum confirmatum erat conſtitutione apoſtolorum & fide credentium.

Pſal.32.b. † Mar.8.a. Luc.5.c. Pſal.113.b. * quidquid E † diuulgare

✲ VICTOR ANTIOCHENVS. Quo impudentem Iudæorum linguam obſtruat,ſecundùm legis decretum ad ſacerdotum principem mundatum amandat,vade,inquit,oſtende te ſacerdotum principe vt cum paulò pòſt veluti erronem & im- F poſtorem me perſequentur,tutè mihi teſtimonium perhibeas & quod à me ſanatus fueris, & quod iuxta legis præſcriptum ſacerdotis iudicio te ſiſtere iuſſus. Oſtende te nihilo ſecius, ne extra hominum conſortium eiiciare.

i *At il. egreſ.* BEDA. Vnius ſaluatio multos ad dominum cogit. Non poteſt tacere beneficium,etiam iuſſus ab eo qui dedit. Præcepit dominus abſcondi. Vult enim, vt in bonis quæ agimus latere velimus, quod eſt humilitatis: & inuiti prodamur vt alius proſimus,quod magnæ eſt ſublimitatis,cum etiam ſi ipſi velimus,opera non poſſunt taceri.

k *Ita vt iam.* HIERO. Non omnibus manifeſtatus eſt Ieſus,qui latis atque plataneis ſeruiunt laudibus,& propris voluptatibus ſed his qui foris cum Petro exeũt,& in deſertis locis ſunt,quæ elegit dominus ad orandũ & reficiendum populũ,qui deſerunt delectationes mundi & omnia quæ poſſident,vt dicant: *Portio mea dominus.* Gloria verò domini manifeſtatur his qui conueniunt vndíque,id eſt,per plana & ardua,quos nihil poteſt ſeparare à charitate Dei. Pſal.118.h.

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Eamus in proximos vicos & ciuitates,&c. *Cætera patent.*

2 Et venit ad eum,&c. *Hic ponitur tertium miraculum de leproſo mundato,cuius fides exprimitur cum dicitur.* 3 Si vis potes me. *Confitendo enim in Chriſto diuinam potentiam,meruit curationem:ideò ſubditur.* 4 Ieſus autem mi. *Licet enim ſecundum determinationem legis ex tactu leproſi contraheretur immunditia, tamen hoc in Chriſto locum non habuit,quia ex tactu lepram curauit.*

5 Ait illi:volo. *Hic eſt punctus:& quod ſubditur.* 6 Mundare. *Imperatiuum eſt,vt oſtendat ſe per modum imperij lepram curare,tanquam quam dominus creaturæ.* 7 Et commi. eſt. ei. *Prohibendo ne hanc curationem diuulgaret,donec oſtendiſſet ſe ſacerdotibus,& ſacrificium in lege preceptum pro ſua emendatione obtuliſſet. Legalia enim habuerunt curſum ſum & obligationem vſque ad Chriſti paſſionem, in quo oblatum eſt vnum perfectum ſacrificium euacuatiuum legalium, & ideo vſque tunc Chriſtus legalia ſeruauit,ſicut declaratum fuit Mat.5.ſuper illud verbum:* Non veni ſoluere legem ſed adimplere. *Et ſimiliter aliis ſeruanda mandauit,vt hic patet.* 8 At ille. *ſcilicet,poſt factam oblationem prædictam.*

9 Vt iam non poſ. *Propter preſſuram hominum ſibi occurrentium ad quærendum ſanitates,& videndum miracula.*

MORALITER.

† *Et prædicans in ſyna.&c. Et venit ad eum leproſus.* Per lepram quæ morbus eſt contagioſus,originalis culpa ſignificatur,quæ per carnalem generationem ad poſteros deriuatur, qui manu Chriſti tactus ſanatur, quia virtute eius per baptiſmum emundatur per oblationem autem muneris & diuulgationem operis ſignificatur quod baptizatus tenetur deo fideliter ſeruire, & eum iugiter collaudare.

A ADDITIO I.

In capit.5.*Vbi dicitur In postil.*Ideo non est credibile, quòd calceamentis vteretur.

*Vti calceamentis manifestum est esse de communi hominum consuetudine,non solum rudium seu imperfectorum, sed etiam sanctorum vt patet de Moyse Exod.3.b. cui in reuerentiam terræ sanctæ dicitur per angelum:*Solue calceamenta de pedibus tuis. *Similiter de Iosue legitur Ios.5.d.Vnde non est incredibile, quod Christus qui non solitariam duxit vitam,sed cum hominibus conuersatus est, vt Baruch.4.d. calceamentis vteretur.Cõuenientissimum enim est,vt quis cum eis quibus conuersatur,saltem in licitis & honestis conformetur,vnde.1. Cor. 9.d.*Omnibus omnia fa.sum. *Nec obstat illud quod Postil.allegat, quod Christus imposuit discipulis ad prædicandum missus sine calceamentis incedere.*

*Primò,quia non omnia quæ ipsis discipulis ad prædicandum missis imposuit Christus,ipse seruauit.Præceperat enim eis,*In ciuitates Samaritanorum non intraueritis.*Matth.10.a. quod tamen ipse Christus non seruauit,vt habetur Ioan.4.Similiter Matth.10.a.* In viam gentium ne ab.se.*Christus autem abiit in viam gentium,vt patet Mat.15. b.vbi legitur:*Secessit in partes Tyri & Sydonis.*Vnde illud quod legitur Actu.1.a.*Cœpit Iesus facere & docere.*Intelligitur de his quæ*
B *simpliciter sunt bona secundum legem naturalem vel diuinam, seu de his quæ pertinent ad perfectionem vitæ.Vsus autem calceamentorum de se nec est bonus nec malus secundùm vtramque legem prædictam: vnde secundùm Aug.de doc.Christiana.In omnibus non vsus rerum,sed libido vtentis in culpa est.*

*Secundò,quia illud quòd dicitur Luc.10.a.*Nolite portare peram nec calceamẽta,à doctoribus.*Intelligitur,non vt litera sonat, sed figuratiuè,vnde in glo.ibidem vtrumque de mortui animalis corio fit, vnde nihil mortale vult esse in illis quos ad prædicandum mittit,hæc in glo.Quæ quidem glo.non mystica tantum censenda est,sed potius literalis. Nam cætera quæ Christus prohibuit discipulis ad prædicationem missus,ad literam intellecta sunt impeditiua officij prædicationis, inquantum aliquam solitudinem superfluam secum trahunt,sicut est possidere aurum & argentum,vel portare sacculum vel peram & huiusmodi.Sed calceamenta manifestum est,quod non impediunt ad itineran dum,sed potius expediunt,vnde dominus qui Israeliticis exeuntibus de Aegypto,ad festinationem exeundi & ambulandi hortabatur in esu agni paschalis,præcipiebat eos habere calceamenta in pedibus, vt patet Exo.12.b.Cuius ratio est, ne nudis pedibus ambulando per offensionem lapidum vel huiusmodi,impedirentur ab itinere. Ex quibus videtur se-*
C *qui quod Christus non prohibuit prædicatoribus materialiter calceamenta,sed intelligendum est prout in glo.allegata.Hoc enim patet. inf. 6.c.manifestè,vbi Christus discipulis ad prædicandum missis iubet calceari sandaliis,vbi Aug.de consensu euangelistarum dicit,quod Marcus dicendo calceari sandaliis,aliquid hoc calceamentum mystice significationis admonet, & ideo nullam contradictionem includit, si vno loco calceamenta discipulis prohibeantur, & in alio eisdem præcipiantur cum secundùm mysticam expositionem vtrumque sit verum.Si quis autẽ intantũ voluerit proteruire,q̃ nullo modo calceamenta intelligãtur nisi materialiter,tunc ex dictis apostoli habebit concedere,quod prædicatores euangelij debent habere calceamenta.Dicit enim Eph.5.c.*State ergo suc.&c.*Et sequitur:*Et calceate pedes in prẹparatione euan gelij pacis.*Oportet ergo dicere,quod tam in dictis Christi prohibentis calceam ta discipulis,quàm in dictis Apostoli præcipientis prædicatoribus calceari,vtrobique intelligantur calceamenta non materialiter. sed spiritualiter.Tertiò,nam consuetudo ecclesiæ velis maximam habet autoritatem.Ipsa enim doctrina catholicorum doctorum ab ecclesia autoritatem habet.Dicit enim Aug.in li.de vtilitate credendi: Non crederem euangelio,nisi ecclesia illud mihi traderet. Constat autem, quod ex consuetudine ecclesiæ vniuersalis prædicatores diuini verbi materialibus vtuntur calceamentis:nec ex hoc reprehenduntur, nisi fortè illi qui ex regula vel constitutione ad hoc restringuntur.Cæteri autem nullo modo tam generaliter & irreprehensibiliter hoc fecissent si ex præcepto Christi hoc fuisset interdictum prædicatoribus,vt posti. videtur sentire.Quarto quia ex his verbis Ioannis Baptistæ August. intellexit ad literam,,quòd Christus calceamenta materialiter portabat, vnde dicit in lib.de verbis domini:De his calceamentis quibus calceati sumus confortat me dominus Iesus,quia nisi calceatus fuisset, de eo Ioannes non dixisset:cuius non sum dignus corrigiam calceamenti soluere: Surrepat ergo humana præsumptio di.Ego euangelium seruo:quia nudo pede ambulo.Hæc ille.Est etiam alia ratio ad propositum:vide.infr.ca.6. in additione secunda.*

ADDITIO II.

In eo.c.*Vbi dicitur in postil.*Dicendum quod illa apertio non fuit in corpore cœlesti sed in aëre.

Melius dicendum est secundùm Hiero.super Mat. dicẽtem,quod non reseratione elementorum, sed spiritualibus occulis cœli aperti sunt.sicut Ezechiel in primo sui voluminis apertos esse commemorat,secũdum suam sententiam nec in corpore cœlesti,nec in aëre apertio illa fuit facta.sed tantum respectu ipsius Christi hanc apertionẽ spiritualiter con- D *siderãtis.Quod etiam ipse modus loquendi euangelistarum testatur.Dicitur enim Mat.3.d.* Et ecce aperti sunt cœli. *Vbi Chryso. Quod corporaliter aperitur,omnibus apertum est. Similiter & Marcus dicit de Christo tantum:*Vidit cœlos apertos:*Quasi ipsa apertio cœlorum ad visionem Christi referatur,scilicet,intellectuale,prout Christus baptismo iam sanctificato vidit apertum esse cœlum hominibus: quod tamen antea viderat fiendum, vnde in hac apertione secundùm Tho.in 3. par.q.29.ar.5.in cor.quæstionis. Tria sunt consideranda quæ pertinent ad efficaciam nostri baptismi.Primò quidem principalis virtus ex qua baptismus efficaciam habet:Quæ quidem est virtus cœlestis, scilicet,diuina,quod rectè significatur per apertionem cœlorum.Secundò,ad efficaciam baptismi operatur fides ecclesiæ & eius qui baptizatur.Baptismus enim est fidei sacramentum,per fidem autem cognoscimus cœlestia,quæ sensum & humanam rationem excedunt:ad quod significandum aperti sunt cœli.Tertiò,quia per baptismum aperitur nobis introitus regni cœlestis,prout in postilla.*

ADDITIO III.

Im eod.ca.*Vbi dicitur in postil.*Si enim cognouissent dæmones ipsum esse Deum,nunquam induxissent.

Non videtur ratio quare dæmones non induxissent Iudæos ad crucifigendum Christum, etiam si cognouissent ipsum esse Deum.Dæmones E *enim cum sint in termino damnationis,quanto ad maiora peccata homines trahere possunt,tantum ad illud magis conantur: & ideo Beda in hoc loco loquens de diabolo sic dicit:Non igitur ideo Iudæis eum crucifigere persuasit,quia Dei filium non esse putauit.Ex quo patet, quod etiam si filium Dei ipsum esse putasset:adhuc persuasisset vt crucifigeretur.Dictũ autẽ Apostoli.1.Cor.2.b.dicentis:*Si enim cognouissent, nunquã dominũ gloriæ crucifixissent,&c.*Nõ facit ad propositum. Loquitur enim de hominibus qui tanquã viatores quãtuncumque viles sint,nondum tamen communiter attingunt ad terminum damnationis.*

REPLI.In primo ca.*Vbi dicitur:*Non sum dignus soluere corrigiam calceamenti,&c.*Postil.hoc exponens dicit, per hoc significari vile obsequium quasi dicat,non sum dignus ei in minimo obsequium præstare. Non enim ad literam Christus calceamenta soluenda habuit qui apostolis ne portarent interdixit, quia cœpit Iesus facere & docere,&c.Burg.hoc dictum ægrè feres fortasse propter postil.nudi pedem calceamentorum vsum paruipendit, non attendens quod sanctus Dionisius ca.15. angelicæ hierar. singulari misterio describit angelos discalceatos, vt ostenderet ad diuinas illuminationes* F *suscipiendas & communicandas nudi pedes esse aptiores.Attendat Bur. primum ecclesiæ electum & deputatum rectorem Moysen,non nisi nudi pedẽ ad diuina contẽplanda accedere potuisse:Exo.3.a.Et prophetarũ dissertissimũ Isaiã ad Dei præceptũ nudipedẽ incessisse,Isa.20.b.Et magistrũ vniũ nudipedem sedisse,vt patet ex Mariæ pœnitentia,quæ pedes eius lauit,Luc.7.g.Apostolósque calceatos nõ fuisse.Et quamuis omnium illarum rerum sint rationes mystice per doctores & glossam assignatæ, verum est tamen ad literam illam contigisse, & Moysi & Isaiæ & apostolis præcepta fuisse:Ecclesiæ catholicæ vsus est in picturis & imaginibus aliquorum sanctorum depictis cum calceis,imagines tamen apostolorum & Christi nudi pedes apparent:quæ picturæ libri laicorum dicuntur,& rerũ gestarum rememoratiuæ,Vnde. Bur.se inaniter fatigat, in commendatione calceamentorum insuggilationem postil. quasi dixerit vel senserit euangelicos prædicatores sub præcepto Christi astrictos ad abiectionem calceorum:quod tamen non intendit: sed dicit apostolos prohibitos.Constat autem prædicatores verbi Dei multa licenter facere,quæ facere apostolis non licebat.Constat enim apostolos reliquisse omnia quæ eorum successores non relinquunt,sed quidam thesaurizant.Constat etiam apostolos vota emisisse:quæ successores eorum non emiserunt.Constat apostolos in illatis cõtumeliis fuisse gaudentes, successores eorum iniurias acriter vindicãtes,& sic de multis aliis.Frustra etiam Bur. se fatigat ad persuadendum Christum incessisse calceatum, quia vt dicit conuenientissimum fuit se conformare cum his cum quibus conuersabatur in licitis & honestis. Allegat ad hoc apostolum. 1. Cor.9.d.*Omnibus omnia factus sum.*Et sicut Bur. subsumit de calceamentis,ita & ego subsumo de diuitiis & possessionibus,quæ sunt honestæ & licitæ,igitur conueniebat Christum fuisse diuitem & proprietarium, sicut Burg.arguit eum calceatum: sed consequens est contra Christi professionem.Dixit enim:*Vulpes foueas habent, &c. filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. *Ita subsumi potest de nuptiis & multis aliis licitis & honestis: patet igitur principium Bur,modicum veritatis habere.Item si propter conseruari cum hominibus,prout allegat Burg. Baruch.3. Christus debuit esse calceatus igitur fuit calceatus antequam incarnatus. Tenet consequentia, quia illa conuersatio cum hominibus, allegata, exponitur ad literam de conuersatione cum Iudæis in deserto. Apostolus etiam per Burgen. allegatus, per totum capitulum probat oppositum intentionis suæ quia probat ibi autoritatibus & rationibus à licitis abstinendum veris prædicatoribus, sicut accipere sumptus necessarios ab his quibus prædicant: Vide Bon. in apologia. Nec valet*

responsum

A *responsum Burg.ad argumentum Postillatoris, quia facit glossam nouam illius dicti.*Cœpit Iesus facere & docere.*Et puto suam glossam fore errori propinquam: illud scilicet dictum intelligendum esse solum de his quæ simpliciter sunt bona secundum legem naturalem & diuinam: quia secundùm illam glossam Christus non fecisset nec docuisset opera supererogationis neque condescensionis, neque consilia, quæ non sunt similiter bona ad legem naturalem & diuinam pertinentia, alias enim non possent omitti sine peccato,quod falsum est,vt patet Matt. 19. Melius autẽ glossatur illud dictum,q̃ cœpit Iesus facere & docere,id est, quidquid ad virtutem & austeritatem vitæ pertinet,quod Christus docuit,ipse primò fecit.Et quia nudipeditio austeritatis est,& apostolis præcepit.ideò fecit,quod est argumentum postil.*

Sed huic rationi.Burgen.dat instantiam dicens:Christus præcepit apostolis In viam gentium ne abieritis.*Mat.10.a.& tamen ipse transiit per mediam Samariam,&c.Hic dico,quòd instantia non valet,quia non dicitur Act.1.quòd Christus docuit quidquid fecit,sed dicitur:quidquid docuit,hoc primum fecit:& fecit quæ non docuit facienda, prout Augustin.dicit.Non enim Christus dixit .Discite à me mortuos suscitare, super aquas siccis pedibus ambulare.Non hoc dixit:sed quid ait? Discite à me,quia mitis sum & humilis.Potest etiam dici,quod cum Christus transiret per mediam Samariam,ibant etiam cum eo apostoli, qui per eum prohibiti erant ad prædicandum gentibus propter causas assignatas in glo.autoritatis allegatæ:& sic Christus etiam seruauit,quia occasionalis fuit eius transitus per Samariam, non principaliter intentus ad ibi prædicandum: ideo Matthæi quintodecimo.c. dixit mulieri.* B Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. *Et sequitur:* Non est bonum sumere panem filiorum & dare canibus.

In eod.cap.*Vbi dicitur.*Cœli aperti sunt.*postil.exponit de signo visibili visibili sensibili,vel imaginaria visione considerato.Burgen.autem non* D *vult aliquod fuisse reale signum in aëre,sed solius Christi specialem intuitum significare cœlum apertum.Sed doctores per eum allegati non loquuntur cum præcisione,restringentes se ad solam spiritualem visionem Christi, cuius signum representatiuum in aëre apparuit etiam Ioanni Baptistæ:propter id quod dicitur Ioan. 1. Ipse baptizans accepisse à Deo signum agnoscendi baptizatum.Nam si præcisè de Christo intelligeretur visio spiritualis illius apertionis cœli, mirum videretur ad quem finem, cum anima Christi viderit omnia in verbo quæ verbum. Sicut igitur nõ oportuit dici aperiri cœlum, vt cœlum videat, quia perfectior est visio omnium in verbo quam in specie propria. Intelligibiliús igitur videtur dici,quòd Ioãnes viderit imaginaria vel sensuali visione(sicut Ezechiel) super Christum cœlum aperiri:sicut vidit spiritũ descendere ad perhibendum testimonium de efficacia baptismi Christi:per quod aperitur ianua cœli.Vidit inquam in hoc,sicut in signo representante.*

In eod.cap.*postil.præponderat opinionem dicentium dæmones non sciuisse Christum esse Deum:propter hoc quod dicitur primæ. Cor.2.b.* Si enim cognouissent,nũquam dominum gloriæ crucifixissent, *id est,induxissent Iudæos ad crucifigendum. Burg.autem abiicit rationẽ dicens,quòd non videtur ratio etiam si nouissent eum esse Deum, quare non induxissent,quia conantur homines trahere ad peccata maiora libentius.Sed Burg.potuit bene videre rationem multiplicem,cur ad cru* E *cifigendum non induxisẽt. Nam diabolus sciuit per mortem Christi suum perire imperium,& hominem saluari.& regnum Christi exaltari,&c.quæ quia diabolo præiudicant scienter, ad sui præiudicium non conatur:vnde & si trahit libenter homines ad vitia, non tamen in suæ potestatis destructionem,& sic allegatum de Apostolo est magis ad propositum quàm de hominibus malis,de quibus Burg.exponit quia nemo vtens ratione sibiipsi nocere cupit.*

CAPVT. II.

a *Ta vt non.*BEDA.Prædicante domino,in domo nõ capiuntur, neque ad ianuam:quia prædicãte in Iudæa Christo gentiles ad audiẽdum nondum intrare voluerunt, ad quos tamẽ(etsi foris positos)doctrinæ suæ verba direxit per prædicatores suos.

b *Paralyticum.* HIERO. Paralysis Typus est corporis,quo piger iacet in mollicie carnis, habens desideriũ salutis: sed turbis ignauis & duplis cogitationibus,ac si eneruatis membris offenditur. Quẽ portant quatuor quas supradiximus virtutes ad regulas diuinitatis & sapientiæ in domo carnis Christi patefactas.Cui vice muneris dicitur portare carnem quæ se portabat,vt per aliam viam cum magis in suam regionem redeat.

paralysis

C

†ne ea quidẽ quæ ad ianuam.

✠ VICTOR ANTIOCHE'NVS. His non absimilia exponit Lucas quoque vno illo duntaxat excepto,quod ciuitatis, in qua miraculum editũ fuerat,nomen nõ exprimat.Matthæus verò,quod de tecto reuulso narratur,suppresso,eadem fere verborũ serie,signum in sua ciuitate factũ scribit.At ciuitas illius non Capharnaũ,sed Nazareth habebatur:nisi quis Capharnaum ob id forsan ciuitatem illius appellatam dicat, quod frequẽter admodũ in illa degeret multaq; subinde miracula in ea patraret. Sũt quiputent(quod loca illa paruo inter uallo à se inuicem di F starent) euangelistas non tam curasse, vt locum præcisè indicarent, quam vt miraculum ipsum exponerent : de hoc autem omnium sententias inter se conspirare, etiamsi alij alio modo historiam texant.

* amplius
† caperẽtur

†Matt 9.a. Luc.5.d.

CAPVT. II.

a ¶ Beda.Post desertum. ¶ Sed quia nec carnales deserit,iterum intrauit in Caphar. ¶ Be.ciuitatem.

ET itẽrum intrauit Capharnaum post dies 1
a ¶ Be.in Iudæa.
octo:& auditum est, quòd in dõmo esset,&
¶ Ideo.
a conuenerunt multi, ita vt non * † ca-
¶ S.domus. a ¶ Beda.Tamen. b ¶ Be.Per apostolos. ¶ Doctore.
perent † neque ad ianuam, et loquebatur eis verbum. †
a ¶ Be.Alle.Animam molicie carnis torpentem. b ¶ Quia quatuor libris Euangelij omnis doctrina firmatur.
b Et venerunt ferentes ad eum paralyticum, qui à quatuor portabatur. Et cum non possent offerre eum illi præ 2

b *A quatuor portabat.*BEDA. Quia quatuor virtutibus ad dominum fiducia mentis erigitur. De quibus dicitur in libro Sapientiæ.Sobrietatem & sapientiam docet & scientiam & virtutem,quas alij prudentiam,fortitudinem,temperantiam & iusticiam nuncupant. Sap.8.b.

☞ *Nudauerunt*

NICOLAVS DE LYRA

CAPVT II.

✠ 1 ET iterum intra.in Ca.post di.octo. *Postquam descripta est Christi prædicatio,hic consequenter describitur insurgens ex ea Iudæorum æmulatio, & hoc in quatuor casibus scilicet in paralytici curatione, in Matthæi vocatione,in discipulorũ Christi argutione,& in manus aridæ sanatione:secunda pars incipit ibi.*Et cum præteriret, *vidit Leui.tertia.ibi.*Et erant discipuli Ioannis. *quarta in principio se.c.Circa primum præmittitur æmulationis occasio,secundò, æmulorũ peruersa cogitatio,ibi.Erant autem illic quidam de scribis: tertiò ipsorum confutatio,ibi.*Quo statim cognito Iesus.*Istæ tres particulæ expositæ sunt Matt.9.in principio capituli: hoc excepto quòd ibi tacetur modus offerendi paralyticum ipsi Christo,qui hic exprimitur cũ dicitur.*

2 Et cum non pos.of.eum,&c.nu.tec.*Scilicet domus in qua erat Christus.Ad cuius intellectum sciendum quòd domus in terra illa habẽt plana tecta & ibi ascendunt homines causa recreationis ad habendum aërem & confabulandum ad inuicem:quia de tecto vnius domus potest de facili transiri ad tectum alterius domus: & propter hoc dicit Saluator Mat.10.c.*Quod in aure auditis,*id est, in secreto* prædicate super tecta,*id est,in publico vbi conueniunt homines.Et in quolibet tecto est vna clausura quæ aperitur,quando homines de domo ascendũt super*

✠ *tectum*

MORALITER

✠ 1 *Et iterum intr.in Ca.*Sequitur.

† *Et vene.fe.&c.*Per quem significatur turpi marcens ocio,Lectus in quo iacet est praua consuetudo:portatores eius vt sanetur à Christo sunt quatuor suæ salutis procuratores,scilicet monens secretè,prædicans publicè,orans pro eo,& inuitans exemplo, plo;& sic ante Deum locatur,& dictorum meritis,si tamen obicem non ponat,sed magis consensum,sanatur & tollit lectũ malæ consuetudinis per exercitium boni operis & sic procedens de virtute in virtutem:vadit ad domum suam cœlestem illi verò qui inde murmurant significant dæmones qui inde valde dolent.

✠ *Et cum*

a *Nudauerunt tectum vbi erat.* Tectum domus in qua Christus docet, sublimitas est scripturæ, in qua corrigit adolescentior viam suam, in custodiendo sermones tuos.

Psal.118.b. Luc.5.c.

BEDA. Domus Iesu secundum alium euangelistam tegulis tecta dicitur, quia vilitate literæ sensus spiritualis tegitur. Cum grabato ante Iesum deponitur, quia cognoscere Iesum debet etiam in carne hac constitutus.

b *Cum au.vidi.* BEDA. Multum valet apud Deum fides propria, vbi tantũ valuit aliena: vt homo interius & exterius sanatus repẽte exurgeret aliorúmque meritis, sua ei relaxarentur errata.

† Luc.5.d.

c *Fili.* Mira humilitas, despectũ ab omnibus, eiisolutum totis artubus, filium vocat. Aut certè ideo, quia dimittuntur ei peccata.

B

✠VICTOR ANTIOCHEN. Quod paralyticum hunc filium vocat, illud, aut propter fidem quam de ipso conceperat, facit, aut certè ad creationis causam respicit. At quid hoc est, inquit intra se ille, quod de peccatis audio? Aliud expecto, & aliud largieris. Detulerunt me huc illi, vt recuperata sanitate ambulem, tu verò aliud pro alio

†Matt.9.a. Luc.5.e. Ioan.5.b.

† stuperent

C

sanas. Cernis haud dubiè quæ non illi cernunt. Cognoscis enim quæ secretò admisi, quæ illi non cognoscunt. Anima præ corpore laborat, morbi itaque causam è medio submouens, ipse etiam morbus vna submouebitur.

d *Dimittun.ti.pec.* Ostendit propter peccata fuisse morbo percussum, & ideo non posse sanari nisi prius his dimissis. Sicut paralytico ad piscinam. *Ecce sanus factus es, iam noli pec.ne deterius tibi con.* BEDA. Quinque de causis afficiuntur homines molestiis carnis. Aut propter merita augẽda, vt Iob & martyres. Aut propter humilitatem conseruandam vt Paulus ab angelo Sathanę. Aut ob peccata intelligenda & corrigẽda, vt Maria soror Moysi. Et hic paralyticus qui non nisi dimissis peccatis potuit curari: aut ad gloriam Dei, sicut cæcus, de quo: Neque hic peccauit, neque paren.eius, &c. & Lazarus, cuius infirmitas non fuit ad mortem, sed pro gloria Dei, aut ad initium æternæ damnationis, vt Herodes.

Ioan.5.c.

Quibus de causis afficiamur molestiis carnis.

2.Cor.12.b. Nu.12.c.

e *Quis potest di.* BEDA. Verum dicunt: Solus Deus hoc potest solus etiam per eos dimittit quibus potestatem dimittendi peccata tribuit, ideo verè Deus. Verum testantur, sed personã Christi negando falluntur. Errant igitur, quia vt Deum esse, & peccata dimittere credunt, Christum tamen esse eum non credunt. Sed dementius, Arriani qui & Christum esse & peccata dimittere negare non audent: Deum esse, negare non timent.

Ioan.9.a. Ioan.11.b.

f *Quid*

f *Quid est.* BEDA. Quasi dicat. Qua potentia cordis occulta intueor, eadem peccata dimitto. Quasi dicat Ex vobis intelligite quid consequatur paralyticus.

D

✠VICTOR ANTIOCHENVS. Vtique peccata reipsa dimittere difficiliùs est, quam dicere, dimittũtur tibi peccata. Neque enim is facile falsitatis redargui potest, qui dicit, dimittuntur tibi peccata tua, quippe cum his effectus sub sensum non veniat. Si quidẽ vulnus non patet, vt medici virtus diiudicare possit. Quia ergò verbo fidem non habetis an opus adiicio: quo illud statuatur quod sub aspectum non cadit. Etenim si Dominus primùm exterius paralyticum sanasset, atq; deinde illi peccata cõdonasset, rati fuissent primùmquidem præstitum, secũdum verò manere incertum. Quia ergò primum erat ambiguũ, vulgóque parum creditum, adiectum est secundum.

†perfodientes.

† loquitur blasphemias.

E

† Matt.9.a. Luc.5.e.

g *Filius hominis.* BEDA. Solus Deus dimittit peccata, & filius hominis habet potestatem dimittendi peccata: ergo idẽ Deus & filius hominis est: Ita homo Christus per diuinitatem dimittit peccata, per humanitatem pro peccatoribus potest mori.

† honorificarent.

† Matt.5.a. Luc.5.f.

✠VICTOR ANTIOCH. Filius hominis signum patraturus hæc verba præmittit. *Vt autem sciatis, &c.* Vt planum fiat diuinitatis vim, propter indiulsam vtriusque vnionem, in humanam quoque naturam sese diffundere, quasi diceret. Quamuis homo iam factus, cum Deus alioqui essem, propter carnis œconomiam in terris degam, nihilominus vt Deus signa edo, peccatisque obstrictus vicula relaxo.

F

h *Vade in do.tuam.* BEDA. Qui languerat, grabatum domum reportat, cum anima peccatorum remissione curata, se ad diuturnam sui custodiam cum ipso corpore refert: ne quid iterum vnde feriatur admittat.

✠VICTOR ANTIOCHENVS. Mirantur omnes id quod in omnium oculos incurrebat, & quod maioris momenti erat, puta peccatorum remissionem missum faciunt.

i *Et egressus, &c.* BEDA. Post curationẽ paralytici in Capharnaũ ad mare egreditur, quia non solùm ciues, sed & maris habitatores instruit, & fluctiuagos mundi motus fidei firmitate contemnere docet. Ibi turbam multam erudit: ibi Publicanum apostolum facit, ibi peccatores per pœnitentiam correctos, suos dignos reddit conuiuio, & auditu suorum arcanorum, & ab vndis cupiditatum separatos ad solitudinem quietæ conuersationis quæ est in spe cœlestium pertrahit. Nam sequitur. Et cum præ-

☞ teriret,

a Cogitationum. ¶ Domus. b ¶ Scripturarum mysteria.

a turba, nudauerunt tectum vbi erat, & † patefacientes sub- 1

¶ Carnem. ¶ Torpens.

b miserunt grabatum in quo paralyticus iacebat. Cùm autem

c vidisset Iesus fidem illorum, ait paralytico: Fili dimittuntur

a ¶ In incredulitate non surgentes ad fidem.

d tibi peccata. Erant autem illic quidam de scribis sedẽtes &

a ¶ Ideo inuident, quia dixit. Dimittuntur tibi peccata.

¶ Non Deũ. ¶ Despectiuè. ¶ Tam alte. ¶ Enim.

cogitãtes in cordibus suis. Quid hic sic † loquitur? Blasphe-

a ¶ Quia perfidos saluare desiderat occultorum cognitione, & opetum virtute se Deum esse manifestat.

e mat. † Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? Quo

a ¶ Hoc.s.cognito. b ¶ Mihi.

statim cognito Iesus spiritu suo, quia sic cogitarent intra se,

f dixit illis. Quid ista cogitatis in cordibus vestris? † Quid est fa

a ¶ Dixit & facta sunt. ¶ Hiero. Q. Eiusdem sententiæ est animam sanare & corpus.

b ¶ Quod spirituale, quod solus Deus nouit qui facit.

cilius dicere paralytico: dimittuntur tibi peccata, an dicere:

a ¶ Quod corporeis oculis videri potest. b ¶ Vt visibile miraculum probet inuisibile.

surgè tolle grabatum tuum & ambula. Vt autem sciatis, quia

g potestatem habet filius hominis in terra dimittendi peccata,

a ¶ Beda. A carnalibus desideriis. ¶ Beda. Carnem per continentiam spe cœlestium à terrenis segrega.

h ait paralytico. † Tibi dico, surgè, tolle grabatum tuũ & vade

a ¶ Paradisum quæ prima domus hominis fuit. b ¶ Mira domini virtus, sine mora salus iniussu est.

in domũ tuã. Et statim surrexit ille, & sublato grabato abiit co

a ¶ Damnata blasphemia ad laudem vertuntur.

rã omnibus, ita vt † mirarentur omnes, & † glorificarent Deũ,

¶ Post curatum paralyticum. a ¶ Capharnaum b ¶ Vt maritimos colligat.

i dicẽtes: quia nũquã sic vidimus. † Et egressus est rursus ad ma

re, omnísque turba veniebat ad eum, & docebat eos. Et cùm 2

NICOLAVS DE LYRA

✠ *tectum, & clauditur, quando descendunt. Illi igitur qui portabant istum paralyticum, non potentes ingredi domum in qua Christus erat propter turbam: quæ non solum erat intra domum, sed etiam ad ostium, per aliã domum contiguam portauerunt illum paralyticum super tectum domus in qua in qua erat Christus, & aperientes clausuram tecti prædictam.*

1 Submiserunt. *Paralyticum in lecto ante Christum. Cætera exponuntur, sicut exposita sunt Matthæi nono.*

2 Et cum præteriret vidit Leui. *Hic describitur æmulatio Iudæorum contra Christum in Matthæi vocatione. Et primò ponitur æmulo-*

✠ *rum*

MORALITER.

✠ 2 *Et cum præteriret vidit Leu.* Ibi sedent aliqui cupiditate lucri per artem campsoriam, & aliqui per artem deceptoriam in ludo taxillorum. Et aliquando tales vocantur à domino, non solum ad pœnitentiam agendam, sed etiam ad prædicandum, sicut hic vocauit Matthæum: & cum talibus voluit discumbere,

✠ ostendens

teriret,vidit Leui,&c.

A a *Leui.* HIERO. Leui additus,quia à telonæo negociorum sæ
Luc.14.g. cularium sequitur solum verbum quod dicit: quia qui non renunciat omnibus quæ possider,non potest meus esse disci.

BEDA. Marcus & Lucas verecundiæ causa & honore euangelistæ nomẽ vulgatum non ponunt. Ipse (secundum hoc
Prou.18.c. quod scriptũ est *Iustus in primis accusator est sui*) Matthæum se & publicanum nominat: vt ostẽdat nullũ conuersum debere de salute diffidere cum apostolus & euangelista de publicano sit factus repente.

†& sequuti fuerant.

† Matt.9.b. Luc.5.f. b *Sequutus est eum.*

B BEDA. Lucas plenius. *Et relictis omnibus sequutus est eum.*

Luc.5.f. Sequitur. Qui vt pauperem Christum nõ tam corporis gressu quàm mentis affectu

† opus. possit sequi, omnia relinquit, sicut Matthæus qui non solum lucra vectigaliũ, sed etiam periculũ quod

† Mat.9.b. Luc.5.f. h propter imperfectas rationes accidere poterat à principibus seculi contemnit, cupidus sequendi. Qui enim exterius vocauit, vt mox sequeretur, intus accendit, &

† quo tempore. modum docuit. Meritò ergo qui obediendo humana contempsit negotia, diuinorum dispensator factus est talentorum.

C c *Et factum est dum.* BEDA. Lucas. *Fecit eis conuiuium magnũ Leui in domo sua.* Qui enim Christum intus recipit, voluptate delectatur vbertate,&

Luc.5.f. dominus libenter ingreditur,& in eius recumbit affectu. Hoc est spirituale conuiuium bonorum pauperum, quo diues eget, pauper epulatur.

d *Publicani.* Qui publica vectigalia exigunt, vel seculi lucra sectantes, qui exemplo publicani conuersi iam de salute præsumunt, nec vt Pharisæi calumniantur in vitiis permanentes, sed pœnitentes. Vnde enim,&c.

BEDA. Ad conuiuium peccatorum vadit: vt docendi occasionem habeat,& spirituales cibos impertiat. Eundo ad peccatores, domini humilitas ostenditur: in conuersione pœnitentium patet doctrinæ eius potentia.

BEDA. Per vocationem Matthæi fides gentium, quæ relictis lucris seculi, epulis charitatis & operum bonorum cum domino conuiuantur. Per pharisæorum supercilium, de salute gentium Iudæorum inuidia designatur, quibus dicitur: Publicani & meretrices præcedent vos in regno Dei.

e *Quare cum publicanis.* ✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Lex polluta omnia reiiciebat, Christi autem gratia malum in bonũ D cõuertebat. Neque enim Christus venerat vt Iudex, sed vt medicus. Quare quod medicorum ars & professio, deposcit, familiariter cum his agebat, qui sanationis egentes erant.

f *Non necesse.* BEDA. Si medicum dicit, qui miro medicandi genere vulneratus est propter iniquitates nostras, & liuore eius sanati sumus.

g *Et erant dis.* BEDA. Alij euangelistæ dicunt pharisæos & discipulos Ioannis hoc quæsiuisse. Hic videtur dicere, ꝙ alij quæsierũt quos eiusdem rei cura mouisset. Vnde colligitur hoc à pluribus fuisse obiectũ, à Pharisæis, E à discipulis Ioannis, à conuiuis, vel quibuslibet aliis.

Isa.53.b. † Mat.9.b. Luc.5.f.

BEDA. Discipuli Ioannis & pharisæorum ieiunãt, quia qui operibus legis gloriantur, vel (quod peius est) traditiones sequuntur hominum, vel etiam Christi præconium tantum aure, non cordis amore percipiunt, & spiritualibus bonis ieiuni corde tabescunt. Discipuli Christi nõ ieiunant, quia qui fideliter membrum Christi est, cor pore ipsius epulatur & sanguine alitur. Dominus cum peccatoribus manducat & bibit, sed ideo, quia illi abstinentia meritum auget, cui nulla potentia naturæ est. Dominus autem qui delicta F naturaliter delere potest, manducantes ieiunantibus potest facere puriores. Ieiunauit tamen Christus vt ieiunares: manducauit cum peccatoribus, vt gratiam cernẽs potestatẽ agnosceres.

Mysticè.

* ad pœuitentiam.

h *Nunquid poss.* Matthæus ita. *Nunquid possunt filij sponsi lugere, quandiu cum illis est sponsus, &c.* Sponsus Christus, sponsa ecclesia, Mat.9.d. de quo spirituali cõnubio apostoli creati sunt, qui lugere & ieiunare non possunt, quandiu sponsum cum sponsa vident. Quando transierint nuptiæ, ac passionis & resurrectionis tempus aduenerit, tunc ieiunabunt.

✠ VICTOR ANTIOCH. Nunc nuptiarũ, nunc vocationis nunc doctrinæ tempus est: nunc pueri educantur, nunc vocati lacte pascuntur, nullus nunc ieiunationi locus est. Dominus autẽ tempus quo in carne cum discipulis familiariter versabatur, nuptias vocat: quia omnem ægritudinem & molestiam secludere natum erat. Is enim iustam lugendi causam habet, qui bonum quod desiderat, non obtinet: siquidem optati boni absentia, sua natura affligere solet: expetitur namque eius fruitio. At verò qui præsenti bono iam potitur, is ab omni cura mœroreque solutus

☞ iure

a ¶ Oculis misericordiæ. b ¶ Additus. c ¶ Ad curam vectigalium, telos enim Græcè Latinè vectigal.

a præteriret ũidit Lẽui Alphei sedentem ad tẽlonæum, & ait 1
a ¶ Imitare. ¶ Pauper pauperem. Beda. ¶ Et fecit ei conuiuium quod Lucas dicitur.
illi: Sequere me. Et surgens secutus est eum. † Et factum est
cùm accumberet in domo illius, multi publicani & peccatores simul discumbebant cum Iesu & discipulis eius. Erant e-
¶ Pœnitentes.
nim multi † qui sequebantur eum. Et scribæ & pharisæi videntes, quia manducaret cum publicanis & peccatoribus, dicebant discipulis eius. † Quare cum publicanis & peccatori-
¶ Cum peccatoribus iustus.
bus manducat & bibit magister vester? Hoc audito Iesus, ait
¶ Magister pro discipulis respondit. ¶ Superbi, ¶ Humiles.
illis: Non † necesse habent sani medico, sed qui male habent.
a ¶ Ideo vos declino. b ¶ Vos qui tanquam iusti fugitis peccatores, qui vestram iustitiam statuentes, iusticiæ Dei non estis subiecti. c ¶ Qui se peccatores agnoscunt. Non per legem iustificari se videntes, Christi gratiæ colla submittunt, ideo ad peccatores declino.
Non enim veni vocare iustos, sed peccatores.* Et erant disci 2
a ¶ Causam sequentis quæstionis præmittit.
puli Ioannis & Pharisæi ieiunantes, & veniunt, & dicunt illi:
† Quare discipuli Ioannis & Pharisæorum ieiunant, tui au-
¶ Ideo. ¶ i. debent.
tem discipuli nõ ieiunant? Et ait illis Iesus: Nunquid possunt
¶ Apostoli. a ¶ Christi & ecclesiæ. b ¶ Christus. c ¶ Corporis præsentia. ¶ Non. d ¶ Quia.
filij nuptiarũ, † quà diu sponsus est cũm illis, ieiunare? Quan-
a ¶ Cuius pius proficit præsentia, quàm corporalis abstinentia.
to tẽpore habẽt spõsum secũ nõ possunt ieiunare. Venient
a ¶ Ascensionis. ¶ Passionis. b ¶ Corporaliter. c ¶ Bed. Tam à cibis quam à mundi amore.
autẽ diẽs cùm † auferetur ab eis sponsus, & tũc ieiunabũnt in

---

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *lorum murmuratio: secundò, eorum confutatio, ibi.* Hoc audito Iesus. *Circa primum dicitur.*

1 Vidit Leui Alphei sedentem ad telonæum. *Matthæus enim ante vocationem Leui vocabatur, & erat filius Alphei. Cætera exponantur sicut supra expositа sunt Matt. 9.*

2 Et erant discipuli Ioannis. *Hic describitur æmulatio Iudæorum contra Christum in discipulorum Christi argutione, volentium retorquere apparentem defectum (licet non existentem) discipulorum Christi in magistrum. Et ponitur duplex casus. Secundus ponitur ibi.* Et factum est iterum. *Primus casus est de hoc, quod arguebant discipulos Christi, eo quòd non ieiunabant sicut discipuli Ioannis & Pharisæi: sed Christus eos confutat: discipulos suos rationabiliter excusando, & expositio literæ patet ex his quæ dicta sunt Matth. 9. parum ante medium capituli.*

✠ Et fac.

MORALITER.

✝ ostendens quòd nullus debet eos despicere, ignorãs quid Deus de ipsis disposuit ordinare.

2 *Et erant discipuli Ioannis.* Per istos autem qui propter suum ieiunium se discipulis Christi præferebant, significantur hypocritæ, propter apparentiam suæ religiositatis alios contemnentes, di. illud Luc. 18.b. Non sum sicut cæteri hominum, rap. adul. &c. Sequitur ibidem. Ieiuno bis in sabbato, &c.

✝ Et fac.

☞ iure meritóque lætatur. *Cum auferetur ab eis sponsus.* Hoc est, quã-
A do is ad cœlos assumetur, qui ecclesiam sibi desponsaturus est. Si quidem priori nupta, hoc est, synagoga eiecta, facta est noua quædam desponsatio. Desponsatio autem nihil aliud est, quàm arrabonis datio. Arrabo autẽ qui hic interceſſit, est spiritus sancti gratia: per hanc enim & mundus credit, & piscatorũ cœtus terrarum orbem flexit, & in aliud vitę genus trãsformauit.

† immissu-ram panni nondum à fullone curari. Moraliter.

Beda. Quandiu sponsus nobiscũ est, in lætitia sumus, nec ieiunare possumus, nec lugere, cum verò pro peccato recedit & auolat, tunc ieiunium indicendum, tunc luctus multiplicandus.

† deterior

† Mat.12.a, Luc.6.a.

a *Nemo assument.* Beda. Discipulos,
B vestimenta vetera dicit, id est, adhuc carnales, necdum innouatos fidei firmitate: quibus si nouus pannus, id est, pars doctrinæ quæ ad nouã vitam pertinet assuatur, & ipsa quodammodo scinditur, cuius pars importunè traditur, quæ ad ieiunium valet ciborum, cum illa doceat ieiunare, non à cibis tantum, sed ab omni voluptate carnis.

Cauendum est doctori, ne animæ nondum innouatæ, sed in maliciæ vetustate perduranti, nouorum mysteriorum secreta committat.

✠ Victor Antiochenvs. Vos itaque qui priscis illis ritibus & consuetudinibus etiam non addicti obstrictique hæresis, Mosaica ieiunia meritò obseruatis. Isti verò qui vt noua antequam inaudita præcepta & leges hominibus tradunt, designati sunt, ad vestras ieiunationes hoc tempore cõpelli nõ debent. At suis nihilominus locis, vna cum cæteris virtutibus ieiunij quoque obseruantia & religionem ostensuri sunt. Non quod aliqua legis necessitate ad hoc adigantur, aut quod vestro more aut sensu veteribus ritibus adhuc insistendum arbitrabun
C tur, sed quod hoc medium veluti salutare & oportunũ, ad virtutis perfectionisq; studium suo postea tempore adhibituri sunt. Enimuerò inter eos qui in Moysi, & eos qui in lege gratiæ ieiuniis dant operam, hoc præter cætera interest, quod illi quidem ieiunia præfinita habebant, quæ explere obligabantur, etiamsi aliàs noluissent: hi verò virtutis amore liberáque voluntatis electione ieiunant, veriùs quam vlla legis coactione. Quod si verò quadragesimale vel aliud quodcunque ieiunium definitũ habemus, propter ignauos & negligentes, quo nimirum ij quoque officium faciunt, definitum habemus. Studiosi namque pietatique dediti, certo animi consilio, propensáque voluntate ieiunium illud persoluunt magis, quam vlla omninò legis aut præcepti vi impulsi.

Allegoricè Beda. Veste foris tegimur vino intus reficimur. Vestis bona opera quibus hominibus foris lucemus. Vinum, feruor fidei spei & charitatis, quo in conspectu Dei intus sensus nouitate reformamur.

b *Sed vinum no.* Erant autem noui, cum post ascensionem desiderio consolationis eius sperando & orando innouabantur: tunc tunc spiritum sanctum acceperunt, quo quasi nouo musto noui D vtres repleti sunt.

c *Cum sab.* Beda. Nota primò apostolos literam sabbati destruere contra Hebionitas, qui cum alios discipulos recipiant, Paulum quasi transgressorem legis repudiant.

d *Et vel.spi.* Esuriunt vt homines, præ turba manducandi spacium non habentes. Sed exemplum austerioris vitæ præbent, * eius non præparatas epulas, sed simplices quę †nouellum runt.

Beda. Discipuli Mysticè per sata transeunt, cũ * nouum prælati subditos pia sollicitudine circunspiciunt, & qualiter quemque ad fidem -iterum trahãt, sedulè perpẽdunt, quorum salutẽ esuriunt. Vnde Petro E interpretes esurienti oblatis quas esuriebat dapibus dictum † Nũquid est, *Surge Petre, occide* 1.Reg.21.a. *& manduca.* Et mira Matt.12.a. sacramenti concor- Act.10.b. dia: ibi mactari & manducari iubentur animalia hic spicas conuellunt discipuli: & secundum alios euã- Luc.6.a. gelistas manibus confricantes manducant: vnde. *Mortificate mẽ-* Col.3.a. *bra vestra, & exuite veterem hominem.* Aliter enim non transeunt in corpus Christi. Aliter doctorem sui profectus fructus nõ pascunt. Vellere itaq; spicas, est ab omni intẽtione terrena radicẽ mentis eruere. Fricare manibus, exemplis virtutũ à concupiscẽtia carnis quasi aristarum folliculis mentẽ exuere. Grana manducare, est purgatũ quemq; per prædicatorũ ora ecclesiæ incorporare. Hoc discipuli ante dominũ faciũt, quia præcedit sermo doctoris, subsequitur gratia supernæ visitationis. Et bene sabbatis: quia prædicatores pro spe quietis laborãt, & auditores admonent, vt à curis seculi feriantes, pro æterna requie laborent.

Moraliter Beda. Per sata cum domino ambulant, qui eloquia sacra domino obtemperantes meditantur. In satis esuriunt, cum in eis illa inuenire desiderant, quibus amplius accensi, amore Dei quasi Psal.33.b. pane pascantur: & hoc sabbatis: vnde Gustate & videte, quoniã F suauis est dominus. Vellunt spicas & cõterunt, quia testimonia scripturarum assumunt & perscrutantur, donec medullam dilectionis extrahant quæ sub vilitate literę quasi sub aristarũ horrore velatur. Hoc dominus sabbati probat, stulti defensores sabbati improbant, qui solam literæ superficiem diligunt, mentis refectionem nesciunt, requiem animarum non norunt: vnde & ait illis. *Nunquam legistis quid &c.*

✠ Victor Antioche. *Ecce discipuli, &c.* Obiiciunt hęc illi quia non expendunt legislatorem sua lege non teneri. Neq; enim quicquã est omninò, quod regi in suis legibus non liceat.

e *Nunquam leg.* Præ cæteris in mediũ adfert Dauidẽ, qui legis sanctimoniæ aduersatus videre potuit. Facit autẽ hoc eo cõsilio quo per honorẽ & reuerentiã quã Dauidi deferebãt, compescat impudentẽ sycophantiã, quam Apostolis malignè intentarunt. Quasi diceret, an non Dauidẽ legis seruitute obstrictũ memini stis? Ego autem etsi filius hominis dicat, sabbati dominus sum.

f *Sub Abiathar principe sacerdo.* Non te turbet quod alij dicunt Achimelech, ambo enim tunc illic aderant, Achimelech

☞ pater, &

a ¶ Ideo non ieiunant, quia. b ¶ Seueriora præcepta nouæ vitæ. c ¶ Apostolis veteri consuetudini deditis.

a illis diebus. Nemõ †assumentum panni rudis assuit vestimen
a ¶ Si assuit. b ¶ Repugnat noua vita veteri.
to veteri, alioquin, aufert supplementum * nouum à veteri,
a ¶ Quia si quid boni inerat, nimio quasi pondere pressum perit. b ¶ Spiritualia præcepta.
& † maior scissura fit. Et nemo mittit vinum † nouum in v-
a ¶ Apostolos. ¶ Non possunt pati, quia carnales adhuc. b ¶ Doctrina spiritualis memoriæ non commendatur.
tres veteres, alioquin dirum per vinum * vtres, & vinum ef-
¶ Qui habent perdunt. ¶ Spiritualis doctrina. ¶ Spirituales.
b fundetur, & vtres peribunt. Sed vinum nouum in vtres nouos
c mitti debet. † Et factum est iterum cùm sabbatis ambularet I
d per sata, & discipuli eius cœperunt prægredi, & vellere spicas. Pharisæi autem dicebant ei: Ecce quid faciunt
a ¶ Veterem historiam obiicit.
e discipuli tui sabbatis quod non licet. Et ait illis: † Nũn-
a ¶ In Nobe. b ¶ Fugiens Saulem.
quam legistis quid fecerit Dauid, quando necessitatem habuit, & esuriit, ipse & qui cum eo erant: quomodo
f introiuit in domum Dei sub Abiathar principe sacerdo-

NICOLAVS DE LYRA

✠ 1 Et fac. est ite. *Hic ponitur secundus casus, quia arguebant Christi discipulos, eo quòd euellebant spicas, & comedebant in die sabbati: sed Christus confutat eos excusando per scripturas vete. Te. Et patet expositio huius literæ ex dictis Matth. 12. in principio: hoc excepto quod hic additur.* a Sub Abia. *Et videtur hoc falsum: quia princeps sacerdotũ tunc erat Achimelech vt habetur 1.Reg.22. Dicẽdũ, quod Abiathar erat filius Achimelech, & tũc agebat sacerdotiũ sub patre, verũtamẽ magis hic exprimitur Abiathar quã pater eius Achimelech, quia interfecto Achimelech à Saule Abiathar fili⁹ eius fugit Dauid vt ibidẽ dicitur & fuit socius itineris & laboris ipsi⁹, & per consequẽs maioris nominis & auctoritatis fuerat quã pater eius propter quod hic exprimitur tacito patre.*

✠ NICO-

MORALITER

✠ 1 *Et fac. est ite. cũ do.* Per sata significantur sacri libri, in quibus sunt semina verbi Dei, Luc.8.b. *Semen est verbum Dei.* Igitur per sata discipuli cum Christo ambulant, cum sacras scripturas deuotè student & hoc fit sabbatis: quia studium hoc quietem exigit mentis. Spicas autem vellunt, cum ibidem vitæ panem inueniunt: sed tunc manducant, cum sibi per impletionem operis incorporant: & hæc refectio à malignantibus reprobatur, sed à Christo veraciter approbatur.

✠ MORA-

pater,& Abiathar filius:qui occiso patre à Saule, comes exilij Dauid factus est,&eo regnãte summus pontifex maioris nomi- A
1.Reg.21.a nis quàm pater:& ideo dignus cuius dominus mentionem faceret,quasi summi sacerdotis,etiam patre viuente.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Sunt qui Achimelechum binominem extitisse existiment, adeóque hunc eundem esse cum illo:alij Regum libros Achimelichi tanquam simplicis sacerdotis meminisse respondent,Abiatharem autem per idem tẽpus pontificem, hoc est, summum sacerdotẽ fuisse. Et huic sententiæ fauet scripturæ contextus. Neque enim Achimelichum pontificem, sed sacerdotem pluréſq; alios sacerdotes,Saulis iussu trucidatos asserit.

B 2 *Panes propo.*BEDA. Quasi dicat.Si Dauid & Achimelech à nobis non reprehenduntur,sed pro fame excusantur, cur in his causam improbatis quam in cæteris probatis? quamuis sit magna distantia hi spicas confricant, illi panes Leuiticos comedunt:& accedebat sabbato neomeniarum dies quando in conuiuio requisitus fugit ex aula regis.

BEDA.Figuratè, quod Dauid & pueri eius panes sanctificatos tos comedunt significat sacerdotalem cibum in vsum transitu- D
rum populorum:quia omnes sacerdotum vitam debemus imitari,& omnes filij ecclesiæ sacerdotes sunt, inuncti in sacerdotium sanctum,offerentes seipsos spirituales hostias Deo.

b *Et dedit eis.* Hoc sequutus. *Misericordiam volo, & non sacrificium*: melius iudicauit à famis periculo homines liberare, quàm sacrificium offerre. Hostia Deo placabilis,hominum salus. Hosee 6.b. † etiam iis

c *Homo pro.sab.*BEDA. Ita sabbatum custodiri præceptũ est, vt si necessitas fuerit, non sit reus qui violauerit.Sabbato circuncidi non est prohibitum,quia necessariũ. Iosue muros Iericho septẽ diebus circumit.Machabæi in sabbato pugnant. Quod non est licitum in lege,necessitas licitum facit. Sic & hodie in ieiuniis, si quis ieiunium fregerit ægrotus, reus non tenetur. Iosue 6.a. 1. Mac.2.c. E

d *Itaque dom.*Quasi dicat.Si Dauid rex & sacerdotes (secũdũ alium euangelistam)propter templi ministerium sabbatum violantes,crimine carent?quantò magis filius hominis verus rex& sacerdos: & ideo dominus sabbati in sabbato vulsarum spicarum crimine non tenetur reus? Mat.12.a.

a tum, & panes propositionis manducauit quos non licebat
¶ Et leuiticos. ¶ Achimelech.
b manducare nisi sacerdotibus & dedit †eis qui cum eo erant?
a ¶ Aliter probat idem. b ¶ Beda,ideo solus hominis prima custodia sabbati,prout hominis vtilitas exigit.
Et dicẽbat eis: Sabbatum propter hominem factum est, &
c non homo propter sabbatum.Itaque dominus est filius ho-
d minis etiam sabbati.

CAP. III.

Cap.12. a *T introiuit,&c.* ✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Lucas cæteris adiungit docendi gratia in synagogam venisse:tum sanitate potitum dextram manũ aridam habuisse.Matheus autem de miraculo hoc ita scribit. *Quis erit ex vobis homo, qui habet ouem vnam, si ceciderit hæc in sabbatis in foueam nonne tenebit & leuabit eam?* Omnia hæc summo consensu probant,humanæ salutis causa, corporale sabbatum soluere nefas non esse. Neque enim ex diuinis tantum scripturis Dominus id euincit sed oppositum statuentes, euidentibus planéque inuictis rationibus refellit, adeóque miraculum ab omni prorsus crimine,siniſtráque suspitione alienum esse ostendit.

†Mat.12.a. Luc.6.b. C

b *Manum ari.*BEDA. Quæ ad fructum vetitum extensa est, à bono opere aruit,per manus Christi in cruce extensas, bonorum operum succis restituta.

Isa.4.e. HIERO.Homo iste significat auaros, qui nolentes dare,volunt accipere,prædari & non largiri:quibus dicitur vt extendãt manus suas, id est, qui furabatur iam non furetur magis autem laboret operans manibus suis quod bonum est,vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti.

c *Et obseruabant.*BEDA.Quia discipulos probabiliter excusauerat:ipsum obseruant, vt si in sabbato curet, transgressionis: si non curet,crudelitatis aut imbecillitatis arguant.

d *Licet sabbatis be.*BEDA.Arguit,q̃ legis præcepta praua interpretatione violant, æstimantes in sabbato à bono feriandum, cum lex dicat:*Omne opus seruile non fa.in eo*,id est,peccatum.Hoc præcepto figuratur,quia qui per sex sæculi ætates bona fecerint in septima à malis, tantum feriabunt. Non enim erit ociosus boni operis fructus, in laude Dei quiescere. Leui.23.a.

CAPVT III

a ¶ Vbi maius donum scientiæ ibi maius periculum culpæ.

a I Tintroiuit iterum in synagogam,& erat ibi ho-
¶ Genus humanum.
b mo habens manum aridam:&obseruabant eum
¶ Calumniam præuenit.
c si sabbatis curaret * vt accusarent illum. Et ait
¶ Vt ab omnibus videatur.
homini habenti manum aridã. Surge in medium.Et dicit eis:
¶ Hominem curare an non.
d e † Licet sabbati benefacere, an malè: animam saluam 2 3
illis tacentibus,similitudinem præposuit de oue,& conclusit quòd licet sabbato benefacere.Et sic circunspiciens.

Matthæus dicit illos interrogasse:Marcus & Lucas,interrogatos fuisse. Sed illi prius interrogauerunt:&Iesus cognita nequitia eorũ,statuit in medio eorũ sanandum,&interrogauit: quod Marcus & Lucas dicunt. Et tunc Matt.12.a. *eum F

✠ PET.CHRYSOL.Ad infamiã iudicis & nequitiã cognitionis,quęritur de cura crimẽ,de pietate accusatio,reatus de virtute,de salute suppliciũ.Sed mirũ non est,semper offendũt bona malos,pia impios,sancta profana,obseruabant solliciti sacerdotes sabbatis,non si peccaret,sed si curaret,vt accusarent eum. Amatores criminum inuigilant,insidiantur in acccusatione virtutum:quasi contra salutem nõ pro salute sabbatũ fit prouisum. Sermon.32.

✠ VICTOR ANTIOCHE.Marcus & Lucas Dominũ ex Pharisæis id scisciatũ scribunt.*Licet ne sabbati,&c.*Mathæus autẽ Pharisæos,liceret ne sabbati curare ex illo interrogasse narrat.

e *Ani.*BEDA.Hominẽ totũ p partẽ significat.Vel q̃a ꝓpter animã hoc faciebat vel q̃ hæc manus sanatio, aĩæ salutẽ significat.

☞ *Perdere.*

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. III.

✠ 1 IT introiuit iterũ.*Hic ponitur quartus casus de sanatione habentis manũ aridã. Vbi primò ponitur Iudæorũ insidiatio:secundò,eorũ confutatio,ibi.*Et ait homini,*tertiò,eorum obstinatio, ibi.* Exeuntes autem. *Expositio primarum duarum partium patet ex dictis Mat.12.vbi casus iste pleniùs ponitur,hoc excepto,quod subditur hîc.*

2 Licet sab.benefa.*Circa quod sciendum,quod aliqui sunt actus boni in genere entis,qui tamen ex se non habent bonitatem in genere moris,sicut ædificare domum vel huiusmodi, & talia non erãt licita in die sabbati sabbati.Alij autẽ sunt actus boni in genere moris secũdum se,sicut sunt opera virtutum,& talia licita sunt in die sabbati: de quibus erat sanatio manus aridæ,quia erat opus pietatis,& cum hoc erat ad gloriã Dei manifestandam inquantum fiebat miraculosè: & ideo de talibus nulli debet esse dubium,quin possint fieri in die sabbati,non solum licitè, sed etiam laudabiliter:& hoc est quod dicitur:*Licet sab.benef.*Quasi dicat certum est omnibus quòd sic.*

3 Animam saluam face.*Id est, hominem curare. Et accipitur hîc anima pro ipso homine:quia est principalior pars hominis. Et per talem modum loquendi dicitur Exod.1.a. Omnes animæ quæ egressæ sunt de femore Iacob,&c.*

✠ At illi

MORALITER.

✠ 1 *Et intr.iterum ha.man.ari.* Per manum quæ est organum organorum,vt dicitur 3.de anima,conuenienter intelligitur opus meritorium:& ideo manus est arida,quæ est ad hoc opus inualida, sed cum ad verbum Christi surgit per gratiam, tunc manum extendit ad sanctam operationem.

✠ *Exeun.*

a *Perdere.* BEDA. Non quòd summè pius quemquam possit perdere,sed eius non saluare est perdere.Sicut dicitur indurasse cor Pharaonis,non quòd obdurauit,sed obduratum non emolliuit.

Vbi supra. b *Et circumspiciens.* ✠ PETRVS CHRYSOLOGVS.Circumspiciens dixit, non conspiciens, id est, non tantum faciem vt homo intuens,sed vt Deus corpora,corda, mentes, sensus, præterita, præsentia contemplatus. Circumspiciēs eos cum ira contristatus irascitur vt Dominus, contristaturvt parēs, dolet vt homo intuetur vt Deus. *Extende manum tuam.* Agnouit pœna iudicem, opus Deum, indulgentia prodidit conditorem.

† occidere.

†illius sana vt altera.

† Mar 12.b Ioan.10.g.

† Mar.4.d. Luc.4.g.

c *Extende manum.* BEDA. MORALITER. Infructuosa debilitas animæ, nō meliuscuratur quàm eleemosynæ largitione.vnde: *Qui habet duas tunicas,det vnam non habenti:& qui habet escas,similiter faciat.* Et in ecclesiast:co. *Fili, non sit manus tua porrecta ad capiendum & ad dandum collecta.* Frustra enim in oratione manus ad dominum expandit,qui eas ad rogantem viduam non extendit.

Luc.3.b.

Eccle.4.d. d *Et resti.est ma. illi.* Magnum studium nequitiæ in crimen reputant,quòd ad verbum illius sanata est manus. Neque & sabbato potest conuinci laborasse,qui dixit & facta sunt:cum ipsi in sabbatis cibos portent, calices porrigant, & cætera victui necessaria.

e *Exeuntes autem.* Qui per se non possunt socios iniquitatis quærunt. D

f *Cū Hero.* Ministri Herodis propter inimicitias quas ipse aduersus hominē exercebat,Iesum insidiis & odiis persequebantur quem Ioannes prædicabat.

a ¶ Non audentes respondere. ¶ Quasi incredulitati illorum irascens.

a facere,an † perdere? At illi tacebant. Et circumspiciens eos 1 2
b cum ira contristatus super cæcitatem cordis eorum,dicit ho
¶ Ilico.
c mini.Extende manum tuam.Et extendit & restituta est ma-
a ¶ Hiero.Similis similem quærit. b ¶ Quia soli non possunt.
d nus † illi. † Exeuntes autem statim phārisæi, cum Hero- 3
a ¶ Gens sine consilio. ¶ Magna insania,qui salute indigent,de nece Saluatoris conciliantur. 4
b ¶ Quia ratione vincuntur mortem machinantur.
e dianis cōsilium faciebant aduersus eum † quomodo eum
¶ Ideo. a ¶ Medicus cecidit. insano populo. b ¶ Odientibus cedit,amantibus accedit.
f perderent. Et Iesus cum discipulis suis secessit ad mare, 5
¶ Rota. ¶ Confessio.
g † & multa turba à Galilæa & Iudæa secuuta est eum, &
¶ Visio pacis. ¶ Sanguinea. ¶ Aliena discensio.
h ab Ierosolymis, & ab Idumæa & trans Iordanem, &
¶ Angustia. ¶ Venatio piscis.
i qui circa Tyrum & Sydonem, multitudo magna, audientes
¶ Beda.Opinione virtutum. ¶ Ideo.
quia faciebat,venerunt ad eum.Et dixit discipulis suis, vt in 6

✠ THEOPHYL. Allegoricè. Horū etiā meminit Epyphanius lib.1.hęres. & Tertull. lib. de præscript. Herodiani dicuntur milites Herodis. Hęresis namque noua surrexerat, quæ Herodem Christū esse dicebat. Prophetia enim Iacob innuebat, quod quādo deficerēt principes de Iuda, tunc Christus veniret. Et quia Herodis tēpore nullus † vt supererat Iudaicorū principū,sed ipse solus regnabat, quidā putauerunt ipsum esse Christum & hęresim constituerunt. E

g *Sec.* Fugit vt homo,quia nōdū venerat hora eius, & passionis eius extra Ierusalē non erat locus.

BEDA.De synagoga secedit ad mare &c.Iudæam relinquit ad gentes,venit cum discipulis scilicet prædicantibus apostolis corda gentium adiit:& sic multos ad se venientes suscepit,& desideratam salutem dedit:vnde aptè subditur: *& dixit dis. suis.* Allegoricè.

h *Et mul.tur.* BEDA. Magistri plebis & ministri regis odio persequuntur: vulgus indoctum dilectione sequitur,& plurimi sanari merentur.

i *Qui circa Tyrum,&c.* ✠ THEOPHYLACTVS.Tyriis & Sydoniis tametsi essent allophyli proderat. Cognati autem eius eum persequebantur:adeò nulla à genere prouenit vtilitas, nisi

☞ simul

NICOLAVS DE LYRA

✠ 1 Ait illi ta.*Non potentes contradicere verbis eius, nec tamen volentes confiteri veritatem.*

C 2 Et cir.eos.*Propter eorum cæcitatem & maliciam. Ad maiorem intellectum huius dicti quæritur,vtrum ira fuerit in Christo? Arguitur primò quòd non,quia non est nisi duplex ira secundum doctores catholicos scilicet ira per vitium,& ira per cœlum,sed neutra fuit in Christo ergo &c.Probatio minoris:quia Greg. dicit mora. quòd ira per vitium excæcat oculum mentis,ira per cœlum ipsum turbat: sed oculus mentis in Christo non fuit excæcatus nec turbatus:ergo,&c.Item ira opponitur*

Philosoph. *mansuetudini,vt habetur 4.Ethic.sed Christus fuit maximè mansuetus ergo ira in ipso non habuit locum.Contrarium dicitur in litera.* Et circunspiciens eos.*Dicendum quòd ira est appetitus vindictæ propter illatā iniuriam sibi vel alteri,vt habetur 2.Rhetoricæ. Talis autem vindicta potest appeti præter ordinem rationis, & sic est vitiosa: & vocatur ira per vitium.de qua dicitur Iacob 1.c.* Ira viri iusticiam Dei non operatur.*Alio modo potest appeti secundùm ordinem rectæ rationis: & hoc est laudabile, secundùm quòd dicitur Psal.57.b.* Lætabitur iustus cum viderit vindictam,&c.*Istud enim laudabiliter appetitur de quo quis iustè lætatur & talis ira est per cœlum,secundum quod dicit Augu. super Ioan.2.Zelo domus Dei comeditur,qui omnia peruersa quæ videt emendare cupit:& si emendare non potest, tolerat & gemit:& talis ira fuit in Christo,vnde Ioan.2.illud Psal.68.b.*Zelus domus tuę comedit me *introducitur tāquam dictum de Christo.Ad primum dicendū,quod ira per zelum in nobis aliqualiter bene turbat oculum mentis, quia potentiæ animæ sic se habēt,quòd vna intensa in actu suo alia remittitur. Et ideo motus iræ qui est in irascibili parte quamuis sit moderatus ratione,impedit intellectum à contemplatione veritatis:& sic dicitur turbare oculum mentis.Talis tamē turbatio non est peccatum,veruntamen in Christo non habuit locū:quia virtute diuina quælibet potētia permittebatur agere illud quod erat sibi proprium,ita quòd vna non impediebat aliam in actu suo.Et ideo sicut gaudium fruitionis in anima Christi non impediebat dolorem passionis in parte inferiori,sic è conuerso motus iræ in parte inferiori in nullo impediebat actum mentis siue rationis. Ad secundum dicendum,quòd ira quæ est præter rationem opponitur mansuetudini,non autem illa quæ est moderata ratione,quia de ratione mansuetudinis est,quod faciat talem moderationem.* F

3 Exeun. au. *Hic describitur Iudæorum obstinatio, quia nec verbis Christi nec factis resilierunt à malo suo: sed magis obstinati sunt incipientes machinari in mortem Christi.*

4 Cum Herodian.*Hoc exponitur dupliciter:quia dicunt aliqui, q̄ isti Herodiani fuerunt quidā Iudæi,fingentes quandam sectam nouā,dicentes de Herode Ascalonita,quod erat Meßias, moti ex falso intellectu illius quod dicitur Gene.49.b.*Nō auferetur sce.de Iuda: *vbi dicitur, q̄ ablatio regni à tribu Iuda erat signū aduentus Meßiæ.Iste autem Herodes obtinuit regnum illud,cum tamē esset alienigena, quia pater eius fuit Idumæus,secundum q̄ dicit Iosephus & alij historiographi. Et quia Meßiam promissum illi intelligebant regnare temporaliter, nec videbāt alium regnare tunc in Iudæa,nisi Herodem,ideo dixerunt eum esse Messiam:cum tamen prophetia Iacob prædicta esset secundum veritatem intelligenda de Christo,qui natus fuit tempore dicti Herodis, vt habetur Matth.2.a.Isti igitur habebant occasionem persequendi Christū,eo q̄ ipsum esse Christū sicut erat secundum veritatē,erat contrariū sectæ suæ. Alij autem dicunt,q̄ isti Herodiani erāt milites Herodis Antipæ,qui fuit filius prædicti Herodis& dominabatur in Galilæa, non sicut rex, sed vt Tetrarcha,vt habetur Luc.3.Et iste incarcerauit Ioannē,ex quo habebat aliquam occasionem persequendi Christū quem prædicauerat Ioannes. Et ex his patet malicia phariſæorum qui cum peruersis hominibus tractabant consilium ad perdendum Christum.*

5 Et Iesus.*Hoc expositum est Mat.12.*

6 Et dixit Iesus discipulis suis,&c.sibi deser.*Infirmitatem ostendens in se carnis.*

✠ Quot

MORALITER.

✠ 3 *Exeun.autem.*Per phariſæos qui diuisi interpretantur,discoli qui dissensiones faciunt,significantur.Per Herodianos autem superbi, superbi,quia glorioſi in pellibus interpretantur. Isti verò consilium faciunt contra Iesum,qui cum humilibus & charitatem habentibus commoratur:& ideo recedit ab eis se elongando, & humiles eum sequuntur,& à Deo salutem consequuntur.

✠ *Et ascendentes*

simul & boni mores adsint. Et alienigenæ quidem à remotis locis ad eũ veniunt: Iudæi autẽ cũ ad ipsum venissent, insectãtur.

a *Nauicula.* Ecclesia de gentibus cógregata fluctus sęculi mente transgressa: quæ quantò sinum cordis gratiæ recipiendæ dilatat, tantò fluctus seculi securius calcat.

b *Ne compri.* Comprimunt, qui ecclesię pacem turbant. Tangunt, qui fidem vero corde & dilectione susçipiunt qui tetigere sanati esse perhibentur: fugiens comprimentes nauiculã ascendit.

c *Et spir. im. &c. di.* BEDA. Vterque & plagas habentes, & immũdi spiritus. Sed infirmi pia intentione salutis: dæmoniaci, vel potius in eis dęmones: non solum timore coacti ad procidendum, verumetiam ad confitendum maiestatẽ eius.

a ¶ Ecclesia de Gentibus congregata. b ¶ Discordes.

a b nãuicula sibi deseruirent propter turbam, ne comprimẽrent.

a ¶ Ideo confluebant.

eum. Mũltos enim sanabat, ita vt irruerent in eum, vt illum

¶ Fideles.

c tangerent quotquot habebant plagas. Et spiritus immundi 1

¶ Dæmones. 2

cùm illum videbant procidebant ei, † & clamabant dicen-

a ¶ Peccatori dixit Deus. Quare tu enarras iusticias meas, &c. b ¶ Dæmonibus & curatis.

d tes. Tu es filius Dei. Et vehementer comminãbatur eis, ne 3

a ¶ Deum esse ne differretur passio. b ¶ Gratia. ¶ Non meriti, sed diuinæ gratiæ est. 4

e manifestãrent illũ. † Et ascendẽs in montẽ vocauit ad se quos 5

a ¶ Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. ¶ Libero arbitrio. b Vt ter quaterni fidem charitatis per quatuor partes orbis prædicarent, vnde ab oriente portæ tres, ab aquilone portæ tres, ab austro portæ tres, ab occasu portæ tres.

f vŏluit ipse: & venerũt ad eũ. Et fecit, vt essent duodecim † cũ †

illo, & vt mitteret eos prædicare. Et dedit eis potestatem cu- †

g randi infirmitates, & eiiciendi dæmonia. † Et imposuit. Si- †

† Mat. 10. a

B

Præsentia enim eius perterriti, quem filiũ Dei esse iamiámque nouerant, celare non poterant. Saniores Arrianis, qui etiam hodie negant filium Dei esse.

d *Ne manifestarent.* BEDA. Non solùm dæmones, qui inuiti, vel ab eo sanati, qui sponte confitentur: sed & apostoli toto orbe post passionem prædicaturi, ante passionem tacere iubentur, ne diuina maiestate prædicata passio differretur, & sic salus mundi.

e *Et asc.* BEDA. Postquam immundos spiritus se prædicare prohibuit sanctos elegit, qui eum prædicarent, & nefandos spiritus eiicerent.

Mons iste significat altitudinem iusticiæ, quæ instruendi, & quam prædicaturi erant, per locum admonet ad cœlestia erigi, sic & legem in monte dedit.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Ecclesiæ duces & pastores admonere per hoc voluit, vti prius in oratione per noctent, quam illis manus imponant, quos ad sacrorum ministerium consecrare deliberatum habẽt: ne fortè eiusmodi promo

C tio frustra cadat. Ille enim qui omniũ corda vt Deus, explorata habebat, non absque iudicio Apostolorum delictum habuit. Et si interim quo palam fieret, non ipsam hominum naturã, in causa esse vt alij saluentur, alij peccant: sed liberam vniuscuiusque voluntatem, Iudam Iscariotam, sciens volénsque in Apostolum asciuerit. Vnusquisque enim seipsum vita vel interitu dignum declarat.

HIERO. Consuetudo diuinæ scripturæ est allegoricè loqui: sed nos sic excelsa sensibus nostris applicemus, vt historiæ veritatem cernamus. Christus enim solus spiritualiter mons est, cœlestium rerum qualitate copiosus, ex quo fluunt aque viuæ, & quidquid summè bonum creditur, in hoc fundatur qui est mõs omnium montium, & sanctussanctorum, quos quotidie ad se inuitat. In montem vocantur excelsi & meritò & verbo, vt locus congruat meritis altis.

f *Vt essent duodè.* Speciem Iacob dilexit Deus cum videret excelsus gentes, & separaret filios Adam. Statuit terminos populorum iuxtà numerum filiorũ Israel, vt sint super thronos duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Quibus data est potestas, quam filius accepit à patre secundum carnem, vt opera quæ ipse fecit & ipsi faciant, & maiora horum facient. Ioan. 14. b.

D

BEDA. Dedit etiam potestatẽ mortuos suscitandi, sicut Matthæus dicit, vt Mat. 10. a. virtus ostensa fidem verbo daret, & noua facerent qui noua prædicabant: nunc autem quia numerus fidelium creuit, multi vitam virtutum tenent, & signa virtutum non habẽt: quia E frustra foras miraculũ ostenditur, si deest † secum qui intus operetur: quia linguæ in signũ †Mat 10. a. sunt non fidelibus, Luc. 6. a. sed infidelibus. † Luc. 4. g.

g *Et imposuit.* BEDA. Non modo primum, sed cum adducto ab Andrea dixit. *Tu vocaberis cephas, quod interpretatur Petrus.* Sed Ioan. 1. f. hic euangelista te attentum reddit dicens, quòd eum dominus sic cognominauerit. Aliter enim putares sic vocari casu, non prouidentia Dei. Voluit autem eum Deus prius alio nomine vocari, vt ex mutatione nominis viuacitas sacramenti notaretur Græcè vel Latinè Petrus, quod Syriace cephas: & in vtraque lingua à petra dictum: de qua: Petra autẽ erat Christus. Sicut enim 1. Cor. 10. b à Christo luce lux mundi vocantur apostoli, sic à petra Petrus. Simon ponens mœrorem negationis scilicet viuo domino post Ioan. 21. f. resurrectionem. Vel audiens tristiciam mortis scilicet cum ei dicitur. *Alius te cinget & ducet quo tu non vis.*

HIERO. *Et impo. Simoni nomen Petrus.* De obedientia ascendit Infra. 4. e. ad agnitionem. Qui enim habet dabitur ei, & abun.

✠ VICTOR ANTIOCH. Ne quis casu aut temerè Apostolos electos putet, Euangelista singulorum nomina ordine re F censet, dicit autem Simoni imposuisse nomen Petri, quo nimirum nomen rem ipsum anticipet. Quia enim Dominus supra petram, hoc est, supra infractam sanámque Petri doctrinam, incõcussamque eius fidem, ecclesiam suam ædificaturus erat, ob id prophetico spiritu Petrum illum appellat: filios autem Zebedæi Iacobum minorem & Ioannem, Boanerges, hoc est, filios tonitrui vocat, siquidẽ diuina illorum prædicatio magnũ quendam & illustrem sonitum, per terrarum orbem datura erat.

Et Iacobum. Qui supplantata habet desideria carnis. Et Ioannem, qui gratia accepit quod alij per laborem. *Et impo. eis no. Boaner. quod est filij toni.* Quorum sublime meritum in monte meretur audire tonitruum patris per nubem de filio tonantis. *Hic est* Matt. 17. a. *filius meus dilectus*, vt per nubem carnis & ipsi Christi ignem ac fulgura in pluuiam spargerent in terris: quoniam dominus in Psal. 134. b. pluuiam fulgura fecit, vt extinguat misericordia quod iudicium exurit: vnde. *Misericordiam & iudicium cantabo tibi do-* Psal. 100. *mine.*

☞ *Iacobum.*

NIÇOLAVS DE LYRA

✠ 1 Quotquot hab. pla. *Id est, infirmitates varias.*

2 Et spiritus immundi. *In hoc ostendebat virtutem suæ deitatis: vtrumque enim necesse est confiteri fuisse in Christo, scilicet infirmitatem carnis, & potentiam deitatis, & ideo vtrumque manifestabat Christus in operibus suis.*

3 Tu es filius Dei. *Coniecturaliter loquebantur.*

4 Et vehementer comminabatur eis. *Cuius causa assignata est supra in primo capite.*

5 Et ascendentes in montem vocauit ad se. *Postquam descripta* Diuisio *est Christi prædicatio per seipsum tantum, hic consequenter describitur eius prædicatio etiam per apostolos, & primò, describitur potestatis collatio, secundò, dicta collationis exequutio 6. ca. ibi.* Et vocauit. *12. Circa primum, primò potestas confertur, secundò, dubium remouetur, ibi.* Et veniunt ad domum. *Circa primum describitur electio apostolorum, & numerus, & nomina eorum, & potestas eis collata: & patet sententia ex his quæ dicta sunt Matt. 10. hoc excepto.*

✠ Boanerges

MORALITER.

✝ 5 *Et ascendens in montem.* Per hoc autem quòd apostolos instituit in monte, significauit quòd episcopi qui sunt apostolorum successores, in superiori gradu sunt ecclesiæ: vnde dicuntur ab Epi quod est supra, & Scopos intentio, quia supra gregem dominicum debent intendere, vt eum dirigere valeant ad superna.

† *Et*

† *Et fecit vt essent duod.* Ad significandum, ꝙ quilibet eorũ, per quatuor partes suæ diocesis fidem trinitatis debent prædicare: duodecim enim consurgũt ex ductu quaternarij per ternarium.

† *Et dedit eis. po.* Curandi infirmitates peccatorum.

† *Et eiiciendi dæmonia.* Id est, excommunicandi superbos & rebelles de ecclesia.

a *Iacobum.* Qui curam carnis domino vocante supplantauit,& ipsam carnem Herode trucidante contempsit.

b *Ioannem.*BEDA.In quo est gratia,vel domini gratia,qui ob amoris præcipui gratiam quam virginali gloria promeruit, supra redemptoris sui pectus in cœna recubuit.

c *Filij.*BEDA.Quorum vnus intonans, vocem theologam (quam nemo prius edere nouerat) emisit: *In principio erat verbum, &c.* Quam tanto ponderegrauidam reliquit vt si aliquanto plus intonare voluisset, nec ipse mundus capere potuisset.

d *Et Andream.*HIERON. Qui viriliter vim facit perditionis suæ vt responsũ mortis sẽper in se habeat & animã semper in manibus suis.

e *Et Philip.*HIERON.Qui os lampadis est,qui illuminat ore quod accepit cui datum est opus oris illuminati.Hoc loquutionis genus sæpe scriptura commemorat, quando nomina propter mysteria sunt posita,quod nunc euangelista,ex Dei persona vehementer affectans interserit.

e *Et Bartho.*HIERON.Qui est filius suspendentis aquas illius scilicet qui dixit. *Mandabo nubibus meis ne pluant.* Nomen verò filij Dei per pacem & dilectionem acquiritur.Beati enim pacifi.quoniam fi.d.v.Et diligite inimicos vestros vt sitis filij Dei.

f *Et Matthæum.*Qui est donatus:cui non solum remissio peccatorum, sed etiam in apostolorum numero esse datur, vt leo & bos simul comedant:& lupus cum agno.

Nota,quòd alij euangelistæ Matthæum præponunt,& publicanum non dicunt.Ipse post Thomam se ponit,& publicanum: se dicit.

g *Et Thomam.*HIERO.Qui est abyssus.Multi enim profunda sciunt,sed non proferunt.*Vnde scio hominem in Christo &c.* vsque: quæ non licet homini loqui.

BEDA.Thomas abyssus: quia altitudinem virtutis in resurrectione penetrauit. Vel geminus Græcè, quod dicitur dydimus,id est,dubius propter dubium cor,quia resurrectionem vix credidit.

h *Et Ia.Al.*Id est,docti vel millesimi cuius à latere cadent mille,& decem milia à dextris tuis. HIERON. Iacobum Alphæi, cui non est colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes po.te.&c.

BEDA. Iacobum Alphæi,qui & frater domini dicitur: quia Maria Alphæi fuit Soror matris domini quam Ioannes Mariam Cleophæ dicit fortasse,quia idem Alphæus & Cleophaz. Vel defuncto Alphæo post natum Iacobum Cleophæ nupsit. Qui merito filius Alphæi, id est, docti inde enim post resurrectionem:statim Ierosolymorum ordinatur episcopus,tanquam doctus vel docti filius.

i *Tadæum.*Custos cordis:Hunc Lucas in euangelio,& in actibus apostolorum Iudam Iacobi nominat, quia frater Iacobi fratris domini.Vnde d citur filius Mariæ matris Iacobi & Ioseph & Iudæ & Simonis.

HIERO.Et Tadæum qui est corculus, id est, Cordis cultor qui seruat cor suum omni custodia. Mundicia namque cordis videtur Deus vt per vitrum mundum.

k *Et Simonem.* BEDA. Simon Chananæus à chana vico Galilææ, qui & Simon zelotes, id est, æmulator. Chana zelus: chananæus Zelotes.

l *Et Simon Chananæum.*Qui & Zelotes Simon ponens vel habens tristiciã. Beati namq; qui lugent, quoniam ipsi. con. Trinum luctum implet qui consolationem quærit futurã. Deflet ꝓpria peccata cum Dauid & Maria: Cum Paulo flet cum flentibus. Et flẽt multum cum Ioanne qui dicebat.Et ego flebam multum:quia nemo dignus inuentus est qui ape.li.& sol fig. eius. Zelotes autem dicitur quem comedit Zelus domus Dei,vt Phinees:& cessauitquassatio.

m *Et Iudam,sca.* Qui non delet peccatum suum per pœnitentiam,nec illud deletur per memoriam. Vnde *& peccatum matris eius non deleatur. Fiat contra do.sper.*

Iudas confitens vel glorioſus , Scarioth memoria mortis. Confessores multi sunt in ecclesia superbi & glorioſi quorum primus Simon magus,& alij hæretici,quorum memoria mortalis in ecclesia celebratur:vt deleatur.

HIERO.Iudas Scarioth à vico in quo ortus,aut à tribu Isachar.Isachar merces,precium scilicet perditionis:Scarioth memoria mortis,quia non repente,sed præmeditatus Deum tradidit.Hic prouidè inter apostolos eligitur,quia magna vis veritatis quam nec aduersarius minister infirmat. Voluit dominus prodi à discipulo,vt tu à socio proditus modestè feras,tuum errasse iudicium tuum perisse beneficium.

HIERO.Hi enim apostoli circa tabernaculum domini per quadrum terni excubant,& sancta domini verba propriis operum humeris portant,vt tabernaculum vnum mansionibus multis ad terram promissionis portent,quos vnius exemplum ad timorem humiliat,vt angelos luciferi casus, vt non glorietur sapiens in sapientia sua,sed qui gloriatur in domino glorietur.

n *Et veniunt,&c.*BEDA.Qui aliorum curam susceperunt,sollicitè custodire debent conscientiæ donum , vt se prius , inde alios regant.

HIERO.Domus in qua conueniunt,primitiua ecclesia est. Turbæ quæ impediunt panem manducare,peccata & vitia sunt quia *qui manducat corpus domini indigne, iudicium sibi manducat & bi.non di.c.d.* Vnde dominus in furorem vertitur cum dicit. *Nisi manducaueritis carnem filij hominis & bi.e.s.n.h.v.*

o *Et cum audis &c.* Turba frequentat eum,sui tanquã furiosum despiciunt,in quo salus gentium notatur , & inuidia Iudæorum reprobatur de quibus:*In propria venit & sui eum non receperunt.*

VICTOR

NICOLAVS DE LYRA.

1 Boanerges &c.fil.tonit.*Sic enim vocati sunt à Christo : quia in transfiguratione Christi audierunt verbum Dei patris dicentis de Christo.*Hic est filius eius dile.&c. *Quod quidem verbum vocatur tonitruum secundum illum modum loquendi Iob.26.d.Cum vix paruam stillam sermonis eius audierimus , tonitruum magnitudinis illius quis poterit intueri?*

2 Et ve.*Hic consequenter remouetur dubium.Ex hoc enim , ꝙ contulerat potestatem prædicandi apostolis , posset aliquis credere , quòd in persona propria vellet à prædicatione cessare : quod remouetur per hoc quòd feruentius prædicauit quàm prius.Et iste feruor primò ostenditur in generali,secundò in speciali se.ca.Adhuc circa primum dictus feruor primò ostenditur.secundò,irrationabilis loquutio ex hoc insurgensexpellitur,ibi.*Et cum audissent sui.*Circa primum dicitur.*

3 Et conue.ite.tur.*Ad audiendum verbum Dei ab ipso: & ipse ita feruenter intentendebat prædicationi , quòd ipse & discipuli eius non habebant tempus manducandi.*

4 Et cum audis.*Hic irrationabilis loquutio insurgẽs ex prædicto feruore repellitur:& hoc in tribus casibus.Secundus:ponitur , ibi.* Et scribe.*Tertius ibi.*Et veniunt mater eius.*Circa primum sciendum ꝙ illi qui erant de cognatione sua ex parte matris videntes insolitum feruorem in eo , quia sicut dictum est : propter feruorem prædicandi omittebat horam comedendi. Videbant etiam in vultu eius insolitam claritatem ex virtute diuinitatis procedentem. Item audiebant.*

eum

MORALITER.

3 *Et conuenit ite tur.&c.*Hoc est contra illos,qui dimittunt opus prædicationis propter saturitatem comeltionis.

Et cum

4 *Et cum au.&c.exi.te.eum.*Similiter illi qui sunt feruidi ad sequendum Christum à mundanis hominibus insani reputantur, & ab eis quantum possunt retinentur.

Quomodo

Esa.5.b. Matth.5.a. Luc.6.d. Esa.11.b. & 65.d. 2.Cor.12.a. Psal.90.b. Eph.6.b. Ioan.19.c. Luc.6.c. Act.1.b. Matth.5.a. Apo.5.a. Nu.25.b. Psal 108.b. Hiere 9.a. 1.Cor.1.d. 1.Cor.11.g. Ioan.6.f. Ioan.1.a.

✠ VICTOR ANTIOCHEN. Vnde isti venerint, vel vnde A Christum furere audiuerint, disertè non exponitur. Probabile sit autem malum hoc à Scribis & Pharisæis, qui à Ierosolymis viuerant, ortum fuisse. Illi enim cum admirabilia eius facta audiuissent, turbásque ingentes circumfusas vidissent, inuidia simul & ira perciti, & quasi in vesaniã acti illum furere dixerũt, atque ita vt eum tenerent, irruerunt, aliisque vt idem facerent, autores fuere. † Mat.12.b. Luc.11.b. & 6. Arbitrabantur enim ad illum pati, quod ipsi re vera patieban tur, furia enim aperta, & pudenda meritis vesania erat, tantarum rerum opificem, tantúmque animarum curatorem, B cœlestísque doctrinæ magistrum, in furorem versum existimare. Quamobrem turbæ multò in Chri stum æquiores erant quam Iudæorũ proceres. Horum enim mentis iudicium impediebat ambitio, vanæque gloriæ cupido, illorum verò quædam animi habi tudo mẽtísq; caligo. † Mat.12.c. Luc.11.b.

✠ THEOPYLACTVS. *In furorem versus est*, id est, dæmonium habet & furit, & ideo eum tenere volebant, vt incarcerarent tanquam dæmoniacum. Et quidam sui hoc volebant, id est, propinqui fortè compatriotæ eius vel fratres eius. Stulta au tem fuit insania, quod tantorum miraculorum factorem, in furiam C versum concipiunt.

a *Et scribæ.* BEDA. Si qui tarditate mentis non intelligunt verbum Dei, remanet tamen spes salutis, si forte intelligant. Qui autem intelligere nolunt & inuertunt quod intelligunt, nulla spes est. Vnde, scribe, id est, sapientes, &c.

b *Ab Ierosolymis.* Quod significat eum à ciuibus suis esse persequendum vsque ad mortem. Legimus suprà quia sequuta est eum turba à Galilæa & Iudæa & Ierosolymis, & trans Iordanem & circa Tyrum & Sidonem, quæ sunt ciuitates gentilium: & Scribæ ad Ierosolymis blasphemabant: quia turba populi Iudæorum illum cum palmis & laudibus perduxit gentiles desiderabant: scribe & seniores populi de nece eius tractabant.

c *Beelzebub habet.* Vir muscarum siue habens muscas: quo nomine principem dæmoniorum cognominabant propter sordes immolaticij cruoris.

d *Quomodo potest Sathanas, &c.* BEDA. Eligant quod volunt. Si Sathanas Sathanam non potest eiicere, nihil contra dominum dicunt. Si autem potest recedant à regno eius, quòd diui- D sum stare non potest.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Dominus ab ipsa rerum natura, quod illi dicebant fieri non posse validissimè probat. Siquidem omne omninò regnum intestinis tumultibus & seditionibus inter se dissectum, non potest paulatim non infirmari, peritúsque tandem dilabi. Hoc ipsum etiam in familiis & ciuitatibus & quibuscunque aliis communitatibus contingere videmus. Ea propter si Sathanæ regnum inter se diuisum est, vt re vera diuisum est, interitui vicinum sit necessum est. Quandoquidem im- E perium quod dæmones obtinent, in homines potissimùm obtinent. Si hoc autem sibi mutuò adimunt, nihil aliud dici potest, quàm regnum illorum dissolutũ iam esse. Quod si verò diaboli regnum adhuc subsistit, isque rerum humanarum etiamnum potitur, manifestum fit, regnum illius nec dum ij medio sublatum esse, atque ideo Sathanam diabolum non expellere.

c *Nemo potest.* ✠ IDEM. Quandoquidem homines propter peccata dæmonum vasa euaserant, neque potestatem illorum F deuenerant, fieri non potuit, vt dæmones suo illo peculio prius arborentur, quam bello fusi, in vincula peterentur: ne amplius videlicet sese erigere, nouáque in posterum bella, de adempta sibi possessione ciere possent. Hæc autem dæmonum fusio & in vincula petitio, à dæmonibus nunquam est facta: sed neque fieri quoque potuit, vt ipsi ea potestate quam in homines exercebant, se mutuò quoque spoliarent.

✠ THEOPYLACTVS. Exemplum tale est. Fortis est dæmon vasa eius sunt homines in quibus recipitur. Nisi ergo quis prius vincat dæmonem & alliget, quomodo vasa eius, id est, dæmoniacos ab eo deripiet? Sic & ego qui diripio vasa eius, id est, libero homines à dæmoniaca passione, prius alligo dæmones & supero illos & inimicus eorum sum.

f *Et tunc domum eius diripiet.* BEDA domum diripuit quia omnes mundi partes à diabolo possessas, apostolis & eorum successoribus quasi diuisas prouincias: vt populos ad fidem conuerterent distribuit.

☞ *Qui autem*

a ¶ Discipuli. b ¶ Quem faciunt alij magnum, sui despiciunt, quia non est propheta sine honore nisi in patria sua. c ¶ Tanquam furiosum. d ¶ Quia sapientiæ eius altitudinem capere non poterant, alieno sensu loquutum putabant. e ¶ Ex hoc errabant discipuli.

sui exierunt tenere eum. Dicebát enim quoniam in furorem

a ¶ Sapientes.

b versus est. † Et scribæ qui ab Ierosolymis descenderant, di- 1

a ¶ Hoc. b ¶ Hic patitur ipse quod nos pati docuit dicens. Beati eritis cum maledixerint vobis ho. c ¶ Vir muscarum.

c cebant, quoniam Beelzebub habet: & quia in principe dæmo

a ¶ Vt probet ratione, quia neque mente captus est, neque in beelzebub eiicit dæmones. b ¶ Vt non intelligant donec capiantur.

niorum eiicit dæmonia. Et conuocatis eis, in parabolis dice- 2

Hoc. ¶ Sicut dicitis me in Beelzebub eiicere dæmonia. ¶ Nullo modo quia.

d bat illis: Quomodo potest Sathanas Sathanam eiicere? Et si †

¶ Causa præmissa. a ¶ Dæmones pugnent contra se. b ¶ Discordia maximæ res dilabuntur.

regnum in se diuidatur, non potest stare regnum illud. Et si †

¶ Aliter probat idem. a ¶ Contra. ¶ Pugnando.

domus super semetipsam dispertiatur, non potest domus illa

¶ Ergo. ¶ De cuius regno estis. ¶ Contra.

stare. Et si Sathanas consurrexerit in semetipsum, dispertitus

a ¶ Vos dicitis, quia in Beelzebub eiicio dæmonia, sed. Nemo po. &c. b ¶ Homines à diabolo deceptos. c ¶ Diaboli.

e est, & nõ poterit stare, sed finẽ habet. Nemo potest vasa fortis †

a ¶ Be. Mundum in maligno positum, in quo vique ad aduentum Saluatoris quasi in peccato imperio sine contradictione quiescebat. b ¶ Diabolum. c ¶ A seductione compescat.

f ingressus in domũ diripere, nisi prius fortem alligẽt, & tũc do

a ¶ Ereptos à diabolo ecclesiæ adunauit, & per distinctas graduum dignitates ordinauit ¶ Dicitis me immundum spiritum habere, sed. ¶ Hæc contra Nouatianum qui in martyrio lapsis veniam negat.

mum eius diripiet. † Amẽ dico vobis, quoniã omnia dimittẽ-

¶ Digne pœnitentibus. a ¶ In quos libet. b ¶ In Deum.

tur filius hominũ peccata & blasphemiæ, quib. blasphemaue

NICOLAVS DE LYRA

✠ *eum loquentem de diuinis ardua, & insolita, & per consequens eis non intelligibilia, ideo credebat eum loqui sicut arrepticium vel furiosum: ideo voluerunt eum tenere & ligare, ne sibi vel aliis posset nocere: & isti mouebantur pietate. Circa casum secundum qui ponitur, cum dicitur.*

1 Et scribæ. *Considerandum, quòd isti moti contra Christum inuidia & malignitate dicebant ipsum Christum habere quendam dæmonem priuatum, aliis dæmonibus superiorem: per cuius virtutem expellebat dæmones inferiores à corporibus obessis ab eis, & ideo Christus illorum & istorum irrationabilia verba repellit cum dicitur.*

2 Et conuocatis eis. *Quia rationabiliter loquendo, ostendit se non esse furiosum. Et vera & sancta docendo, ostendit se non habere dæmonem priuatum cum sit pater mendacij, vt habetur Ioan.8. Cætera patent ex his quæ dicta sunt Matth.12.*

✠ Et veniunt

MORALITER

✠ † *Quomodo potest Sathanas Sathanam eiicere.* Hoc autem moraliter fit quando vitium vnum aliud expellit, vt prodigalitas auaricam, vel è conuerso.

† *Et si regnum in se diuidatur.* Regnum animæ diuiditur, quando sensualitas rationi contrariatur.

† *Et si domus super se.* Hoc contingit, quando in eodem homine habitus malus ad aliquid declinat, cui conscientia recalcitrat.

† *Nemo potest vasa fortis.* Iste fortis est fomes, qui fortiter

a *Qui autem blaſphe.* HIERO. Quia non meretur pœnitentiam agere vt recipiatur: qui Christum intelligens, principem demoniorum esse dicebat: quia nunquam soluitur à carcere qui quadrantem verbi nouissimum non soluerit ante finem vitæ. Quatuor namque partibus fundatur denarius æternæ vitæ, vt quod corde credis: ore cõtearis: & quod confiteris, opere cõpleas: & quod compleueris, docere non cessaueris. Qui enim fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum.

Denarius quatuor partibus.

Matth. 5. c. † 25 dist. c. qualis

BEDA. Matthæus dicit: *qui blaſphemauerit in ſpiritum ſanctum vel verbum dixerit contra ſpiritum ſanctum: non habebit remiſſionem neque in hoc ſæculo, neque in futuro.* Vbi ostendit quædam reuelari in futuro. Quod de minimis intelligendum est, vt de sermone ocioso, de risu nimio: quorum etiam hæc vita veniam promeruit.

Ibidē 12. c.

B

a ¶ Id est, Qui intelligens opera Dei, cum negare non possit ex inuidia contradicit, & opera spiritussancti dicit esse Beelzebub. b ¶ Quia pœnitere dignè non potest.

a runt. † Qui autem blaſphemauerit in ſpiritumſanctum, non b habet remiſſionem in æternum, ſed reus erit æterni † delicti: quoniam dicebant, ſpiritum immundum habet. † Et veniunt 1 mater eius & fratres foris ſtantes miſerunt ad eum vocantes eum. Et ſedebat circa eum turba, & dicunt ei: Ecce mater tua & fratres tui foris quærunt te. Et reſpondens eis ait. Quæ eſt mater mea, & fratres mei? Et circumſpiciens eos qui in circumitu eius ſedebant, ait: Ecce mater mea, & fratres mei. Qui enim fecerit voluntatem Dei, hic frater meus & ſoror mea & mater eſt.

a ¶ Quia similis diabolo, contra conscientiam suam maiestatem Dei oppugnat. b ¶ Quia ipse delinquit qui nunquam pœnitet.

a ¶ Eo prædicante. ¶ Populus Iudæorum. a ¶ In litera. b ¶ Foras.

a ¶ Be. In spirituali intelligentia quiescebat. ¶ Gentilium.

a ¶ Nos quoque si foris stemus, non cognoscemur.

¶ Vt attentos faciat.

a ¶ Propter vtrumque sexum fidelium.

c *Reus erit æter. de.* BEDA. Nõ quia spiritum non esse: vel quia esse, sed nõ Deũ esse: vel Deum esse, sed minorẽ patre & filio: quia hoc nõ inuidia diabolica, sed humana ignorantia, sed, *quoniam dice. &c.*

†Iudicij.

†Matt. 12. d Luc. 8. c. Matt. 10. d.

C

d *Fratres.* HIERO. Nõ filij Mariæ semper virginis vt mẽtitur Heluidius: vel Ioseph ex alia vxore, sicut alij garriũt, sed cognati.

D

E

BEDA. Mater & fratres populus Iudæorum ex quibus Christus secundum carnẽ, foris stant in literali sensu. Turba in domo gentes in spirituali mysterio. Foris volunt Iudæi videre Christũ quia spiritualem intelligentiam non quærentes, potius ad carnalia docenda eum exire coguntvel quærunt.

Mysticè

e *Quæ est mater.* BEDA. Non refutat obsequi matri qui dicit *Honora patrem & matrẽ*: sed ostendit se plus debere paternis mysteriis, quam maternis affectibus, idẽ exemplo mõstrauit: quod verbo ait. *Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus.* Nec fratres iniuriosè contẽnit, sed opus spirituale præfecit cognationi, docẽs meliorẽ esse copulã cordiũ quã corporũ.

Exod. 20. b.

f *Ecce mater mea* &c. HIER. Vt sciamus nos esse & fratres eius & matrem si voluntatem patris eius fecerimus, vt coheredes simus quia non in sexibus, sed in factis discernit. Soror & frater credendo, mater prædicando dum per prædicationem amor Christi quasi ipse Christus in corde auditoris generatur.

F

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Blaſphemiam in Deum (quem Spirituſſancti nomine designat, siquidem vt spirituſſancti virtus est regnum Dei, ita conuitium in ſpiritumſanctum, est blaſphemia in Deum) venia indignum pronuntiat. Dicitur autem peccatum venia indignum, quia ex se veniæ causam non adfert. At verò blaſphemiam in filium cum altera illa collatam venia dignam affirmat. Nam etsi hic reipsa Deus esset, vulgo tamen tenuis sortis, obscuriq; generis homo habebatur. At grauius censetur peccatum in Deum quam in hominem.

b *In æter.* Hoc contra Origenem, qui omnibus peccatoribus veniam promittit post iudicium transactis innumeris seculis.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Apud Matthæum legitur. *Qui dixerit verbum in ſpiritum ſanctum, non remittetur ei, neque in hoc ſeculo, neque in futuro,* hoc est, neque supplicium in hoc seculo in blaſphemos constitutum euadet, neq; illud etiam quod in futuro. Quandoquidem lex morte illum multari iubebat, qui in Deum blaſphemus extiterat. Cui legis decreto Dominus sese confirmans, eiusmodi peccatum neutrobiq; remissum iri comminatur. Hæc autem cum de blaſphemiæ peccato Seruator noster

C

NICOLAVS DE LYRA

✠ 1 Et veniunt mater eius & fratres. *Hic consequenter ponitur tertius casus: Ipso enim prædicante nunciatum fuit sibi insidiose, quòd mater eius & fratres ſtabant foris ad tentandum, ſi ex affectu carnali ad matrem dimitteret vel interrumperet prædicationem: & ipse hoc verbũ malignũ repulit rationabiliter vt patet ex his quæ dicta sunt. Mat. 12.*

Et primò describitur feruor prædicationis secundò, ex hoc insurgens liuor æmulationis: in principio 6. cap. Circa primum euangelista primò describit prædicationis typum, secundò, prædicationis fructum, ibi. Et dice. Sic est regnum Dei. *Tertiò, confirmans miraculum, ibi.*

✠ Et ait

MORALITER.

✠ inclinat ad malum, sed per rationem fortiter alligitur, quando virtutis habitus in irascibili & concupiscibili per bonum exercitium confirmatur, & tunc eius vasa, id est opera dissipantur.

1 *Et veniunt mater eius & fratres foris ſtantes.* Christi mater, & eius fratres possunt dici synagoga & Iudæi, qui foris stare dicuntur Christo prædicante, quia gentibus Christo credentibus synagoga cum Iudæis extra fidem mansit pro maiori parte.

1 *Et*

CAP. IIII.

a *ET iterum cœpit docere.* BEDA. Exiens de domo vbi dæmonium habere dicitur, docet ad mare, vt ostenderet se ob perfidiæ culpam Iudæam relicturum & ad gentes transiturum. Vnde aptè præmittitur, quia prædicante eo in domo, mater & fratres foris steterunt.

† Luc. 8. a.

HIERONYMVS. Cœpit docere ad mare, vt locus indicet auditores

CAPVT IIII

¶ Eodem die, vnde Matthæus post superiorem sermonem, & continuo subiunxit. In illa exiit, &c. ¶ Centes tumidas & amaras.

a † Iterũ cœpit docere † ad mare, & congregata est 1 auditores amaros & instabiles. Et ideo in parabolis loquitur, vt qui non intelligerent: ab apostolis quos contemnebant inquirentes discerent mysterium regni quo carebant. Mare mundus est, qui gustatus amarus est, & vitiorum fluctibus inquietus: sed ab ipso domino eripiuntur prædestinati, qui amara dulcificat, tristia conuertit in gaudium, ægritudinem in salutem.

† iuxta

Nauim

NICOLAVS DE LYRA. CAPVT IIII.

✠ a ET iterum cœpit docere ad mare, & congregata est, &c. *Hic consequenter ostenditur feruor prædicandi in spiritual.* Et[1]

MORALITER.

✠ 1 *Et iterum cœpit: docere ad mare, & cong.* Sequitur.

✠ *Ecce exiit*

a ¶ Be.Frequentia populorum ad fidem confluentium.

a ad eũ tũrba multa, ita vt in nauim aſcendens ſederet in mari
¶ Infidelium.
b & omnis turba circa mare ſuper terram erat: & docebat illos
c in parabolis multa, & docebat illos in doctrina ſua. Audite:
a ¶ Chriſtus. ¶ De ſinu patris in mundum, vel de Iudæa ad Gentes. vnde Habacuc. Egreſſus es in ſalutem populi tui. b ¶ Verbum per ſe vel per ſuos.
† Ecce exiit ſeminans ad ſeminandum. Et † dum ſemin at: a- †
a ¶ Circa.
d liud cecidit ſecus viam: & venerunt volucres, & comederunt
a ¶ Be.Duriciam proternæ mentis. b ¶ Be.Leuitatem animi obedientis.
illud. Aliud verò cecidit ſuper petroſa, vbi non habuit terram
a ¶ Be.Quia audito verbo ad horam delectantur.
multam & ſtatim exortum eſt, quoniam non habebat alti-
a ¶ Probitatem animi cœlesti disciplina exercitati, & ad obediendum regulariter instituti.
b ¶ Feruor persequutionis.
tudinem terræ, & quando exortus eſt ſol, exæſtuauit, & eo
a ¶ Firmi desilerij. b ¶ Quia huiuimodi ad horam tantum audite sermone delectantur.
c ¶ Corda diuitiarum cura sollici ata.
quod nõ habebat radicem, exaruit. Et aliud cecidit in ſpinas,
a ¶ Multiplicatæ sunt diuitiæ b ¶ Nec potest fructificare verbum. ¶ Ideo.
& aſcenderunt ſpinæ, & ſuffocauerunt illud, & fructum
¶ Fidelem mentem.
non dedit. Et aliud cecidit in terram bonam, & dabat fructum aſcendentem & creſcentem: & afferebat vnum trigin-
a ¶ Fidem sanctæ trinitatis. ¶ In coniugatis, quod significat index & pollex, ad significandum tricenarium quasi blando osculo iunctã. b In viduis. c In virginibus. d ¶ Significat se alta diuisse.
tã, & vnum ſexaginta, & vnum centũm. Et dicebat. Q̃i ha-
a ¶ Cordis. b Intelligat. c ¶ Secretus a turba.
bet aũres audiendi audiat. Et cum eſſet † ſingũlaris, interro- 1
a ¶ Discipuli.
gauerunt eum hi † qui cum eo erant duodecim parabo-
a ¶ Qui mecum non his qui foris sunt. b ¶ Secreta scripturarum.
lam. † Et dicebat eis: Vobis datum eſt † noſſe myſterium
a ¶ Nolunt accedere. b ¶ Non in naui mecum. c ¶ Non modo verba, sed & facta, quia non poterant capere spiritualia, quæ in eis tegebantur.
regni Dei: Illis autem qui † foris ſunt, omnia in parabolis

Parabola quid eſt. † Mar. 13. a Luc. 8. a.

† qui circũ illum erant cum duodecim Matt. 17. a. † Mat. 13. b.

† Exterius.

† ſolitarius

† ſcire

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Quo auditorem attentiorem reddat, præſentem parabolã inſtar proœmij in acie collocat. Docet autem per ænigmata & parabolas, primò quidem propter ſcribas & phariſæos, qui multitudini admixti erant. Mox verò quo ſermonem illuſtriorem apertioremque reddat. Poſtremò quo res per parabolas ſenſibus quodammodo ſubiiciens, cognitu obſeruatuq; neceſſaria, auditorũ memoriæ altiùs imprimat. Porrò non dicit, qui ſementem faciebat, † factũ eſt ſemen iuxta viã ſparſiſſe, ſed ſemen iuxta viam cecidiſſe. Aliud verò cecidit ſuper petroſam, aliud inter ſpinas: aliud in terram bonam. Atque ita ex toto ſemine, quarta duntaxat pars ſeruatur. Sed neque hoc quoque fructum ex æquo fundit, ſed magno cum diſcrimine. Hæc autem ea de cauſa proponuntur, vt hinc intelligamus, Chriſtum dominum copiosè & candidè citra vllam perſonarum acceptionem, diuinũ illud verbi ſemen ſpargere, omnibúſque proponere: vt enim illi qui agrum ſeminant, inter hanc & illam agri partem non ſecernunt, ſed ſimpliciter & indiſcriminatim ſemen deiiciunt: ita Seruator noſter, quod ſuarũ erat partium, omnibus promiſcuè diuini verbi pabulum offerebat: eſto, quod de multis futurum erat, nõ ignoraret. Cæterum prophetæ de Iudaici populi cœtu, perinde quondã verba faciebant, atq; de quadã vinea: Chriſtus verò eccleſiæ corpus ſementi cõparat. Cum autẽ audis, exiit qui ſeminat ad ſeminandum, ne ταυτολογίαν ineptamque repetitionẽ cõmitti exiſtimes. Siquidẽ ſator non ſemper ad ſeminandum egreditur, ſed interdũ quoq; propter alia quædam negotia, puta vt herbas noxias extirpet, &c. Hoc autẽ loco ſeminator ad ſerendum egreſſus dicitur. At vnde prouenit, in quis, vt maior ſeminis pars interierit? Interitus cauſa non extitit penes ſeminãtem, ſed penes terram, quæ ſemen exceperat, hoc eſt, circa audientium animas: tametſi Dominus, ne auditores vehementius perſtringat: aut ne quem forſan in deſperationem coniiciat, diſertè id non aſſerat. Per hanc parabolam diſcipulos

☞ inſtruit.

a *Nauim aſcendens ſedit in ma.* BEDA. Eccleſiam, quæ eſt in mari inter infideles, quam Deus gratia ſuæ viſitationis illuſtrat, & dilectam ſibi manſionem conſecrat.

b *Et omnis turba circa mare.* HIERO. Hi ſunt qui nuper ad audiendum verbum venerunt, & inde pietate animi, ab amaritudine reproborum tanquam à mari ſequuti ſunt: ſed nondum cum domino in nauì ſunt, quia nõdum cœleſtibus myſteriis vel ſacramentis quæ deſiderant imbuti ſunt.

c *In parabolis multa.* Parabola eſt rerũ natura diſcrepãtium ſibi ſub aliqua ſimilitudine facta comparatio. More ſuæ prudentiæ loquitur, vt qui cœleſtia capere non poterant, per ſimilitudinem terrenam auditam percipere potuiſſent. Grẽcè, ſimilitudo dicitur quando quod intelligi volumus, per aliquas comparationes indicamus, vt ferrũ, aliquem durum, velocem, ventis comparamus & auibus. Idẽ fit in triceſimo ſexageſimo & centeſimo fructu, id eſt, lege, prophetia, & euangelio, & in ore trium teſtium myſterium regni in monte oſtenſum, id eſt, Moyſi Eliæ & Ieſu conſiſtit.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Indicat euangeliſta appoſitè accuratéque theatrum inſtituiſſe, vt nulli omninò dorſum obuerteret, verùm omnes ex aduerſo poſitos haberet. Cæterùm parabolæ quas ordine hic iam ſubiungit, aliud fermè nihil eſſe videntur, quàm quędam earum rerum adumbrationes, & quaſi delineationes, quas circa verbi miniſterium euenturas, iam tum præuidebat. Orditur autem à prædicationis fructu & incremento, illorúmque qui fide deſtituti, aliorum more, aures cœleſti doctrinæ non accommodant, peruerſitate.

d *Aliud cecidit ſecus viam, & venerunt volucres, &c.* Lucas. *Et conculcatum eſt, & volucres cœli comederunt.* Via mẽs, metu carnalium cogitationum trita: vnde ſemen perit nec fructum affert, & à volucribus rapitur, id eſt, à dæmonibus. Qui volucres cœli dicuntur, ſiue quia cœleſtis & ſpiritualis naturæ, vel, quia in aëre habitant.

Luc. 8. a.

✠ VICTOR

NICOLAVS DE LYRA

Et ait in illa die. *Circa primum primò deſcribitur prædicationis Chriſti tempus & modus. Secundò prædicationis parabola ſiue typus, ibi.* Ecce exiit ſeminans. *Tertiò, huius parabolæ aperitur intellectus, ibi.* Et cum eſſet ſingularis. *Et iſta pars diuiditur in duas: quia primò aperitur intellectus parabolæ apoſtolis ſpecialiter, ſecundò prædicitur aperiendus per apoſtolos omnibus generaliter ibi. Nunquid venit lucerna. Tres primæ partes expoſitæ ſunt Matth. 13. paucis exceptis.*

1 Et cum eſſet ſingularis. *Id eſt, extra preſſuram turbarum tunc apoſuit parabolam apoſtolis.*

✠ Nunquid

MORALITER

† *Ecce exiit ſeminans.* Sicut docet quis verbo, ſic etiam exemplo Matthæi 13. parabolam iſtam expoſui de verbo doctrinæ hic autem exponi poteſt de exemplo vitæ, quod ſemen dici poteſt. Videntes autem exemplum hoc ſemen recipiunt, ſed diuerſimodè. Nam aliqui ſunt dæmonum ſuggeſtionibus permiſ qui rapiunt ſemen illud, ſignificati per volucres, per ſuperbiam alta petentes. Aliqui verò ſunt, in malicia indurati ſicut petra propter quod ſemen in eis non facit fructum. Aliqui verò ſunt ſicut ſpinæ pungitiui & maledici: propter quod ex bono exemplo non proficiunt ſed magis deficiunt attribuentes illud hypocriſi. Aliqui verò ſunt bonæ voluntatis & deuotionis, & iſti proficiunt inde diuerſis tamen gradibus ſecundùm gratiam à domino ſibi datam.

instruit, ne animo
A consternãtur, si plures interdum, ex his qui euangelij doctrinam exceperant, perire, quàm ad salutis portum appellere intelligant. Et quidem agricola iure incusaretur, si temerè vbiuis semen dispergeret. At doctor si hoc fierit, laudem promeretur. Agricola, inquam, non iniuria reprehenderetur si citrà vllum soli delectum, semen deiiceret, quia is petrosam
† tẽporarii vt neque protritam, neque spinosam in pinguem & vberem mutare valet. Verum
B in spiritali semente, potest tellus saxea in
† curæ * huius pinguẽ glebã transmutari. Sic rursum anima quæ ante instar viæ publicæ ab omnis generis vitiis calcabatur, ab ea conculcatione liberari potest, & infructuosum solum verti.

a *Vt videntes non videant.* ✠ IDEM. Videdi facultas aderat illis ex illius & d
†Matt.5.b. Luc.8.c. & 11.e. per illius gratiã quã coram cernebant. e
Quod autem nihil f
videbant, hoc inde
C oriebatur, quod ocu
† in propatulum. los suos ad obiectã lucem studiosè clauserant, seséque nihil videre malignè cõfingerent. Sic quo
† Mat.7.a. Luc.6.f. que quod non audirent, ex eo proueniebat, quod illa quæ dicebantur, intelligere
* qui auditis † Luc.8.c. Matt.13.b. non vellent: sed publicè contemptui ducerent.

b *Hi autem.* Differẽtias ponit eorũ qui
Prouc.7.a. audiunt verbum. Sunt autẽ quidam, vt gentiles, qui nec audiunt.

c *Reli.conc. &c. suf.ver.* Quod præceptum est, præcipitur enim. *Concupiscens sapientiam serua mandata, &c.* Et alibi. *Beatus vir qui*
Psal.111.a. *timet dominum in mandatis eius volet nimis.* Hæ concupiscentiæ bonæ, qui reliqua concupiscit, & aberrat.

a ¶ Exterius. b ¶ Exteriora. c ¶ Corde. d ¶ Exteriùs.

fiunt, vt videntes videant, & nõ videant, & audientes audiãt, ¶ Corde. a ¶ Id est, vt non. b ¶ Quideo non conuertuntur, nec remittuntur eis peccata.
& non intelligant, nẽ quando conuertantur, & dimittantur
a ¶ Excitat attentionem.
eis peccata. Et ait illis: Nescitis parabolam hanc? Et quomodo omnes parabolas cognoscetis? Qui seminat verbum
¶ In quibus.
b seminat. Hi autem sunt qui circa viam vbi seminatur verbum, & cùm audierint, & confestim venit Sathanas & aũfert
a ¶ Quia nulla fide, nullo intellectu, vel tentandæ vtilitatis occasione percipiunt.
verbum quod seminatum est in † cordibus eorum. Et hi sunt
¶ Be. Hi vtilitatem probant, desiderium gustant, sed aduersa impediunt quæ formidant.
similiter qui super petrosa seminantur, qui cum audierint verbum, statim cum gaudio accipiunt illud, & non habent ra-
¶ Fidem firmam. a ¶ Ad tempus credunt. ¶ Ergo. b ¶ Interiori.
dicem in se, sed † temporalẽs sunt, deinde orta tribulatione
a ¶ De loco in locum.
& persequutione propter verbum, confestim scandalizan-
¶ Diuitiis, quæ diuersis curis pungunt, quia permultis indigent, qui permulta possident.
tur. Et alij sunt qui in spinis seminantur, hi sunt qui verbum
a ¶ Curarum. b ¶ Appetitus deficiens.
audiunt, & † erumnæ seculi, * & deceptio diuitiarum & circa
a ¶ Acquirendi. b ¶ Id est strangulant guttur mentis, nec bonum desiderium ad cor transire sinunt.
c reliqua cõcupiscentiæ introeuntes suffocant verbum, & si-
¶ Fidelem conscientiam.
ne fructu efficitur. Et hi sunt qui super terram bonam semi-
a ¶ Beda. Hi excipiunt, conseruant, & fructificant.
nati sunt: qui audiunt verbum & suscipiũnt, & fructificant,
a ¶ Fidem trinitatis in electorum cordibus. b ¶ Perfectionem bonæ operationis, quia sex diebus ornatus mundi expletus est. c ¶ Be. Perpetuam beatitudinem, quia centenarius à leua transfertur in dexteram digitali computatione.
vnum trigintã, vnum sexaginta, & vnum centum. Et dice-
a ¶ Q. Vobis datum est. n.m r. sed cæteris per vos idem mysterium reuelandum, & ideò carnali timore non abscondatis. ¶ Verbi Dei. b ¶ Vita vestra.
bat illis: † Nũnquid venit lucerna, vt sub modio ponatur, aut 1
a ¶ Carne. b ¶ Corpus. ¶ Vt dominetur. 2
sub lectõ? Nónne vt super candelabrum ponatur? † Non est 3
¶ Alias reueletur. 4
enim aliquid absconditum, quod non manifestetur: nec factum est occultum, sed vt † in palam veniat. Si quis habet 5
a ¶ Intelligendi verbum Dei. b ¶ Memoriæ mandet. ¶ Non se subtrahat, non auditum ad fabulas conuertat. c ¶ Q. Omnia quæ potestis solerter facere, quia in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis.
aures audiendi, audiat. Et dicebat illis: Videte quid au-
a ¶ In præsenti, sensus intelligendi, & effectus operandi. & in futuro dona æternæ retributionis adiicientur.
† Mat.7.a. Luc.6.f. g audiatis. † In qua mensura mensi fueritis, † remetietur vo- 6
a ¶ Q. Verbo quod auditis operam date. Qui enim habet &c.
b ¶ Amorem verbi. c ¶ Sensus intelligendi quod amat.
h bis, & adiicietur vobis. * † Qui enim habet dãbitur illi, & qui 7 8
¶ Amorem.
a ¶ Naturali ingenio vel literarum exercitio.
b ¶ Beda. Id est, nulla veræ sapientiæ dulcedine gaudebit.
non habet, etiam quod habet auferetur ab eo. Et dicebat. 9 10

d *Lucerna, &c.* HIERON Lucerna: verbum Dei. Modius aut lectus auditus inobedientium. Candelabrum, apostoli: quos illuminauit verbum Dei. Absconditum & occultum, quod palam fit cum à Domino tractatur.

BEDA. Modius, † corde vita nostra diuina præscientia mensurata. Lectus caro, in qua quiescit anima. Lucerna verbũ quod illuminat. Qui ergo amore præsentis vitæ & carnalis illecebræ occultat verbũ Dei, quasi sub modio vel lecto lucerE nam operit, quia ei carnis concupiscentias præponit.

e *Nónne vt super candelabrum ponatur?* BEDA. Vt dominetur prædicatio veritatis, subsit seruitus corporis, per quam tamen excelsior appareat doctrina tanquam per candelabrum lucerna.

f *Non est enim aliquid &c.* Quasi dicat. †Mat.10.c. Luc.8.c. Nolite erubescere euangelium, quia nihil occultum modo, quod non fiat palam
F in iudicio, *quando illuminabit Deus abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium* vbi vobis à †mensora-bitur Deo laus illis autem pœna æterna.

g *In qua mensura mensi &c.* HIERON. Etenim secundùm mensuram fidei vnicuique diuiditur intelligentia mysteriorum, & adiicietur nobis donum scientiæ, etiam adiicientur virtutes.

h *Qui enim, &c.* Scilicet qui fidẽ habet, habebit virtutẽ, & qui habet opus verbi, habebit intelligentiã mysterij. Et è cõtra, qui nõ habet fidẽ, deficit virtute: & q nõ habet opus verbi eius intelligẽtia caret: & qui nõ intelligitiã auditũ perdit, ac si nõ audisset.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Nunquid venit lucer[na]. *Hic ostenditur doctrina euangelica per apostolos publicanda. Quod factum est post ascensionem Christi ad cœprædicationis eorum: & etiam ante passionem Christi missi sunt ad prædicandum, non tamen ita diffusè: & hoc est quod dicitur.*

Nunquid venit lucerna. *Id est, doctrina euangelica secundùm illud*
Psal.118.o. *Psal.* Lucerna pedibus meis verbum tuum, &c.

2 Vt sub modio ponatur, &c. *Id est, occultè in latebris doceatur, sicut doctrinæ suspectæ hæreticorũ & hominũ malorum, quasi dicat. Non.*

3 Nónne vt super candelabrum ponatur. *Hoc est in palam, & publicè doceatur: quasi dicat. Sic.*

4 Non est enim aliquid abscondi tum. *Quia illa quæ Christus docuit apostolos secretè, voluit per apostolos prædicari publicè & manifestè secundum quod dicitur eis Matt.10.c.* Quod in aure auditis prædicate super tecta.

5 Si quis habet aures audiendi. *Id est, desiderium intelligendi doctrinam Christi, quasi dicat talis potest proficere non solum sibi intelligendo, sed etiam alios ipsos docendo, ideo subditur.*

6 In qua men.mensi.fu. *Quod exponit sic Be. Si fõlerter omnia quæ valetis bona facere ac proximis intimare studetis, aderit diuina pietas, quæ vobis in præsenti sensum altiora capiendi conferet, & in futuro retributionem æternam adiiciet: & ideo subditur.* Et adiicietur vobis.

7 Qui enim ha.da.ille, &c. *Quia habens fidem & gratiam ex vsu talis gratiæ [illegible] & iterũ sibi detur gratia ad augmentũ præcedentis.*

8 Et qui non habet. *Scilicet fidem & gratiam quales erant Scribæ & Pharisei.* 9 Etiam quod hab.au.[illegible] *Quia noticia legis quã habebãt ablata fuit ab eis in quãtũ nõ valuit eis ad salutem, sed magis fuit eis in augmentum suæ damnationis, secundum dictũ Saluatoris Luc.12.f.* Seruus qui sciuit voluntatẽ dñi sui, & nõ facit, vapulabit multis.

10 Et dice. *Hic consequẽter describitur Christi prædicationis fructus primò in vno homine, secundò, in communitate ecclesiæ, ibi.* Et dice. cui assi. *Circa primum sciendum, q per semen intelligitur prædicatio, sicut patet in parabola præcedenti. Ex semine autem isto recepto in aliquo*
Diuisio

✠ *homine*

¶ Ecclesia. ¶ Filius hominis. ¶ Verbum.

a † Sic est regnum Dei, quemadmodum si homo iaciat semen- †
¶ Corda. ¶ Moriatur. ¶ Aduersis. ¶ Prosperis.
tem in terram, & dormiat: & exurgat nocte & die, & semen
a ¶ In opere. b ¶ Nescire facit. ¶ Quia in arbitrio hominis est.
b germinat & † increscat dum nescit ille. Vltrò enim terra fru-
a ¶ Timorem. b ¶ Pœnitentiam lachrymosam. ¶ Charitatem.
ctificat, primùm herbam, deinde spicam, deinde plenum fru- 1
c mentum in spica. Et cùm ex se produxerit fructus, statim mit
¶ Mortem vel iudicium. ¶ Finis seculi.
tit falcem, quoniam adest messis. Et dicebat: Cui assimilabi- 2
a ¶ Beda. Prædicatio euangelij, quæ ducit ad regnum Dei: de qua dicitur. Auferetur à vobis regnum, &c. 3 †
mus regnum Dei, aut † cui parabolæ comparabimus illud?
a Beda. In corde credentis, vel in mundo.
d † Sicut granum sinapis, quod cùm seminatum fuerit in terra, †
e
a In timore.
f minus est omnibus seminibus quæ sunt in terra: & cùm na-
a ¶ Primo parua. b ¶ Charitate.
g tum fuerit, ascendit in arborem, et fit maius omnibus oleri-
h a ¶ Omnis caro fœnum. b ¶ Prædicatores ex ipsa prædicatione nascentes. ¶ Ramos misericordiæ & compassionis. c ¶ Protectione Dei, de qua sub vmbra illius quam desiderabam, sedi, &c.
bus, & facit magnos ramos, ita vt possint subvmbra eius aues
a ¶ Sancti.
cœli † habitare. Et talibus multis parabolis loquebatur eis 4

† De præ di. 3. c. dū iam stam.

† producatur.

Tropicè

† quæ parabola

† nidificare

Matt. 10. c. † Luc. 13. d. Mat. 9. c.

Psal. 110. b.

Rom. 13. c. Psal. 125. a.

a *Sic est regnum.* HIERO. Scriptura diuina per terrenas similitudines monstrat cœlestia sacramenta, sicut per totū euāgelio rum corpus constat. *Regnum Dei*, est ecclesia quæ regitur à Deo, & ipsa regit homines, & vitia calcat, vt Centurio habens sub se milites. Homo iaciens semen filius hominis est. Semen, est verbum. Terra, corda humana. Dormitio hominis, mors est saluatoris. Exurget semen nocte & die, post somnum Christi, numerus credentiū per prospera, & aduersa magis, magisq; germinauit in fide, & creuit in opere, *dum nescit.* Tropica est ista loquutio, & ī diuinis creberrima: nescit, id est, nescire nos facit, quis fructū in fine aferat, dū dicit. *Qui perseuerauerit in fine, hic saluus erit. Vltro enim terra fructifi.* dū volūtatem nostram Deus expectat dicēs. *Si vis peruenire ad vitam serua mandata. Primum herbam.* Id est, timorem. Initium sapientiæ timor domini. *Deinde spi.* Id est, pœnitentiā lachrymosam. *Deinde ple. fr. in spi.* Id est charitatē. Plenitudo enim legis est charitas. *Et cùm ex se pro.* Falx, est mors, vel iudicium quod secat omnia. *Quo adest mes.* Id est, consummatio sæculi, in qua iusti gaudebunt qui in lachrymis seminauerunt.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Per regnum Dei fides in Christum, verbiq; aduentus in carnem significatur. Hoc igitur regnum assimilatum est homini semen in terram spargenti, homo enim est, & quis cognoscet eum? Etenim Dei filius citra vllam sui mutationem nostri causa homo factus, terram conse-
C uit, mundúmque vniuersum diuinę cognitionis luce illustrauit postea verò acsi dormitum aliquo concessisset, ad cœlos abiit, animo interim benigno & patienti, vt illi qui semen illud cœleste salutaréque doctrinam exceperant, fructum opportunum ferrent, expectans.

b *Dum nescit ille.* ✠ IDEM. Quorsum hæc? Liberæ doctrinæ semen suscipientium voluntati, vt velint, operentur, permittit. Ipse namque non omnia per se efficit, ne bonum nobis quasi inuitis obueniat, sed nostram quoque synergiam efflagitat. Quare statim quoque subdit, vltrò enim terra fructificat. Neque enim liberum hominis arbitrium necessitate aut vi, aut astrorum circunuectione, aut fortuna, aut fato cogitur, vt stolidè quidam nugantur, sed liberè ad hoc vel illud fertur.

c *Mittit falcem.* Messis quidem tempus consummationis, falx
D Dei verbum omni gladio ancipiti penetrabilius. Cæterum falx hoc loco non denotat supplicium aut maledictionem vt alicubi apud prophetas. Neque enim ea de causa falx hic in messoris manu ponitur, quo perdat, verùm ne quid de frumento pereat. Hæc præsens igitur parabola de solis iustis agit. Prima autē quatuor ordines hominum ponit è quibus tres diuerso modo noxa constricti pereunt, vnus seruatur: quamuis hoc ipsum quoque pro fidei & operum diuersitate variè. Assignatur enim isthic triplex iustorum hominum discrimen. Hic autē triplex illa dif-
E ferentia in vnam classem redigitur. Omnes enim ferunt frumentum, etsi non æquè multum omnes.

d *Sicut granū.* HIERO. Hoc semen iterum comparat grano sinapis, quod minimū in timore est, magnum in charitate, quę maior est omnibus oleribus quia Deus charitas est, & omnis caro fœnum & qui infirmus est, olera manducet. Et facit ramos misericordiæ, & compassionis. Cuius sub vmbra pauperes Christi qui sunt cœli animalia delectantur habitare.

1. Ioan. 4. c. Esa. 40. b. Ro. 14. a. Matt. 13. c.

✠ THEOP. Paruissimum quidem est fidei verbum. Crede in Deū, & saluus eris. Sed sparsim super terrā prędicatio dilatata est & augmentata, ita vt cœli volatilia, id est, contemplatiui homines & alti intellectu & cognitione, sub eo habitant. Quanti enim sapientes gentilium relinquentes sapientiam sub prædicatione euangelij requieueruut.
F

e *Seminatum fue.* A Christo siue ab homine in terra, vel in agro, id est, in corde suo. Hic homo est sensus noster & animus, qui fouens granum prædicationis humore fidei facit pullulare in agro pectoris sui.

f *Minus est, &c.* Quasi contēptibilia prædicās, & primo nō creditur, quia prædicat Deū hominem mortuū crucifixū hoc eloquentiæ & sapientiæ Philosophorū cōparatū minus inuenitur.

g *Ascendit, &c.* Quæ altitudine, amplitudine, annositate transcēdit herbarū natura. Alta est: quia ad cœlestia sustollit. Ampla quia totū mundum occupauit. Annosa, quia non poterit finiri.

h *Olerib.* BEDA. Philosophicis disciplinis, quæ quantò apertiùs excrescunt, viliores fiunt: quia sicut olera herbarū cito decidēt.

☞ *Siue*

NICOLAVS DE LYRA

✠ *homine fit talis processus: quia primò concipitur timor diuinorum iudiciorum, & significatur per herbam, quæ est quid imperfectum, cum dicit.* Fructifi. pri. h. *Et quia ex timore cessat homo à malis, & incipit se exercere in bonis: ideo secundò concipitur spes diuinorum beneficiorum quæ signatur per spicam, in qua iam est spes grani futuri, cum dicitur.* Deinde spi. *Tertiò, ex hoc datur charitatiuus amor, qui habet opus perfectum: & ideo significatur per plenum frumentum, cum dicitur.*

1 Deinde plenum fru. *Quia vt dicitur ad Ro. 13. c. Plenitudo legis est dilectio, & tunc est homo dispositus, vt de statu gratiæ transeat ad gloriam: ideo subditur.*

2 Quoniam adest mes. *Id est, collectio iustorum in patria.*

3 Et dice. *Hic consequenter describitur fructus prædicationis Christi quantum ad communitatem ecclesiæ, quæ de paruo statu creuit ad magnum sicut sinapis granum: & patet sententia ex dictis. Matth. 13. excepto, quòd hic subditur.*

4 Et tali. mul. *Quod exponit Theophilus dicens. Quoniam turba erāt indoctæ à consuetis nominibus instruit eas per similitudinem rerum sensibilium, quæ erant eis cognitæ. Sed hoc videtur contradicere ei quod suprà dixit Christus apostolis eodem capitulo, vobis datum est nosse mysterium regni Dei: Illis autem qui foris sunt in parabolis, vt videntes videāt*

Parabolicè quare dominus populis prædicauit.

✠ *& non*

MORALITER.

† *Sic est re.* BEDA. Cum desideria bona concipimus, semen in terra iactamus: cum operari recta incipimus, herba sumus: cum ad profectum boni crescimus, ad spicam peruenimus: cum in eisdē operationis perfectione solidamur, iam plenum frumentū in spica proferimus. Messioverò falcis tempus est bonæ mortis.

† *Cui assimilabimus re. Dei.* Sequitur.

† *Sicut gra. si.* Seminatio, est boni propositi conceptio, profectus seminis incipit à timore qui principium est sapientiæ: & est minimum inter septem spiritussancti dona: sed fit magnum introducta charitate quæ maior est omnibus virtutibus. 1. Cor. 13. Et facit ramos per actus charitatis distinctos: in quibus aues cœli, id est, contemplatiui requiescunt.

† *Cui*

☞ a *Sine parabola.* BEDA. Non quod nullum sermonem turbis apertum faceret, sed quia nullus sermo eius inuenitur in quo aliquid parabolæ non inueniatur.

A

b *Seorsum autem discipulis.* HIERO. Illi enim digni erant audire mysteria in intimo penetrali sapientiæ, qui remotis cogitationum tumultibus in solitudine virtutum permanebãt. Sapientia enim est in tempore ocij discenda.

† Mat.3.c.

c *In naui.* BEDA. ALLEGORICE. Mare seculi æstus. Nauicula crux qua mundi fluctus ascendimus & ad littus patriæ cœlestis peruenimus. Aliæ naues quæ cum domino fuisse, nec in altum ductæ, nec tempestatem pertulisse dicuntur, eos significant, qui ita fide dominicæ crucis imbuuntur, vt tanquam rudes nondum tribulatione pulsati susceptæ fidei mysteria in pace cõseruent. Vel eos qui post tribulationum crebras procellas ad tempus pacis serenitate vtuntur. Erant enim forsitan illæ naues nuper factæ & in portum tantum deductæ, vel post maris pericula ad portum reductæ.

Allegorice.

† In vlteriorem ripam † Mat. 8.d

† Irruebãt

B

† Mat.8.c

† Quisnam † Luc.8.d

a ¶ Lac potum dedi vobis, non escam.

a verbum prout poterant audire: † Sine parabola autem non

¶ A turba ¶ Spiritualibus spiritualia dignis intelligere. ¶ Apertè.

b loquebatur eis. Seorsum autem discipulis suis † differebat 1

a ¶ Appropinquante occasu veri solis.

omnia. Et ait illis in die illa cum serò esset factũ. Transeamus † contra. † Et dimittentes turbam assumunt eum, ita vt erat

¶ Vel cum eo. a ¶ Persequutorum vel dæmoniorum.

c in naui & aliæ † naues erant cum illo. Et facta est procella †

¶ Ecclesiam,

magna venti & fluctus † mittebat in nauim, ita vt implere-

a ¶ Alias naui. b ¶ Corpus cui diuinitas, sicut caput inclinata recumbit. c ¶ Corporaliter vt homo.

d tur nauis. Et erat ipse in puppi super ceruical dormiens. Et

e a ¶ Be. Ne diutius resurrectione dilata perirent omnino. b ¶ Discipuli turbati præcantes. resurrectionem. ¶ Q. Non est tibi curæ.

excitant eum, & dicunt illi. Magister, nõ ad te pertinet quia

a ¶ A morte per mortem destruxit eum qui habebat mortis imperium. b ¶ Diabolo.

perimus? Et exurgens comminatus est vento, & dixit

a ¶ Persequutoribus. b ¶ Be. Idæorum rabiem per resurrectionem repressit quæ caput quatiens clamauit Si filius Dei est descendat nunc de cruce. ¶ Imperat vt Deus.

f mari. Tace obmutesce. Et cessauit ventus, & facta est tran-

a ¶ Pax in ecclesia post pressuras vel theorica post actiuam. ¶ Ideo timidi quia nec &c.

g quillitas magna. Et ait illis: † Quid timidi estis? † Necdum 2

h habetis fidem? Et timuerunt timore magno, & dicebant ad

¶ Verè mirabilis.

alterutrum: † Quis putas est iste, quia & ventus & mare obediunt ei.

d *In puppi.* HIERONYMVS. Puppis mortuis pellibus viuos continet & fluctus arcer, & ligno solidatur, id est cruce & morte domini saluatur ecclesia.

HIERONYMVS. Puppis initium est sanctæ ecclesiæ in qua dominus dormit morte corporali, quia nunquam dormiet, qui custo. Ierusalem. Comminatur vento & mari, de quo dicitur. *Tu dominaris potestati maris.* Ventus & mare, dæmones & persequutores sunt quibus dicit tace quando compescit edicta iniquorum regum vt voluerit quia non est hominis, vt dirigat gressus suos. Tranquillitas mag. pax ecclesiæ post pressuras siue theorica post actiuam vitam.

Psal.120.a Psal.88.b

D

e *Dormiens.* BEDA. Discipulis nauigantibus Christus obdormit, quia fidelibus regni futuri quietem meditantibus & spiritussancti secundo flatu vel remigio proprij conatus mundi fluctus post terga iactantibus subito Christi passio aduenit, quo ascendẽte puppim crucis, vt somnũ mortis caperet, fluctus blasphemantium dæmoniacis excitati procellis assurgunt, quibus tamen non turbatur eius patientia sed discipuli turbantur, trepidant, periclitantur.

† apperiebã

† nauiculæ

MORALITER. Cum signo crucis imbuti, mundum relinquere disponimus nauem cum Iesu conscendimus, mare trãsire conamur. Sepè qui non dormitabit neque dormiet custodiens Ierusalem nobis nauiganti bus dormit, quia inter medios virtutum nisus, vel dæmonum vel hominũ prauorum vel nostrarum cogitationũ impetu fidei splẽdor obtene brescit, spei celsitudo tabescit, amoris flamma refrigescit Sed ad gubernatorem recurramus, illum sedulò excitemus, qui non seruit, sed imperat ventis, qui omnia sedabit, qui portum salutis indulgebit.

E

Psal. 120.a

† Quomodo non

f *Tace ob.* Nota quod omnis creatura sentit imperium creatoris. Non quod omnia animata, vt mentiuntur hæretici, sed maiestate conditoris quæ nobis insensibilia, illi sunt sensibilia.

F

g *Quid timi.estis.* BEDA. Quasi dicat Quid me præsente timetis. Cui simile est, quod post resurrectionem exprobrauit incredulitatem illorum, & duriciam cordis quia his qui viderunt eum resurgere, non crediderunt. Et item. *O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus quæ loquuti sunt prophetæ. Nónne oportuit sic pati Christum, & intrare in gloriam suam?*

Lucæ. 24.d

h *Et timue.* Matthæus. Porrò homines mirati sunt dicentes Qualis est &c. Non ergo discipulis, sed alij qui in naui erant mirabãtur, de eo dubitantes, cui mare & ventus obedirent. Vel etiam ipsi discipuli rectè homines dicti, quia necdum nouerant potentiam Saluatoris.

Matthç.8.d

✠ THEOPHYLACTVS. Dubiè se habebant erga eum. Inquantũ .n. iussu mare placauit, non baculo vt moyses, non precibus, vt Elisæus Iordanem, neque arca vt Iesus Naue, secundũ hoc verè deus eis videbatur secundũ verò q̃ dormiebat homo

☞ CAPVT

NICOLAVS DE LYRA

✠ *& non videant & Matt.13.d.* In parabolis loquor eis, quia videntes non vident, &c. *Dicendum quod sacra scriptura hoc habet proprium quod sub vna litera habent plures sensus, quorum aliqui sunt potentiores & alij magis latentes & ideò in parabolis Christi turbæ capiebant sensum magis patentem non autem latentem, sed de tali intellectu docebat Christus apostolos ad partem ideò subditur.*

1 Seorsum autem discipulis &c. *De turbis autem prædictum est, vt videntes videant, & non videant, id est capiant sensum magis patentem, non autem latentem.*

2 Et ait illis in illa die. *Hic consequenter describuntur miracula doctrinæ Christi confirmatiua, Et primò describitur miraculum factum in mari, secundò, in terra in principio sequentis capituli. Sententia prima partis patet ex his quæ dicta sunt. Matt.8.*

✠ CAPVT

MORALITER.

✝ † *Et facta est procella ma. &c.* Nauis quam Christus ingreditur est anima iusti quæ ab eo per gratiam inhabitatur. Procella verò surgens est tribulatio, quæ frequenter insurgit piè viuentibus in Christo. Sed Christus dormit cum talia permittit secundum vulgare dictum, sed excitatur cũ oratio patientis exauditur. Et fit tranquillitas exterius cum persequutio cessat vel interius quando Deus sustinenti patientiam bonam præstat, Et hæc tranquillitas melior est quam prima sicut dictum fuit Paulo. 2. Corin. 12. c. *Sufficit tibi gratia mea.* Propter quod subiunxit. *Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis vt inhabitet in me virtus Christi.*

✝ MORA.

CAPVT V.

ET venerunt &c. *Gera ſeporum.* BEDA. Geraſa vrbs inſignis Arabiæ trans Iordanem iuncta monti Galaad in tribu Manaſſe, non longe à ſtagno Tyberiadis in quo porc præcipitati ſunt ſignificat gentes quas poſt reſurrectionem ſuam dominus miſſis prædicatoribus viſitare dignatus eſt. Vnde bene Geraſa ſiue Gergeſi colonum eiiciens, ſiue aduena appropinquans, interpretatur quia gentium populus colonum ſcilicet diabolum à quo diu incolebatur expulit, & qui erat longè, factus eſt propè in ſãguine Chriſti.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Emendatiora exemplaria neque Gadarenorum neque Geraſenorum legunt ſed Gergeſenorum Eſt autem Gadara ciuitas Iudææ, propter ſalubres vicináſque thermas haud ignobilis. Huius promontorio adiacet lacus quem incolæ mare appellant. Geraſa eſt oppidum Arabiæ nullum neque mare neque lacum vicinum habenis. Gergeſa eſt locus à quo Gergeſenorum ciuitas denominatur vetus quidem illa, non prout ab ea ſita quæ nunc Tyberias appellatur. Circa quem extat rupes præcelſa, & lata ex qua porci dæmonibus acti, in mare ſe precipites dediſſe feruntur. Interpretatur autem Gergeſa, eiectorum vicina ab euentu fortaſſis hoc nomen ſortita quod loci illius homines Chriſtum ſi non vi certè precario inde expulerint ſiquidem rogabant illum, vt à finibus eorum diſcederet. Vel certe quod mali dæmones porcos inde in mare deturbarint.

a *Homo in ſpiritu.* Iſidorus. Homo iſte deſperatiſſimus eſt populus gentium quem enumerat apoſtolus. Elatus ſuperbus, immundus, ſanguinarius, idololatra, ignominioſus nec lege naturæ, nec Dei, nec humano timore ligatus, cui legio nomen eſt id eſt, decem milia quæ cadunt à dextera patris quæ eſt Chriſtus. Huic grex porcorum creditur hi ſine reſpectu miſericordiæ ſimul in inferno per imperium immaturæ mortis ſuffocantur. Ab his multi fugiunt, paſcebant eos. *Flagellato enim ſtulto ſapiens ſapientior fit vel prudentior.*

✠ VICTOR ANTIOC. Marcus & Lucas vnius tantum qui à dæmone vexabatur mentionem faciunt. Matthæus autem duorum at hæc non pugnant, pugnarent tamen ſi Marcus & Lucas vnum duntaxat extitiſſe ſcriberent. Matthæus autem duos duos. Veriſimile fit Marcum & Lucam ſæuiorem de duobus eleg iſſe. Quare etiam calamitatem illius accuratius exponunt quam Matthæus. Scribunt namque vinculis catenísque diſruptis per loca deſerta diuagari conſueuiſſe. Marcus addit lapidibus ſeipſum concidiſſe,

CAPVT V.

ET venerunt † trans fretum maris in regionem † Gheraſenorum. Et † exeũti ei de naui † ſtatim occurrit de monumentis hõmo in ſpiritu immundo, qui dõmicilium habebat in monumẽtis. Et neque catenis iam quiſque poterat eum ligare quoniam ſæpe compedibus & catenis vinctus dirupiſſet catenas & compedes comminuiſſet & nemo poterat eum domare. Et ſemper nocte ac die in monumentis & in montibus erat clãmans & concidens ſe lapidibus. Videns autem Ieſum à longè cucurrit, & adorauit eum, & clamans voce magna, dixit. Quid mihi & tibi Ieſu fili Dei ãltiſſimi? Adiuro te per Deum, ne me torqueas. Dicebat enim illi. Exi ſpiritus immunde ab homine iſto. Et inter

† In vlterio rem ripam † Gadarenorum.

a ¶ Beda gentes quæ dæmoniacis illuſæ doctrinis idola colunt.

a ¶ Quia gentes mortuis operibus, id eſt, peccatis delectantur,

a ¶ Beda. Perfidorum corpora animæ peccatis mortuæ ſunt ſepulchra. ¶ Vel Deus, vel homo. b ¶ Legibus diuinis quia non erat dignus.

b ¶ Aduerſis. ¶ Proſperis. ¶ In fœditate operum.

¶ In taſtibus ſuperbiæ.

a ¶ Be. Per verba duriſſimæ infidelitatis. b ¶ Beda. Idolis. ¶ Quoniam arreptis cautibus ſeipſos furibundi concidebant

a ¶ Be. Quibus commune nobis. ¶ Hoc contra Iudæos dicunt. In beelzebub eiicit dæmo.

a ¶ Hoc contra Arrium qui negat filium Dei ¶ Credunt & contremiſcunt filium Dei. ¶ Alias ſummi.

† exeũti ei de naui] Mat.8.d Luc.8.d † Marc. exeunte

Luc. 8.c.

b *Et neque catenis &c.* BEDA. Catenis & compedibus graues, & duræ leges gentium ſignantur, quibus peccata in re eorum publica cohibebantur. Ruptis catenis (vt Lucas ſcribit) ſubito agebatur à domino in deſerto quia etiam tranſgreſſis illis legibus ad ea ſcelera cupiditate raptabantur, quæ iam vulgarem excederent cõſuetudinem.

c *In monumentis.* VICTOR ANTIOCHENVS. Dæmones in ſepulchris verſantur quo rudi plebi execrandum dogma perſuadeant, nẽpè demortuorum animas in dæmones transformari.

d *Quid mihi & tibi.*

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Quandoquidem Apoſtoli in naui Chriſtum hominem eſſe confeſſi fuerant prodeũt nunc in medium dæmones qui illius diuinitatem apertè promulgent. Et propter qui mare fluctuans rurſúmque conquieſcens non audierant, illi iam dæmones magna id voce clamantes audiunt, quod mare per ſubitam tranquillitate m iam antè clamarat.

e *Torqueas.* BEDA. Magnum tormentum ei à læſione hominis ceſſare & tantò dimittit grauius quantò poſſidet diutius.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Ne adulandi ſtudio *Ieſu filij Dei &c.* clamitare videantur, rerum experientia, hoc eſt pœnarũ ſenſu compulſi veniſti huc ante tempus torquere nos voci ferantur. Nam ne illorum ſupplicatio de fraude ſuſpecta haberi queat verbis modo allegatis inimicitiam inter ſe intercedere manifeſtè teſtantur. Neque enim igni qui ſub ſenſum non cadebat Chriſtíque præſentia dirè tantum incendebantur & torquebantur verum etiam imprudentium malorum metu. Arbitrabantur enim vltimum ſupplicium iam tum adeſſe adeóque ad inferorum cruciatus veſtigio ſeſe abreptum iri. Metu itaque conſternati, rogant per quę omnia ſacra obteſtantur ne ante tempus ad pœnarum locum amendentur. Vt ij ergo qui tẽpus adhuc reliquum habeant intra quod ea quælibet circa homines exerceant, non ſine contentione cum domino expoſtulant, tanquam qui ante legitimum tempus vim ipſis adferat pœnámque citra iuſtam cauſam inferat.

Quod

NICOLAVS DE LYRA

CAPVT V.

ET venerunt trans fretum. *Hic conſequenter deſcribuntur Chriſti miracula facta in terra ad doctrinæ ſuæ confirmationem. Et primum deſcribitur dæmoniaci curatio, ſecundò filiæ Archiſynagogi reſuſcitatio ibi.* Et cum aſcendiſſet Ieſus in naui. *Prima in duas quia primò deſcribitur curatio dæmoniaci, ſecundò deuotio ipſius curati, ibi:* Cúmque aſcenderet. *Expoſitio primæ partis patet ex dictis Matt.8. paucis exceptis quæ diſcurrentur.*

Diuiſio

1 Occurit ei de monu. homo in ſpi. immũdo. *Id eſt obſeſſus à dæmone dæmone Mat.8. dicitur quod erant duo, Ad quod dicendũ quod ſecundũ veritatẽ duo erant dæmoniaci, vt dicit Matthæus, ſed vnus erat ſeuior altero in quo erat legio dæmonũ, vt dicitur infra & iſte ſolus nominatur hic à Marco, & alius tacetur, quia non erat ita famoſus in malo.*

2 Et ſemper &c. in m. *Scilicet gentilium damnatorum ſuper quorum animas dæmones iam habebant poteſtatem, & ideò habitabant vbi corpora eorum erant ſepulta, tanquam habituri poteſtatem ſuper ea poſt finale iudicium.*

3 Et interrogabat eum quod ti.no. eſt. *Interrogauit autem Chriſtus, non quia ignoraret, ſed vt multitudo dæmonum in illo homine habitantium ex confeſſione eorum apparet vnde ſubditur.*

✠ Legio

MORALITER.

✠ † *Et venerunt trans fretum.* Sequitur.

1 *Statim oc. &c.* Per iſtum dæmoniacum diabolus ſignificatur, qui in monumẽtis & in montibus, id eſt, in fœdis & in ſuperbis hominibus habitat & concidit ſe lapidibus, id eſt, hominibus in fide ſtabilibus quos acriter tentat. Sed conciditur nam ab eis deuincitur. Nomen eius legio, quia multis in malum ſociatur. Eius autem eiectio per Chriſtum, ſignificauit dæmonum multitudinem deus incendam per ipſum. Quod autem dæmones eiecti porcos intrauerunt, ſignificat, quod intrant ducentes vitam procinam, & eos præcipitant in gehennam.

a *Quod tibi nomen est?* BEDA. Non quasi nescius interrogat, sed vt confessa publica peste quam tolerauerat, virtus curantis gratior appareat. Sed etiam sacerdotes nostri temporis qui per exorcismum dæmones eiiciunt solent dicere: non aliter patientes posse curari, nisi quantum sapere possunt omne quod à dæmonibus visu, auditu, vel quolibet sensu corporis aut animi vigilantes dormientésve pertulerunt, patenter confiteantur.

b *Legio mihi nomen est, &c.* BEDA. Significat populum gentilem innumeris idololatriæ cultibus mancipatum: cui cõtra est: *Multitudinis cre.e.cor vnum & anima vna.* Vnde bene in Babylonis cõstructione linguarũ vnitas per spiritum superbiæ scissa, in Ierusalem per gratiã spiritussancti linguarũ varietas est adunata & illa confusio & hæc pacis visio dicitur, quia electos in pluribus linguis & gentibus, vna fides & pietas toto orbe pacificando confirmat, reprobos aut plures sectæ quàm linguæ dissociando confundunt.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Non dicit numerum præcisè sed simplici voce magnam adesse multitudinem indicat: Siquidem exacta numeri discussio, nihil ad rei quæ quærebatur faciebat. *Et deprecabantur eum spiritus, &c.* Ne scilicet extra prouinciam ipsos deiiciat, aut ne in Abyssum abire iubeat, vt habet Lucas (Abyssus enim secessio est ex hoc sæculo.) Ex eo autem quod dæmones, ne extra prouinciam, aut extra hominũ consortium, in tenebras exteriores quæ paratæ sunt diabolo & angelis eius, expellantur, tantoperè rogant, planum sit, dominũ alio illos amandare potuisse si voluisset, permisit autem eos in terra illa hærere, quemadmodum diabolum quoque in mundo hoc circumagere finit: non quod nobis malè velit, sed ne per aduersarij absentiam, humana natura corona, hoc est, obtentæ victoriæ præmio spolietur. Tot autem porcos perire passus est, vt palam faciat, quanta ira & indignatione dæmones in homines ardeant. Voluit etiam ostendere multò minora damna inferre hominibus, quàm inferrent, nisi Dei virtus prohiberet.

c *Mitte nos.* BEDA. Lucas: Et rogabant eum ne imperaret illis, vt in Abyssum irent. Sciebant ergo aliquãdo futurum vt per aduentum eius mitterentur in Abyssum, non futura prædiuinantes, sed prophetarum in se dicta recolentes, ideóque glotiã Christi quam mirabantur, ad suam tendere timebant damnationem.

d *In porcos.* BEDA. Porci significant homines immundos, qui vocis & rationis expertes in monte superbiæ pascuntur, & lutulentis actibus oblectantur, quibus per cultum idolorum possunt dæmones dominari. Nam nisi quis porci more vixerit, in eum diabolus potestatem non accipit, nisi fortè ad probandũ: non autem ad perdendum.

e *Grex præci.est.* BEDA. Quia iam clarificata ecclesia, & liberato populo gentium à dæmonum dominatione in abditis agunt sacrilegos ritus qui Christo credere noluerunt cæca & profunda curiositate submersi.

f *Ad duo millia, &c.* BEDA. Erubescat Manichæus si de eadem substantia, & ex eodem autore hominum bestiarúmque sunt animæ: quoniã ob vnius hominis salutem duo mill. porcorum suffocantur.

g *Qui autem.* Quia quidã primates impiorum quãuis Christianam legem fugiant, potentiam tamen eius stupendo & mirando per gentes prædicant.

h *Et vident illum.* BEDA. Lucas sedentem ad pedes eius: quod signat eos qui à peccatis correcti sunt fixa mentis intẽtione vestigia Saluatoris quæ sequantur intueri.

i *Vestitum.* Virtutũ studio, quod vesana mẽte perdiderat. Vnde filius prodigus ad patrem rediens, mox stola prima cum annulo induitur: quia quisquis vero corde pœnituerit potest donante Christi gratia pristina iusticiæ opera de quibus ecciderat cum annulo inuiolatæ fidei recuperare.

k *Et timuerunt.* Multi enim antiqua suauitate delectati honorare se, sed pati nolle Christianam legem dicunt, quia eam implere non possunt, admirantes tamen fidelem populum à pristina conuersatione sanatum,

l *Et rogare cœperunt eum.* RABANVS. Vt Petrus. *Exi à me domine, quia homo peccator sum, &c.* Ne tangant arcam Dei, vt Oza.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Agnoscunt enim se indignos, qui tantum bonum in sua regione habeant, simulque ne ob præsentis virtutem, grauius quiddam propter admissa peccata patiantur, plurimum formidant.

m *Vade in domũ tuam.* BEDA. Sic quisque post resurrectionẽ peccatorum in conscientiam bonam redeat & propter aliorũ salutem euangelio seruiat: vt post cum Christo quiescat, nedum præproperè vult iam esse cum Christo, negligat prædicationis mysterium fraternæ redemptioni accommodatum.

HIERONYMVS. Homo sanatus mittitur in domum suam id est, in spiritualem legis obseruãtiam: & prædicat in Decapoli, id est, obseruat decalogum, dum à Romano nunc regno cõuertuntur Iudæi, id est, sunt de ecclesia, qui etiam in litera tantum pendent decalogi: quia moralia ad literam obseruanda sunt. Beda Matthæus duos, Marcus & Lucas vnum à dæmone curatum dicunt quia vnus eorum clarioris nominis, est famosioris: & ideò curatio eius est famosior.

ALLEGORICE. Duo, gentes significant de duobus filiis Noë. Cùm

a ¶ Sed mitteret in gregem porcorum, & hoc est, Erat enim, &c.

a ¶ Vt porcorum perditio, hominibus esset salutis occasio, pastores enim videntes statim nunciauerunt ciuitati. b ¶ BEDA Accepta potestate à Deo, aliter enim nec pecoribus nocerent.

a ¶ Conscij fragilitatis suæ adhuc infirmi pondus sapientiæ eius sustinere non poterant.

a ¶ Dissolui, & esse cum Christo multò melius est.

a ¶ Quia manere in carne propter alios necessarium est.

† omnes dæmones

† Luc.8.f.

Luc.8.c.

† De pœ. dis.3.c.plures.

† Iuxta

† Matt.8.d.

Luc.15.d.

Luc 5.b. 2.Reg.6.b.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Legio mi.nomen est. *Legio autem propriè dicitur numerus determinatus armatorum in exercitu: Et continet sex millia sexcentos sexaginta sex, & inde dicitur legio in dæmonibus qui militant contra nos.*

Legio quid est

2 Et deprecabatur. *Scilicet legio dæmonum.*

3 Ne se ex. &c. *Id est, extrà hominum habitationem vnde & Lucæ 8.e. dicitur in Abyssum: locus enim inferni debetur dæmonibus, permittuntur tamen inter homines habitare vsque ad iudicium vt glorioſior sit electorum victoria in dæmonum tyrannium superatione.*

4 Cúmque

4 Cúmque ascende. *Hic describitur curati deuotio, quia gratus de beneficio sibi collato, voluit sequi Christum. Iesus autem.*

5 Non admisit eum. *Id est, non recepit eum ad apostolatum vel discipulatum propter horrorem præcedentis passionis. Item ne ascriberetur dæmoni, quòd iste faceret si esset discipulus Christi. Ex hoc loco accipitur, quòd dæmoniaci & furiosi post curationem non promouẽtur in ecclesia Dei.*

6 Et abiit & cœpit prædicare in Decapoli quam, &c. *Nomen est regionis: & dicitur à deca quòd est decem & polis quòd est ciuitas.*

✠ Et cum

☞ Noë. Cùm enim Noë tres filios genuerit, vnus assumptus est in possessionem Dei, duo idolis dediti.

a *Et venit quidam de ar. &c.* HIERONYMVS. Post hæc Iairus archisynagogus venit, quia cum intrauerit plenitudo gentium tunc omnis Israël saluus fiet. Iairus illuminans vel illuminatus id est, Iudaicus populus vmbra literæ deposita spiritu illustratus & illuminatus, procidens ad pedes, id est, ad incarnationem Iesu se humilians, rogat pro filia qui sibi viuit alios viuere facit. Abrahã & Moyses & Samuel rogant pro plebe mortua, & sequitur Iesus preces eorum.

B BEDA. Iairus illuminans vel illuminatus: quia verbis vitæ populum illuminauit: & vt hoc posset à spiritu sancto illuminatus est.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Miraculum miraculo succedit. Etenim princeps Synagogæ non tam de fide ad promerendum Christi gratiã, instructus, quam lethali filiæ morbo impulsus, præsidij causa ad Iesum venit.

b *Quoniam filia mea.* BEDA. Lucas, quia filia vnica erat illi fere annorum 12. & hæc moriebatur. Filia Archisynagogi, est synagoga sola legali institutione composita, quasi vnica Moysi nata. Hæc 22. anno, id est, tempore pubertatis appropinquante moriebatur, quia nobiliter à prophetis educata, postquam ad intelligibiles annos peruenit, & spiritualem Deo sobolem generare debuit, subitò errorem languore consternata, spirituales vias desperabiliter omisit.

C ✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Hãc Matthæus mortuã, Marcus grauiter ægrotanter & tantum non animam agentem affecit. Quare paulò pòst de Archisynagogi familia venere, qui domino adhuc iter carpente, puellam vita functam denunciarunt. Ideóque magistrum eius rei gratia amplius vexare, superuacaneum videri. Verùm nulla est repugnantia. Siquidem Matthæus miraculum hoc exponẽs, vnum breuiter per alterum designat. Ex hoc enim quod dominus mortuam exuscitauit, vtrumque inferre licuit: nempè & mortem obiisse, & in extremis laborasse adolescentulam. Matthæus ergò exacta illa narratione missa, dominum operam suam pollicitum, vna cum discipulis exuscitatum abiisse scribit.

c *Et comprimebant.* Dum ad puellam sanandam vadit, à turba comprimitur: quia Iudæis salutis monita præbens, quibus ægrã eorum conscientiam erigeret, noxia carnalium populorum consuetudine grauatus est.

d *Et mulier quæ, &c.* Pergente domino ad filiam Archisynagogi, morbosa mulier annis 12. præripit sanitatem, & post filia sanata est, & suscitata est: quia sic dispensata est salus humani generis, vt primò aliqua ex Israël, deinde plenitudo gentiũ & sic omnis Israël saluus fiet.

BEDA. Notandũ quod puella duodenis & mulierem 12. annis sanguine fluxit, id est, quãdo hæc nata fuit illa infirmari cœpit. Vna enim penè eadémque sæculi ætate synagoga in patriarchis nasci & gentes cœperunt idololatria fœdari.

BEDA. Mulier sanguinaria à dño curata est, ecclesia est de Gentibus ingenti carnalium delectationũ fluxu polluta, & iam à cœtu fidelium segregata. Hæc dum Christus Iudæam sanare discerneret, iam paratam aliísque promissam salutem spe certa præuenit.

✠ THEOPHYLACTVS. Per Hæmorroissam intellige humanam naturam. Profluebat enim perfectum, quod animam occidens, quasi sanguinem fudit animarum nostrarum. Hæc à pluribus medicorum, sapientium dico huius mundi, & legis & prophetarum curari non valuit, mox vt fimbriam Christi tetigi, id est, carnem eius sanata est. Qui enim credit filium Dei incarnatum, hic est qui vestimentorum fimbriam tangit.

e *Multa perpessa à coplurib. medicis, &c.* BEDA. Falsis Theologis Philosophis, legum secularium doctoribus, qui se vtilia viuendi præcepta dare promittebant. Dæmones, quoque quasi hominibus consulendo se pro Deo colendos ingerebant: quibus audiendis, quando magis naturalis industriæ vires expendebant, tantò minus sanari poterant. Sed cùm audissent populum Iudæorum ægrotasse & verum medicum de cœlo venisse, cœperunt languoris sui & sperare & inquirere remedium.

f *Venit in tur. re.* BEDA. *Si quis mihi ministrat me sequatur.* Et alibi: *Post dominum Deum ambulabis.* Vel quia Deum præsentem in carne non videt, sed post ad fidei agnitionis gratiam peruenit. & tactu, id est participatione sacramentorum eius meruit sanari à peccatis. Fons quippe, sanguinis, origo peccati, primordium immundæ cogitationis, ex quo omne peccatum oritur. Sed dominus non solum opera, sed & verba mala & cogitationum radicem sacramentis euangelicis quasi suis vestimentis,

☞ fontes ob-

Rom. 11. d. † illum

Luc. 8. f.

Rom. 11. c. † traiecisset

Nota

† Mat. 8. c. Lucæ 8. f. † adiumẽti sensserat

† cognouit

Ioan. 12. d. Osee. 11. d.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et cum transcen. Ie. in na. *Hic consequenter describitur resuscitatio filiæ Archisynagogi: Et primò describit huius facti inchoatio, secundò, interponitur mulieris sanguisluæ curatio, ibi:* Et mulier quæ erat in profluuio sanguinis, *tertiò, describitur prædicti facti consummatio, ibi.* Adhuc eo loquente: *Sententia istarum trium partium patet ex his quæ dicta sunt Matth. 9. exceptis aliquibus quæ exponentur. Quantum ad primam partem dicitur hic.*

2 Deprecabatur eum mul. di. quoniam. *Matth. 9. c. dicitur quod Archisynagogus dixit Christo:* Filia mea modo defuncta est. *Ad quod dicendum quòd euangelistæ repetendo dicta alicuius vel aliquorum, aliquando repetunt eadem verba, aliquando verò sententiam per alia verba. Filia autem Archisynagogi laborabat in extremis, secundùm quòd dicit hic Marcus: verumtamen erat ita propinqua morti, quòd reputabatur mortua: vnde etiam secundùm communem modum loquendi de aliquo qui sic est morti propinquus dicitur, quòd mortuus est, quia quod modicum distat quasi nihil reputatur, & hoc modo loquendi vsus est Matthæus. Circa secundam partem dicitur.*

3 Et fuerat mul. *Scilicet non solùm in facultatibus, sed etiam in corpore, vt patet per literam sequentem.*

✠ Et statim

MORALITER.

† † *Et venit quidam de Archisynagogis.* Per quem intelligi potest vnus de sacerdotibus curatis, qui si habeat aliquam personam in periculo mortis spiritualis, cui non potest aut nescit succurrere, debet ad Iesum venire, id est, ad illum qui habet zelum salutis animarum: & scit & potest remedium adhibere. Etsi aliqui velint impedire dicentes.

† *Quoniam filia.* Id est, quod impossibile sit remedium adhibere, propter hoc dimittere non debet: quia de nullo desperandum est vita præsenti durante.

† *Et mulier quæ erat in profluuio.* Humanitas Christi dicitur eius vestimentum Philip. 2. a. In similitudinem hominum factus est, & habitu inuentus vt homo. Cuius fimbria sunt pedes tanquam extremitas. Mulier 12. annis sanguinisluia fuit. Magdalena multò tempore peccatis polluta, sed tangendo Christi pedes fuit simpliciter emundata.

MOAALI-

☞ fontes obſceni ſanguinis emundat.

A a *Tetigit.* BEDA. Sola fidelis mulier dominum tangit, quem paſſim comitans turba comprimit. Quia qui diuerſis inordinatè glomerantium hæreſibus, vel peruerſis moribus grauatur, ſolo fideli eccleſiæ corde tangitur, vnde: *Noli me tangere; nondum enim aſcendi ad patrẽ meum.* Quia veraciter tangere eſt euangeliſtæ qualem patri credere.

Ioan 20.d.

† de ſe

HIERONYMVS. Septima virtute ſuſcitatur mortua, ſed intra viã tangit fimbriam retrò mulier ſanguinaria quæ cũ ſalute ſubſtantiam in medicos nihil ꝓficientes perdiderat. Septimo die requieuit Deus ab omni opere. Quando ſuſcitatur mortua intus & ſemiuiua foris cũ turbis, fluxus ſanguinis ſterilitatem facit. Vnde dicitur ad eccleſiam Gentium.

† Matt. 9.c. Luc. 9.g. Luc. 8.f. Matth. 2. a

B

Gal. 4.d. *Lætare ſterilis quæ non paris.* Retrò accedit, id eſt, poſt reſurrectionem. Fimbriam tangit, ac cymbala & mala punica quæ pendent in extremis oris tunicæ ſummi ſacerdotis. Cymbalum, confeſſionem: malumpunicũ martyrij voluntatem ſignificat & virtutum candorem.

† tumultuamini

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Virtutes quæ ex Seruatore in alios dimanabant, non locali aut corporali motu, ab illo decedebant. Nam cum corporis expertes eſſent, ita de alio in alios tranſibant, aliiſque impendebantur, vt tamen in illo eſſe non deſinerent. Quemadmodum enim ſcientiæ & penes docto rem conſiſtunt, & diſcentibus nihilominus traduntur: ita Chriſti virtus, & penes illum manebat, & in illos nihilominus cum bona illius voluntate deriuabatur, qui fide eum tangebant. Appoſitè autem Euangeliſta non dixit, ſentiens autem virtutem,

C ſed cognoſcens virtutem quæ exierat de illo. Neque enim virtutes illius ſentiebantur, cum corporeæ non eſſent, ſed tantum intelligebantur. Cæterùm illi Chriſtum ſpiritualiter tãgunt, qui in illum credunt. Cæteri verò qui in illum fidem non habent, eum veriùs comprimunt & affligunt, quàm tangunt. Qui autem Chriſtum verè tangit, is illum ad clementiam & miſericordiam allicit. Negabant autem omnes ſe illum tetigiſſe: Nam cũ in illum non crederent, non tangebant eum: ſed tantum comprimebant.

b *Mulier autem.* BEDA. Ecce quo tendebat interrogatio, vt mulier ſcilicet confiteatur veritatem diuturnæ infirmitatis, & ſubitæ ſanata eſſet à plaga. Et ſtatim Ieſus in ſemetipſo cognoſcens 1
virtutem quæ exierat † de illo, conuerſus ad turbam, aiebat:

a ¶ BEDA. Interrogat vt ſalus quam mulieri dederat, declarata & agnita fidei virtute multis proficiat.

a Quis tetigit veſtimenta mea? Et dicebant ei diſcipuli ſui. 2

¶ Inordinatos. ¶ Hæreſibus, grauis moribus.

Vides turbam comprimentem te, & dicis, quis me tetigit? Et 3

a ¶ BEDA. Oculi domini ſuper iuſtos, & aures eius in preces. Iſte pauper clamauit, & dominus exaudiuit eum.

b circumſpiciẽbant, videre eam quæ hoc fecerat. Mulier autem timens & tremens, ſciens quod factum eſſet in ſe, venit, & procidit ante eum, & dixit ei omnem veritatem. Ieſus au-

a ¶ Ideò quia fidelis. b ¶ BEDA. Non dicit faciet in eodem quod credidit iam ſalua facta eſt.

c tem dixit ei: † Filiâ, fides tua te ſaluam fẽcit, vade in pace, &

a ¶ BEDA Perſeuerando in eadem fide. Qui enim perſeuerauit vſque in &c.

d ẽſto ſana à plaga tua. Adhuc eo loquente veniunt nuncij ad

e archiſynagogum, dicentes: quia filia tua mortua eſt, quid vl- 4
trà vexas magiſtrum? Ieſus autem audito verbo quod dice-

f batur, ait Archiſynagogo: Noli timere, tantummodo crede.

g Et non admiſit quemquam ſequi ſe, niſi Petrum & Iacobum 5
& Ioannem fratrem Iacobi. Et veniunt in domum Archiſy-

h nagogi, & vidit tumultum, & flentes & eiulantes multum: &

i ingreſſus ait illis. Quid † turbamini, & ploratis? Puella non

¶ Irriſoribus.

k eſt mortua, ſed dormit. Et irridebant eum. Ipſe verò eiectis

¶ Qui miraculum venerentur.

omnibus aſſumit patrem & matrem puellæ, & qui ſecum

ſubitæ credulitatis & ſanationis: & ita ipſa cõfirmaretur in fide, D
& aliis præberet exemplum.

c *Vade in pace.* ✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Corpore mulieris ſanato, dominus animæ quoque eiuſdem benignè facit: Amandat eum illum ad bonorum faſtigium: nempe ad pacẽ illã, in qua Deus habitare dicitur.

d *Adhuc, &c.* BEDA. Muliere ſanata ſtatim nũciatur puella mortua, quia eccleſia Gentium à labe vitiorum curata: & ob fidei meritum filia nominata, continuò ſynagoga perfidiæ læto reſoluta eſt, quia in Chriſtum nõ credidit, & inuidiæ, quia eccleſiam credere doluit.

e *Quia filia tua, &c.* BEDA. Multi enim E
hodie ſtatum ſynagogæ videntes, reſtaurari poſſe nõ credunt: & pro reſtauratione eius ſupplicandum eſſe non æſtimant. Sed quod hominibus eſt impoſſibile, Deo eſt poſſibile: vnde ſequitur, *Ieſus autem, &c.*

f *Archiſynagog.* Archiſynagogus, cœtus eſt doctorum legis de quibus: Super ca. mo. ſcilicet ſcrib. & Phariſ. Qui ſi credere voluerint etiam ſubiecta eis ſynagoga ſalua erit.

g *Et non admiſit quemquam, &c.* BEDA. Blaſphemis & irriſoribus non ſunt reuelanda myſteria, ſed fidelibus qui honorent. Vnde alibi. Iuſtificata eſt ſapientia ab om. fi. ſu. Matt. 7. a.

h *Flentes & vlu.* BEDA. *Letentur omnes qui ſperant in domino, & in æternum exultabunt, & habine.* Hanc lætitiam meritò infidelitatis ſynagoga amiſit: & ideò inter flentes & vlulantes mortua iacet. Sed Ieſus eam funditus interire non patitur, vnde ſequitur. *Et ingreſſus eſt.* Luc. 7.c. Pſal. 5.c.

i *Non eſt mor.* Mihi in cuius diſpoſitione & anima recepta viuit, & caro ſuſcitãda quieſcit. Hinc mos eſt Chriſtianis, vt mortui qui reſurrecturi non dubitantur, dormientes vocentur. vnde Nolumus vos ignorare fra. de dor. F

BEDA. Cùm anima quæ peccauerit moriatur, ea tamen quã dominus ad vitam æternam præuidet, nobis quidem mortua fuiſſe ſed ei obdormiſſe non incongruè dici poteſt. Ezech. 18.a. 1. Theſ. 4.c.

k *Electis omnibus.* BEDA. Turba eiicitur vt puella ſuſcitetur: quia niſi ſecularium curarum multitudo à corde eiiciatur: anima quæ intus iacet, mortua non ſuſcitatur. Dum enim ſe per vniuerſas cogitationes ſpargit, ad conſiderationem ſui ſeſe nullatenus colligit. Moraliter

☞ *Thabita cumi:*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et ſtatim Ie. in. *Non eſt intelligendum, quod aliqua virtus exiſtẽs in Chriſto migrauerit extra ipſum, ſed talis exitus intelligitur per modum cauſæ producentis effectum in quem dicitur exire inquantum cauſa relucet in effectu. Et per talem modum loquendi dicitur Sap. 7.d. de ſapientia increata, quòd per nationes in animas ſanctas ſe transfert, & amicos Dei & prophetas conſtituit. Quæ tranſlatio non poteſt intelligi, quòd ſapientia increata ſit alicubi vbi prius non erat, cum de neceſſitate: ſit vbique præſens: ſed quia cauſat ibi nouum effectum. Vtrum autem talis virtus in Chriſto fuerit virtus diuina tantum, vel cum hoc humana, dicetur in fine huius cap.*

2 Quis teti. *Non quærit ex ignorantia: ſed vt per confeſſionem mulieris ſanatæ appareat fides eius, & à Chriſto commendetur, & quia manifeſtatio miraculi dictæ ſanationis cedebat ad gloriã Dei, & Archiſynagogi aſſecurationem: vt per hoc certificaretur de futura, ſuſcitatione filiæ ſuæ.*

3 Turbã compri. *Licet in tali preſſura eum tangerent corporaliter, non tamen tangebant eum cum tali deuotione & fide ſicut illa mulier tetigerat, & de tali tactu ſingulariter quærebat. Circa tertiam partem dicitur ſic.*

4 Quid vltrà ve. *Licet enim crederent ipſum poſſe eam ſanare, non tamen à mortuis ſuſcitare, ex quo patet quòd eorum fides erat imperfecta.*

5 Et non admiſit, &c. *Oſtendens quòd in operibus miraculorum nõ debet faciens quærere oſtentationem, in hoc dans exemplum eius diſcipulis qui erant facturi miracula, verumtamen, quia in operibus miraculoſis manifeſtatur Dei gloria, ideò aliquando faciebat miracula valdè publicè, ſicut patet in Lazari ſuſcitatione, & cæci illuminatione, oſtendens exemplum diſcipulis, vt in talibus quærerent Dei gloriam tantum, & non propriam.*

✠ Thabita cumi.

a *Thabita cumi.* In Syro sermone quem euangelista ponit, nō plus est quàm puella surge. Sed fortè ad vim dominicæ iussionis exprimendam hoc addidit: tibi dico surge, & magis sensum loquentis quàm verba intimare curauit. Sic sæpè apostoli & euangelistæ cum aliquod testimonium assumunt magis sensum quàm verba ponunt.

HIERONYMVS. Ad puellam dicitur thabita cumi, id est, puella surge. Archisynagogo dicitur: Filia tua mortua est, Iesus: Non est mortua, sed dormit, vtrūque est: mortua vobis, sed mihi dormit. Annorum 12. erat puella, & annis 12. mulier perpessa, peccata incredentium apparent in initio fidei credentium. vnde dicitur: *Credidit Abraham Deo, & repu. est ei ad iu.*

טליתא קומי tabitha cumi.

† dixit dari Gal. 3. a

Moraliter

BEDA. Quod Christus tres mortuos suscitauit, tria genera animarum significat. Puellam suscitat adhuc in domo clausam, id est, animam consensum tantum non actum delectationi malæ præbentem. Iuuenem suscitat iam extra portam delatum, id est, peccatorem qui consensum iam produxit ad actum. Suscitat Lazarum iā fœtentē, & longa consuetudine peccandi animam malè olentem, & alios fama corrumpentem. Puellam paucis alloquitur, quia eam facile resuscitat, quam & mortuam negat, & animam similem citò resuscitari demonstrat. Iuuenem pluribus corroborat, cum dicit: *Tibi dico surge*, quia tales animæ aliquando difficilius reuiuiscunt. Ad monumentum Lazari fremit, turbatur, lachrymatur, magna voce clamat: *Lazare, veni foras.* Similiter longa consuetudine peccandi pressus, vix & quasi cum labore suscitatur. Notandū quoque, quòd publica noxa publico eget remedio. Leuia autē & secreta possunt deleri pœnitentia æui & secreta.

Matth. 9. c. B

Luc. 7. c. Ioan. 11. c.

a ¶BEDA. prius mundat manus Iudæorum quæ sanguine plenæ sunt, aliter puella non resurgeret.

erant & ingrediuntur vbi puella erat iacens: & tenens manū
¶BEDA. Id est, puella surge.
a puellæ ait illi: † Thabita cumi: quod est interpretatum: puel- 1
¶BEDA. A vitiis.
la tibi dico surge. Et confestim surrexit puella, & ambulabat.
¶BEDA. In bonis operibus.
Erat autem annorum duodecim: & obstupuerunt stupore magno. Et præcepit illis vehementer, vt nemo id sciret. Et 2
† iussit dare illi manducare. 3

Puella in domo iacens paucis arbitris surgit, & eis præcipitur, vt nemini dicant. Iuuenis extra portā turba multa comitante & vidente. Lazarus de monumento vocatus intantum innotuit: vt propter hoc turbæ cum palmis domino occurrerent: & multi abierunt ex Iudæis: & crediderunt in Iesum. Quartum mortuum annunciante discipulo audiuit: sed quia viui qui pro eo precarentur defuerunt: *Dimitte inquit mortuos sepelire mortuos suos.* Matth. 8. c.

Mortui per Christum quot & quo modo suscitati sunt.

D E

☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Thabita cumi. *Duæ sunt dictiones Hebraicæ: quarum prima est nomen, & secunda verbum, vt patet per interpretationem. Sciendum autem quòd Thabita non est nomen commune: sed est proprium nomen illius puellæ quæ fuit suscitata: & hoc patet per simile Act. 9. f. vbi dicitur: In Ioppe autem fuit quædam discipula nomine Thabita, & ideò Marcus pro nomine propriè posuit commune interpretando scilicet puella. Sciendum etiam, quòd illud quod ibi interponitur scilicet tibi dico non est de significato sermonis Hebraici hic positi: sed additum fuit ab euangelista ad maiorem expressionem. quòd ad verbum Christi illa puella suscitabatur.*

2 Et præcepit illis vehe. &c. *Causa iam est expressa, per hoc volēs dare exemplum aliis, vt non quærerent ostentationem in operibus miraculosis.*

3 Et iussit dare illi man. *Ad probationem veræ resurrectionis, sicut & Christus post resurrectionem suam manducauit cum apostolis, vt habetur Luc. 24.* C

Ad maiorem euidentiam eorum quæ dicta sunt hic & alibi de miraculis Christi, quæritur vtrū Christus fecerit miracula sola diuina virtute. Et arguitur primò quod sic. Dicit enim Leo Papa in epistola ad Flauianū: Cùm Christo sint duæ naturæ, vna earum est, scilicet diuina quæ fulget miraculis: altera scilicet humana quæ succumbit iniuriis ergo sicut se habet humana natura ad succumbendum iniuriis, sic se habet diuina ad agendum in operibus miraculosis: sed sola natura humana iniuriis succumbit, quia talia pati repugnat deitati ergo sola natura diuina agit in operibus miraculosis.

Et confirmatur autoritate Psal. 135. a. Qui facit mirabilia magna solus, *ergo sola diuinitas est principium agendi miraculum.*

Item opera miraculosa excedūt totam virtutem naturæ creatæ, natura autem humana in Christo creata est: ergo vt videtur in nullo attingit opera miraculosa.

Matth. 9. c. *Contra quia Christus per tactum corporis sanabat miraculosè, vt dictum est de muliere patiente fluxum sanguinis, & infrà 6. g.* Quotquot autem tangebant eum, salui fiebant: *si ergo tali tactus nil ageret insanatione prædicta frustrà adhiberetur: quod non conuenit ipsi Christo scilicet aliquid frustrà agere, ergo ille tactus aliquid faciebat: & certum est quòd pertinebat ad humanitatem, ergo, &c. Responsio, in hac quæstione sic est procedendum, quia primò videndum est qualiter viri sancti viui vel defuncti quorum miracula scripta sunt, in illis operati fuerunt, secundò qualiter Christus inquantum homo operatus fuerit.*

Circa primum aliquid est certum, videlicet quòd miracula non possunt fieri aliqua virtute tanquam principaliter agente nisi virtute diuina, quia sicut dictum est, operatio miraculosa excedit totam facultatē virtutis creatæ. Similiter certum est, quòd sancti viri ad miracula possunt operari meritoriè: quia frequenter expertum est miracula facta fuisse à Deo ad preces sanctorum.

Sed dubium est vtrum viri sancti in miraculis aliquādo operati sunt per aliquam virtutem in eis existentem non quia illa sit principalis ratio agendi, sed tantum instrumentalis, vt sic Deus tanquam principaliter agens fecerit miracula per sanctos tanquam per quædam instrumenta. Et hanc quæstionem relinquit Augustinus 22. lib. de ciuit. Dei, insolutā: vbi enarratis multis miraculis martyrium dicit sic: Siue enim Deus per seipsum miro modo quo res temporales operatur æternus, siue per suos ministros ista faciat, & eadem ipsa quæ per ministros facit, siue quædam faciat, etiam per martyrum spiritus, siue per homines adhuc in corpore constitutos, siue Deus ista per angelos quibus inuisibiliter immutabiliter, incorporaliter, imperat operetur: vt quæ per martyres fieri dicuntur eis orantibus tantum & impetrantibus: non etiam operantibus fiant siue alia ista: siue alia illis modis, qui nullo modo comprehendi à mortalibus possunt: ei tamen attestatur fides hæc in qua carnis in æternum resurrectio prædicatur. Beatus tamen Gregorius hanc quæstionem determinare videtur. 2. lib. Dialogorū, vbi dicit sic. Qui deuota mente Deo adhærent, cum rerum necessitas exposcit, exhibere signa modo vtroque solent, vt mira quæq; aliquando ex prece faciant, aliquando ex potestate concessa illis à Deo: Et hoc probat consequenter ratione & exemplo. Ratio autem talis est. Cui conceditur illud quod est maius, non est mirū si aliquando concedatur quod est minus, sed maior est potestas filios Dei fieri, etiam per adoptionem, cum hoc solùm sanctis concedatur quàm F *miracula operari, quod etiam aliquando malis conceditur, vt habetur Matth. 7. Sed primum conceditur hominibus sanctis, secundùm q̄ dicitur Ioan. 1. a.* Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. *Item probat hoc exemplo, quia Petrus suscitauit Tabitam orando, vt habetur Act. 9. g. Ananiam verò & Saphiram morti tradidit subitò absque oratione, sed solùm culpam eorum increpando. Act. 5. a. & sic videtur illud factum fecisse ex aliqua potestate sibi concessa à Deo tanquam instrumentum diuinæ iusticiæ. Item ad hoc videtur facere, quòd gratia Dei diuiditur per gratiam gratis datam & per gratiam gratum facientem, & licet aliquando ab aliquibus dictum fuerit, quod gratia gratum faciens nihil ponit in anima, tamen de gratia gratis data ab hominibus conceditur, quod aliquid ponit in anima. & hoc patet manifestè de gratiis gratis datis, quæ vocantur sermo sapientiæ & sermo scientiæ 1. Corinth. 12. a. quia significant quasdam eminentes cognitiones diuinorum & humanorum, quæ ponunt aliquid in anima. Similiter fides, prophetia genera linguarum, & interpretatio sermonum. Et eadē ratione videtur, quod gratia sanitatum & operatio virtutum, id est, miraculorum, quæ ponuntur gratia gratis datæ dicant aliquam virtutem in anima existentem. Dicunt tamen aliqui, quod ista virtus operantis miracula non est aliqua virtus mansiua per modum habitus, sed per modum passionis transeuntis, sicut & prophetia: propter quod tales non possunt facere miracula quotiescunque volunt, nec prophetare. Sed quidquid sit de conclusione, ratio tamen non valet: quia sicut dictum est, talis virtus operandi miracula, non est principalis, sed tantum instrumentalis. Instrumentum autem operari non potest, quamuis sit perfectum, per formam suam, nisi moueatur actualiter per manum artificis sicut patet quod securis non potest secare, nisi per manum artificis moueatur: & ideò dato quod talis virtus sit mansiua non potest tamen operari ad miracula absque motione diuinæ virtutis principaliter agentis, si tamen talis virtus sit mansiua vel per modum passionis transeuntis solùm, sicut est motio instrumenti cùm mouetur ab agente principali, nihil dico modo. Item ad conclusionem inducitur illud quod à sanctis & Doctoribus Catholicis dicitur de sacramentis nouæ legis, videlicet quod efficiunt quod figurant, ita quòd*

☞ *tanquam*

A NICOLAVS DE LYRA.

✠ *tanquam quædam instrumenta diuinæ misericordiæ agunt ad inductionem gratiæ ipsam instrumentaliter attingendo, vel saltem aliquam dispositionem ad ipsam, vt characterem, vel aliquid simile correspondens in sacramentis, quæ non imprimunt characterem: ita quòd in sacramentis est aliqua virtus ad efficiendum modo prædicto: & tamen sacramenta consistunt in quibusdam rebus sensibilibus: & ideò multò fortiùs videtur quod in animabus sanctorum virorum defunctorum vel viuentiũ possit poni aliqua virtus diuinitus eis concessa in operibus miraculosis per modum prædictum. Ex dictis patet quod dicendum sit de humanitate Christi, quæ est organum seu instrumentum coniunctum ipsius deitatis, sicut manus est instrumentum artificis. Homines autem alij quãtumcunque sancti non sunt sic coniuncti, & ideò sunt quasi quædam instrumenta deitatis separata: & adhuc plus separata sunt ecclesiæ sacramenta, instrumentum autem coniunctum magis participat efficaciam agentis principalis quàm separatum: & ideò talis virtus operandi miracula efficacior inuenitur in humanitate Christi, quàm in quibuscũque aliis. His dictis potest responderi ad argumenta. Ad primum dicendum, quod simile tenet quantum ad hoc quod sicut humanitas in Christo fuit ratio patiendi, sic deitas est ratio & principium faciendi miracula principaliter: non tamen tenet quantum ad secundùm: quia non repugnat humanitati Christi operari ad miracula per modum instrumenti: repugnat autem deitati qualitercumque pati. Verumtamen ratione identitatis suppositi idiomata communicantur: quia sicut hæc est vera: Deus passus est ita hæc est vera demonstratio Christo: iste puer creauit stellas. Ad illud quòd inducitur de Psal. dicendum quod ly solus non excludit humanitatem tanquam instrumentaliter agentem, sed tanquam principaliter, & sic intelliendum est respectu aliorum sanctorum, quod solus Deus facit miracula scilicet tanquam principale agens. Ad secundum dicendum, quòd instrumentum in virtute principalis agentis bene attingit ad aliquid, quod excedit facultatem propriam cõuenientem ei secundum se, sicut calor naturalis in virtute animæ generat carnem, vt habetur 2. de anima. Argumenta autem in contrarium concludunt tantum, quòd humanitas Christi agebat ad miracula sicut agens instrumentale & secundarium, quod conceditur.* D

CAP. VI.

☞ ET *Egressus*. Sequitur.

B a *Vnde huic, &c.* Mira cæcitas. In factis & dictis Christum cognoscere possunt, ob solam generis noticiam contemnunt.

Ioan.1.c. b *Faber.* BEDA. Qui operatur igni & spiritu, vnde: *Ipse baptizabit vos in igne & spiritu.* Faber est qui fabricatus est auroram & solem. HIERONYMVS. Filius fabri vocatur: & hoc mysticum, scilicet fabri qui fabricatus est auroram & solem, ecclesiam primã & sequentem, in quarũ figura mulier & puella sanatur.

† Mat.13.g. c *Non est, &c.* Propè naturale est ciues ciuibus inuidere q̃a non opera sed infantiam quam viderunt recordantur.

C ISIDORVS. Comitatur sæpè vilitas originem. *Vt quis est filius Isai.* Sed *humilia dominus respicit, & alta à longè cognoscit.*

† in nullo precio habitus 3.Reg.12.d Psal.137.b.

d *Et non pot. ibi virt. vllam.* Ne ciues incredulos peius condemnaret faciens multas virtutes. Vel quia in patria sua despicitur, paucas ibi virtutes fecit & signa, ne penitus excusabiles sint. Maiora quotidie ingentibus signa facit, non tam in corporum sanatione quàm animarum.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Hoc propter eorum E duritiam & incredulitatem dicitur, qui illiusmodi beneficio potituri erant. Quia enim ad impetrandam sanitatem vtrumq; coire debet, nimirũ eorũ qui cura egent, fides & illius rursum qui curaturus est, virtus, si alterum horũ defuerit, non temerè sanitatis beneficium obueniet. Potest quoque addi, rationi non satis consentaneum videri, sanitatem ei præstare qui propter fidei inopiam, detrimentum potius, quàm emolumentum inde percepturus creditur. F

✠ THEOPHYLACTVS. Quod dicit, *non poterat*, intelligere oportet, non acceptabat, quia nõ ipse impotens, sed illi infideles erant, ergo ibi non operatur virtutes parcens eis, ne maiori reprehensione digni essent, etiam factis miraculis non credentes.

† apud nos

e *Et mir.* BEDA. Nõ quasi de improuiso, sed quasi mirandum ostẽdit, quia nec prophetis credũt, nec ipsi quẽ præsentẽ cernũt.

☞ *Et conuocabit.*

CAPVT VI.

1 ¶ Nazareth, vbi natus fuit. ET egressus inde abiit in patriã suam, & 1
2 ¶ Malè sabbatum celebrat qui vacat à bonis operibus. sequebantur eum discipuli sui. Et factõ sab-
2 ¶ Vt pluribus proficiat. bato cœpit in synagoga docere: & multi
audientes † admirabantur in doctrina eius,
¶ Id est, doctrina. ¶ Vel huic.
a dicentes: Vnde huic hæc omnia? Et quæ est sapientia quæ †
a ¶ BEDA. sanare. ¶ Miracula.
data est illi, & virtutes tales, quæ per manus eius efficiuntur?
¶ Cognatus.
b † Nónne hic est faber, filius Mariæ, frater Iacobi & Ioseph 2
& Iudæ & Simonis? Nónne & sorores eius hic † nobiscum
¶ Hac de causa. ¶ Ergo.
sunt. Et scandalizabantur in illo. † Et dicebat eis Iesus: quia
¶ Prophetam suscitabit vobis Deus.
c non est propheta † sine honore, nisi in patria sua, & † in co-
d gnatione sua, & in domo sua. Et non poterat ibi virtutem vl- 3
lam facere, nisi paucos infirmos impositis manibus curauit
e & mirabatur propter incredulitatem illorum. Et circumibat 4 5
gentibus

† apud nos

† Mat.13.g Lucæ 4.d. Ioan.4.f. Act.3.a.

† inter cognatos

NICOLAVS DE LYRA

CAPVT VI.

✠ ET egress. *Postquam descriptus est feruor prædicationis in Christo, hic consequenter describitur liuor æmulationis contra ipsum propter doctrinam & miracula ipsius, & patet sententia ex dictis Matth.13. exceptis quæ sequuntur.*

2 Nónne. *In Matthæo dicitur fabri filius. Credebant enim isti quod esset eiusdem artis cum patre suo putatiuo Ioseph, qui dicitur fuisse faber lignarius. Et probabile videtur, quod Christus eandem artem exercuit quia non fuit occupatus in doctrina & miraculis vsque ad tricesimum ætatis annum: nec ante fuit intentus studio secundùm quòd dicitur Ioan.7.* Quomodo hic literas scit, cum non didicerit. *Nec verisimile, quòd tanto tempore fuerit otiosus: magis autem verisimile est q̃ fuerit occupatus in arte patris sui putatiui quã in alia, & hoc videtur per verbum per verbum istorum qui erant de Nazareth, qui modum suum viuendi cognoscebant, & fabrum eum vocabant.*

3 Et non po. ibi, &c. *Istud non posse, non refertur ad potentiam eius absolutam, sed congruitatis & decentiæ: quia non erat congruum quod ibi faceret multa miracula cuius causa subditur, cùm dicitur.*

4 Et mirabatur propter. *Fides enim credentium est meritoria de congruo, quod eis fiant miracula sicut patet cap. præcedenti de muliere sanguinisflua cui dictum est à Christo. Fides tua te saluam fecit, & in multis aliis locis in euangelio simile habetur.*

5 Et circumibat. *Quia sui doctrinam eius repulerant conuenienter ad alios docendos transiuit, & ita fecerunt apostoli, secundum quòd dicitur Act.13.g.* Vobis oportebat primum loqui, scilicet Iudæis verbum Dei, sed quia repellitis illud & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes: sic enim præcepit nobis Deus.

✠ Et conuocauit

MORALITER.

✠ 1 *Et egressus inde abiit in patriam suam, &c.*

† *Vnde huic hæc.* Isti similes sunt rustico, qui crucifixum adorare nolebat, eò quod lignum creuerat in horto suo.

✠ *Et conuocauit.*

a castella in circumitu docens. Et conuocauit duodecim, & 1
¶ Charitate concordes.
b cœpit eos mittere binos, & dabat illis potestatem † spirituũ
c immundorum. Et præcepit eis, ne quid tollerent in via, nisi †
a ¶ Potestatem viuendi de euangelio. ¶ Onus sæculi. ¶ Delitias.
a virgã tantum, non peram, non panem, neque in zona
a ¶ Occultam sapientiam. ¶ Ne alia induti. aliam in futuro reseruent, non quòd vna tunica in locis glacialibus contenti esse debeamus.
d æs, sed calceatos sandaliis, & ne induerentur duabus tunicis. 2
e a ¶ Alienum est prædicatorem per domos cursitare, & hospitij iura mutare.
† Et dicebat eis, † Quicumque introieritis domum, illic ma- †
nete donec exeatis inde. Et quicumque non receperint vos
f nec audierint vos, exeuntes inde, excutite puluerem † de pe-
a ¶ Accepta potestate & auditis præceptis à domino.
dibus vestris in testimonium illis. * Et exeũntes prædicabant
a ¶ Quæ est prima via salutis.
g vt pœnitẽtiam agerent, & dæmonia multa eiiciebant, & 3
¶ Sic. a ¶ Quia tot signa fiebant.
h vngebant oleo multos ægros, & sanabantur. † Et audiuit rex 4
a ¶ Peripateu. b ¶ HIERON. Non est fas lucernam abscondi sub modio. c ¶ Christi.
Herodes, manifestum enim factum est nomen eius, & dice-
a ¶ BEDA. Benè sentit de resurrectione, quòd scilicet maioris potentiæ sunt sancti futuri post resurrectionem.
i bat: Quia Ioannes Baptista resurrexit à mortuis, & propter-
ea virtutes operantur in illo. Alij autem dicebant, quia Elias

Lucæ 10.b.

Missio apostolorum.

† Mat. 10.b.

† Mat. 14.a. Lucæ 9.a.

Matth. 10.a. Lucæ 10.b.

Lucæ 10.a.

† aduersus spiritus immundos Iaco. 5.c.

† vbicũque

† qui est sub E

* Amen dico vobis, tolerabilius erit Sodomis aut Gomorrheis in die iudicii, quàm illi ciuitati.

Luc. 9.a.

F

a ¶ BEDA. Benè sentit de resurrectione, quòd scilicet maioris potentiæ sunt sancti futuri post resurrectionem.

a Et conuocauit. HIERONYMVS. Mittuntur 12. apostoli, & datur eis potestas præcepta docendi vt cõmitetur verbum simul & factum: & cum promissis inuisibilibus virtutes misceantur, & sic cum vngunt ægros oleo, infirmitatem fidei virtute corroborant.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Marcus numerũ eorum quos ad munus illud delegerat accuratè exponit: Matthæus autem nõ hoc solùm, sed missorum quoque nomina edit, Marcus rursus missionis modũ disertis verbis aperit scribit enim dominum binos & binos simul ad euangelizandum misisse, Matthæus autem nõ modo qui missi fuerãt, exprimit verumetiã missorum ordinem describit. Indicat nãque quis eorum fuerit primus, quis secũdus, &c.

b Et dabat ill. &c. Benignus dominus & magister non inuidet discipulis & seruis potestatẽ suã. Sed ipse potestate sua agit, illi sua infirmitate, si quid agunt, & domini virtutem confitentur dicentes: In Iesu nomine surge & ambula.

c Ne quid tolle. &c. Tanta sit in domino fiducia, vt nihil deesse certissimè sciant, ne dum sibi prouident temporalia, minus aliis prouideant æterna.

BEDA. Matthæus & Lucas memorant dominum discipulis dixisse, vt nec virgam ferrent: Marcus, ne quid tollerent nisi virgam. Sed illi realiter virgam accipiunt. Marcus per virgam potestatem accipiendi necessaria à subditis intelligit.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Apud Matthæum non hæc tantùm, sed gemina quoque tunica, & calceamenta & virga prohiberi videntur. At verò apud Marcum virga permitti videtur. Et præcepit, inquit, illis, ne quid tollerent in via, nisi virgam factum. Ibidem sandalorum quoque vsus permittitur. Verùm quod de virga hìc asseritur, tantũ secundum quandam indulgentiam assertum videtur. Certè verba eiusmodi quiddam insinuant: habent enim, nisi virgam tantùm, quasi dominus dicat: Nihil omninò volo vos in via deferre, nisi forsan virgam quam nitamini. Particula itaque μηδὲ, neque ita latè hoc loco vsurpatur, vt non absolutè neget, sed aliquatenus etiam permittat.

d Calceatos sandaliis. BEDA. Vt pes neque tectus sit neque nudus ad terram, id est, nec euangelium occultetur, nec terrenis commodis inuitatur.

e Ne indue. dua. tu. BEDA. Quod est vt simpliciter ambulent, non dupliciter.

f Excutite puluerem de pe. BEDA. Puluis excutitur de pedibus in testimonium laboris sui, quod ingressi sunt ciuitatẽ, quod prædicatio vsque ad illos peruenerit. Vel quod nihil ab eis acceperint ad victum necessariũ qui euangelium spreuerunt.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Cũ ostendere vellet, impunè nõ habituros, qui Apostolos nõ receperint, aut sermones illorum non audierint, iubet vt puluerem pedib⁹ cohærentẽ, in eos excutiãt qui illos non admittunt: qui itineris laborísque illorũ causa frustrà suscepti, testis sit.

g Et vngebant oleo. BEDA. Iacobus dicit: *Infirmatur quis in vobis, indu. p. ec. & o. super e. vn. e. o. &c.* Vnde patet ab apostolis hunc morem esse traditum vt energumini & alij ægroti vngantur oleo à pontifice consecrato.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Oleum autem inter alia & laborum molestias mitigat, & lumen fouet, & hilaritatem conciliat. Oleum quod in sacra vnctione adhibetur, & Dei misericordiam, & morbi sanationẽ & cordis illuminationem denotat. Dici tamen potest orationem hæc omnia efficere: oleum autem eorum omnium quę fiunt, externum tantùm simbolum esse.

h Et audiuit rex. BEDA. Lucas. Audiuit Herodes tetrarcha omnia quæ fiebant, ab eo & hæsitabat, eo quod dicebatur à quibusdam, quod Ioannes resurrexit à mortuis: à quibusdam verò quod Elias apparuit. Vnde intelligendum, aut confirmatum eum ex aliorum verbis credendo dixisse, aut adhuc hæsitando: *Quem ego decol. &c.*

i Quia Ioannes Baptist. &c. BEDA. Mira contra dominum inuidia Iudæorum Ioannem (de quo dictum est, quia nullum signum fecit) potuisse resurgere nullo attestante credunt. Iesum signis & virtutibus approbatum, cuius mortem elementa tremuerunt, & resurrectionem & ascensionem angeli & apostoli viri & fœminę, prædicauerunt non resurrexisse: sed subleuatum esse furtim credere maluerunt.

☞ *Philippi*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et conuocauit duodecim & cœpit eos mittere. *Superius 3.c. descripta est collatio potestatis prædicandi facta apostolis, hic describitur executio dictæ potestatis, & primò describitur apostolorum missio ad prædicandum secundò eorum reuersio ad Christum, ibi: Et conueniẽtes apostoli ad Iesum. Prima in duas, quia primò describitur dicta missio, secundò ex hoc surgens Herodis opinio, ibi: Et audiuit rex Herodes. Expositio primæ partis patet ex dictis Matthæi 10. exceptis quæ sequuntur.*

2 Sed calceatos sandaliis. *Matth. 10. dicitur quod non portarent calceamenta. Ex quo patet, quod sandalia non dicuntur calceamenta propriè quia illis poterant vti apostoli, vt hic dicitur.*

3 Et vngebant oleo mul. *Ex hoc loco patet quod vnctio extrema quæ est infirmorum fuit instituta à Christo.*

4 Et audiuit rex Herodes. *Hic consequenter describitur opinio Herodis de Iesu. Et diuiditur in duas partes, scilicet principalem & incidentalem, secunda ibi: Ipse enim Herodes. Circa primum sciendum, quod apostolis prædicantibus aduentum Christi & eius miracula: quia non solùm erant prædicantes, sed etiam facientes miracula in nomine eius, Herodes audiuit famam de Iesu & credidit, licet falsò, quòd ipse esset Ioannes Baptista, quem ipse decollauerat, & quòd à mortuis surrexisset. Ex quo patet, quòd iste Herodes non fuit de secta Saduceorum, qui negabant resurrectionem: sed de secta Pharisæorum qui eam confitebantur, vt habetur Act. 23. Cætera patent ex dictis Matth. 14.*

✠ Ipse enim

MORALITER.

✠ 1 *Et conuocauit. 12.* Sequitur.

† *Et præcepit eis ne quid, &c.* BEDA. Per petram onera sæculi, per panem delitiæ corporales, per æs in zona sapientiæ occultatio designatur: quia quisquis officium doctoris accipit, neque oneribus secularium negociorum deprimi, neque delitiis carnalibus nalibus resolui, neque commissum sibi talentum verbi sub ocio lenti corporis debet abscondere.

† *Quicumque introieritis in domum, illic manete, &c.* Theophilus ne de gula contingeret eos reprehendi ab aliis in alios transeuntes.

4 *Et audiuit rex Herodes manifestum enim factum, &c.* Sequitur postea.

✠ *Et contristatus*

☞ a *Philippi fratris sui.* BEDA. Vetus historia narrat Philippum maioris Herodis fuisse filium, & fratrem Herodis, sub quo passus est dominus, & duxisse Herodiadem filiã Arethæ, & postea Arethæ ortis simultatibus filiam suam tulisse, & Herodi inimico Philippi in dolorem ipsius nuptiis copulasse. Egesippus vel Iosephus tamen longè aliter.

A

3.Reg.18.c & 21.f. b *Non licet tibi ha.* BEDA. Qui venerat in spiritu & virtute Eliæ Herodẽ arguit & Herodiadem, sicut Elias Achab, & Iezabel, malẽs apud regẽ periclitari, quã immemor esse præcepti Dei.

BEDA. Soli Herodes & Pharao leguntur natalis sui diem celebrasse, & vterque solemnitatẽ sanguine fœdasse. Sed Herodes tantò nequiùs, quantò sanctum & veritatis doctorem & regis cœlestis præconẽ occidit: & pro voto saltatricis caput occisi ante conuiuas inferre non puduit. Pharao peccantem Eunuchum occidit. Vtriusque tamen exẽplo melius est & vtilius nobis, diẽ mortis semper commemorãdo timere, quã diem natiuitatis luxuriando celebrare. Homo enim ad laborem nascitur, & sancti per mortem transeunt ad requiẽ.

B

C

✠ THEOPHYLACTVS. Lex præcipiebat quod frater vxorem fratris acciperet, cum defunctis prolem non haberet. Ibi autem erat filia, propter quod erant nuptiæ sceleratæ.

c *Et iura.* BEDA. Non excusatur à periurio per iuramentum. Ideò enim fortè iurauit, vt occasionem inueniret occidendi. Et si illa patris aut matris interitum postulasset, non vtique concessisset Herodes.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Colligimus hinc autem tria, Ioannem Baptistam capite multasse, nimirum adulterium, saltationem, & iusiurandum. Quare si mentis iudicio valemus, tria hæc auersemur, vt quàm maximè: si non propter aliud, certè ne cùm iis communicemus, cul pæque obnoxij euadamus, qui mortis præcursoris autores & causæ extitërę.

D

est: alij verò dicebant, quia propheta est, quia si vnus ex pro-

a ¶ Esset.

a ¶ Non dominus prophetarum. b ¶ BEDA. Hæc pronunciatio vel affirmatiua vel dubitatiua.

phẽtis: Quo audito Herodes ait: Quem ego decollaui Ioannem, * hic à mortuis resurrexit. † Ipse enim Herodes misit ac tenuit Ioannem, & vinxit eum in carcerem propter Herodiadem vxorem Philippi frãtris sui, quia duxerat eam: Dicebat enim Ioannes Herodi: Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Herodias autem insidiabatur illi, & volebat eum occidere nec poterat. Herodes autem metuebat Ioannem, sciens eum virum iustum & sanctũ: & † custodiebat eum. Et audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat. Et cum dies oportunus accidisset * Herodes † natalis suæ cœnam fecit principibus & tribunis & primis Galilææ. Cúmque introisset filia ipsius Herodiadis, & saltasset, & placuisset Herodi simúlque recumbentibus, rex ait puellæ: Pete à me quod vis, & dabo tibi. Et iurauit illi: quia quidquid petieris, dabo tibi † licet dimidium regni mei: Quæ cùm exisset, dixit matri suæ: Quid petam? At illa dixit: cãput Ioannis Baptistæ. Cúmque introisset statim cum festinatione ad regem petiuit, dicẽs: Volo vt protinus des mihi in disco caput Ioannis Baptistæ. Et contristatus est rex. Propter iusiurandum, & propter simul recumbentes noluit eam cõtristari: † sed misso spiculatore præcepit afferri caput eius in disco: & decollauit eũ in carcere. Et attulit cãput eius in disco, & dedit * illud

a ¶ HIERON. Non per ironiam expresè pronunciat.

a ¶ BEDA. Tetrarchæ Iturææ & Traconitidis regionis.

¶ Adhuc viuentis.

¶ Ideò, vel enim.

¶ In altari. ¶ Dignum saltatione sanguinis præmium.

¶ Opinione non re.

a ¶ BEDA. Vult omnes simul sceleris sui esse consortes vt in luxurioso conuiuio cruentæ epulæ deferrentur.

¶ Altari.

a ¶ Christum. b ¶ Legis.

1 2 3 4 5

E

F

d *Et contristat. &c.* BEDA. Cõsueto more scripturæ contristatus, nõ re, sed multorum opinione. Sicut & ipse Ioseph ab ipsa quoque Maria dicitur pater Iesu: sic contristatus Herodes, quia hoc discũbentes putabãt. Dissimulator mentis suę tristitiam prę ferebat in facie, lætitiam celebrat in mente. Scelus iuramento excusabat, vt sub occasione pietatis impius fieret.

† Mat.14.a Lucæ 3.d.

† obseruabat

† in natalicijs suis

e *Caput eius in dis.* BEDA. Caput legis quod est Christus, à corpore abscinditur: proprio, id est, à Iudaico populo, & datur puellæ de gentibus, id est, Romanæ Ecclesiæ & puella dat matri suæ, adulteræ, id est, synagogæ in fine creditura. Corpus Ioannis sepelitur, caput in disco locatur: litera humo tegitur spiritus in altari honoratur ac sumitur.

Hieronym.

† & protinus

* rex

BEDA. Ioannes capite minoratur, id est, fama illius qua Christus à populo credebatur minorari ostẽditur. Christus in cruce exaltatur, quia qui propheta tantum credebatur, Deus & dominus prophetarum est cognitus. Vnde & ipse Ioannes: *Illum oportet crescere, me autem minui.* Ioannes autem quem oportebat minui, cum dies decrescere incipiunt natus est. Christus

Ioan.3.b.

☞

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Ipse enim Herod. *Hic ponitur pars incidentalis. Intentio enim principalis euangelistæ erat describere gesta Christi. Et quia propter opinionem Herodis de Christo fecerat mentionem de decollatione Ioannis Baptistæ ideò incidentaliter hic describit modum dictæ decollationis. Et primò describitur eius incarceratio, secundò incarcerati decollatio, ibi:* Herodias autem, *tertiò decollati tumulatio, ibi:* Quo audito discipuli eius venę. &c. *Sententia autem istarum trium partium patet ex dictis Matth.14. exceptis quæ sequuntur circa partem secundam.*

2 Herodias autem insid. *Ipsa enim timebat ne Herodes ad prædicationem Ioannis de peccato suo pœniteret, & eam marito suo redderet: & ideo quærebat mortem Ioannis.*

3 Herodes autem metuebat Ioan. *Solo enim metu tenebatur ab interfectione Ioannis quia propter sanctitatem eius quæ erat nota toti populo, timebat si Ioannem interficeret, ne totus populus insurgeret contra eum, vt plenius patet Matthæi 14.*

4 Et libenter eum audiebat, &c. *Totum istud erat simulatorium, vt ex tali auditu Ioannis: & obtemperatione dictis eius, in aliquibus retineret populum à rebellione contra ipsum. Et similiter quod postea iurauit dare puellæ saltanti quidquid peteret, fuit maliciosè factum, vt ratione iuramenti & multitudine magnorum cum eo comedentium haberet occasionem decapitandi Ioannem absque rebellione populi, qui habuit eum excusatum saltem in parte propter ista. Et hanc sententiã tenet Beda super locum istum, & quod subditur.*

5 Et contristatus est rex. *Dicit Beda, quod licet tristaretur in facie, lætabatur tamen in corde.*

✠ Et conuenientes.

MORALITER.

5 *Et contris. est rex. &c.* BEDA. Dissimulator mentis suæ tristiriam præsertim facie, cum lętitiam haberet in mente, scelúsque excusat iuramento, vt sub occasione pietatis magis impius fieret, & ideò per ipsum signantur illi qui sub specie religiositatis machinantur opus facere malignantis. Per Herodiadem verò signatur luxuria. Per saltatricem dissolutio libidinosa. Per quas Ioannis, id est, hominis gratiosi frequenter procuratur mors spiritualis, & aliquando corporalis.

✠ *Et ait illis*

tus est. Christus autem qui est lux mundi, cum incipiunt crescere dies.

Ioseph. anti. Iuda. li. 18. cap. 14.

a *Et tule.* BEDA. Iosephus narrat Ioannem vinctum, in castellum Macheronta adductum, ibiq; truncatum. Ecclesiastica narrat historia, in Sebasthe vrbe Palestinæ, quæ dicta est quondam Samaria. Tempore verò Iuliani Paganos inuidentes Christianis, qui sepulchrum eius sollicitudine frequentabant, monumentum inuasisse & ossa eius per campos dispersisse, & rursus collecta igni cremasse, ac denuò per agros sparsisse. Affuisse tamen ibi de Ierosolymis monachos, qui immixti Paganis ossa legentibus, maximã eorum partem congregauerunt, & ad Philippum Ierosolymam detulerunt, & ille misit ea Athanasio Alexandrię vrbis episcopo, & ibi postea seruata Theophilus iubẽte Theodosio omnibus gentium phanis destructis expurgato à sordibus templo Serapis ossa eadem ibi posuit, & basilicam in honore sancti Ioannis consecrauit.

Theodore. lib. 3. historiæ cap. 6.

a ¶ Ecclesia de gentibus. ¶ Synagogæ.
puellæ, & puellã dedit matri suæ: † Quo audito discipuli eius ¶ Literam.
a venerunt, & tulerunt corpus eius, & posuerunt illud in mo-
a ¶ Riui ad fontem. ¶ Gratias agentes.
b numẽto. Et conuenientes apostoli ad Iesum, renunciauerũt 1
a ¶ Ne malis consentiatis. 2
c illi omnia quæ egerant, & docuerant. Et ait illis: Venite seor- 3
a ¶ Hic breuis requies sanctis, longus labor. Erant enim, &c. ¶ Ideò oportuit discipulos requiescere: 4
d sum in desertum locum, & requiescite pusillum. Erant enim b ¶ Felix studium discentium 5
e f ¶ Vt latro. ¶ Vt Iudas. ¶ Felix labor docentium ¶ Quia nondum est conuiuium horum
qui veniebant, & † redibant multi. Et nec spacium manduA ¶ Non solum discipuli, sed cum domino vt Matthæus dicit.
g candi habebant. Et ascẽdentes in nauim † abierunt in deser- 6
a ¶ Ignis non absconditur qui semper lucet.
tum locum seorsum. Et vidẽrunt eos abeuntes, & cogno- 7
h uerunt multi, & pedestres de omnibus ciuitatibus cucurrerunt illuc, & præuenerunt eos. * † Et exiens vidit
i turbam multam Iesus, & misertus est super eos: quia erant sicut oues non habentes pastorem: & cœpit illos 8

† abibant

-ascẽdentes in nauim B

* & conuenerunt ad illum.

b *Et conuenientes.* HIERONYMVS. Ad locum vnde exeunt flumina redeunt. Deo gratias semper referunt super his quæ acceperunt.

Eccle. 1. b.

c *Omnia quæ.* Non solum quæ ipsi egerant & docuerant apostoli domino renunciant, sed etiam quæ Ioannes eis docentibus pascit. Vel sui vel eiusdẽ Ioannis discipuli, sicut Matthæus scribit, vnde sequitur: *Et ait illis.*

Matt. 14. b.

d *Venite se.* BEDA. Non solum requisitionis causa, sed mysticè significat, quod relicta Iudæa quæ sibi prophetiæ caput abstulerat, non credendo in deserto ecclesiæ quæ virum non habuerat, verbi cibaria quasi panem & piscium epulas esset largiturus. Ibi enim prædicatores sancti qui apud Iudæam non credentem, sed contra dicentem diu graui tribulatione premebantur, requiem adepti sunt degentibus gratia fidei collata. Venit seorsum ducit quos eligit, vt inter malè viuentes mala non attendant, vt Loth, in Sodomis, & Iob in terra Hus, & Abdias in domo Achab. Et ait illis.

C

✣ VICTOR ANTIOCHENVS. Per hoc Christus ecclesiæ doctores & pastores monet, ne externis turbis perpetuò se dedant sed priuatim sæpe, secretóque agentes, animos colligãt, eũdémque à publicis negotiis & occupationibus quantum res patitur identidem si vocent. Docet etiam in verbi ministerio descendentes; nonnunquam respirare & interquiescere, seséque

e *Requiesci.* Vt aues in ramis sinapis. Pusilla hic requies sanctis longius labor: sed post dicitur illis, vt requiescant à laboribus suis.

D

f *Erant enim.* HIERONYM. In arca Noe animalia quæ intus erant foras mittebãtur, & quæ foris erant, intus erumpebant. Sic in ecclesia Iudas discessit, latro accessit. Quandiu receditur à fide, nec ecclesiæ requies est sine mœrore. Rachel plorans filios suos, &c. Non est hic conuiuium in quo bibatur vinum nouum, cum cantabitur canticũ nouum in cœlo nouo, & in terra noua ab hominbus nouis? Cum quinq; panibus & duobus piscibus quinq; milia hominum vespere vitæ pascentur? Cum decem cophini octaua virtute fragmentis pleni colliguntur? Cũ sunt super thronos 12. tribus Israel, quæ sunt fragmenta Abraham, Isaac, & Iacob, quando reliquiæ Israel sal. fi. quando facie ad faciẽ Deum videbimus quod in lege Moysi & prophetis & psalmis de Christo legimus. Vnde post quartam vigiliã noctis cõpescit Christus Iesus tumorẽ maris ambulãs super illud, & dicit: *Confidite ego sum.* quia eum videbimus sicuti est: tũc cessabit ventus & procella, Iesu sedente & regnante in naui quæ est vniuersalis ecclesia.

† Matt. 14. b

Ierem. 31. c

abiit E.

† Matt. 9. d.

Roma. 9. f. 1. Cor. 13. d. 1. Ioan. 3. a.

g *Abierunt in desertum.* BEDA. Petendo solitudinem fidem turbarum an se sequatur explorat & exploratam digna mercede remunerat. Turbæ autem nõ iumentis non vehiculis, sed proprio labore pedum, iter deserti arripiunt, & salutis desiderium ostendunt. Rursus ipse excipiendo fatigatos, docendo insçios, sanando ægrotos, recreando ieiunos, quantum deuotione credentiũ delectetur insinuat.

F

h *Et pedestres.* Nota quia non in aliam maris ripam sine Iordanis nauigio peruenerunt. Sed transito aliquo freto vel stagno proximos eiusdem regionis locos adierunt, quo etiam pedestres indigente peruenire potuerunt.

i *Et misę.* BEDA. Quomodo misertus sit, Matthæus plenius exponit hoc modo. Et misertus est eis, & curauit languores eorum. Hoc est enim pauperum & non habentium pastorem veraciter misereri, & viam veritatis aperire, & languidos curare & ieiunos reficiendo ad laudem supernæ largitatis animare quæ sequentia eum fecisse declarant.

r r

☞ *Et cum*

i

NICOLAVS DE LYRA.

✣ 1 Et conuenientes. *Hic describitur reuersio apostolorum ad Christum, vbi primò describitur condescensio Christi ad apostolos redeuntes secundò ad populum ipsum sequentem, ibi:* Et viderunt. *Circa primum dicitur,* Et conue. *De prædicatione redeuntes ad ipsum.*

2 Renun. *Miracula faciendo.*

3 Et docuerant. *Prædicando ostendentes, quod mandatum eius exe cuti fuerant fideliter.*

4 Et ait il. *Compatiendo eis de laboribus suis.*

5 Venite se. *Vt scilicet, post laborem quiescerent aliquantulum, in hoc ostendit Christus quod prædicatores verbi diuini post laborem possunt recipere recreationem competentem.*

6 Et ascen. in na. *Vt segregati à turbis possent quiescere.*

7 Et viderunt. *Hic consequenter describitur condescentio ipsius Christi ad populum ipsum sequentem. Et primò describitur dicta condescensio, secundò Phariseorum confutatio c. seq. Circa primum primò describitur condescensio Christi ad populos ipsos pascendo, secundò ad discipulos eos de periculo liberando, ibi:* Et coëgit discipulos suos. *tertiò ad infirmos ipsos curando, ibi:* Et cum transfretassent. *Sententia autem istarum trium partium patet ex his quæ dicta sunt. Mat. 14. vsque ad finem illius ca. exceptis quæ sequuntur. Quantum ad primam partem dicitur.*

8 Erant sicut oues non. *Sacerdotes enim illius temporis & principes erant sicut lupi rapaces spoliantes populum bonis temporalibus, & per malum exemplum spiritualibus, sed Christus tanquam bonus pastor pascebat eos spiritualiter continue verbo doctrinæ suæ, & aliquando corporaliter, secundùm quod dicitur consequenter.*

✣ Euntes

MORALITER.

✣ 4 *Et ait illis: venite seorsum.* THEOPHYLVS. Quiescere facit Christus discipulos suos, vt discant præpositi, quòd qui laborant in opere & sermone requiem promerentur, & quòd non debent continuè laborare.

† *Et pedest. &c.* Adhuc temporibus istis pauperes & mediocres personæ magis currunt ad sermones quam magnæ.

ſ

☞ A

a *Et cum.* Die declinata Saluator turbas reficit, quia vel fine seculi propinquante, vel cum sol iusticiæ pro nobis occubuit, à diutina spiritalis inediæ sumus liberati fame.

Allegoricè.

BEDA. Christum deserta gentium petentem multæ fidelium cateruæ relictis mœnibus priscæ conuersationis, negle-

†facta esset

ctóque variorum dogmatum præsidio sequuntur, & cum primum notus in Iudęa Deus, tunc exaltatus est super cœlos & super omnem terram gloria eius.

Psal.75.a.

† quidem manducent, nõ habent.

✠VICTOR ANTIOCHENVS. Discipuli à Christo vt turbam dimittat, petunt, allegantes tam loci solitudinẽ, tum commeatus quoque tenuitatem. At verò dies ille & benignus pater corporeã quoque mensam illis apponi iussit, discipulos tantum non oratione compellans: Ne de escis plus satis anxij sitis, en ego adsum, qui magnam copiam & affluentiam subministrare valeo. Cum illi autem quo tenderet, non intelligerent, animóque propter rei difficultatem penderent, sciscitatus est quot panes habetis? Ipsi verò facta inquisitione, quinque & duos pisces responderunt.

B

†per areolas.

a ¶ Vespere: vnde Lucas, Dies autem cœperat decli.

a docere multa. Et cũ iam hora multâ †fieret, accesserunt* discipuli eius dicentes: Desertus est locus hic: & iam hora † præteriit: dimitte illos, vt euntes in †proximas villas & vicos

† fieret
* ad eum
† multa
† circumiacentes

a ¶ Q.d. Vestrum est officium.

b emãt sibi cibos †quos mãducent. Et respondens ait illis: Dãte illis manducare. Et dixerunt ei: † Euntes emamus du- 1

† Ma.14.b. Luc.9.b. Ioan.6.a.

c centis denariis panes, & dabimus illis maducare. Et dicit eis: Quot Panes habetis? Ite & videte. Et cùm cognouis- 2

¶ Libros Moysi. ¶ Prophetas & Psalmos.

d sent, dicunt: Quinque, & duos pisces. Et præcepit illis, vt ac-

¶ Diuersos ordines.

e cumbere facerẽt omnes, † secundum contubernia super viri

¶ Continentem carnem. a ¶ Perfectam requiem. ¶ Requiem.

f de fœnum. Et discubuerunt †in partes per centẽos & quin-

a ¶ Sursum dirigendam aciem mentis significat ad lucem scientiæ quærendam.

g quagenos. Et acceptis quinque panibus & duobus piscibus, intuẽns in cœlum benedixit, & fregit panes: & dedit di-

h

† per conuiuia super viridem herbam.

b *Date illis.* Prouocat apostolos ad fractionem panis, vt illis se non habere testantibus, magnitudo signi notesceret. Ec insinuans, quia quotidie per eos ieiuna corda sunt pascenda, cum eorum exemplis vel verbis ad amanda cœlestia susciamur. Notandum, q̃ hoc panum miraculũ Ioannes scripturus præmisit, quòd proximum esset pascha. Matthæus & Marcus hoc interfecto Ioanne, continuò esse factum dicunt: vnde colligitur Ioannem imminente pascha fuisse, decollatum, & alio sequente Pascha crucifixum dominum.

Ioan.6.a. Mãtt.14.b.

C

c *Euntes emamus.* ✠AVGVSTINVS. Hoc Philippus apud Ioannem respondet, sed Marcus à discipulis responsum esse commemorat, volens intelligi hoc ex ore cæterorum, Philippi respondisse, quanquam & pluralem numerum pro singulari vsitatissimè ponere potuerit.

Lib.2.de cõsensu euag. cap.46.

Allegoricè

d *Quinque.* BEDA. Quinque panes quinque Mosaicæ legis libri, quibus diuinæ æternitatis cognitio, mundi creatio, cursus labentis seculi, & vera Deo seruiendi religio humano generi innotuit. Duo pisces, psalmi & Prophetę, qui eruditum in lege Dei populum de promissione dominicæ incarnationis nouæ gratię dulcedine pascebant quibus tota veteris te. series comprehenditur. Vnde: *Oportebat omnia impleri quæ scripta sunt in lege Moysi & prophetis & psalmis de me.* Et cum aperuisset illis sensum, vt intelligerent scripturas, & intellectas fideliter auditoribus traderent, quasi benedicens apostolicis panibus & piscibus: & eos internæ suauitatis dono multiplicans turbis dispartiri præcepit. Et bene secundum Ioannem panes hordacei dicuntur,

Luc.24.f.

Ioan.6.a.

cuntur, qui cibus est iumentorum maximè, rusticorum ac seruo D rum; quia incipientibus auditoribus asperiora & quasi grossiora sunt committenda præcepta. Animalis verò homo non percipit ea quę sunt spiritus Dei. Et ideò dominus cuique pro viribus tribuens dona, & semper ad perfectiora prouocans. Primò quinque panibus quinque milia, secundò, septem panibus quatuormilia reficit. tertiò, discipulis suæ carnis & sanguinis mysteria credidit, ad vltimũ verò magno munere dat electis vt edant & bibant super mensam suam in regno suo.

1.Cor.2.d.

e *Secundum con.* BEDA. Diuersi discubitus, distincti ordines ecclesiarum qui vnã catholicam faciunt. E

f *Per cente. & quin.* Per quiquaginta iubilei requies. Quinquagenarius autem bis ductus centum facit. & ideò vtriusq; quie tis perfectionẽ significat, scilicet, corporis & mentis. Qui enim quiescit ab actibus prauis, requiem habet corporis. Qui autem à cogitationibus etiam peruersis, requiem habet mentis.

Bene autem super viride fœnum discumbentes, Dei pascuntur alimentis, qui per studium abstinentiæ, calcatis illecebris carnis, audiendis implendísque verbis Dei operã impendunt.

Ideò alij quinquageni, alij centeni, quia requiescitur priùs à malo opere, vt post sit etiam requies in mente.

g *Et acce.* Non noua cibaria creat, quia incarnatus, non alia quam quæ scripta erant prædicat: sed legem & prophetas mysteriis grauida esse demonstrat.

✠VICTOR ANTIOCHENVS. Meritò nunc in cœlum suspicit, & gratias agit: nempe quo facto hoc omnibus planum faciat se id totum quod fiebat, cœlesti patri ascribere. F

✠THEOPHYLACTVS. Intuetur etiam in cœlum, vt instrueret à Deo petère escam & non à diabolo, sicut faciunt illi qui iniustè alienis laboribus nutriuntur. Ex hoc etiam turbis tũc innuit quod non esset Deo contrarius, sed Deum inuocaret. Dat autem panem discipulis apponendum turbis, vt tractando panem non dubium sed miraculum videatur.

✠VICTOR ANTIOCHENVS. Quandoquidem Deus manna Israelitas in deserto pauerat, ipsiq; obiicere quandoque ausi fuerant, *Nunquid & panem poterit dare, &c.* ne ea in re patre inferior videatur, panes hic in deserto multiplicat. Interim ne Iudæis qui varias calumniandi occasiones aduersus illum venabantur, iustam aliquam cauillandi ansam offerat, quasi Deo sese adęquet, aut eidem se præferat: priùs ad cœlum spectat: quam panem multiplicet, totúmque quod fiebat: & futurum erat, patri tribuit.

Psal.77.

h *Fregit.* Et ante turbas ponenda distribuit discipulis suis, quia sacramenta sanctis doctoribus, qui hæc toto orbe prædicent, patefecit.

☞ Et

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Euntes emamus, &c. *Ioan.6.a. dicitur, quod Iesus quæsiuit à Philippo* Vnde ememus panes, vt manducent hi. *& ibidem subditur:* Hoc autem dixit tentans eum. *Ipse enim sciebat quid esset facturus & tunc Philippus respondit, vt ibidem dicitur:* Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, &c. *quasi dicat. Tantum precium non habemus cum pauperes simus. Et hic Marcus dicit discipulos generaliter hoc respondisse, licet aliquo modo sub aliis verbis:* Eũtes emamus ducentis denariis. *quasi dicat si vellemus eis dare ad manducandum, oporteret nos ire ad emendum panes precij ducentorum denariorum, & tamen hoc precium non habemus, & sic se excusabant per impotentiam. Dicuntur autem hic discipuli respondisse illud quod solus Philippus respondit. Tum quia non solum ex persona sua sed etiam aliorum loquebatur. Tum quia illud quod facit aliquis de aliqua communitate vel dicit, dicitur communitas hoc fecisse vel dixisse: & tunc discipulis se excusantibus de datione ciborum populis Christum sequentibus dixit Christus quod hic habetur.*

2 Quot panes habetis, *Ioan.6. dicitur solùs Andreas hoc respondisse: per alia tamen verba dicens:* Est puer hic vnus qui habet quinq; panes, &c. *Dicuntur tamen hic discipuli hoc respondisse: in generali quod dixit Andreas eo modo sicut dictum est de Philippo. Circa secundam partem dicitur.*

✠ Et statim

MORALITER.

† Et *cum iam hora multa, &c.* BEDA. Mysticè declinata, die turbas saluator reficit: quia cum sol iusticiæ pro nobis occubuit, à spititualibus inediæ tabesumus saluati. Prouocat apostolos ad fractionem panis, insinuans quod quotidie per eos sint corda nostra pascenda; eorum scilicet, literis & exemplis. Per quinque panes quinque libri Moysi, per duos pisces prophetæ & psalmi figurantur. Duodecim cophini

† sunt

a *Et fustule.* ✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Duodecim sportæ reliquiis implentur, quo miraculum euidentius fieret, eorúmque qui interfuerant sensibus tenaciùs infixum hæreret. Nam hoc quoque perfecto obseruatóque, discipuli dubij adhuc hærebant vt euangelista indicat paulò pòst, ait namque *Non enim intellexerãt de panibus: Erat enim cor eorum obcæcatum.* Deinde vt publicè constaret, tãtam rerum abundantiam magis prouenisse, ad †Mat.14.c. Ioan.6.b. ostendendam facientis virtutem, quam explendam populi necessitatem Moyses quondam manna Israelitis suppeditabat, verùm id tãtùm ad necessariũ vsum. Si quidem quò plus B colligebatur, hoc statim in putredinem vertebatur. Quare vbi primùm terræ Palestinæ fructus apprehenderunt, manna illicò desinere desiit. Sic Elias quoque viduæ farinam & oleum multiplicauit, verùm tantisper hoc solùm, dum pluuiæ terram irrigaturæ descenderent, vbi enim hæ descendere cœpere, statim quoque farinæ multiplicatio cessauit. Quò ergo discrimen inter hos & illum appareat, magnam residuorum copiam reliquam fecit: ita vt illi etiam qui saturati fuerãt, reliquiarum vim mirarentur. Nil verò mirùm si Dominus ad subministrandam alimentorum copiam, hac potestate non semper vtatur. Siquidem signum non temerè sed publicè vtilitatis causa fieri debet: nẽpe quo facientis virtus per illud manifestetur, & Catholica rursùm fides, per illud ipsum statuatur & nutriatur. Insinuatum est hic denique alimenta ab his percipere, quos in fide erudimus.

C BEDA. Secretiora mysteria quæ rudes capere nequeunt, perfectiores diligenter inquirunt. Nam per cophinos, duodecim apostoli: & per apostolos sequentes doctores figurantur, foris despecti, intus salutaris cibi reliquiis ad alenda humilium corda cumulati. In cophinis enim seruilia geruntur operà: sed ille eos panis fragmentorum impleuit, qui infirma mundi, vt frangat vel confundat, elegit. 1.Cor.1.d.

b *Quinque mi.* BEDA. Propter quinque sensus corporis. Hi dominum secuti, significant eos qui in seculari adhuc habitu positi, exterioribus quæ possident bene vti norunt. Qui rectè quinque panibus aluntur: quia necesse est vt tales legalibus adhuc præceptis instruantur. Qui autem mundo omninò renunciant, & quatuor sunt milia & septem panibus refecti, hoc est euangelica perfectione sublimes, & spirituali gratia intus eruditi.

c *Et sta.co.* Exemplum dat nobis vt in omnibus bonis quæ agimus humani fauoris retributionem vitemus: ne nos operatio virtutum ad concupiscentiam flectat temporalium. Quod ipse dominus nobis insinuans, cum hi qui virtutes eius admirabantur, regem eum facere vellent, fugit in montem orare: Crucifixoribus promptus occurrit, vt scilicet parati simus ad aduersa toleranda toleranda, cauti ad blandimenta si arriserint, & ne nos si affluant D emolliendo decipiant crebris à domino precibus imploremus.

d *Ad Bethsaidam.* BEDA. Bethsaidã ciuitas est in Galilæa Andreæ & Petri & Philippi prope stagnum Genesareth. Sed Marcus dicit peracta refectione venisse trans fretum ad Bethsaidam: Lucas quod in locis Bethsaidæ factum fuerit miraculũ. Ait enim assumptis illis secessisse or. in locum desertum qui est Bethsaidæ. Quod cum cognouisset turbæ sequutæ sunt illum, & excepit eos, &c. vsq; ad refectionem illam. Sed forsitan Lucas desertum locum qui est Bethsaidæ, non ipsius viciniam ciuitatis dixit, sed loca deserti ad eam E pertinentis. Marcus enim dicit apertè, q̃ præcederent eum ad Bethsaidam, vbi ipsius fines ciuitatis notat. Lucas verò qui non dicit in desertũ locum qui est Bethsaida, sed qui est Bethsaidæ. Fortè nõ ipsam ciuitatẽ, sed locũ desertum ad ipsam pertinentẽ intelligi voluit. Ioannes dicit turbas mãducasse panem iuxtà Tyberiadem, & ascẽdentes nauim discipulos venisse in Capharnaum trãs mare, quæ ambæ sunt ciuitates in Galilæa iuxtà stagnum Genesareth: quod etiam Tyberiadis à Tyberiade ciuitate sic vocatur. Lucæ 9.b. *panes ferè Ioan.6.a.

e *Abiit in mon.* BEDA. Bene orat qui Deum orando quærit, à terrenis ad superiora progrediens, verticem curiæ sublimioris ascendit. Qui de diuitiis, aut honore seculi, aut de morte inimici orat in imo iacens viles ad Deum preces mittit: *Orat autem dominus, non pro se, sed pro me.* Nam etsi omnia posuerit pater in manu filij, filius tamen vt formam hominis impleret obsecrat patrem pro nobis qui aduocatus est nobis, vnde: *Aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum.* Si aduocatus est, debet pro nostris interuenire peccatis. Non ergo quasi infirmus obsecrat, sed quasi pius impetrat. Omnia quę vult potest F quia aduocatus & iudex noster est alterum pietatis officium, alterum potestatis insigne. Ioan.5. 1.Ioan.2.a.

f *Et ipse solus, &c.* Qui aliquando omninò in periculis ecclesiam deseruisse videtur, vnde: Vt quid domine re.lon. &c. Sed quia differt auxilium non aufert subsidium, vnde sequitur.

g *Et circa quar.* BEDA. Stationes & vigiliæ militares, horarum spacio diuiduntur: patet ergo eos tota nocte laborasse, & diluculo appropinquante auxilium habuisse: quia cũ pressuris obsita humana fragilitas paruitatem virtutum suarum considerat, in se nihil nisi tenebras angustiarum & hostium insurgentiũ æstus cernit. Cum verò mentem ad superni præsidij lumen, & ad perpetuæ retributionis dona erigit, quasi inter vmbras noctis repentè ortum Luciferi conspicit qui diem proximum, id est, Christum nunciet. Lucifer namque tres horas noctis, id est, totam vigiliam matutinam illuminare dicitur. Psal.9.d.

h *Et volebat præterire eos..* BEDA. Vt ad horam, scilicet, conturbati: sed continuò liberati, plus liberationis suæ

☞ miraculum

¶ Qui sunt dispensatores verbi. ¶ Aperirent

discipulis suis, vt ponerent ante eos, & duos pisces diuisit omnibus. Et manducauerunt omnes, & saturati sunt. Et sustulerunt reliquias fragmentorum duodecim cophinos plenos, & de piscibus. Erant autem qui manducauerunt * quinque

a ¶ Quia sicut Ioannes post hanc refectionem statim continuat, venturi erant vt caperent, & facerent eum regem.

millia virorum.† Et statim coëgit discipulos suos ascendere 1
nauim, vt præcederent eum trans fretum ad Bethsaidam dũ 2
ipse dimitteret populum. Et cùm dimisisset eos: abiit in mon 3

a ¶ BEDA. Pro se obsecrat, sed pro me impetrat. b ¶ Sic ecclesia in fluctibus seculi tendens ad littus patriæ cœlestis.

tem orare. Et cùm serò esset, erat nauis in medio mari, & †

a ¶ Pietatis aspectu, scilicet corroborat.

ipse solus in terra. Et videns eos laborantes in remigan-

¶ Flatus dæmonum.

do, erat enim ventus contrarius eis. Et circa quartam vigi-

¶ Comptimens omnia pericula mundi.

liam noctis venis ad eos ambulãs supra mare, & volebat præ- 4

¶ Ad horam vt gratior esset liberatio.

terire eos. †At illi vt viderunt eum ambulantem supra mare,

† Mat.14.c Psal.41.c. Isa.43.a.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et statim coëgit discipulos suos ascendere nauim vt præcederent eum trans fre. *Quia non libenter recedebant absque magistro suo, eius societate & doctrina delectati.*

2 Ad Bethsaidam dum ipse. *Locus erat vnde recedebant.*

3 Et cum dimisisset. *Per hoc ostendens quod prædicator verbi diuini debet post sermonem suum ad Deum in oratione redire, vt quidquid boni ibi fecerit gloriæ Dei ascribatur.*

4 Et volebat præterire eos. *Eo modo sicut post resurrectionem suam ambulans cum duobus discipulis suis euntibus in Emaus*

✠ *finxit se*

3 Et

MORALITER.

✠ sunt duodecim fructus spiritus sancti, quibus reficimur in eucharistiæ sacramento.

3 *Et cum dimisisset eos, abiit in montem.* Per hoc ostendens, quod orans non debet in terrenis desideriis iacere.

† *Erat nauis in me.ma. &c.* Nauis est corpus humanum, in quo secundùm Platonicos anima est sicut nauta in naui: quæ fluctibus passionum iræ & concupiscentiæ (quæ sunt inorganis corporalibus) poralibus) frequenter impellitur & aliquando periclitatur, nã motus passionis aliquãdo subuertit iudiciũ rationis. Sed quarta vigilia quæ terminatur in luce matutina, Christus venit, quia dum mens ad superni luminis claritatem oculos erigit, passionum impetus conquiescit, & tunc fit applicatio ad terram Genesareth, id est, generantis auram, per quam significatur spiritus aurę lenis, vbi est dominus. 3.Reg.19. & sanantur infirmi à languore peccati.

miraculum ſtuperent, & ereptori ſuo maiores gratias referrent. Sic ſæpe diuina pietas in tribulatione videtur fideles deſeruiſſe quaſi laborantes in mari diſcipulos putetur Ieſu voluiſſe præterire, vnde: *Quare me de. & qua.contri. in.dum affli.me. inimi.* Sed continuò dominus adeſt, quaſi diceret: Cum tranſieris per aquas tecum ero, & flumina non operient te: cum ambulaueris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te, vnde ſequitur: *Et ſtatim loquutus eſt, &c.*

¶ Non enim putabant verum corpus ſuper aquas incedere poſſe.

a putauerũt phantaſma eſſe, & exclamauerunt: Omnes enim vi ¶ Iſidorus. videbimus eum ſicuti eſt.
derũt eum, & cõturbati ſunt: Et ſtatim locutus eſt cum eis, &
b dixit illis: Cõfidite: ego ſum, nolite timere. † Et aſcẽdit ad illos
¶ Eccleſiam. a ¶ Magnitudine miraculorum, & non cognitione deitatis, & hoc eſt, Non enim, &c.
in nauim & ceſſauit vẽtus. Et † plus magis intra ſe ſtupebãt.
¶ Quare.
* Non enim intellexerunt de panibus: erat enim cor eorum
obcæcatum. † Et cum transfretaſſent venerũt in terram Geneſareth, & applicuerunt. * Cúmque egreſſi eſſent de naui, 1
¶ Incolæ. ¶ Mira fides, non prærentium tantùm ſalute contenti ſunt, mittunt ad illos per circumitum, vel currant omnes ad medicum.
c continuò cognouerunt eum, & prȩcurrentes vniuerſam * re- 2
gionem illam, cœperunt in grabatis eos qui ſe male habebãt
¶ Infirmos.
circumferre, vbi audiebant eum eſse, & quocunque introibat in vicos vel in villas aut ciuitates, in plateis ponebant
¶ Non ipſum.
d infirmos & deprecabant ur eum vt vel fimbriam veſtimenti
a ¶ Hoc in futuro. ¶ Quando aufugiet dolor & gemitus
eius tangerent: & quotquot tangẽbant eum, ſalui fiebant.

A

*& admirabantur. †Mat.14.d.

a *Putauerunt.* BEDA. Adhuc hæretici putant phantaſma eſſe, nec veram carnẽ de virgine aſſumpſiſſe. Theodorus enim Pharanitanus Epiſcopus ſcripſit pondus corporale, ſecundùm carnem non habuiſſe dominum, ſed abſq; pondere & carne ſupra mare ambulaſſe. Fides autem catholica & pondus eum ſecundum carnem habuiſſe prædicat, &

B

onus corporeum & cum pondere & onere corporali incedere ſupra aquas non infuſis pedibus vnde Dionyſius in opuſculis de diuinis nominibus ita ait; Ignoramus qualiter de virgineis ſanguinibus alia lege præter naturalem formabatur, & qualiter non infuſis pedibus corporale pondus habentibus & materiale onus, deambulabat in humidam & inſtabilem ſubſtantiã.

b *Nolite ti.* Prima ſubuentio eſt pellere timorem, ſecũda, tempeſtatem præſentiæ ſuæ virtute compeſcere. Nec mirum ſi domino aſcendente in nauim ceſſat ventus: quia in quocunque corde per gratiam ſui amoris adeſt, mox vniuerſa vitiorum & aduerſantis mundi & malignorum ſpirituum bella quieſcunt. D

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Hac Chriſti voce audita metus quidem illorũ ſedatior factus eſt, interim apparentis viſi nouitas eorum animos adhuc dubios & ſuſpenſos tenebat. Ea propter quò id quod videbatur, phantaſma non eſſe accuratius diſceret, tum rurſum quò ipſe quoque noua huius rei periculum faceret, Petrus magno animi feruore incitatus, ad Ieſum dixit: *Domine, ſi tu es, iube me ad te venire ſuper aquas.* Per hoc tamen quod laborantibus non ſtatim adfuit, diſcipulos & nos per illos docere voluit, ne à malis, in quæ forſan incidimus, liberationem è veſtigio petamus: verùm vndecunque illata, forti animo perferamus.

†Mat.14.d. Matth. 14. † valdèſupra. modũ * in poum. * circumiacentem. E

b *Non enim intelle.* BEDA. Miraculo panum, quod eſſet rerum conditor oſtendit. Ambulando ſuper vndas, quod totum corpus habebat liberum ab omni grauedine peccati. Placando ventos & vndas, quod elementis dominaretur oſtendit. Sed carnales adhuc diſcipuli magnitudine quidem virtutum ſtupebant, ſed diuinæ maieſtatis veritatem non cognoſcebant.

c *Cognoue.* Rumore, non facie vel magnitudine ſignorum: etiam vultu plurimis notus erat.

d *Fimbriam veſtimenti eius tangerent.* BEDA. Minimum mandatum quod qui tranſgreſſus fuerit, minimus vocabitur in regno cœlorum: vel aſſumptionem carnis per quam venimus ad verbum Dei.

C

NICOLAVS DE LYRA.

finxit ſe longius ire vt habetur Luc.vlt. Nec tamen fuit ibi aliqua duplicitas ſeu falſitas ſecundum quod dicit bea. Grego. Hoc enim fecit: vt ſic oſtenderent ſe eis exterius qualis apud eos erat in mentibus eorum interiùs, erãt enim dubij in fide reſurrectionis Chriſti, & tardi ad credendum, vt ibidem dicitur, & propter hoc dubium erant aliquantulum elongati à veritate & ideò apparuit eis in peregrina effigie & finxit ſe longius ire quia tales apparitiones fiunt communiter ſecundum diſpoſitionem interiorem ipſorum quibus fiunt: Et eodem modo dicitur hic quod volebat præterire eos: quia erant paruæ fidei, ſecundũ quod dicitur in textu, quia putabant phantaſma eſſe, & tamen iam viderant tanta miracula eum feciſſe, quod credere debebant ipſum ſuper aquas poſſe ambulare. Circa tertiam partem dicitur.

✠

1 Cúmque egreſ.eſ.de.con. *Scilicet, illi de terra Geneſareth, quia per famam quam audierant & miracula quæ aliqui eorum viderant, cognouerunt, quod ille erat, qui infirmos curabat, & mirabilia alia faciebat, & ideò ſubditur.*

2 Et prȩcur.vni.re. *Quia Geraſeni miſerunt per ciuitates ad hoc, quod adducerentur infirmi ad præſentiam Chriſti, vt fimbriam veſtimenti eius tangerent. Iudæi enim erant diſtincti ab aliis gentibus, non ſolum in lege, ſed etiam in habitu, quia Num.15. præcipitur, quod facerent fimbrias in angulis palliorum, & talem habitum portabat Chriſtus ſicut & legem ſeruauit: & ad tactum huiuſmodi fimbriarum curabantur infirmi.*

F

ADDITIO I.

In cap.6. *vbi dicitur in poſtil.* Nec eſt veriſimile, quod tanto tempore fuerit ocioſus.

Cum Chriſtus etiam in hac vita ſummum gradum contemplationis attigit, nullo modo dici potuerit ocioſus, etiam ſi aliquando ab omni actione ſeu exercitio corporali ceſſaſſet: hoc enim pertinet ad contemplatiuam vitam ab exteriori actione quieſcere ſecundùm Greg. in 6. mora. & ideò irrationabile eſt attribuere Chriſto occupationem in artibus mœchanicis ad remouendum ab eo ocioſitatem: nec ex hoc quod illi de Nazareth ipſum fabrum vocabant, concluditur ipſum fuiſſe fabrum ſicut nec ſequitur ipſum habuiſſe ſorores, licet ipſi dixiſſent. Nónne ſorores eius hic nobiſcum ſunt? *ſed fabrum ipſum dicebant ad vili pendẽdam doctrinam Chriſti: Frequenter enim hi qui occupantur in actionibus corporalibus, deficiũt ab intellectualibus. Vel dicendum ſecundum Aug. quod eo ipſo fabrum Chriſtum credebant, quo fabri filium quia communiter filij creduntur habere artem patris.*

ADDITIO II.

In eo.c. *vbi dicitur in poſt.* Ex quo patet quod ſandalia non dicuntur calceamenta.

Manifeſtum eſt ex communi modo loquendi, quod ſandalia ſunt quædam ſpecies calceamenti. Calceamentum enim ſe habet vt genus ad omnia quibus pes induitur. Vnde ſi apoſtoli prohibentur ne aliquo modo portarent calceamenta, prout intelligit Poſtillator, ex conſequenti non poſſent portare ſandalia cum ſint quædam ſpecies calceamenti: & ſic eſſent eis iniuncta contraria præcepta, quod eſt manifeſtè contra rationem vnde aliter dicendum eſt. Ad quod ſciendum, quod calceamenta ſeu ſandalia poſſunt dupliciter portari. Vno modo in pedibus prout communiùs fit. Alio modo ligata ſub cingulo vel recondita in ſacculo vel in pera & huiuſmodi: prout pauperes itinerantes quandoque faciunt, vt cum corrumpuntur vel deficiunt calceamenta ſeu ſandalia quæ habent in pedibus prouideãt ſibi de aliis, quæ ſecum portant modo prædicto. Primò modo nunquam fuit prohibitum apoſtolis vti ſandaliis nec calceamentis ſcilicet in pedibus, quia hoc pertinet ad velocius ſeu expeditius incedendum. Vnde Iſraeliticis vt citius exirent de Aegypto, & non deſidiosè ambularent, præcipiebatur à domino vt haberent calceamenta in pedibus, prout ipſemet poſtillator dicit Exod. 12. Secundò verò modo prohibitum eſt apoſtolis euntibus ad prædicandum, ſcilicet, portare calceamenta in ſacculo vel huiuſmodi: quia

A *quia hoc est impedimentum itineranti, sicut & alia superflua vel duplicia quæ omninò prohibebantur apostolis euntibus ad prædicandum: vt in presenti ca. Veritas autem huius distinctionis, scilicet, de duplici modo portandi calceamenta, patet ex modo loquendi sacræ scripturæ. Nam Matth.10.b.vbi calceamenta eis prohibebantur, non prohibet eis portare in pedibus. Dicit enim:* Nec calceamenta, nec virgam. *Similiter Luc.10.a.dicit:* Nec peram, nec calceamenta, *non exprimens in pedibus, secundū Marcum in hoc ca. non permittitur apostolis portare sandalia simpliciter: quia hoc esset contra aliud præceptum de directo, sed permittitur eis calceare sandaliis, quod est portare sandalia primo modo: vnde expresè dicit: Sed calceatos sandaliis, Similiter Apostolus ad Eph.6.c.in eadem materia dicit:* Calceati pedes in præparatione euangelij. *Non enim dicit, quod portent calceamenta: quod potest intelligi secundo modo portandi, sed quod portent in pedibus, & sic in his duobus præceptis nulla est contradictio, etiam si sandalia & calceamenta pro eodem sumantur, & de hac materia vide supra cap. 1. in additione secunda.*

REPLI. In cap.6.*vbi dicitur*: Nónne hic est faber. *dicit Postillator, quod non est verisimile Christum à iuuentute vsque ad tricesimum annum fuisse ociosum. Bur. dicit Christum non debuisse operari opera mœchanica, quia impediuissent opera intellectualia. in quibus* B *Christus summum gradum tenuit: ideò ociosus dici non potuit: Hoc dico, quo ad factum, quod & si Christus nihil operando corporaliter ociosus non fuit, præbuisset tamen exemplum ociosis, qui ab eo sumerent velamen excusationis. Laborauit igitur sicut & orauit, non ad suffragium gium, sed ad exemplum. Nec talis labor in Christo potuit remittere* D *summum gradum intellectualis contemplationis: vt Burg. arguit, sicut nec dolor summus in passione potuit remittere summam fruitionem, de quo alibi.*

In eo.c.*vbi conceduntur apostolis sandalia. Postillator volens saluare literam, Matth.10. vbi prohibentur calceamenta, dicit sandalia propriè non esse, nec dici calceamenta. Burg. vult, quod sandalia sint contenta, vt species sub genere calceamentorum. Et soluit eam contrarietatem quam mouit postillator de Matth.10. & hic per portare in pedibus vel in sacculo, &c. Sed non videtur maturum de hoc oportere fieri mandatum, quod rarò & per viles personas fieri consueuit, scilicet, portare calceamenta in dorso ligata. Ridiculosa igitur videtur distinctio Burg. Satis enim dictum arbitror de vsu calceamentorum in pedibus Christi & apostolorum super Matt.10.*

De sandaliis autem hic concessis secus est, quia non pertinent ad genus calceamentorum: Genus dico logicum, sed propter similitudinem vsus respectu pedum, modum habent calceamenti, quæ alio nomine dicuntur caligæ, iuxtà illud Act.12.b.vbi dicitur Petro: Calcea te caligas tuas, *Græcus sermo habet sandalia, vbi nos caligas. Et vt quidam volūt, sandalia sunt in soleis integra, superiùs aperta, & sic cum non sint calceamenta, habent tamen aliquid simile, quia pedum contra asperitatem viæ sunt munimenta, & sic prohibitis calceamentis, conceduntur sandalia sine contrarietate. Ad plenam enim calceationem requiruntur* E *multa, scilicet, caligæ ligaturæ, &c. Ab huiusmodi curiositate sunt apostoli prohibiti, & cæteris quæ in litera enumerantur, sandaliis cōcessis.*

CAP. VII.

Mat. 11 d. ☞ a ET *conue.* BEDA. Patet quàm vera sit confessio domini ad patrem qua dicitur: *Quia abscondisti hæc à sapientibus & à prudentibus, & reuelasti ea paruulis.* Indocti veniunt infirmos adducunt, vt vel fimbriam eius contingant, & ideò cupita salute potiuntur. Pharisæi verò & Scribæ qui doctores populi esse debebant, non ad verbum audiendum, non quasi ad medicū, sed ad quæstionum pugnas con- b currunt.

b *Communibus ma.* HIERONYMVS. C Immundis, vel com- †incusauerunt munibus manibus communionem gentium significat. Mundicia Pharisæorum sterilis est, communio apostolorum nō tota extendit palmites suos vsque ad †Mat.15.a. mare.

c *Non lotis.* De non lotis corporis manibus vituperant, cum in eorum operibus nihil immundiciæ inueniatur. Ipsi qua exterius loti, conscientiæ, liuore intus sunt polluti.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Non est hoc eo sensu accipiendum, quasi dicipuli manus nullo modo lauerint, non ita enim res habet. Verùm quia à Domino ita edocti erant, vt ea quæ ad explendam communem corporis necessitatem faciunt, pro rerum vsu, loci & temporis commoditate administraret, soli autem virtutum studio ex animo incumberent: quo tempore cibus sumendus erat, de receptis apud Pharisæos lauationibus, non multùm curabant. Hoc autem cum Scribæ & Pharisæi animaduertissent, illos veluti vsitatarum traditionum transgressores, apud Christum accusabant.

d *Pha.* BEDA. Superstitiosa hominū traditio crebrius lauari, ob manducandum & huiusmodi. Sed necessaria doctrina veritatis eos †inquinatis iubet, qui panem vitæ qui de cœlo descendit manducare desiderant, crebrò F eleemosynarum, aliorúmque iusticiæ fructuum lamento sua opera purgare. †abluti fuerint

e *Baptismata cali.* Frustra vasorum baptismata seruant, qui cordium suorum & corporum sordes negligunt. Non enim hoc de materialibus manibus dictum est, sed pro mentium emundatione, & operum castigatione, & animarum sanctimonia & salute. †acceperūt tenenda ablutiones

f *Quare discipuli tui non ambulant, &c.* Mira stulticia filium Dei arguunt, quia non seruat præcepta hominum. Manus autem, id est, opera non corporis sed animæ lauandæ sunt, vt fiat in illis verbum Dei.

☞ *Bene*

CAPVT VII.

ET conueniunt ad eum Pharisæi, & quidam 1
a ¶ Aperit quare venissent.
de Scribis venientes ab Ierosolymis. Et cū
a uidissent quosdam ex discipulis eius, †com
munibus manibus id est non lotis manducare panes †vituperauerunt. Pharisæi enim 2
¶ Ideò. ¶ Panem.
& omnes Iudæi, nisi crebrò lauent manus, non manducant,
a ¶ Non Dei. b ¶ Redeuntes. c ¶ Lauentur. ¶ Frustrabaptizantur sic, dum in nomine saluatoris non abluuntur.
tenentes traditionem seniorum. Et à foro b nisi † bāptizentur, 3
non comedunt, & alia multa sunt quæ † tradita sunt illis ser-
e uare baptismata calicū & vrceorū, & æramentorū & electro
f rum. †Et interrogabāt eum Pharisæi & Scribæ. Quare disci-
¶ Immundis.
puli tui nō ambulant iuxtà traditionem seniorum, sed communibus manibus manducant panē? At ille respondens dixit

---

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. VII.

✻ 1 ET conueni. *Postquam descripta est erga discipulos Christi condescensio hic consequenter describitur Pharisæorum confutatio, & hoc quadrupliciter. Primò in eorum obseruantiis. Secundò in miraculis Christi, seq.c. ibi:* Et exierunt Pharisæi. *Tertiò in lege permissis 10.c. Quartò in parabolis 12.cap. Circa primum primò describitur Pharisæorum confutatio, secundò populorum consolatio. ibi:* Et inde surgens. *Circa primum primo describitur Pharisæorum obseruatio vana, secundò, eorum interrogatio maligna, ibi:* Et interrogabant Pharisæi. *tertiò eorum confutatio vera, ibi:* At ille respondens. *quartò, dicta confutationis expositio plana, ibi:* Et cum introisset in domum. *Sententia vero istarum partium patet ex dictis Matth.15, exceptis quæ sequuntur.*

2 Pharisæi enim &c.la.ma.&c. *Volentes per mundiciam exteriorem prætendere, quod haberent interiorem, cum tamen essent pleni iniquitate & immundicia, secundùm quod dicitur Matt.23.*

3 Et à fo.nisi bap. non come. *Quando enim exibant ad negocia exteriora in publico, reputabant se immundiciam aliquam contrahere ab aliis, qui tamen erant meliores ipsis: & ideo redeuntes à talibus negociis lauabant se antequàm comederent, quasi purgantes immundiciam ab aliis contractam.*

✻ Moyses

MORALITER.

✠ 1 *Et conueniunt ad eum Parisæi, & quidam de Scribis venien.* Spirirualiter, ritualiter. Illotis manibus manducare est immundum viuentem eucharistiam tractare.

eis: Bene prophetauit Isaias de vobis hypocritis, sicut scriptū est: †Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum † lōngè est à me. In vanum autem me colunt docentes doctrinas & præcepta hominum, relinquentes mandata Dei tenetis traditiones hominum, baptismata vrceorum & calicum, & alia similia his facitis multa. Et dicebat illis: Bene †irritum fecistis præceptum Dei vt traditionem vestram seruetis. Moyses enim dixit: Honorā patrem tuum & matrem tuam, & qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis: Si dixērit homo patri aut matri, corban, quod est donū quodcunque ex me tibi proderit, ēt vltrà nō dimittitis eum quidquam facere pātri suo aut matri † rescindentes vērbum Dei per traditionem vestram quam tradidistis. Et similia huiusmodi multa facitis. Et aduocans † iterum turbas, dicebat † illis: Audite me omnes & intelligite. Nihil est extra hominē, introiens in eum, quod possit eum coinquinare: sed quæ de hominē procedunt, illa sunt quæ coinquinant hominem. Si quis habet aures audiendi audiat. Et cùm introisset in domum à turba, interrogabant eum discipuli eius † parabolam. Et ait illis: † Sic & vos † imprudentes estis? Non intelligitis, quia omne extrinsecus introiens in hominem, non potest eum coinquinare: quia non intrat in cor eius, sed in ventrem vadit, & in secessum exit, purgās omnes escas. Dicebat autē, quoniā quæ de homine exeunt, illa † coinquinant hominem. † Abintus enim de corde hominum cogitationes malæ pro-

¶ Extrinsecus. a ¶ Et quia longè est cor: In vanum, &c. ¶ Quia. ¶ Non Dei. ¶ Necessaria. ¶ Vanas. ¶ Non Dei. ¶ scilicet. ¶ Superstitiosa & inutilia facitis. a ¶ Non tantum salutatione & officio deferendo, sed munere, sicut illud est, Honora viduas, id est, tribuè necessaria. a ¶ Q. Bene potest dicere. b ¶ Filius. ¶ Quod Deo vouì. ¶ Alias profuerit. a ¶ sic. ¶ Boni. a ¶ Qui debet sustentari necessariis huius vitæ. b ¶ Quasi in hoc rescindatis. c ¶ De parentibus. ¶ Vestræ auaritiæ. ¶ Non Deus ¶ Contra mandatum Dei. ¶ Confutatis superbis humiles aduocat & docet. a ¶ De corde hominis. b ¶ Alias communicant. Commune enim dicunt Iudæi immundum. ¶ Attentos facit. ¶ Relicta. ¶ Exponere. ¶ Vel communicare. ¶ In quo est sedes animæ.

Iudæi se partem Dei iactāt, communes cibos vocāt, quibus omnes homines vtūtur, vt ostrea, lepores, & huiusmodi animalia, quæ vngulam non findunt, nec ruminant, nec squamosa in piscibus sunt.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Hinc lex secundùm spiritum, se paulatim prodere incipit. Neque enim hęc vt Mosaica, circa corporales expiationes cibo rumq́; differentias, versatur, sed circa virtutē spiritus. Ne mireris autem, si veteri lege corporū inquinamenta diiudicāte, & auersante, Christus hoc loco contradicere videatur, (loquitur enim perinde atque si nulla corporalis immundicia in hominē cadere queat:) siquidē lex vetus ad externū tantum hominē spectabat, Christus autem ad internū mentis aciē coniiciebat, veluti tempore illo iā præsente, quo crux illis rebus typicis & corporalibus finē imposituram erat.

a *Bene propheta.* HIERONYMVS. Latratum Pharisæorum reprimit furca rationis, id est, Moysi & Isaiæ increpatione, vt & nos hæreticos verbis scripturæ vincere possimus.

b *Bene irritum fe.* Falsam calumniam vera ratione confutat, quasi vos propter traditionem hominum præcepta Dei contemnitis & negligitis, quare ergo meos discipulos arguitis, qui iussa seniorum paruipendunt, vt custodiant mandata Dei.

c *Vos autem dicitis.* BEDA. Consulens dominus imbecillitati, vel ætatum vel penuriæ parentum, præcepit vt filij honorarēt patres etiam in necessariis huius vitæ. Hanc autem legem Scribæ & Pharisæi subuertentes, vt impietatem sub nomine pietatis inducerent, docuerunt filios suos, vt si quis ea quæ parentibus offerenda sunt, Deo vouere voluerit: qui verus pater est, oblatio domini præponatur.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. *Vos autem dicitis.* Id est, si quis ob dehonestatos parētes munus, hoc est, illud Deo in sacrificium sese oblaturum promiserit, q̄ patri alioqui debebat, vos id iustum pronunciatis. Vos, inquam, rem qua filij parentes alere & honorare omni iure obligabantur, Deo offerre licitum asseritis. Id quod aliud nihil est quam manifestaria diuinæ legis, propter vestram traditionem euersio & abrogatio.

✠ THEOPHYLACTVS. Volentes Pharisæi quæ offerebantur, comedere, instruebant filios, quod cum peculia aliqua habebant: & parentes hęc peterent, responderent illis, Corbam, hoc est, donum quod à me petis, iam obtuli domino, & ita hæc non exquirerent quasi Domino oblata, id est, ad salutem parentum proficua, & sic decipiebant filios, vt parentes non honorarent, & ipsi oblata deuorarent.

d *Tibi prode.* ISIDORVS. In tuos vsus consumitur, quod sacrilegium est. Vel interrogatiuè. Quasi dicat, Proderit tibi? Non debet: Hoc metuentes patres afficiebantur inedia.

e *Nihil est extra, &c.* BEDA. Nec idolothitum inquantum cibus est, inquantum Dei creatura est: sed dæmoniorum inuocatio facit immundum. Vnde: *Non potestis bibere calicem domini & calicem dæmoniorum.* 1. Cor. 10. c.

f *Et vos impru.* Corripiuntur, quia quæ per se patent, mystica putāt. Ex quo aduertimus vitiosum esse auditorem, qui obscura manifestè, aut manifestè dicta obscurè vult intelligere.

g *Et in secef.* BEDA. Hinc calumniantur quidam hęretici, q̄ dominus physicæ ignarus putet omnes cibos in ventrē ire, & in secessū digeri, cum statim infusæ per artus & venas & medullas, neruósque fundantur. Vnde & multos qui vitio stomachi perpetē vomitum sustinent, post cœnas & prādia statim euomere dicunt, & tamen corpulentos esse: quia ad primū tactum liquidior cibus & potus per membra funditur. Sed quāuis tenuissimus humor & liquens esca, cū in venis & artubus cocta fuerit & digesta, per occultos meatus (quos Græci poros vocat) ad inferiora dilabitur & in secessum vadit.

AVGVSTINVS. Quædam sic accedunt vt etiam mutent & mutentur, sicut & ipse cibus amittens speciem suam, in corpus nostrum vertitur, & nos refecti in robur mutamur.

h *De corde hominum.* BEDA. Animæ locus principalis non iuxtà Platonem in cerebro, sed iuxta Christum in corde est.

Arguuntur

NICOLAVS DE LYRA.

1 Moyses enim dixit: Honora patrem, &c. *Dominus autem dixit hoc, vt habetur Exod. 20. sed Moyses explanauit qualiter esset intelligendum contra quem intellectum sacerdotes & Pharisæi docebant.*

2 Corbam quod est do. *Corban non significat donū generaliter acceptum: sed donum Deo oblatū vel offerendum, Pharisæi & sacerdotes auaricia moti dicebant, quod melius erat filiis offerre Deo bona sua, quam prouidere parentibus in necessitate positis: & sic euacuabant præceptum Dei de honore parentum, vt plenius dictum fuit Matth. 15.*

3 Si quis ha. *Id est, si quis habet voluntatem audiendi veram doctrinam, audiat meam, & non Pharisæorum.* 4 In secessum. *Natura enim quæ est sagax, impuritatem quæ est in alimento suscepto, emittit per secessum, retinens illud quod est ibi purum ad corporis nutrimentū, & sic purgatur esca corporis nutritiua.*

5 De corde hominum *Id est, consensus deliberatiui ad mala agenda: quæ explicat magis in particulari: cum subdit.*

MORALITER.

† *Populus hic labiis me honorat.* Labiis & non corde Deum honorare, est bene loqui & malè viuere.

† *Bene irritum fecistis.* Hoc autem faciunt principes & prælati facientes

Adulteria

facientes statuta sua sub graui pœna diligenter obseruari, & parum aut nihil curant de obseruatione mandatorum Dei.

† *Et aduocans iterum, &c.* Hoc est ita morale, quod non indiget alia moralitate. *Et inde surgens, &c.* Sequitur.

Mar

Arguuntur etiam ex hac ſententia qui cogitationes à diabolo immitti putant,non ex propria naſci voluntate. Diabolus incentor & adiutor malarum cogitationum eſſe poteſt:autor eſſe non poteſt,Si autem in inſidiis ſemper poſitus leuem cogitationum noſtrarum ſcintillam ſuis fomitibus inflammauerit, non debemus opinari cum quoque cordis occculta rimari, ſed ex corporis habitu &geſtibus extimare,quid verſemus intrinſecus vt ſi pulchrã mulierem nos a crebrò viderit inſpicere, intelligit nos amare.

a *Et inde ſur.* Relictis ſcribis & Phariſæis calumniatoribus,in partes Tyri & Sidonis ſeceſſit, vt Tyrios Sidoniósque curaret.

b *Neminem vo.* BEDA. Quamuis latere non potuerit,non tamẽ factum eſt quod voluit.Sed exemplũ eis dabat, quibus ſanandi infirmos gratiam conferebat, vt in miraculis humani fauoris gloriam quantum poſſent declinarent:nec tamen à pio opere virtutum ceſſarent,cum hoc fieri vel fides bonorum iuſtè expeteret, vel incredulitas prauorũ neceſſariò cogeret,Ob hanc enim cauſam Tyri & Sidonis fines intrabat,vt filiam ſyrophœniſſæ à dæmonio liberaret, & per fidem gentilis fœminæ ſcribarum & phariſæorum perfidiam argueret.

c *Mulier enim.* Marcus dicit dominum fuiſſe in domo, cum venit ad eum mulier. Matthæus dicit, quòd clamat poſt nos. Per quod innuit,quod poſt ambulantem preces emiſerit.Venit ergo ac eum mulier in domum,ſed quia Matthæus ait:*Non reſpondit ei verbum*, dedit intelligere,quòd ambo tacuerunt,& cum ſilentio ingreſſi ſunt. Et ita cætera contexuntur, quæ in nullo diſſentiunt.

HIERONYMVS. Mulier,eſt mater noſtra Romana eccleſia. Nata,dæmoniaca occidentalis barbaries, cuius fides fecit de cane ouem.Micas intellectus quærit,non panem infractum literæ cupit.

BEDA. Mulier gentilis,ſed cum fide ad dominum veniens eccleſiam ſignificat de gentibus collectam, quæ pro filia dæmoniaca dominum rogat,id eſt, pro ſuis populis nondum credentibus:vt & ipſi à diaboli fraudibus abſoluantur. Quæ bene ſecundùm Matthæum de finibus ſuis egreſſa: ſecundum Marcum ingreſſa ad dominum atque ad pedes proci lſſe dicitur,vt ex vtroque colligatur:quia illi ſoli fideliter & rectè pro errantibus tibus orant,qui priſcas ſuæ perfidæ manſiones relinquunt, atque in domum Dei, id eſt, eccleſiam pia ſe deuotione tranſferunt.

d *Sine prius ſaturari filios.* Quaſi dicat,Futurum eſt, vt & vos gentes ſalutem conſequamini: ſed priùs oportet Iudęos qui antiqua electione filij Dei nominantur pane cœleſti:refici, & ſic tandem gentibus vitæ pabula miniſtrari.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Chriſtus petitæ ſanitatis beneficium diſtulit: partim quidẽ quò Iudæis per hoc oſtendat,non pari ſe facilitate ipſis & exteris hominibus ſanitatem prętare:partim etiam,vt mulieris huius fides omnibus manifeſta euadat. Quo hac quoque ratione,comparatione quadam facta Iudæorum perfidia & duritia magis in apertum veniat.

e *Filiorum & mit.* BEDA. Mira conuerſio:nam Iſrael quondam filius,nos canes. Pro diuerſitate fidei ordo nominum mutatur. De illis dicitur: *Circundederunt me canes multi.* De nobis:*Alias oues habeo,quæ non ſunt ex hoc ouili*

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Venit Dominus ad Cananæos, non tanquam ad domeſticos,ſed tanquam ad eos quibus cum patribus ad quos promiſſio facta fuerat, nihil cõmune erat. Et quia res ita habebat, Tyriis & Sidoniis aduentum ſuum non indicauit,ſed quantum commodè fieri potuit, celauit. Fecit hoc autem,ne ante tempus ad gentes migrare videretur. Cum quò Iudæos, propter beneficia quæ in illos auferebat,virtutéſque quas inter ipſos exercebat, ad fidem prouocaret.Nihilominus nõpotuit per omnia latere. Sed neque rationi conſentaneum erat, vt iis qui fide Iſraelitis multis partibus præſtabant,nullo prorſus iudicio aut beneficio ſeſe manifeſtaret,maximè verò propter Apoſtolos, quos ex hoc facto certã coniecturam facere oportuit,ſaluti oſtium gentibus quoque patefactum eſſe.

f *De micis.* Non integros cibos digna ſum recipere, reliquiis catellorum contenta ſum,vt ſic veniam ad panem integrum.

BEDA. *De micis,&c.* Menſa,ſcriptura, vnde: *Paraſti in conſpe. meo men.&c* Micæ puerorum interna myſteria, quibus humiliũ corda reficiũtur,ſecundũ illud; Et adipe. fru.ſati.te. Conuerſi enim ad fidẽ catelli,id eſt,qui in gẽtibus erãt deſpecti;nõ literę ſuperficiem,ſed ſpiritualiũ ſenſuũ inquirũt medullã. Et hoc ſub ☞ menſa

cedunt: Adulteria, fornicationes,homicidia,furta,auaritiæ, ¶ Inuidia. nequitiæ, dolus, impudicitia, oculus malus,blaſphemia, ſuperbia,ſtultitia.Omnia mala hęc ab intus procedũt,& coinquinant hominem.Et inde ſurgens abiit in fines Tyri & Sidonis:& ingreſſus domum:neminem voluit ſcire & non potuit latere.† Mulier enim ſtatim audiuit de eo cuius filia habebat ſpiritũ immundum intrauit, & procidit ad pedes eius. Erat enim mulier gentilis Syrophœniſſa genere. Et rogabat eum,vt dæmonium eiiceret de filia eius.Qui dixit illi: Sine prius ſaturari filios.† Nõ eſt enim bonũ ſumere panem filiorũ,& mittere† canibus.At illa reſpõdit & dixit ei. Vtiq; domine.Nã & cãtelli comedũt de micis ſub mẽſa pũerorum.

a ¶ Id eſt,Romana eccleſia. b ¶ Ideò. c ¶ In auditu auris obediuit mihi. d ¶ Occidentalis eccleſia.

a ¶ Cauſa cuius venerat mater ad Ieſum. b ¶ Humanitatem.

a ¶ Hic fides qua credit filiam poſſe ſaluari.

¶ Gentilibus. ¶ Hic patientia qua toties contempta vt Matthæus dicit perſeueraat.

a ¶ Humilitas,qua ſe non canibus ſed catellis comparat. ¶ Myſticè loquitur mulier gentilis. b ¶ Intellectus. c ¶ Non ad menſam.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Adulteria.*In quibus eſt violatio thori alieni.*

2 Fornicationes.*Id eſt,illiciti concubitus perſonarũ à matrimonio ſolutarum.* 3 Homicidia.*Quibus infertur nocumentum in perſonas proximorum.* 4 Furta.*Quibus res aliena ſubtrahuntur.*

5 Auaritię.*Inquantum aliqua iniuſte retinentur.*

6 Nequitię.*Quæ conſiſtunt in calumniis proximorum.*

7 Dolus.*In deceptione eorum.*

8 Impudicitia.*Quantum ad tactus & aſpectus immundos.*

9 Oculos malos.*Quantum ad odium & inuidiam, quia non permittunt videre recto oculo bonum proximi.*

10 Blaſphemiæ.*Id eſt,iniuriæ in Deum.*

11 Superbia.*Dei vel proximi contemptus.*

12 Stultitia.*Id eſt,quælibet iniuria in proximo.*

13 Et inde ſurgens.*Hic conſequenter deſcribitur conſolatio populorum.Et primò gentilium.Secundò Galilæorum,ibi:* Et iterũ exiens. *Circa primũ dicitur:*Et inde ſurgens.*Vbi habitant gentiles, ad quos tranſiit Chriſtus ad benefaciendum eis, relinquens Iudæam propter maliciam Phariſæorum & ingratitudinem.*

14 Et ing.&c.*Id eſt,noluit manifeſtari aduentum eius per diſcipulos ſuos,oſtendens,quod prædicator & operator miraculorum non debet quærere propriam oſtentationem.*

15 Et non potuit latere.*Illud non poſſe,non refertur ad eius potentiam abſolutam:ſed ad congruentiam.Non enim erat congruum, quod aduentus mediti lateret infirmos.Nec fuit decens,quòd manifeſtaretur per ſuos diſcipulos,vt dictum eſt. Et ideò manifeſtatus fuit per alios qui famã eius audierant,& aliqui eum viderant, quia non ſolũ de Iudæa, ſed etiam de nationibus aliis multi veniebant ad eũ propter miracula & ſanitates quæ operabatur,vt habetur ſupra 3.c.*

16 Mulier enim ſtatim,&c.*Non eſt intelligendum quod curauerit filiam eius exiſtens in domo, quia tunc noluit facere, ſed magis in via cum ipſa clamaret poſt eos,vt habetur Mat.15.c.*

17 Erat enim mu. *Id eſt,de Syria Phœnicis.Eſt enim Syria nomen generale prouinciæ:phœnis autem nomen cuiuſdam ſpecialis contratæ in illa prouincia.Et inde componitur ſyropheniſſa,id eſt,de tali contrata oriunda.*

✠ Propter

MORALITER.

✠ 16 *Mulier enim &c.* Peccatrix anima bene mulier dicitur fragilis & infirma:cuius filia eſt operatio à dæmone poſſeſſa. Peccatores dicũtur catelli, propter qnod nõ ſunt digni reciperepanẽ Dei, ſed cum humiliter confitẽtur peccata,de quorum numero eſt mulier iſta cuius filia ſanatur:nã operatio praua deletur.

☞ menſa dominorum ſuorum, id eſt, dum verbis Dei humiliter
A ſubditi, & adimplenda quæ ſcripta ſunt cuncta cordis & corporis officia ſupponunt, vt ad ſperanda ſuperna quæ à domino promiſſa ſunt præmia in cœlo, meritò ſe humilitatis erigant.

a *Propter hũc ſer.* BEDA. Hic datur exemplum cathechizandi & baptizandi infantes: quia per fidem & confeſſionem parentum, in baptiſmo liberantur à dæmonio paruuli qui nec-dum per ſe ſapere vel aliquid agere boni poſſunt aut mali.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Matthæus ſanationis cauſam fidei, Marcus ſermonis virtuti adſcribit, ſed in idem redit: efficax enim ſermo ex efficaci fide prodibat.

B b *Tyri.* HIERONYMVS. Tyrus anguſtia ſignificans Iudæam, cui dominus, *Coanguſtatum eſt ſtratum breue eſt pallium tuum: vtrumque operire non poteſt, vt transferat ſe ad alias gentes.*

† Hephethah. Eſa.28.

c *Sidonem.* HIERONYMVS. Sidon, venatio, fera indomita, noſtra regio vel natio eſt.

d *Decapoleos.* BEDA. Regio decem vrbium trans Iordanem ad Orientem. Quod autem dicitur: *Venit ad mare Ga. inter me.ſi. De.* Non ipſos eum intraſſe ſignificat, neque enim mare tranſnauigaſſe dicitur, ſed vſque ad mare veniſſe, atque ad locum: qui medios fines decapoleos longè trans mare poſitos reſpiciebat.

HIERONYMVS. Saluator ad ſaluandas gentes ab apoſtolis deducitur, & docet quod adoleſcentium interroganti reſpondit

Luc.18.d. *Noſti mandata hæc fac & vives*

e *Surdum & mutum.* BEDA. Qui ſcilicet, nec aures verbis Dei audiendis, nec os pro loquendis aperit. Quales neceſſe eſt, vt hi qui audire & loqui verbum Dei longo vſu didicerunt, domino ſanandos offerant, vt eos quos humana fragilitas nequit, gratiæ
C dextera ſaluet.

HIERONYMVS. Genus humanum tanquam vnus homo varia peſte abſumptus in protoplaſto, cæcatur dũ videt ſurdus fit dum audit, dum odorat emungitur, obmuteſcit dum loquitur, mancus fit, dum manus erigit, incuruatur dum erigitur, hydropicus fit dum concupiſcit, claudus dum progreditur, lepra ſuffunditur dum mũdatur, dæmone impletur dum diuinitatem appetit, moritur morte dum audacter excuſat.

f *Et deprecabantur.* Incarnationem domini prophetæ & patriarchæ cupiebant.

g *Et apprehendens eum, &c.* Seorſum à turbulentis cogitationibus & actibus inordinatis ſermonibuſque incompoſitis educitur qui ſanari meretur. Digiti qui in aures mittuntur, verba ſpirituſſancti, de quo dicitur: *Digitus dei eſt hic.* Et: *opera digitorum*

Exod.8.c. Pſal.8.a. *tuorum ſunt cœli.* Tetigit linguam, &c. Spuma de carne domini, diuina ſapientia, quæ ſoluit ignorantiam humani generis, vt dicat: Credo in Deum patrem omnipotentem, &c.

h *Seorſum de tur.* BEDA. Prima ſalutis via eſt de turba educi. De turba educit dominus infirmum, cum mentem peccatis
D languidam viſitando illuſtrat, & à conſuetæ conuerſationis moribus aduocat, & ad ſequenda præcepta ſua prouocat. Digitos autem in auriculas mittit, cum per dona ſpiritus ſancti aures cordis ad intelligenda & ſuſcipienda verba ſalutis aperit. Et quia cognitionem veritatis debet ſequi confeſſio. Sequitur: *Et expuens te.* Cum ſcilicet, ad confeſſionem fidei ora cathechizatorum inſtruit. Sputum namque domini eſt ſapor ſapientiæ quæ dicit: *Ego ex ore altiſſimi prodij primogenita.* Vnde, ſputo eius terræ commixto cæ
E cus illuminatur. Sputum enim quod ex capite domini deſcẽdit, diuinam eius naturam exprimit: quæ ex Deo eſt. Portio terræ cui ſputum immixtum eſt, humanam ſignificat naturam. Sic ergo ex ſputo ac terra compoſito medicamento oculos cæci nati aperuit quia genus humanum per confeſſionem vtriuſque ſuæ naturæ ab ingenitis errorum tenebris eruit. Expuens ergo linguam muti vt loqui valeat tangit, cum ora diu bruta ad verba ſapientiæ proferenda contactu ſuæ pietatis informat.

† impeditæ linguæ

Eccl.34.a.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Infert digitos in aures eius, cum ſolo verbo miraculum patrare potuerit: quò corpus, modò qui verbis exprimi nequit, ipſi vnitum, animáque intelligenti & rationali informatum diuinæ virtutis vim obtinere commonſtret.

i *Et ſuſcipiens, &c.* HIERONYMVS. *Ingemuit.* Gemere nos docuit, & in cœlum theſaurum noſtri cordis erigere, quod per compunctionem cordis à friuola carnis lætitia purgatur, vt dicitur: *Rugiebam à ge.cor mei: Domine ante te omne deſi.meum, &c. Et*

Rom.10.b. *ait illi: Effeta quod eſt adape.* Corde creditur ad iuſti. &c. *Et ſtatim*
F *aperta. &c* Aures apertæ ſunt ad hymnos & cantica & pſalmos. Soluitur lingua, vt eructet verbum bonum: quod non poſſunt nec minæ nec verba cohibere vel prohibere. Vnde Paulus: *Ego vnctus ſum ſed verbum Dei non eſt alligatum in me. Et præcepit illis ne*

1.Tim.2.b. *cui dice.* Non in virtutibus gloriandum eſſe docuit ſed in cruce & in humiliatione. *Quanto autem eis præci. &c.* Ciuitas in monte

Matt.15.b. poſita vndique circunſpecta abſcondi non poteſt: humilitas ſemper præcedit gloriam.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Cœlum reſpicit, partem quidem ea quæ faciebat, ad cœleſtem patrem tanquam ad primarium autorem referens, partim verò humanæ naturæ cauſam dolore & commiſeratione proſequens. Expendebat enim in quantam cálamitatem & miſeriam omnis bonæ actionis hoſtis diabolus, primorúmque parentum incuria & lapſus, illam deieciſſet.

k *Adape.* Ad aures propriè. Aures enim ad audiendũ aperiendæ lingua vt loqui poſſit erat ſoluẽda: vnde ſequitur. *Statim aperta, &c.*

☞ *Et loquebatur.*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Propter hunc ſer. *Id eſt, propter tuæ fidei confeßionem.*

2 Exiit dęmonium à filia tua. *Quia confeßio fidei de congruo eſt meritoria miraculi. Cætera patent ex dictis Matth.15.*

3 Et ite. *Hic conſequenter deſcribitur conſolatio Galilæorum. Et primò in curatione dæmoniaci. Secundò, in miniſtratione alimenti, in principio ſequentis capituli. Circa primam partem determinatur locus vbi Chriſtus fecit ſequentem curationem, cum dicitur.*

4 Inter me. *Decapolis eſt nomen regionis, vt dictum eſt ſuprà c.5. Et huiuſmodi regionis vna pars eſt vltra Iordanem, alia citra vt patet in deſcriptione terræ ſanctæ. Igitur mare Galileæ quod eſt quidam lacus, per quem tranſit Iordanis fluuius reſpicit terminos vtriuſque partis regionis prædictæ.*

5 Et addu. ei ſur. & mu. *Non erat talis à natiuitate, nec ab infirmitate ſuperueniente, ſed à dæmone ipſum obſidente, eius auditum impediente & loquelam.*

6 Miſit digi. *Chriſtus aliquando ſanauit infirmos tangendo corporaliter, vt oſtenderet humanitatem ſuam eße diuinitatis inſtrumentũ modo ſupradicto cap 5.*

7 Et ſuſpiciens in cœ. inge. *Vt oſtenderet ſe verum hominem, à Deo quærens auxilium.*

8 Et ait il. Effeta, &c. *Oſtendens ſe verũ Deum curãdo per imperiũ.*

✠ Et prę.

MORALITER.

✠ 5 *Et adducunt ei ſurdum & mu.* Spiritualiter, ſurdus eſt inobediens, mutus laudes Dei debitas omittens, ſed tactu Chriſti vtrumque tollitur impedimentum: quia cum Chriſtus ſua gratia tangit cor hominis fit humiliter obediens & deuotè Deum laudans. Quod autem Chriſtus ſurſum aſpiciens ingemuit, fuit ad oſtendendum, quòd omne remedium eſt inde cum deuotione quęrendum.

✠ *Et præcepit.*

¶ Vt eructat verbum bonum.

a *Et loquebatur re.* BEDA. Ille solus rectè loquitur vel dominum confitendo, vel aliis prædicando Cuius auditum vt cœlestibus possit auscultare & obsecundare mandatis diuina gratia reserat: Cuius linguam dominus tactu sapientiæ quæ ipse est ad loquendum instruit. Hic talis dicere potest: *Domine labia mea aperies, &c.*

a sunt aures eius, & solutum est vinculum linguæ eius, & loquebatur rectè. Et præcepit illis, ne cui dicerent. Quantò autem eis præcipiebat, tantò magis † plus prædicabant, & eo amplius † admirabantur, dicentes: Bene omnia fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui.

¶ Quia non est in altis gloriandum, sed in cruce & humilitate. ¶ Humilitas præcedit gloriam. ¶ Hoc, scilicet.

1 2 3 4

†stupebant

psal. 5. a.

b *Quanto autem. eis præcipiebat, &c.* Sciebat ille qui omnia nouit antequam fiant, quod magis prædicarent, & hoc præcipiendo pigris voluit ostendere, quantò studiosiùs quantoque † frequentius prædicare debeant, quibus iubet vt prædicarent: quando illi qui prohibentur tacere non poterant.

†abundantius.

†feruētius

b *Quanto*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et præcepit, &c. *Ostendens, quod benefactor de suis beneficiis propriam laudem non debet quærere.*

2 Quanto au. *Quia beneficiatus acceptis debet se gratum ostendere, & benefactorem laudare, quamuis hoc benefactor non querit.*

3 Et eo. *De tanta eius humilitate.*

4 Bene omnia. *Licet non exprimat hic nisi vnum surdum & mutum esse curatum, tamen plures fuerunt cæci & claudi & muti curati, vt habetur Mat. 15. Sed inter illos erat vnus cuius cura fuit mirabilior inter cæteros: quia in ipso tria miracula concurrerunt, secundum quod dicitur Hie. quia auditus fuit ei redditus, & affatus, & à dæmone fuit liberatus & hic solus exprimitur à Marco.*

4 Bene

MORALITER.

1 *Et præcepit illis, ne cui dicerent, &c.* Ad ostēdendum quod homo de suis bonis actibus non debet quærere laudes hominum.

CAP. VIII.

a *In illis di. &c.* ✠ VICTOR ANTIOCHENVS, Vt dominus iam antè, quo hac via ratione populum ad fidem alliceret, escas multiplicauerat, ita nunc denuò idem si num instaurat? vtrobique commoda occasione, quæ se offerebat, ad hoc vsus. Ea autem præsenti loco erat, inuicta plebis quæ eū sequebatur perseuerantia. Nam triduo, vt hic scribitur, illum iam sustinerāt. Etenim cum panes non haberent, neque commodè in deserto habere possent, citra detrimenti cuiuspiam periculum imprāsi dimitti non poterant. Quod si eiusmodi necessitas non vrcisset, seruator vtique cōsuetam miraculorum virtutem, hic non ostendisset: siquidem turbæ non sectabantur illum propter corporalem annonam, sed propter spiritalem escam, Etsi interim ex toto numero non deessent, qui hunc quoque scopum præfixum haberent.

✠ THEOPHYLACTVS. Vel per eos qui per triduum expectant, significat baptisatos. Baptismus enim illuminatio dicitur, & trina submersione perficitur.

BEDA. Hoc miraculo designatur, quod viam præsentis seculi, aliter incolumes trāsire nequimus, nisi alimento verbi sui Christus nos reficiat Hoc verò typicè interhāc refectionem & illam quinque panum & duorum piscium distat, quod ibi litera ve.te. spirituali gratia plenè designatur: hic noui testamenti veritas & gratia ministranda monstratur. Vtraque autē refectio in monte celebrata est, vt aliorum euangelistarum narratio declarat: quia vtraque scriptura rectè intellecta prædicat altitudinem cœlestiū præceptorū & prēmiorum, & altitudinem Christi qui est mons in vertice mōtium. Ipse enim ædificatam super se ciuitatem, id est, ecclesiam in alta bonorum operum extollit, & cunctis manifestat. Ipse ab infimis delectationibus abstractam pane cœli reficit, atque ad appetitum supernæ suauitatis cibi spiritualis dato pignore accendit.

CAPVT VIII.

a IN illis diebus iterum cum turba multa esset † cum Iesu, nec haberēt quod māducārent, conuocatis* discipulis ait illis b † Misereor super turbam, quia ecce iam c † triduo † sustinent me, nec habent quod d manducent: & si dimisero eos ieiunos e in domum suam, deficient in via. Quidam enim ex eis de longè venerunt. Et respondērunt ei discipuli sui: vnde istos quis poterit hic saturare panibus in solitudine? Et interrogabat eos: f Quot panes habetis? Qui dixerunt: Septem

¶ Materiam miraculi præmittit. ¶ Scilicet suis.

✠ Iudæi de prophetæ lege & prophetis edocti, gentes de longe veniunt ad Christum nullis doctoris de eius fide præmonitæ.

1

†cum Iesu

b

† Iesus † manent apud me.

c

d

¶ Ideo.

e

f

1 2 3 4 5

illum propter corporalem annonam, sed propter spiritalem escam, Etsi interin ex toto numero non deessent, qui hunc quoque scopum præfixum haberent.

b *Misereor super tur.* Quia verus homo miseretur & compatitur affectu humanæ fragilitatis. Quod de septem panibus & paucis piscículis quatuor milia hominum satiauit, diuinæ potentiæ opus est contra Euticetis errorem.

c *Triduo sustinent.* Quare triduo sustinerent Matthæus dicit sic: *Et ascendens in montem sedebat ibi, & accesserunt ad eum turbæ multæ habentes secum mutos, cæcos, claudos, debiles, & alios multos, & proiecerunt eos ad pedes eius, & curauit eos.* Turba triduo dominum sustinet propter sanationem infirmorum suorum, cum electi quique fide sanctæ trinitatis lucidi domino, pro suis suorúmque peccatis, animæ peccantis, scilicet, languoribus instanter supplicant.

ITEM. Turba multa triduo dominum sustinet, cum multitudo fidelium peccata sua per pœnitentiā declinans ad dominum se in opere in locutione & cogitatione conuertit.

✠ THEO-

HIERON.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. VIII.

1 IN illis diebus, &c. *Hic consequenter ponitur consolatio Galilæorum in alimenti datione. Et patet sententia ex his quæ dicta sunt Mat. 15. hoc excepto.*

✠ Venit

MORALITER.

1 *In il.* Sequitur.

† *Misereor su.* Triduo verò dominum sustinent, qui contriti, confessi & satisfacientes pro suo posse Dei bonitatem expectant quorum miseretur, & pascit eos septem panibus, id est, se ptem donis spiritus sancti, ne deficiant in via huius mundi. Per septem sportas remanentes, significantur septem dotes quæ reseruantur dandę post hanc vitam: quæ sunt, clara Dei visio, fruitio, tentio, quantum ad animam. Impassibilitas, subtilitas, agilitas, & claritas, quantum ad corpus in resurrectione.

HIERONYMVS. Septem panes, septem dona spiritus sancti. Quatuor milia, annus noui testa. cum quatuor temporibus Septem sportæ: septem primæ ecclesiæ. Fragmenta panum mystici intellectus primæ septimanæ sunt. Piscículi benedicti: libri noui testamenti, quomodo piscis assi partem resurgens postulat, & piscem superpositum prunis discipuli in capturi piscíū porrigit.

a *Super ter.* BEDA. In refectione quinque panum turba supra fœnum discubuit quæ autem septem panibus reficiẽda est, super terram discumbere præcipitur: quia per legem carnis desideriũ calcare iubemur quæ est fœnum. *Omnis caro fœnum.* In nouo autem testamento ipsam quoque & facultates temporales relinquere iubemur. Vel quia mons in quo sit refectio, Christi altitudinem significat: ibi supra fœnum, hic supra terram reficitur: quia Christi celsitudo ibi propter carnales homines & Ierusalem terrenam carnali spe & desiderio regitur, hic autem remota omni cupiditate carnali conuiuas noui testamenti spei permanentis firmamentum tanquam ipsius montis soliditas nullo fœno interposito continet.

b *Gratias agens.* ✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Quasi cæterorum more, virtutẽ & energiam circa ad quod propositum erat, à Deo accipiat, gratias illi agit, cum tamen eiusmodi vim non aliũdè vt sancti viri solent, sed seipso peteret.

c *Piscicu.* BEDA. Sanctos illius temporis, per quos eadem condita est scriptura: vel quorum: ipsa scriptura: fidem, vitã & passiones continet, qui de fluctibus sæculi erepti, & diuina benedictione consecrati refectionem nobis, ne in huius mundi excursu deficiamus vitæ suæ & mortis suæ exemplo, præbuere.

d *Manducauerunt.* BEDA. Sunt multi qui quamuis omnia sua relinquere, & altiora huius mundi nequeant implere tamen esurientes & sitientes iusticiam saturantur, cum audientes mandata Dei ad vitam perueniunt æternam.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Omni ex parte miraculum sit manifestum, primò quidem ex eorum saturitate, qui epulati fuerant: mox verò ex escarum copia, quæ superfuerant: postremò ex eorum multitudine, qui ad saturitatem vsque manducauerãt. Admonemus autem hoc exemplo, rerum vsum ex necessitate spectandum & metiendum esse; nihil autem vnquam grauiori necessitate secluſa, propter habendi studium subducendum.

e *Quod su.* BEDA. Altiora præcepta vel exhortamẽta, & consilia, quæ generalis fidelium multitudo nequit attingere sicut hic: Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habe, &. D

f *Septem spor.* Septem sportæ, spiritus sancti gratia septiformi repleti. Fiunt enim sportæ de iunco, & palmarum foliis. Iuncus nascitur super aquas, palma victorem coronat. Sancti quoque ne ab humore æternitatis arescant, in ipso vitæ fonte se collocant, & æternæ retributionis palmã expectant.

g *Et statim.* Pro hoc in Matthæo habemus: *Ascendit in nauiculam, & venit in fines Magedan.* Sed non est dubitãdum eundem locum esse sub vtroque nomine. Nã plerique codices habent Magedan, etiam secundum Marcum. † ingressus E

h *Quærẽtes ab.* Quasi ea quæ viderant, non fuissent signa. Sed quid quærãt per hoc determinatur, de cœlo, vel in morem Eliæ ignem de sublimi, vel ad similitudinem Samuelis æstiuo tempore mugire tonitrua, vel fulgura, vel imbres: quasi nõ possent & hæc calumniari qui ea calumniabantur quę oculis viderant, manu tangebant, vtilitate sentiebant. Vel signa de cœlo, manna, vt qui paucis panibus multa hominum milia satiauit, nunc sicut Moyses manna cœlitus misso populum omnem passim reficiat. Vnde Ioannes post edulium panum turbas quęsisse dicit: Quid operaris? *Patres nostri manducauerunt manna in deserto.* Ioan. 6.c.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Expectabant vt solem sisteret, aut retrorsum flecteret, aut fulmina dimitteret, aut aërem immutaret, &c. Verum aliud primi aduentus tempus deposcit, aliud secundi: priori conuenere & necessaria fuere signa terrena, cuiusmodi sunt, quę dominus in terra adhuc cum hominibus versans edebat. Cœlestia autem posterioris aduentus tempestati asseruantur Nunc tanquam medicus occultè venit tunc autem tãquam iudex, summa cum gloria & claritate venturus, pœnásque à sceleratis exacturus est. F

i *Si dabi.* AVGVSTINVS. De concordia euangelistarum. In Marco ita scriptum esse dicit: & signum non dabitur ei.

BEDA. Generationi illi, id est, tentantium Deum & contradicentium verbis eius, non dabitur signum de cœlo, quod tentantes quærunt: quibus tamen multa cœlestia signa dabat in terra. Generationi autem quærentium dominum signum de cœlo ostendit, quando cernentibus apostolis in cœlum ascendit, spiritum misit: ad impositionem manuum Apostolorũ gratiam sancti spiritus de cœlo plurimis credentibus infudit.

k *Ascendens na.* BEDA. Septem sportis modo impletis statim ascenderunt in nauiculã, & venerunt in fines Magedam & ibi

☞ nauigantibus

a Et præcepit turbæ discumbere super terram. Et accipiens
a ¶ Hiero. septem dona spiritus sancti. b ¶ Ostendit quantum gaudeat de salute nostra. Et nos docet gratias agere de carnali & spirituali refectione. c ¶ Sacramenta aperuit. d ¶ Quia spiritualem scientiam tradidit eis, & per eos aliis.
b septẽm panes gratias agens, fregit, & dãbat discipulis suis, vt
¶ Libros noui testamenti.
c apponerent: & apposuerunt turbæ: & habebant piscículos
d paucos: & ipsos benedixit, & iussit apponi. Et manducaue-
a ¶ Attentè audiendo. b ¶ Edent pauperes & saturabuntur. ¶ Plenè perficiendo. ¶ Mysticus intellectus.
e rũnt & saturãti sunt, & sustulerunt quod superauerat de frag
¶ Primas ecclesias.
f mentis septem sportas. † Erant autem qui manducauerant
a ¶ Annus noui testamenti. ¶ Vt in ipso numero se doceant pastos esse euangelij præceptis.
g quasi quatuòr milia & dimisit eos. Et statim † ascendens na- 1
g uim cum discipulis suis, venit in partes Dalmanuta. Et exie- 1
h runt Pharisæi & cœperunt conquirere cum eo, quærentes 2
a ¶ Pro infidelitate eorum. ¶ Vt verus homo.
ab illo signum de cœlo tentantes eum. Et ingẽmiscens spiri-
¶ Incredula.
tu, ait: † Quid generatio ista signum quærit? Amen dico vo
¶ Id est, non dabitur, sicut illud est: Si Dauid mentiar. ¶ Aposiopesis. ¶ Vt infideles.
i bis, si dabitur generationi isti signum. Et dimittẽs eos ascen- 3
c Discipulii
k dẽs iterũ nauim, abiit trãs fretũ. Et obliti sunt sumere panes
a ¶ Mystice. Christum panem vitæ, cuius qui reficiuntur amore minus curant de terreno pane.
& nisi vnũ panẽ non habebant secũ in naui † Et præcipiebat 4

† Mat. 16. b Ioan. 6. d. Isa. 40. a.

† Mat. 12. b Luc. 11. d.

† Mat. 18. b Luc. 12. a.

Psal. 94. b.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Venit in. *Mat. 15. dicitur: Et venit in fines Magedan. Dicendum est quod eadem regio dupliciter vocata.*

2 Et exie. *Hic consequenter describitur confutatio Phariseorum in miraculis. Et primò ponitur dicta confutatio. Secundò discipulorum reprehensis, ibi: Et præcipiebat eis sententia primæ partis patet ex dictis Matthæi. 10. hoc excepto.*

3 Si dabitur, &c. *Id est, non dabitur: quia accipitur si pro non, sicut Psal.* Quibus iuraui in ira mea si introibunt in requiem meam.

4 Et præcipiebant. *Hic ponitur discipulorum Christi reprehensio Et primò in eis arguitur ignorantia. Secundò ostenditur eorũ impotentia: sequenti ca. ibi.* Et veniens ad discipulos. *Tertiò reprimitur eorum ambitio vel superbia, ibi:* Et inde profecti. *Circa primum describitur primò reprehensio discipulorum generaliter. Secundò: ipsius Petri specialiter. ibi:* Et ingressus est Iesus. *Adhuc autem primò arguitur ignorantia discipulorum verbo, & secundò facto, ibi:* Et veniunt Bethsaida. *Circa primum dicitur.*

✠ Cauete,

MORALITER.

1 *Et exie.* Istis signum de cœlo quærentibus Christus non dedit, quoniam irrisores erant & indigni. Apostolis autem dedit quando ipsis videntibus ascendit in cœlum.

✝ *Videte*

nauigantibus dictum est,quod cauerent à fermento phariſæorum & Saducæorum. Sed ſcriptura dicit quod obliti ſunt panes tollere,in quo oſtenditur quod modicam curam carnis haberent intenti domini præſentiæ.

a *Cauete à fermento.* ✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Etſi Matthęus ſcribat,*cauete à fermento phariſæorum & Saducæorum*:Marcus verò,*à fermento phariſæorum & Herodianorums*.Lucas autem,*à fermento Phariſæorum*, tantum nulla tamen interuenit hic pugna:Siquidem omnes tres primarios inter illos nominarunt, puta phariſæos: duo autē inter poſteriores fecerunt. Alter nāque phariſæis adiungit Saducæos,alter Herodianos. At neuter interim, vel hoc vel illos ſolos extitiſſe aſſerit.Veriſimile fit autem Marcum, ad narrationis expletionem. Herodianos, quos Matthęus prętermiſerat, cæteris adieciſſe.

† diſputabant inter ſe.

b *Quid cogi.* BEDA. Accepta occaſione docet quid ſignificent quinque panes & ſeptem, & pauci piſciculi, quinque milia hominum aut quatuor. Si enim fermentum phariſæorū & Herodis traditiones peruerſas & hæretica ſignificat dogmata, quare cibi quibus nutritus eſt populus Dei, non veram doctrinam integrámque ſignificatur.

† fecit eum reſpicere.

c *Et expuens.* BEDA. Sputum ab intus à capite domini procedit.Manus verò membra corporis exterius poſita. Expuens ergo in oculos cęci,manus ſuas imponit,vt videat:quia cęcitatem humani generis & per inuiſibilia diuinę pietatis dona & per oſtenſa à foris ſacramenta aſſumpta humanitatis abſterſit.

Quem vno verbo totum ſimul curare poterat, paulatim curat,vt magnitudinem humanæ cæcitatis oſtendat:& quæ vix & quaſi per gradus ad lucem redeat, & gratiam ſuam nobis indicat per quam ſingula perfectionis incrementa adiuuat.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Expuit manúſque imponit, per hoc oſtendens verbum diuinum actionémq; verbo adiunctam,opera quęadmirabilia habebantur,& erant abſoluere. Manus enim operationis eſt ſymbolū & organū verbi autem quod de ore procedit, opus ipſum perficit.

d *Video homi. &c.* HIERON. Omnes æſtimat ſibi ſuperiores, ſe indignum iudicans: vt Dauid ſe vocari hominem,ſed canem mortuum & pulicem vnum. Primò autem videt homines quaſi arbores ambulantes, id eſt, formam corporum ita vt non ſit facile, an homo ſit an arbor diſcerni: quia primus profectus virtutis eſt cæterorum vires vitam, mores, inſpicere, bonum imitari, malum cauere. Sed quia longa obſcuritate & deſipuit,& inter bonū & malū,fidē & perfidiā ſinceritatē & ſimulationē adhuc diſcernere neſcit:homines cernit ambulantes ſicut arbores: quia facta eorum abſque luce diſcretionis videt.Huic dominus ſecunda impoſitione manuum,lucem omnia clara vidēdi reſtituit:ſcilicet quid credendum quomodo viuendum,quæ præmia ſint ſperanda.

†Pſa.113.b. 2.Re.24.c. †Mat.14.c. ſupr.6.e. Luc.9.b. Ioan.6.b.

e *Deinde ite.* HIERO. Vt clarè videret omnia,id eſt,per opera viſibilia inuiſibilia intelligeret:& quæ oculus nō vidit & clarū animæ ſuæ ſtatū poſt rubiginem peccati mundi cordis oculo contemplaretur.*Beati enim mundo corde quoniã ipſi Deũ videbunt.* Mat.5.a.

☞ *Et miſit*

a ¶ Id eſt,Legem Dei traditionibus hominum poſtponere verbis prædicare,factis impugnare dominum tentare doctrinæ eius vel operibus non credere.

a eis,dicens:Videte & cauete à fermẽto phariſæorum & fer- 1
a ¶ Quod eſt adultèrium homicidium,temeritas iurandi,ſimulatio religionis. 2
mẽto Herodis. † cogitabant ad alterutrum dicentes:quia
a ¶ Quaſi hoc ideo dicit quia pa.
b pãnes non habemus.Quo cognito,Ieſus ait illis:Quid cogi-
¶ Me ideo hoc dixiſſe:quia pa.
tatis,quia panes non habetis?Nondum cognoſcetis, nec in-
a ¶ Spiritualem ſenſum. b ¶ Poſt tot miracula.
tẽlligitis?Adhuc cæcatum habetis cor veſtrum:† Oculos ha-
¶ Interius.
bentes non videtis,& aures habentes nō auditis. † Nec recor
damini quando quinque panes fregi in quinq; milia:& quot
cophinos fragmẽtū plenos ſuſtuliſtis?Dicunt ei:Duodecim.
Quãdo & ſeptẽ panes in quatuor milia: quot ſportas * fragmẽtorū tuliſtis?Et dicunt ei:Septẽ.Et dicebat eis:Quomodo
a Poſt tot miracula. b ¶ Hiero.domus vallis,id eſt,mundus qui eſt vallis lachrimarum.
nondum intẽlligitis? Et veniunt Bethſaida, & adducunt ei 3
a ¶ Qui non videt quod fuit,quod eſt,quod erit. b ¶ Vt lamentationem de cæcitate cordis agat flens cum Ieremia ſubuerſionem ciuitatis Dei,id eſt,animæ ſuæ. ¶ Tangitur qui compugitur. c. ¶ Vt ad bonum opus confortet.
cæcum,& rogabat eum,tangeret vt illum. Et apprẽhenſa ma
a ¶ Ciuitatem malorum.Corrumpunt bo.mo.co.ma. b ¶ Vt videant voluntatem domini per flatum ſpiritus ſancti.
c nu cæci eduxit eum extra vicũm: & expuens in oculos eius
a ¶ Miſericordiæ.
impoſitis mãnibus ſuis interrogauit eum, ſi aliquid vi-
a ¶ Maieſtatem.A magnitudine enim creaturæ cognoſcitur creator. 4
d dẽret. Et aſpiciens ait. Video homines, velut arbores
e ambulantes. Deinde iterum impoſuit manus ſuper ocu-
a ¶ Mundo corde.
los eius,& † cœpit vidẽre,& reſtitutus eſt,ita vt clarè videret 5

C nes peruerſas & hæretica ſignificat dogmata, quare cibi quibus nutritus eſt populus Dei, non veram doctrinam integrámque ſignificatur.

c *Et expuens.* BEDA. Sputum ab intus à capite domini procedit.Manus verò membra corporis exterius poſita. Expuens ergo in oculos cęci,manus ſuas imponit,vt videat:quia cęcitatem humani generis & per inuiſibilia diuinę pietatis dona & per oſtenſa à foris ſacramenta aſſumpta humanitatis abſterſit.

e *Deinde ite.* HIERO. Vt clarè videret omnia,id eſt,per opera viſibilia inuiſibilia intelligeret:& quæ oculus nō vidit & clarū animæ ſuæ ſtatū poſt rubiginem peccati mundi cordis oculo contemplaretur.*Beati enim mundo corde quoniã ipſi Deũ videbunt.* Mat.5.a.

☞ *Et miſit*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Cauete à fer. *Id eſt,à doctrina eorum peruerſa quæ præponebant traditiones ſuas diuinis præceptis,vt dictum eſt cap.7.*

2 Et fermento Herodis, &c. *Id eſt,à ſecta erronea Herodianorum, de qua dictum eſt.ſupr.capitu.3.Hoc autem dictum Chriſti diſcipuli intellexerunt de fermento vel pane materiali, in quo apparet eorum ignorantia:Tum quia Chriſtus frequenter fuerat eis locutus in parabolis,& eas eis expoſuerat,vt dictum eſt.ca.3.& ideo bene intellexiſſe debuiſſet hoc verbum Chriſti dictum parabolicè:Tum quia ipſis videntibus Chriſtus ſatiauerant quinque milia hominum de quinque panibus & duobus piſcibus,vt dictum eſt.ſupr.6. ca. Item quatuor milia hominum de ſeptem panibus,vt dictum eſt in hoc capitulo.Et ideo bene debuiſſent intellexiſſe quod Chriſtus non erat ſolicitus de materiali pane,nec de ipſo loquebatur.Cætera patent ex dictis Mat.16,*

3 Et veniunt Bethſaida.*Hic arguitur ignorantia diſcipulorum facto per hoc quod ipſis præſentibus illuminauit cæcum,primò, imperfectè quod notatur cum dicitur.*

4 Interrogauit eum ſi aliquid vi. Et aſpi. ait: video ho.ve.ar. am.*Non enim diſtinguebat lineamenta humanorum corporum:videbat tamen obſcurè corpora eorum moueri de loco ad,locum,& poſtea illuminauit eum perfectè:quod notatur cùm dicitur:* Iterum impoſuit manus ſuper oculos,eius.*Et ſubditur.*

5 Et reſtitutus eſt.ita vt cla.vi.omnia.*Certum eſt autem, quod Chriſtus poterat eum ſtatim perfectè illuminare:ſed per talem modum fecit,vt deſignaret diſcipulos adhuc in parte,obſcuratos caligine ignorantiæ, & ad clarè intelligendum indigebāt maiori illuminatione,vnde & poſt reſurrectionem ſuam aperuit illis ſenſum,vt intelligerent ſcripturas,vt habetur Luc.24.Et per talem modum Chriſtus maledixit ficum habentem tantum folia, vt habetur.infr.11. cap.ad ſignificandum quod ſacerdotes Iudæorum erant maledicendi & puniendi à Deo eo quod non habebant fructum iuſticiæ,ſed tantum folia verborum,ſecundum quod dicit Augu.in home. Et ſimili modo Ieremias prophęta qui denunciauerat captiuitatem Babylonicam,hoc idem ſignificauit ſenſibili ſigno per hoc quod de mandato domini poſuit catenas in collo ſuo vt habetur Hieremiæ 27.per hoc deſignans,quod ſic catenati ducerentur Iudæi in Babylonem captiui. Alij autem exponunt illuminationem huius cæci ſucceßiuè factam propter paruitatem fidei ipſius colli offerentium ipſum Chriſto.Et poteſt eſſe,quod iſta cauſa & prædicta concurrerunt ad iſtum effectum.*

✠ Et egreſſus

MORALITER.

✠ 1 *Videte & cauete à fermento,&c.* THEOPHILVS. Fermẽtum vocat doctrinam corruptiuã.Herodiani enim doctores erant qui Herodem Chriſtum eſſe dicebant, phariſęi verò traditiones hominum Dei pręceptis pręponebant.

3 *Et veni.&c.* Per hoc autem quod iſtum cęcum illuminauit ſucceſſiuè,ſignificauit,quod aliquãdo Deus dat ſuam gratiam augmentando primam datam.

✠ *Interrogabat*

a *Et misit.* HIERON. Vt videret in se quod ante non vidit, non enim putat desperans homo de salute omninò posse se quod facere illuminatus per spem potest perficere.

MYSTICE. Admonet dominus omnes qui agnitione veritatis illustrantur, vt ad cor redeant, & quantum sibi donatum fuerat solicita mente perpendant, & beneficiis Dei digna operatione respondeant.

b *Nemini dixeris.* BEDA. Quod sanationem silere iubet, exemplum est suis, ne si mirāda faciant, fauorem quærant, sed diuinis aspectibus sint placere contenti.

BEDA. Philippus frater Herodis tetrarcha itureæ, & traconitidis regionis in honore Tyberij cesaris, Cęsaream Philippi (quæ nunc Paneas dicitur) appellauit: imitatus Herodem patrem suum: qui in honore Augusti Cęsaris appellauit Cęsaream, quę prius turris Strathionis vocabatur. Cęsarea Philippi est, vbi Iordanis oritur ad radices Libani: & habet duos fontes: vnum Ior, alterū, Dan, qui simul mixti Iordanis nomen efficiunt.

c *Quem me dicunt.* Pulchrè primò sententiam hominum interrogat, ne confessio eorum vulgi opinione, sed veritatis agnitione videatur infirmata: ne sicut Herodes de auditis hæsitare putentur. Vnde Petro secundum Matthæum dicit: *Caro & sanguis non reuelauit tibi.* Id est, doctrina hominum.

d *Homines.* Pulchrè qui hominum morè diuersam de domino sententiam ferunt, homines dicuntur. Nam qui veritatem potentiæ eius pia mente cognoscunt, non homines, sed dij appellari merentur. Vnde dicit illis: *Vos verò, &c.* Quasi dicat. Illi homines humana opinantes sed vos dij quem me esse dicitis.

e *Tu es Christus.* BEDA. Omnia complectitur qui & naturam & nomen exprimit, in quo summa virtutum, Paulus dicit: *Nihil iudicaui me scire inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum.* Petrus nihil amplius quam Dei filium putauit confitendum. Nos & quando & quomodo natus sit, & quantus sit, humanæ infirmitatis contemplatione rimamur. Finis ergo fidei meæ Christus est, finis fidei meæ Dei filius est. Non licet mihi scire generationis seriem. Non licet tamen nescire generationis fidem.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Hunc locum Matthæus præsenti euangelista accuratiùs exponit. Marcus namque ne quid in petri magistri sui gratiam dicere videatur, compendio contentus exactiorem historiæ explanationem prætermittit.

f *Et comminatus est.* BEDA. Noluit se ante passionem & resurrectionem prædicari: quia completo sanguinis sacramento apostolis oportunius dicit: *Euntes docete gentes Baptizantes in nomine patris & filij & spiritus sancti.* Quia non prodesset eum publicè prædicari, quem flagellatum sunt visuri, & crucifixum multa pati.

g *Quoniam oportet filium hominis multa, &c.* HIERO. Sicut gubernator peritus tempestatem in tranquillitate præcauens, nautas paratos vult esse suos. Sicut alibi: Si quis vult venire post me, abneget se. &c. Mat.16.d

✠ THEOPHYLACTVS. Postquā dominus confessionem discipulorum acceptauit dicentiū verum Deum, tunc ipsis reuelat crucis mysterium. † Mat.9.b Luc.9.c.

h *Et apprehendens.* BEDA. Amantis affectu dicēs: *Absit à te domine.* Vel vtmelius in Græco habetur: *Propitius esto tibi domine: non erit istud.* Id est, non potest fieri: nec recipiunt aures meæ, vt Dei filius occidendus sit.

Et apprehendēs eum Petrus. BEDA. Quia nimis amat dominum Et quia confitendo dixit: *Tu es Christus.* Et præmiū suum audiuit secundum Matthæum: *Beatus es Simon ba. &c.* Non vult destrui confessionem suam, nec putat posse fieri, vt Dei filius occidatur: apprehendíque eum in affectum suum, vel separatim ducit, ne præsentibus cæteris magistrum videatur arguere.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Dicebant satius esse prorsus non mori quam mori iterúmque resurgere aliis itaque omnibus perturbatis & hæsitantibus, rursum Petrus tanquam cæteris ardentior in medium prosilit, déque eò quod quæstionem habebat, audenter inquirit.

i *Vade retro.* BEDA. Multi putant quod nō Petrus sed aduersarius spiritus sit correctus, quo suggerente hoc Apostolus dicebat: Sed mihi error Apostoli de pietatis affectu veniens, nūquā incentiuum videbitur diaboli Diabolo dicitur: *Vade retro Sata.* Petro: *Vade retro me.* Id est, sequere sententiam meam.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Mirum non est, si qui fœlix à Domino antè predicatus fuerat, tam citò prolabitur, & impingit, siquidem nullam ille de Christi passione & cruce notitiam è cœlo acceperat. Christum Dei esse filium, diuinitus ei patefactum fuerat, & crucis mysterium adhuc ipsum fugiebat. *Erat enim?* Et Lucas ait, *Verbum istud absconditum ab eis.* Cæterum ad Satanam cum Iesum in deserto tentaret, dictum non est, *vade post me Satana,* sed dictum est, *vade Satana, scriptum est enim, &c.* Ad Petrū vero qui adhuc peccatis, obstrictus erat adeóque post Iesum non ibat, dicitur, *vade post me Satana, scandalum es mihi.* Vade post me, id est, sequere me.

k *Quæ Dei sunt, &c.* Mea est voluntas & patris, vt pro salute hominum moriar: tu non vis granum frumenti in terram cadere, vt multum fructum afferat.

¶ Cor.

a omnia. Et misit illum in domum suam, dicens: Vade in do-

¶ Hiero. id est, cæcitatem tui cordis prædica non virtutem. Vnde Paulus Blasphemus fui, & persequutus sum ecclesiam Dei.

b mum tuam & si in vicum introieris, nemini dixeris. † Et e- 1

a ¶ Nec in eundo docere cessat.

c gressus est Iesus & discipuli eius in castella Cæsareæ Philip- †

d pi, & in viâ interrogabat discipulos suos, dicens eis: Quem me dicunt esse homines? Qui responderunt ei, dicentes: Alij

a ¶ Non de minum prophetarum opinantes.

Ioannem Baptistam, alij Eliam, alij verò quasi vnūm de pro-

¶ Vos qui dij.

phetis. Tunc dicit illis: Vos verò quem me esse dicitis? Re-

a ¶ Beda. Vnus pro omnibus, omnes enim idem sciebant.

e f spondens Pętrus ait ei: Tu es Christus. Et comminatus est

a ¶ Eum filium Dei esse. b ¶ Præmunit ne passione deficiant. ¶ Causa quam non dicant.

g eis, ne cui dicerēnt de illo. † Et cœpit docere illos, quoniam †

a ¶ Nota quod eum quem tot pati oporteat, filium hominis appellat quia passo in carne Christo diuinitas impassibilis mansit.

oportet filium hominis multa pāti, & reprobari à senioribus & à summis sacerdotibus & scribis, & occidi, & post tres dies

¶ Spe resurrectionis confortat. ¶ De morte resurrectione. ¶ Seorsum.

h resurgere. Et palam verbum loquebatur. Et apprehendens

¶ Ad discipulos.

eum Petrus, cœpit increpare eum. Qui conuersus, & videns

a Non contra.

i discipulos suos comminatus est Petro, dicens: Vade rētro †

a ¶ Aduersarius siue contrarius, quia contraria loqueris voluntati meæ.

¶ Vt pro salute hominum moriar.

k me Sathāna, quoniam non sapis quæ Dei sunt, sed quæ sunt

NICOLAVS DE LYRA.

Diuisio ✠ 1 Et egessus est, &c. *Hic consequenter describitur increpatio Petri specialiter. Et primò ponitur increpatio Petri. Secundò, incitatio ad palmam martyrij, ibi:* Et conuocata turba. *Circa primum præmittitur de Christo hominum falsa opinio. Secūdò: subditur discipulorū vera cognitio, ibi;* Tunc dixit illis. *Verò, &c. quia Petrus pro se & aliis* ✠ *apostolis* temnatur.

† *Et cœ. do. &c.* Sequitur.

† *Vade retro me, &c.* Per hoc ostendit quod illi qui detinentur affectu carnali adhuc apti nō sunt eum sequi: propter quod petenti quod permitteret eum primò sepelire patrem suum dixit: Dimitte mortuos sepelire mortuos suos Natthę. 8.

✠ *Si quis*

MORALITER.

✠ † *Interrogabat disci. &c.* Per hoc ostendens, quod doctores debent inquirere de sua fama, vt si bona sit, bonis operibus augeatur: si verò mala, occasio tollatur. Nam bona fama doctoris multum facit ad doctrinę fructum & mala ad detrimentum GREG. Cuius vita despicitur, restat vt eius prędicatio con-

a *Si quis vult, &c.* BEDA. Postquam mysterium suæ passionis & resurrectionis ostendit, hortatur omnes ad imitandum passionis exemplum, & omnibus salutem promittit animarum. Sed perfectioribus, quanta passurus quod à mortuis resurrecturus esset aperuit, formam tribuens prædicandi, vt scilicet, pro suo quisque modo instruatur, neque infirmis altiora cõmittantur.

b *Deneget.* Non valet apprehendere quod vltra ipsum est si nescierit mactare quod est. Nisi quis à semetipso deficiat, ad Deum qui supra ipsum, est non appropinquat.

† abneget

† Quicumque.

✠ THEOPHYLACTVS. Sicut qui abnegat alterum fratrem aut patrem quamuis vulnerentur aut moriantur, non compatitur nec irritatur: sic & nos debemus spernere corpus nostrum, vt si vulnerari contingat pati non curemus.

† iacturam

† confundetur, erubescet de eo.

c *Tollat crucem.* Vel per abstinentiã macerando corpus, vel per compassionem animum. De corpore dicit Paulus. *Castigo corpus meum, & in ser. re. &c.* Idem de compassione animi. *Quis infirmatur, & ego non infirmor?*

1.Cor.9.d. 2Cor.11.g

d *Qui enim.* BEDA. Duo tempora ecclesia significat, aliud persecutionis, quando ponenda est anima. Aliud pacis: quando frangenda sunt desideria terrena. Vnde sequitur: *Quid e. pro. &c.*

e *Qui enim me.* Quia multi auariciam vincunt: labentia despiciunt, sed fidei rectitudinem quam habent verecundia impediti, non exprimunt voce. Addit: *Qui enim me, &c.*

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Non sic est si fidem animo retineas, aut corde tantum credas: sed opus est præterea confessione quæ fit ore. Neque enim frustra sua nos gratia Christus iungit; verum quo libero ore eum profiteamur maioremq; dilectionis affectum in medium afferamus: adeóque illustriores hac ratione euadamus.

† Mat.16.d Luc.17.g. Mat.16.c.

f *Amen dico.* BEDA Cum de futura vita loqueretur, ideo necessariũ fuit, vt hoc promitteret de pœnitenti vita, vt rudes adhuc discipuli hac consolatione confortarentur, sicut de Iudaico populo dicitur: *Dedit illis regiones gentium & la. po. pos. vt custodiant iustificationes eius, & legem eius requi.*

† confusus

Psal.104.d.

† venisse

g *Regnum Dei, &c.* Id est, ecclesiam contra mundi huius gloriam erectam. Vel futuram in cœlis beatitudinem, quam in monte viderunt. Quod pia prouisione factum est, vt æternum gaudium tametsi ad breue momentũ prælibatum, ad aduersa ferenda fortius animaret.

¶ Prius solis discipulis loquebatur altiora arcana.

hominum. Et conuocata turba cum discipulis suis, dixit eis: 1

a ¶ Siue discipulus siue alius. b ¶ Alter factus ex altero. c ¶ Veterem hominem exuat, & nouum induat. Vnde Paulus. Viuo ego iam non ego, viuit autem in me Christus.

a Si quis vult me sequi, † deneget semetipsum, & tollat cru- †
b
¶ Ac si dicatur agricolæ, frumentum si seruas, perdis.

c cem suam, & sequatur me. † Qui enim voluerit animam
d
¶ Si seminas, renouas.

suam saluam facere, perdet eam: Qui autem perdiderit animam suam propter me & euangelium, saluam eam faciet:

a ¶ Q. In aduersitate perdenda est anima, vt pace autem cor muniendum omni custodia. b ¶ Tempore pacis: quia licet viuere, licet ambire.

a b Quid enim proderit homini si lucretur mundum totum, &
¶ Corde, ore, opere.

† detrimentum faciat animæ suæ? Aut quid dabit homo

e commutationis pro anima sua? Qui enim me † confessus 2
fuerit, & verba mea in generatione ista adultera & peccatrice, & filius hominis † confitebitur eum, cùm venerit in 3 4 5
f gloria patris sui cum angelis sanctis. Et dicebat illis: Amen †
¶ Consolatoria promissio. a ¶ Discipulis. b ¶ Ad horam habituri vitam æternam.

dico vobis: quia sunt quidam de hic stantibus, qui non gusta
a ¶ Corporalem. b ¶ Ecclesiam. ¶ Alias venientis vel viuentis.

a b bunt mortem, donec videant regnum Dei † veniens in virg
tute.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *apostolis respondit. Tertiò, ponitur Christi passionis prænunciatio, ibi:* Et cœpit eos docere. *Quartò, describitur Petri increpatio; ibi:* Et apprehendens Petrus eum. *Petrus enim ex zelo Christi volebat impedire eius pasionem: Et quia iste zelus erat indiscretus: quia passio Christi erat ordinata ad salutem generis humani: ideo meruit duram reprehensionem. Sententia autem partium istarum patet ex dictis Matthæi 16.*

1 Et conuoca. *Quia Christus increpauerat Petrum volentem impedire passionem eius, ideo hic consequenter inuitat fideles ad tollerantiam passionis. Et primò facit hoc verbo. Secundò facto in principio sequentis cap. Sententia primæ partis patet ex dictis Mat. 16. hoc excepto quod subditur.*

2 Qui enim me confusus &c. *Hæc est vera litera: quia sic habent ntiqui libri & correcti, & etiam Græci. Et hoc patet per illud quod abetur Luc. 9. vbi eadem sententia ponitur per alia verba sic: Quia me erubuerit & meos sermones.*

3 In genera. *Quia Iudæi descenderant à patribus qui ad idololatriam declinauerant dimisso Deo qui eos desponsauerat in datione legis in monte Sinai. Et ideò filij ab eis descendentes adultera generatio vocantur.*

4 Et peccatrice. *Quia sicut patres eorum persecuti fuerant prophetas eos occidendo, ita ipsi persequebantur Christum mortem eius quærendo.*

5 Et filius hominis, &c. *Hæc est vera litera: quia sic habent græci & antiqui. Et patet per istud quod habetur Luc 9. c. vbi dicitur:* Et filius hominis erubescet eum. *Id est, non recognoscet eum de suis, sicut homo non libenter recognoscit illum de quo erubescit. Et per talem modum loquendi dicit Hiero. de quadam sancta. Quia non est confusa Christum Christus non confundetur eam. Nec est curandum, si est impropria locutio secundum regulas grammaticæ quibus non subiacet theologia.*

✠ CAP

MORALITER.

† *Si quis vult post me sequi, &c.* BEDA. Persecutionis tempore ponenda est anima. Pacis autem tempore frangenda sunt desideria terrena.

† *Et dicebat illis, &c.* Gustare mortem est incurrere culpam mortalem: quod non faciunt illi qui regnum Dei semper attendunt: vel qui seueritatem venientis iudicis contremiscunt.

✠ MORAL

CAP. IX.

A ET *post dies,&c.* HIERONYMVS. Post comminationem crucis resurrectionis gloria ostenditur,vnde:sequitur.

a *Et post dies,&c.* Vt non timerent opprobria crucis,qui oculis suis viderant gloriam futuræ resurrectionis.

Luc. 9.o. BEDA. Et post dies sex.Lucas: Factum est autem post

† Mat.17.a Luc.9.d. hæc verba ferè dies octo &c.Octauo die resurrectionis gloriã manifestat,vt ostensa cœlestis vitæ dulcedine, cunctorum corda quæ hoc audire possunt refoueat: & octonario numero verum tempore resurrectionis gaudium doceat esse venturum.Ipse enim post sextã sabbati qua crucem ascendit,& septimam qua in sepulchro quieuit à mortuis resurrexit: & nos post sex huius seculi ætates in quibus pro domino pati gaudemus & septimã animarũ quæ interim in alia vita agitur,octaua ætate resurgemus. Quod autem Matthæus & Marcus dominum post sex dies transfiguratum dicunt, nec tempore,nec mysterio discrepant.Illi enim medios dies tantum ponunt. Vnde & absolutè post sex dies dicunt factum. Hic primum quomodo hoc dominus promisit & vltimum quo compleuit adiungit:& ideo temperantiùs ponit, ferè dies octo. Et Mysticè. Illi post sex mundi ætates sanctis ab omni labore quiescendum:hic verò tempore octauo significat esse resurgendum. Vnde sextus

†visus B Psalmus pro octaua inscribitur:*Domine ne in furore tuo,&c.*Quia per sex ætates quibus operari licet,præcibus est insistendum, ne in octauo retributionis tẽpore ab irato iudtce corripiamur.

C ✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Lucas post octo dies,quæ sequuntur accidisse scribit,verùm hæc non pugnant: sed oppidò inter se conspirant. Quandoquidem Lucas diem quo Dominus dixit,sunt quidam de hic stantibus,& illum rursum quo Petrum Iacobum & Ioannem secum assumpsit, cæteris connumerat. Marcus autem tantum sex illos,qui inter duos extremos interceſſerunt,percenset.

Luc. 9.d. b *In montem ex.*BEDA.In montem vt oraret, secundum Lucam.In montem oraturus,vt sic transfigurandus ascendit, docens eos qui fructum resurrectionis expectant, qui regem in decore suo videre desiderant, mentem in excelsis habere , & continuis precibus incumbere.Tres solummodo discipulos secum ducit,vel quia multi vocati, pauci verò electi. Vel quia qui fidem sanctæ trinitatis incorrupta mente seruauerint, tunc æterna eius visione merebuntur lætari.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Poterat sanè in domo gloriam suam discipulis patefacere: verum quod montis celsitudo quandam cum maiestatis illius celsitudine cognationem haberet,quos secum ex discipulis assumpsit , in monte excelsum subduxit.

c *Transfiguratus.*BEDA.Non veram substantiam carnis amisit,sed gloriam futuræ suæ , vel nostræ resurrectionis ostendit. Talis post iudicium cunctis apparebit electis: In iudicio in forma serui & bonis & malis, vt impij quem spreuêre, quem Iudæi negauere,milites quem crucifixere,Pilatus Herodésque quem iudicare nequeant iudicẽ agnoscere. D

Gal.3.d. ✠ VICTOR ANTIOCHENVS.Trãsfiguratio de qua hic agitur,secundũ quendã externum fulgorem facta est. Nam vt Matthæus narrat *Facies eius resplenduit vt sol, vestimenta autẽ eius facta sunt alba vt nix.*Hinc tamen inferre non licet aliquam naturalis formæ mutationem in cœlesti illo regno olim futuram. Vt enim Christi effigies secundum se non est immutata, sed tantũ illustrata, ita nec iusti quoque qui corpore claritatis illius conformabuntur,secũdum formam mutabũtur, sed illorum tantum corpora quã dam splendoris & lucis accessionem ac ceptura sunt.

CAPVT IX.

¶ Multi vocati pauci vero electi.

ET post dies sex † assumpsit Iesus Petrum & 1
a Iacobum & Ioannem, & ducit illos in mon-
b a ¶ Non substantiam veram carnis amisit. ¶ Gloriam resurrectionis ostendit.
c tem excelsum seorsum solos, & † trãsfigu- 2
a ¶ Sancti.
d ratus est coram ipsis,& vestimenta eius facta sunt splenden-
a ¶ De quo.Amplius laua me ab iniquitate mea. b Non potest in terra claritatem dare fidelibus suis quam eis conseruat in cœlis.
e tia & candida nimis velut nix, quãlia fullo super terram non
b
f potest cãdida facere.Et † apparuit illis Elias cũ Moyse:& erãt †
¶ Stupefactus tanta claritate.
g loquẽtes cum Iesu.Et respondens Petrus,ait Iesu:Rabbi bo-
¶ Quamuis stupefactus,insitum tamen sibi affectum indicat.
h nũ est nos hic esse & faciamus tria tabernacula, tibi vnũ, &
¶ Quasi stupefactus.
Moysi vnũ,& Eliæ vnũ.Nõ enim sciebat quid diceret.Erant
i enim timore exterriti. Et facta est nubes obumbrans eos, &

E ceptura sunt.

d *Et vest.*Vestimenta domini sancti.Vnde:*Qui in Christo bapti. e.Chri.in.*Hæc domino in mundo manente videbantur despecta,sed ipso montem petente nouo candore refulgent. *Quja nunc quidem filij sumus Dei sed nondum apparuit quod erimus.*Cum ergo apparuerit similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est,vnde subditur. 1.Ioan.3.a Ceu.34.b 1.Reg.1ib. Luc.9.d.

e *Qualia fullo.Et ap.&c.*Moyses sanctus mortuus , Elias viuus in cœlum raptus,visi in maiestate cum domino (vt Lucas dicit) futuram in illo omnium sanctorum gloriam significant: qui tempore iudicij vel viui in carne reperientur vel mortui.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS.Moyses & Elias præ cæteris apparent.Cuius rei plures sunt causæ.Primò hoc facto illorum opinio refutabatur,qui Christum Eliam aut Ieremiam aut vnum ex prophetis esse existimabant.Mox verò planum ex hoc mysterio euasit. Apostolum Petrum rectè laudatum quod Christum Dei viui filium esse confessus fuerat. F

f *Elias cum.*BEDA.Legislator , & eximius prophetarum apparent:Loquuntur cum domino in carne viuente ostendentes ipsum esse quem lex & prophetæ promiserunt:Non in infimis sed in monte cum illo,quia qui terrena desideria mente transeunt solui maiestatem scripturæ sanctæ quæ in domino impleta est perspiciunt.

g *Rabbi.*Quamuis stupefactus insitum tamen affectum sibi indicat:oblitus sanctis regnum promitti,non in terris,sed & in cœlis : & se & coapostolos mortali carne indutos immortalis vitæ statum subire non posse, & domum manufactam necessariam non esse.Legi quoque & prophetis & euangelio tria tabernacula facere cupit,cum non possint separari,vnum habentia tabernaculum,id est,ecclesiam Dei.

h *Bonum est.* Multò ergo melius choris sanctorum interesse, de itatis perfrui visione:Si sic delectat humanitas Christi transfigurata,& duorum societas ad punctum ostensa.

i *Nubes obum.* Vnde quia quæsiuit materiale tabernaculum

☞ nubes

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. IX.

✠ 1 ET post dies. *Hic ponitur incitatio ad martyrium facto.Illud enim quod maximè excitat ad tolerantiam martyrij,est magnitudo præmij,quæ magis mouet visa quam audita:ideo Christus ostendit tribus principalibus suis discipulis gloriam resurrectionis in transfiguratione,in qua ostendit se eis in claritate gloriæ.Et primò describitur ista ostensio. Secundò cundò ex hoc mouetur quæstio,ibi:*Et interrogabant eum. *Sententia istarum partium patet ex dictis Mat.17.exceptis quæ sequuntur.*

2 Et transfi. *Non est intelligendum , quod figura corporis Christi fuerit mutata:sed quia figura est in extremitatibus corporis,& similiter claritas gloriæ quam tunc in corpore suo habuit est in extremitatis corporis:& ideo vocatur transfiguratio.& per talẽ modũ loquẽdi dicit Apostolis Phi.3. d.* Saluatorem expectamus dominum nostrum Iesum Christum , qui reformabit corpus humilitatis nostræ

✠ configũratum

MORALITER.

✠ 1 *Et post dies,&c.* Sex diebus factus est mundus Gen.1. propter quod per sex dies figurari potest totus mundi decursus: quo completo Christus suos verè discipulos,id est,electos ducet in montem excelsum.id est in cœlum empyreum glorioſos in anima & corpore videntes eius gloriam singularem.

† *Et ap.illis El.cum Moy.*Id est,legem & prophetas cum euangelio concordantes.Quod autẽ Petrus dixit Faciamus hic tria tabernacula:nescisuit quid diceret,nam omniũ erit vna gloria sicut vnus denarius diurnus,licet in illa sint diuersi gradus.

† Incepit

nubis accepit vmbraculum, vt discat in resurrectione non tegmine domorum, sed spiritus sancti sanctos esse protegendos.

a *Hic est.* Q.d. Hic verè est ille quē Moyses iste vobis promisit huic auscultate & omnes auscultare iubete. Nota ✠ sicut in baptismo sic in monte mysteriū trinitatis declaratur, quia gloriā eius quā in baptismo credētes cōfitemur, in resurrectione videntes collaudabimus. Hic spiritus in nube lucida, illic in colūba: quia quā per cipit fidem quisquis simplici corde seruat: tunc lucē apertæ visionis quā credide rat contemplabitur: ipsaque illustrabitur gratia & in perpetuum protegetur.

b *Et statim.* BEDA. Cū fieret vox super filium hominis inuentus est ipse solus. Quia cum manifestauerit seipsum electus: erit Deus omnia in omnibus: imo ipse cum suis vnus per omnia Christus, id est, caput cum corpore splendebit, vnde: *Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo filius hominis qui est in cœlo.*

c *Præcepit illis.* Nō vult gloriā regni futuri & triumphi quā in monte ostenderat publicè prædicari: ne & incredibile esset pro magnitudine, & post tātam gloriam apud rudes animos sequens crux scandalum faceret.

d *Verbum conti.* HIERON. Id est, cum absorpta mors fuerit in victoria, non erunt in memoria priora, cū abstulerit dominus sordē filiæ Sion, auferens omnē lachrymā ab oculis sanctorū.

e *Quid ergo.* Tradunt scribæ secundùm Malachiam, quod Elias veniat ante aduentū saluatoris, & reducat corda patrum ad patres eorum, & restituat omnia in antiquum statum. Existimant ergo discipuli hanc aduentus gloriam esse, quam viderāt in monte, & dicunt: Si iam venisti in gloria, quare præcursor tuus non apparet? maximè quia vident recessisse Eliam.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. *Quid ergo?* Quomodo hæc inter se cohæreant, paucis expendamus. Cum discipuli in monte adhuc essent, Dominique transfigurationem coram conspexissent, & regni illius nonnullum iam gestum hausissent, de eo illum consuluerunt, quod scribæ & pharisæi de Eliæ aduentu frequenter in ore habebant. Dominus autem consul tus prophetę oraculum nō infirmat, sed confirmat.

✠ THEOPHYLACTVS. Proponit autem hoc dominus ad resistendum pharisæorum opinioni, qui tenebant quod primi aduentus præcursor erat Elias, quasi ad inconueniens eos adducere, vndesubdit, *& quo modo scriptum est, &c.*

f *Restituet, &c.* Scilicet conuertet cor Patrum ad filios, & cor filiorum ad patres. Restituet enim † de filio mortui quod debet & diu viuendo sustulit, vnde addit.

g *Et quomodo scrip.* Quasi dicat. Sicut de Christi passione prophetæ multifariè scripserunt: sic & Elias multa passurus est. Restituet ergo omnia. Primò, corda hominum illius tem † eum poris ad credendum in Christo, resistendum Antichristo. Deinde potest animam pro Christo.

h *Turbam magnam.* HIERON. Non est requies sub sole: semper occidit paruulos inuidia, magnos percutiunt fulgura montes, alij discentes cum fide, alij inuidentes cum fastu, ad ecclesiam veniunt.

i *Conquirentes.* BEDA. Quid conquirerent euangelista non dicit Sed potest intelligi de hoc quæstionem motam fuisse, quare discipuli dæmoniacum qui in medio erat, non possent liberare: Hoc enim ex sequentibus concipi potest.

k *Et interroga.* BEDA. Nota quod loca rebus congruunt In monte orat, transformatur, discipulis arcana suæ maiestatis aperit, in imo à turba excipitur, miserorum fletu pulsatur. Sur- ☞ sum

---

NICOLAVS DE LYRA.

✠ configuratum corpori claritatis suæ.

1 Venit *Sicut in baptismo Christi auditum est testimonium patris de filio eius naturali, sic & in transfiguratione. Cuius ratio est, quia homines fiunt filij Dei adoptiui per assimilationem ad filiationem naturalē ipsius Christi: Quæ quidem assimilatio fit dupliciter. Vno modo in præsenti per gratiam, Alio modo in futuro & perfectius per gloriam, secundùm illud. 1. Io. 3. a. Nunc filij Dei sumus & nondum apparuit quid erimus: Scimus quoniam cum apparuit similes ei erimus: quoniam videbimus eum sicuti est. In baptismo verò Christi data est aquis virtus regenerandi per gratiam. In transfigratione verò ostensa est claritas gloriæ in corpore Christi. Et quia in istis duobus vt dictum est, assimilantur homines filio Dei naturali, ideo conueniens fuit, vt in baptismo Christi & eius transfiguratione audiretur testimonium patris de eius naturali filiatione.*

2 Et verbum con. *Secundum præceptum Christi,*

3 Conquirentes, &c. *Videbatur enim eis inconueniens, quod Christus moreretur & resurgeret à mortuis: postquam viderant eum in claritate gloriosa, ad quam alij venient post resurrectionem: ideò terminus resurrectionis vel finis iam videbatur eis completus in Christo.*

4 Et veniens, &c. *Hic ostenditur discipulorum Christi impotentia in hoc quod non poterant curare dæmoniacum eis oblatum. Vbi sic proceditur: quia circa hanc curationem primò ostenditur discipulorum impotentia, secundò Christi efficacia, ibi:* Qui respondens eis dixit: O generario, &c. *Tertiò vtriusque causa, ibi:* Et cum introisset in do. *Sententia istarum partium patet ex dictis Mat. 17. exceptis quæ sequūtur:* Et veniens, &c. *Scilicet, quos dimiserat assumptis tantum secum tribus, coram quibus transfiguratus fuit.*

5 Vidit turbam, &c. conqui. *Quia deridebant os, eo quod tentauerant curare dæmoniacum eis oblatum & non potuerant, vt patet in litera sequenti.*

✠ Allid

MORALITER.

✠ † *Præcepit illis, &c.* Per hoc ostendens quod secreta diuina nō nisi debito tempore publicanda. *Elias cum vene.* Sequitur.

† *Sed dico vobis quia, &c.* Per hoc ostendit duplicem Eliam, sicut & aduentum Christi duplicem. Officium primi Eliæ facis homo monens fratrem charitatiuè, sicut & primus aduentus fuit in mansuetudine. Officium verò secundi facit prælatus corripiens ex authoritate, quia secundus aduentus erit in potentia & maiestate.

✠ Magister

sum discipulis mysteria regni referat, deorsum turbis peccata infidelitatis exprobrat. Sursum vocem patris his qui audire poterant pandit, deorsum malos spiritus expellit. Nunc pro meritorum qualitate aliis ascendere, aliis non desistit descendere.

Et interrogauit. HIERON. Scit & interrogat, vt confessio pariat salutem, & murmur cordis nostri sermonibus saluatur prius vt est: Dic iniquitates tuas prius vt iustificeris.

Esa.43.d. secundū 70 2 *Et dixi discipulis.* Latenter culpā obliquat in discipulos, cum sæpe curatio non curantium, sed curandorum impediatur vitio.

†Mat.17.c. Luc.9.c. b *O generatio.* Non homini irascitur, sed vitio. Non tædio affectuū hoc dicit, sed vt medicus ægro cōtra præcepta agenti. Et arguit per vnum Iudæos incredulitatis.

† illūa d eū B † discerpsit

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Scriptura hunc hominem infirmæ fidei extitisse ostendit Primò ex eo quod dominus ait, *O generatio incredula*, Item. *Si potestis credere, omnia sunt possibilia credenti.* Mox ex eo quod cū lachrymis ad Christum accedens, *Adiuua domine incredulitatem meam.*

C Dixerit. Tertiò ex eo quod dæmonio, ne denuò ingrediatur in eum Dominus imperat. Quartò ex eo ad Seruatorem dicit. *Si quid potes, adiuua nos, nostri misertus.* Quare incredulitas illius in causa fuit, quod dæmon ad Apostolorum vocem cedere noluerit. Dicis, si ita est, cur Dominus Apostolos obliquè incusat, ostendere voluit, nónunquam etiam citra offerentiū fidem ægris quibusdam sanitatem obtingere posse. Cæterum ne hominem ad desperationem adigat, non in illius solam personam orationis neruum intendit: sed generatū omnes Iudæos, incredulitatis perstringit. Probabile fit enim nullos ex præsentibus ob Apostolorum imbecillitatem offensos, ea de illis cogitasse, quæ non satis conueniebant.

c *Statim spi.* Quia dum post peccatum ad dominum conuerti volumus, magis à diabolo impugnamur, vt vel excutiat virtutem tutem, vel vindicet suam expulsionem.

d *Ab infantia.* HIERONYMVS. Significat gentilē populum cui natiuitate increuit cultus Idolorum, vt stultè immolaret filios suos dæmoniis, vnde sequitur.

Et frequenter eum, &c. Alij enim ignem, alij aquam venerabantur.

e *Adiuua.* HIERON. Credulitas nostra, vt rostrata lingua infirma est, nisi innixa adiutorio Dei. Fides cum lachrymis optata voca capit vt sit: Fiat tibi secundum fidem tuam.

†lacerat. Mat.15.c.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Atque si credebat, vt se credere aiebat, qua ratione, adiuua incredulitatem meam dixerit? Non vnius rationis est fides. Est enim fides inchoata, est rursum consumata. Exorsus igitur credere vt dominus virtute sua quod deerat, adiiceret, opus habebat. Sic discipuli ad Seruatorem aiebant. *Adauge nobis fidem.*

E † cadens ipsus.

f *Surde & mute.* Spiritui imputat q̄ homini prēstat dum ille audiret, neque loqueretur quod peccator pœnitens audit & loquitur. *Exi ab eo & amplius ne introeas, &c.* Exiens ab homine nunquā reuertitur, si cor suum seruauerit clauis humilitatis, & ostium obtinuerit homo munitatis, vnde: Esto mihi in Deum protectorem, & in locum mu. vt sal. me facias. Psal.70.2.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Quod dicit, *ego præcepio tibi.* id diuinę virtutis energiam, etiamsi humana fides non adsit, arguit. Quādo porrò addit, *Exi ab eo, & amplius ne introeas in eum*, Indicat facilè altera vice dęmonem in illum qui fide satis munitus non erat, ingredi potuisse, nisi Domini prēceptum ne id fieret, impediuisset. Quandoquidem hoc ipso etiam vrgente, dęmonium non absque difficultate & tergiuersatione abscedebat. Nam & vociferabatur, & hominem discerpebat, & tandem decedere coactum, mortuo similem deserebat.

☞ *Discerpens.*

a ¶ Deprecandi per conquestionem exponit incommoda filij.

de turba, dixit: Mâgister, attuli filium meum ad te habentem † † spiritum mutum, qui vbicumque eum apprehenderit, † allid- †

a ¶ Hieron. Alle. Peccatorum spumat stultitia. b ¶ Iracundia. ¶ Ignauia. 1

dit illum & spûmat, & stridet dentibus, & arescit. Et di- 2

xi discipulis tuis, vt eiicerent illum, & non potuerunt. † †

a ¶ Quasi dicat, Incredulitas vestra impedit salutem.

Qui respondens eis, dixit: † O generatio incredûla, quam-

a ¶ Puerum non dæmonem, vt ostendat illum dæmonio traditum propter peccatum suum vel parentum.

diu apud vos ero? Quamdiu vos patiar? Afferte illûm ad

me. Et attulerunt † eum. Et cùm vidisset eum statim spiri- 3

tus † conturbauit eum, & † elisus in terra volutabatur spu-

a ¶ Non quasi ignorans interrogauit, sed vt diuturnitas infirmitatis ostensa curationem gratiorem faciat.

mans. Et interrogaûit patrem eius: Quantum temporis est 4

ex quo ei hoc accidit? At ille ait: Ab infantia. Et frequen-

a ¶ Moraliter iræ vel libidis. b ¶ Cupiditatinis.

ter eum in ignêm & in âquam misit, vt eum perderet.

Sed si quid potes, adiuua nos misertus nostri. Iesus autem

a ¶ Libertatem arbitrij indicat. b ¶ Quæ in nomine Iesu postulantur. 5

ait illi: Si pôtes credere, omnia pâssibilia sunt credenti. Et 6

continuò exclamans pater pueri cum lachrymis, aiebat:

¶ Alias sine in.

Credo domine, adiuua incredulitatem meam. Et cum vi- 7

a ¶ Alias credentem. b ¶ Q.d. Comminatio potentia est.

disset Iesus concurrêntem turbam, comminâtus est spiri- 8

tui immundo dicens illi: Surde & mute spiritus, ego tibi †

¶ Cuius præcipere, est facere.

præcipio, exi ab eo, & amplius ne introeas in eum. Et cla- †

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Allidit illum. *Id est, ad terram proiicit,*

2 Et spumat, &c. *Ad ostendendum vehementiam passionis.*

3 Et cum vidisset eum statim spiritus, &c. *Videns enim se citò eiiciendum, faciebat peius quod poterat.*

4 Et inter. *Non ex ignorantia, sed vt ex responsione patris appareret omnibus diuturnitas passionis & difficultas curationis, vt ex his miraculum esset euidens.*

5 Si quid po. *Ex quo patet, quod pater, erat dubius infide dubitans de Christi potestate.*

6 Omnia possibilia, &c. *Fides enim credentis meretur de congruo vt ei datur beneficium per omnipotentiam Dei.*

7 Credo domine adiu. *Qui dixit: Credo, non erat omnino incredulus: sed vocauit incredulitatem suam fidei suæ imperfectionem, quam petebat à Christo suppleri & perfici.*

8 Surde & mu. *Non formaliter, sed effectiuè, quia in puero obsesso auditum impediebat & loquelam.*

5 Si

✠ Et factus

MORALITER.

✠ † *Magister attu. &c.* Per istum ab infantia vexatum à dæmone, significatur peccator ab infantia nutritus peruersè, sicut refert beatus Gregorius de puero quinquenni, quem cum teneret pater in sinu suo vidit dæmones in specie Maurorum venientes ad rapiendum ipsum: & tunc Deum blasphemauit, & statim expirauit. Et quoniam in tali ætate crescente crescit malicia, subditur.

† *Habentem spiritum, &c.* Quia talis non audit correctionem ad bonum.

† *Qui vbicunque apprehenderit allidit illum, &c.* Quia cedit cuilibet tentationi demonium.

2 *Et spumat.* Per gastrimargiam.

† *Et stridet dentibus.* Per iracundiam.

† *Et arescit. per ignauiam.* Hunc discipuli curare non possunt quia contemnit monitiones hominum, sed solus Deus aliquando de gratia speciali curat eum, Ideo subditur.

† *Ego ti.* Et non alius.

† *Exi. ab.* Quod fit quando ex Dei adiutorio non patitur recidiuum, ad quod designandum subditur.

✠ *Iesus*

a mans & multum discerpens eum, exiit ab eo, & factus est si- 1
b ¶ Mundo.
cut mortuus, ita vt multi dicerent: quia mortuus est. Iesus † 2
autem tenens manum eius eleuauit eum, & surrexit. Et cum
introissent in domum, discipuli eius secretò interrogabant
eum: † Quare nos non potuimus eiicere eum? Et dixit illis:
c Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione & ieiunio. 3
Et inde profecti prætergrediebantur Galilæam, nec volebat
¶ Se ibi esse.
quemquá scire. † Docebat autem discipulos suos, & dicebat 4
illis: Quoniam filius hominis tradetur in manus hominum
d & occident eum, & occisus tertia die resurget. At illi igno- †
e ¶ Villa pulcherrima.
rabant verbum, & timebant eum interrogare. Et venerunt 5
f Capharnaum. Qui cum domi essent, interrogabat eos: 6
¶ Præ verecundia.
g Quid in via * tractabatis? † At illi tacebant. Siquidem in via 7 8
¶ Quia.
h inter se disputauerant, quis eorum maior esset. Et residens
vocauit duodecim & ait illis: † Si quis vult primus esse, erit †
omnium † nouissimus, & omnium minister. † Et accipiens †
i puerum statuit eum in medio eorum. Quem cum comple-
a ¶ Q. Formàm virtutis seruent propter me rationis auxilio, quam paruuli ætatis beneficio.
k xus esset, ait illis, Quisquis vnum ex huiusmodi pueris re-

a *Discerpens, &c.* HIERONYMVS. Discerpit diabolus appropinquantes ad salutem, quod est ei esca dilecta, quos in ventrē suum trahere desiderat per terrores & damna, vt Iob.

Colloss.3.a. b *Factus, &c.* ISIDORVS. RABAN. &c. Sanatis enim dicitur: *Mortui enim estis, & vita vestra abest cum Christo Ie.d.* Vnde infirmitas Christianorum nō est mors, sed mortis similitudo.

c *Hoc genus in nullo.* HIERONYMVS. Stulticia ad luxuriā carnis pertinet & ieiunio sanatur. Ira & ignauia oratione depellitur. Medicina cuiusq; vulneris adhibenda est ei. Non sanat oculū quod calcaneum, ieiunio passiones corporis, oratione sanātur pestes mentis.

† Mat.17.d. † Mat.17.d. Luc.9.c. sup.8.d. & inf.10.c.

B ✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Discis hinc quomodo Christus Seruator noster doctrinā de ieiunio proponat eiusdémque necessitatem & vsum insinuet. Neque mihi hìc paucorum quorundam qui citra ieiunium dæmonia eiecerunt, exemplum opponas.

* inter vos metipsos disputabatis

† Mat.20.d & 19.a Luc.9.f.. † vltimus

d *Occident eū, &c.* Prosperis miscet tristia, vt cum venerint, non impræmeditatis ferantur animis. Si contristat eos, quia occidendus est, debet lætificare quia die tertia resurrecturus est.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Quando Christus de sua morte & cruce verba facit, statim miraculum aliquod adiungit. Et quidem antè & post traditam doctrinam non rarò hoc facit, prout multis passim locis obseruare id licet. *Exinde,*
Mat.16. scribit Matthæus, *cœpit Iesus ostendere discipulis suis quia oportet eū ire Ieroſolymam & multa pati.* Tunc, inquam quando Apostoli
Matth.17. illum filium Dei confessi sunt. Et post transfigurationem suæ passionis meminit.

C e *Ignorabant.* Non tam ingenij tarditate quàm amore, quia Deum verum cognouerant, moriturum credere nequibant. Et quia eis in figuris loqui consueuerat, horrentes eius mortem, in his quoque eum loquī figuratè putabant.

D f *Capharnaum.* HIERONYMVS. Villa consolationis: Congruit prædictæ sententiæ: occisus die tertia resurget. Granum frumenti moritur, vt multiplicius colligatur: si nō moritur, solùm manet. Ioan.12.d.

g *Quid in via, &c.* HIERONYMVS. In via tractabant de principatu: similis tractatio loco. Principatus enim vi ingreditur, sic deseritur, & dum tenetur labitur: & incertum in qua mansione, id est. in qua die finiatur: vnde dicit: Qui vult esse primus, &c.

BEDA. Hinc exorta videtur disputatio, quia viderant Petrum & Iacobum & Ioannē seorsum ductos in montem, & aliquod secretū ibi esse creditum eis, sed & Petro sicut Matthæus dicit, claues regni cœlorū promissas, & ecclesiam super Petram fidei à qua ipse nomen acceperit ædificādam. Putabant ergo vel illos tres cæteris, vel omnibus Petrum esse prælatum.

E - At illi ignorabant verbū: & timebant interrogare eum.

† Mat.18.a. Luc.9.f.

Matth.16.c. † Mat.18.a. Luc.9.f.

h *Et residens, &c.* Illi euntes disputabant de principatu, & ipse sedens docet humilitatem. Principes enim laborant, humiles quiescunt. Desiderium gloriæ vult humilitate sanare, & primò simplici monet imperio, mox innocentiæ puerilis exemplo.

i *Complexus.* Significat humiles dignos esse suo complexu, qui iure possunt gloriari & dicere: Leua eius sub capite meo, & dextera illius am.me. Cant.2.b.

k *Quisquis vnum.* Vel simpliciter pauperes Christi ab his qui velint esse maiores, pro eius honore ostendit esse recipiendos. Vel ipsos malicia paruulos esse suadet, vt tanquam paruuli simplices sint.

☞ *Et quicumque* F

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et factus est sicut mor. *Vt per hoc magis declararetur Christi virtus: quia ad tactum Christi surrexit perfectè curatus.*

2 Hoc gen. in nul. *Dæmones enim nō sunt æquales in virtute naturali: & ideò vnus ab alio potest difficiliùs expelli. Ad expulsionem autē istius requirebatur in expellente subiecto carnis ad spiritum, quæ fit per ieiunium, & magna eleuatio spiritus in Deum quæ fit per orationem, talia autem adhuc non erant in apostolis quia pro tempore illo non cōpetebat eis ieiunare, vt dictum est suprà c.2. Nec erant adhuc in Deum perfectè eleuati, quia fuerunt rudes & imperfecti vsquequo receperunt post passionem Christi pleniorem gratiam spiritussancti. Matth.17. dixit illis Christus, quòd non potuerant illum eiicere propter incredulitatem suam: quæ causa ibi est exposita. Et tenendum: quòd vtraque causa scilicet illa quæ hic exprimitur, & illa quæ in Matthæo ponitur, simul concurrerunt in discipulis: propter quas illum dæmonem expellere non potuerunt.*

3 Et inde. *Hic consequenter exprimitur discipulorum Christi superbia: vbi primò exprimitur ipsius Christi humiliatio. Secundò exprimitur discipulorum ambitio, ibi:* Qui cum domi essent. *Circa primum describitur humiliatio Christi per hoc quòd prædixit eis ignominiam suæ passionis, quam voluntariè erat passurus, & hos debebat discipulis exemplum esse humiliationis: verumtamen tanquam adhuc rudes non capiebant ad plenum verbum eius. Ideò sequitur.*

4 At illi igno. *Quia frequenter loquebatur eis in parabolis: propter quod dubitabant si hoc verbum esset parabolicum.*

5 Qui cum, &c. *Hic reprimitur ambitio discipulorum. Et diuiditur in partem principalem & incidentalem. Secunda, ibi:* Et respondit illi Ioannes. *Et primæ partis patet sententia ex dictis Matth.18. exceptis quæ sequuntur.* Diuisio

✠ 6 Interrogabat eos. *Non ex ignorantia, sed vt ex doctrina sequenti appareret Christum non ignorare verba quæ dixerunt inter se ipso absente.*

7 At illi taceb. *Verecundia ducti. Cuius causa subditur, cùm dicitur.*

8 Si quidem in via, &c. *Quod in eis erat verecundum & reprehēsibile, cùm magister eorum esset humillimus, & immediatè eis prædixerat humiliationem suæ passionis.*

✠ Respondit.

MORALITER.

✠ † *Iesus autem. Docebat autem di. &c.* Sequitur.

† *Et occi.* THEOPHYLACTVS. Postquam verò dixerat, quod erat triste, adiunxit quod debet lætificare, vt discceremus ex hoc quòd post angustias lætitiæ subsequentur.

Siquidem

8 *Siquidem in via, &c* HIERON. Vbi notandum, quòd illi eūtes disputabant de principatu: ipse verò sedens docet humilitatem, quia principes laborant, & humiles requiescunt.

† *Et accipiens pue. &c.* BEDA. In quo malicia paruulos esse suadet, vt simplicitatem sine arrogantia, charitatem sine inuidia, deuotionem sine iracundia conseruent.

a ceperit in nomine meo, me recipit: Et quicumque me susce-
b perit, non me suscipit, sed eum qui me misit. † Respondit illi 1 †
c Ioannes, dicens: † Magister vidimus quendam in nomine
d tuo eiicientem dæmonia, qui non sequitur nos: & prohibui-
e mus eum. * Iesus autem ait. Nolite prohibere eum. Nemo 2
eſt enim qui facit virtutem in nomine meo, & possit citò ma-
lè loqui de me. Qui enim non est aduersum vos, pro vobis
f est. Quisquis enim potum dederit vobis calicem aquæ frigi- 3
dæ in nomine meo, quia Christi estis, amen dico vobis: non
g perdet mercedem suam. Et quisquis scandalizauerit vnum 4
ex his pusillis credentibus in me, bonum est ei magis, si
h circumdaretur † mola asinaria collo eius, & in mare mitte-

a ¶ Solum. * ¶ Suscepit. b ¶ Quia inter eum & me nihil distat.

a ¶ Q. dico, quisquis vnũ ex huiusmodi, &c. sed ne paupertatis excusationẽ prætendatis. Quisquis enim

a ¶ Leuissimo enim præcepto excusationem diluit.

a ¶ Magni nullo modo morientur, pusilli occasiones quærunt.

a *Et quicumque.* Quia in pueris se recipi docebat, vt caput in membris, ne putaretur hoc solùm esse quod videbatur, adiunxit *Et quicumque me suscepit. &c.*

b *Respondit illi.* Quia dixerat: quisquis vnum ex huiusmodi puerorum receperit, me recipit, intelligit Ioannes quòd in nomine eius eos non recipiant, qui non sincerè ambulant: vnde ait.

c *Magister vidimus.* Q. d. Hic in nomine tuo nõ debet suscipi.

† Luc. 9. f.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Non inuidia aut prava aliqua æmulatione percitus tonitrui filius hæc aiebat: verùm omnes qui Christi nomen inuocabant, Christum ibidem sequi, vnáque cum Christi discipulis ætatem agere debere persuasum habebat. Multi autem in Christum alioqui non credentes apud Iudæos extiterunt, qui istiusmodi gratias & prærogatiuas acceperant. Qualis erat is de quo hoc loco sermo est. Talis quoque erat Iudas Iscariotes. Nam etsi ille nequam esset, sólóque corpore Christum sequeretur, miraculorum tamen gratia ornatus erat.

* quia non sequitur nos

B

† lapis molaris

d *Et prohibuimus eum.* Putauit eum excludendum à beneficio qui non vtitur officio, sed docetur neminem à bono quod ex parte habet arcendum sed ad hoc potius quod non habet prouocandum: vnde: *Nolite prohibe.*

e *Nolite prohibe.* BEDA. Hinc Apostolus: *Sed siue occasione siue veritate Christus annuncietur, & in hoc gaudio semper gaudebo.* Tales quamuis signa faciant, & ob aliorum salutem censeantur esse nõ prohibendi, non tamen eis secura conscientia. Immo cũ dixerim: *In nomine tuo prophetauimus, & dæmonia eiicimus, &c. dicetur eis, quia nunquam noui vos: discedite à me qui operamini iniquitatem.* itaque hæreticis & schismaticis & malis catholicis non sacramenta communia in quibus nobiscum sunt non contra, sed diuisionem paci veritatique contrariam quam aduersum nõ sunt, & dominum non sequuntur nobiscum, detestari & prohibere debemus.

Philip. 1. c.

Matth. 7. d.

C ✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Addit hoc ob eos fortasse tasse qui postea in prophanas hæreses prolapsi sunt. E quorũ numero erat Simõ magus Menander item & Cherinthus pluréſq; alij, fieri nihilominus potest, ne hosce quidem vera in Christi nomine miracula patrasse, sed quibusdam præstigiis & imposturis, mortalium mẽtibus illusisse.

D

f *Frigidæ.* Ne paupertate & penuria lignorũ aliquis se excusaret. Similiter dicit Apostolus ad Gal. *Communicet autem is qui catechizatur verbo ei qui se catechizat in omnibus bonis.* Et ne quis se paupertate excusaret, ait: *Nolite errare. Deus non irridetur.* Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet.

† Luc. 9. f. Gal. 6. d. Ibidem.

g *Et quisquis scand.* Quamquàm hoc generale sit: potest tamen secundùm consequentiam sermonis contra apostolos dici, qui de primatu disputabant & eos quos ad fidem vocabant, exemplo suo perdere poterant.

E

BEDA. Nota quod in bono opere nostro aliquando cauendum est scandalum proximi, aliquando pro nihilo habendum: Inquantum sine peccato possumus, vitare proximorum scandalum debemus. Si autem pro veritate scandalum sumitur, vtiliùs nasci permittitur quàm veritas relinquatur.

✠ VICTOR ANTIOCHE. Pusilli imprimis dicuntur, qui in illum credunt. Tum illi rursum qui nomen illius inuocãt, ésto eũ non sequantur. Tum illi tandẽ qui aliud nihil valentes aquæ tantùm frigidæ poculum propter nomen illius offerunt.

h *Mola asin.* HIERONYMVS. Secundum morem prouinciæ. Hæc enim pœna maiorum criminum erat. Et re vera est meliùs innoxium pœna atrocissima temporali tantũ finire vitã corpoream, quã lædendo fratrem mortem animæ mereri perpetuam. Per molam asinariam secularis vitæ circumitus & labor, per profundum maris, extrema damnatio. Melius est vt solus pereat sub habitu exteriori, non simulando se bonum, quàm simulando se bonum corrũpere alios. Leuius ergo est si sub exteriori habitu ad mortem terrenа acta constringant, quàm si sacra officia culpam cæteris imitabilem demonstrent quia si solus caderet, tolerabilior vtcunque eum inferni pœna cruciaret.

F

☞ *Et si scand.*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Respondit il. *Hæc est pars incidentalis. Ex hoc enim q̃ Christus dixerat paruulos recipiendos in nomine eius, quamuis sint paruæ reputationis, ideò Ioannes mouit quæstionem de quodam eiiciente dæmonia in nomine Christi, qui tamen non erat de societate eius, quem prohibuerãt discipuli: vtrũ benè vel male feciſſent ad sciendum si essent hoc alias facturi in casu consimili. Et circa hoc primò ponitur responsio Christi, secũdò, prohibitio scandali, ibi: Et quisquis vnum de pusillis, &c. tertiò. declaratio cuiusdam dicti, ibi: Omnis enim igne salietur. Circa primum est duplex modus dicendi. Dicunt enim aliqui q̃ iste de quo quæsiuit Ioannes, nõ erat fidelis. Aliqui enim infideles videntes per experientiam nomen Christi virtuosum in nomine eius eiiciebant dæmones, vt habetur Act. 19. Dicit tamen Christus q̃ ille qui sic facit, nõ est prohibendus: quia talis eiectio dæmonis facit ad declarationem virtutis Christi. Nec etiam talis (licet sit infidelis) habet frontem loquendi contra fidem Christi, cũ glorietur de signis in nomine eius factis, & hoc est quod subditur.*

2 Nemo est enim, &c. *Infideles enim aliqui benè aliquibus conueniunt cum fidelibus, vt quod Deus sit vnus & huiusmodi: & in talibus sunt cum eis, licet nõ in aliis. Alij verò dicunt, quòd iste de quo Ioannes quæsiuit, erat fidelis credens in Christum. & in hoc dicit Chrysost. verũ tamen non tamen non erat tantæ perfectionis, quòd vellent sequi Christum & discipulos eius in modo omnes fideles volunt sequi Christum per religionis ingressum. Et talis etiam non est prohibendus, quia beneficia diuina non solùm dantur per maiores sed etiam aliquando per minores & imperfectos, vt in hoc etiam declaretur virtus nominis Christi, quæ per magnos & paruos indifferenter potest operari. Et quia tales imperfecti aliquando ad tempus credunt, & in tempore tentationis à fide recedũt, ideò subditur:* Nemo est enim qui facit virtutem in nomine meo. *Quia si aliquis imperfectus fecerit miracula in nomine Christi, & postea recedet à fide, non habet frontem loquendi contra Christum in cuius nomine fecerat miracula, de quibus gloriabatur. Et quia non solùm in nomine Christi fienda sunt miracula, sed etiam opera meritoria, ideò sequitur.*

3 Quisquis enim potum dederit vob. cal. aquæ frig. *Hoc dicit ad ostendendum, quòd quilibet quantumcunque pauper potest aliqua pietatis opera facere: quia potum aquæ frigidæ potest dare quilibet quantumcunque pauper:*

4 Et quisquis scandalizau. vnum, &c. *Hic consequenter ponitur prohibitio scandali. Et patet sententia ex dictis Matth. 18. excepto quod sequitur.*

✠ Vbi vermis

MORALITER.

✠ † *Magister vidim. &c.* Per istũ qui non erat de societate apostolorum significatur laicus bonus, qui non habet prædicandi officium, tamen bonis verbis & exemplis agit ad expulsionem dæmonis de cordibus proximorum: quamuis non sequatur Christum per statum religionis & clericatum.

4 *Et quis. scan. &c.* GREGOR. Per molã asinariã secularis vitę circumitus & labor exprimitur. Per profundum maris extrema dãnatio designatur. Qui ergo ad secularitatis speciem deductus verbo cæteros destruit vel exẽplo, melius profectò erat, vt hũc ad mortem sub exteriori habitu terrena acta constringant, quã sacra officia in culpa cæteris imitabilem demonstrarent: quia

✠ nimirum

4 *Et*

a retur. † Et si scandalizauerit te manus tua, abscinde illam. †
b ¶ Quia. ¶ Sine cupito principatu.
c Bonum est tibi † debilem introire in vitam, quàm duas ma-
a ¶ Inferni pœnas enumerat, vt exterreat.
nus habentem ire in gehennam in ignem inextinguibilem,
a ¶ Putredo gehennæ. b ¶ HIERON. pœna exterius sæuiens inconsumpta, vnde propheta, Ambulate in lumine ignis vestri, in flammis quas succendistis vobis. ¶ Conscientia sera scilicet dolor interius accusans eos.
vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Et
a ¶ Amicus necessarius cuius tibi quotidianis vsibus seruit discursus. b ¶ Cùm corrigere nequeas, amputa à societate tua. c ¶ Quia.
si pes tuus te scandalizat, amputa illum. Bonum est tibi, claudum
in vitam æternam introire, quàm duos pedes habentem mitti
d in gehennam ignis inextinguibilis: vbi vermis eorum non 1
a ¶ Qui tibi prouidet. ¶ In oculo, nostri carnaliter amici, spiritualiter aduersarij significantur.
moritur, & ignis non extinguitur. Quod si oculus tuus
¶ Quia.
scandalizat te, eiice eum. † Bonum est tibi, luscum in-
troire in regnum Dei, quàm duos oculos habentem mit-
ti in gehennam ignis, vbi vermis eorum non moritur, &
a ¶ Gratia spiritussancti vel tribulatione. b ¶ Aspersio sale sicut in hostiis fiebat.
e ignis non extinguitur. Omnis enim igne salietur, & om- 2
f a ¶ Humanum genus. b ¶ Purgatorio igne. c ¶ Sapientia. ¶ HIERON. Bonum est verbum Dei audire, sale sapientiæ cor condire, immò cum apostolis sal esse, id est aliis sapientiã ministrare. d ¶ HIERON. Sal insulsum est qui amat principatum, qui increpare non audet, nec confiteri, ne de synagogaeiiciatur, diligens gloriam hominis magis quàm Dei.
g nis victima sale salietur. Bonum est sal. † Quod si sal insulsum 4 5

† Mat 5.c. 18.a. a *Et si scan.* Quia suprà docuit, ne scandalizemus eos qui credunt in eum, admonet quantum debemus eos cauere qui scandalizant.

Scandalon Græcè offendiculum vel ruina vel impactio pedis. Vel vt alij, scrupulus. Ille ergo scandalizat fratrem, qui ei dicto vel facto occasionem ruinæ præbet.

† manicum, mutilum b *Manus tua.* Amicus, cuius ope & cõsilio indigem⁹ quotidie. Sed si hic lædere in causa animæ voluerit: excludẽdus est à nostra societate ne si cum perdito in hac vita partem habere volumus, simul cum illo pereamus.

c *Quam duas ma.* HIERONYMVS. Duæ manus principatus, humilitas & superbia. Abscide superbiam, tene humilem principatum.

B † Mat. 18. b. d *Vbi vermis.* BEDA. Fœtor vermium de corruptione carnis & sanguinis, ideóq; caro recens sale conditur, vt exiccato humore sanguineo, vermis esse nequeat. Caro ergo & sanguis vermes creant, quia delectatio carnalis cui condimentum continentiæ non resistit, pœnam luxuriosis generat æternam. Debemus ergo corpus continentiæ sale, & mentem condimento sapientiæ ab erroris & vitiorum labe castigare.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Vermis nomine designatur impura sceleratáque conscientia. Siquidem vna hæc animam peccatricem nulliúsque boni sibi cósciam, inutilis pœnitentiæ aculeis, instar edacis vermis continuò pungit & rodit.

e *Omnis enim igne.* Quia tertiò mentionem fecit ignis & vermis, ostendit quomodo vtrumque valeamus vitare. *Omnis enim igne.* Mirè dictum est: Quod enim sale salitur, vermis putredinẽ
Leui. 1. d. arcet. Quod verò igne, id est, in igne, aspersò sale carnem quoq; consumit. Hæc secundùm legem in hostiis fiebant quæ in altari cremabãtur, vbi in omni victima & sacrificio sal offerri præceptum est.

C ✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Cognatum est huic illud
1. Cor. 3. Paulinum: *vniuscuiusque opus quale sit*, ait ille: *ignis probabit.* Est autem præsens hic locus, ex illo Leuitici petitus. *Quicquid obtuleris sacrificij sale conderis*, rursum: *In omni oblatione offeres sal.* Obseruamus autem præceptum hoc secundum mysticum sensum legémq; spiritus si omni dono sacrificij nostri, quod plurimum per orationem exhibetur, aliud donum, quod in vsum proximi cedat, hoc est, eleemosynam adiũxerimus, quò hac nimirum ratione, gratiam in conspectu domini inueniamus. Dicimus rursum sacrificij nostri munera sale condire, si iuxta diuinarum literarum præscriptũ Deo illa litauerimus & obtulerim⁹ vniuscuiusque proinde opus hic quidem sale ibi verò igne salietur. Quòd si verò sacrificium nostrum hic quoque igne cõdiendum est, diuino illo cœlestíque igne quẽ dñs in terrã mittere venerat, audiatur: ita vt iuxtà Pauli doctrinam, spiritu posthac feruentes simus.

Luc. 12. Roman. 12.

Sal dulcedo sapiẽtiæ, ignis, sancti spiritus gratia. *Om. e. ig. sa.* Quia omnis electus sapientia cõditur, vt digna victima Dei efficiatur altaribus: vnde bene addit.

E 2 f *Omn. vi. sa. sal.* Ille enim verè domini victima est qui corpus & animam à vitiis emundando per amorẽ spiritussancti Deo

† Mat. 5. b. Luc. 15 g. Philip. 3. d. Rom. 12. a.

consecrat: Nec solùm sale aspergitur, sed igne consumitur, quãdo non peccati tantùm contagio pellitur, sed etiã præsentis vitæ delectatio tollitur, & futuræ vitæ conuersatio tota mente suspiratur, vnde: Nostra conuersatio in cœlis est, Et, Obsecrò per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiã sanctã, &c. Aliter. Altare Dei, cor bonorum, hostiæ & sacrificia, bona opera fidelium. In omnibus sacrificiis sal, quia nullum opus bonum sine sapientia. Ignis sacrificia in altari consumit, de quo: Ipse vos baptizabit in spirituſancto & igne. Vel, ignis, tribulationes. Respicit hoc ad superiora, vbi scandalizantia membra euelli præcepta sunt: quia hoc est igne saliri, & tentationibus exerceri ob Christi amorẽ dilectos & proximos nobis abnegare. *Om. vi. sa. sal.* HIERON. Victima genus humanũ, quod hic sapientiæ sale vel ratione salitur, dũ corruptio sanguinis, custodia putredinis, & mater vermium hic consumitur, & post purgatorio igne examinabitur.

Matth. 3. c.

F g *Quod si sal.* Id est, si quis semel cõdimentis veritatis refectus ad apostasiã redierit, quo alio doctore corrigitur, q eã quã gustauit sapientiam, vel aduersis territus, vel prosperis intellectus resipuit? Vnde: Quis medebitur incantatori à serpente percusso?

Eccle. 12. c.

☞ In hoc

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Vbi vermis eor. &c. *Id est, aculeus vel remorsus conscientiæ, qui continuè affligit damnatos.* 2 Omnis e. ig. *Hic ponitur declaratio cuiusdam dicti. Dixerat enim Christus, q̃ ad euitandum scandalũ pes esset amputandus & manus & oculus eruendus. Quæ quidem mutilatio non est intelligenda per absciſionem vel erutionem alicuius mẽbri, sed per restrictionem ab actu malo, quod fit per macerationem carnis & disciplinã: vbi necessaria est discretio sapientiæ: vnde dicitur:* Om. e. ig. *In quo docet modum acquirendi discretionem sapientiæ, quæ acquiritur tribulationis igne, quia vexatio dat intellectum: & hoc est quòd dicitur:* Om. e. ig. sa. *Id est, tribulationis igne sapiens efficietur. Sicut enim per ignem decoquentem materia conuertitur in sal, sic per ignem tribulationis acquiritur sal discretionis.*

3 Et om. vi. *Sicut enim in lege veteri sal ponebatur in omni sacrificio Dei, sic in omni opere bono requiritur discretio.*

4 Bonum est sal. *Id est, discretio bona est, per quam opera humana habent bonitatem.*

5 Quod si sal insul. fu. *Hic accipitur sal pro hominibus discretionẽ habentibus, eò quòd aliquis excellens in aliqua proprietate non solùm denominatur ab ea concretiuè, sed etiam abstractiuè sicut notabiliter liberalis vel sapiens dicitur ipsa liberalitas vel sapientia. Et per talem modum loquendi Christus dixit apostolis qui cæteros præcellere debebant sapientia: Vos estis sal terræ, Matth. 5. b. Dicit ergo Saluator:* Quod si sal inf. *Quia si ille qui debet alios dirigere per eminentiam suæ discretionis & sapientiæ, fuerit insulsus per defectum discretionis, iste defectus redundat in alios.*

3 Et ✠ Habete

MORALITER.

✠ nimirum & si solus caderet, vtcunque hunc tolerabilior inferni pœna cruciaret.

† *Et si scandaliz. te ma. tua absc. ill. &c.* Sanctus Iob 29. c. dicit: Oculus fui cæco & pes claudo, id est, consiliarius ignorantium & adiutor impotentum. Ergo manum abscindere, & oculum eruere ne scandalizent, est hominem quantumcunque sibi vtilem in temporalibus à sua societate expellere, si sit sibi ad periculum ruinæ in spiritualibus.

2 *Omnis en. ign. sal.* Per ignem intelligere possumus spirituſancti virtutẽ, qui datus fuit apostolis in specie ignis per quẽ omnis salietur, quia eius discretione ad bonum dirigitur, quia sicut dicitur Sap. 13. Incertæ sunt prouidentiæ nostræ.

Ioan. 1. a.

† *Et om. vi. sa. sal.* Id est, opus Deo acceptum conditur spirituſancti directione.

5 *Quod si sal. insu. fu.* Id est, si humana discretio careat spirituſancto, non proficit, sed aliquando magis officit quia facit hominem nimis confidere de seipso.

In hoc Iudam & socios eius significare creditur,qui Phylargyria corruptus,& apostolatum perdere,& dominum tradere nō dubitauit.

Quia autem sunt multi quos dum maior scientia erigit, ab aliorum societate disiungit,& quo plus sapiunt, eo plus à concordiæ virtute desipiunt,subiungit.

a *Habete in vobis sal, & pa.* BEDA. Habere sal sine pace,non virtutis est donum, sed damnationis argumentum. Quo enim quisque meliussapit eo deterius delinquit.

a ¶ Iustitiam. ¶ HIERON. Sal correctionis amor proximi temperet, & dilectionem sal iusticiæ condiat. b ¶ Dilectionem. ¶ Qui sapienter loquitur,magnoperè metuat,ne eius eloquio vnitas rumpatur.

a fuerit,in quo illud condietis?† Habete in vobis sal,& b pacem habete inter vos.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Ecquidnam inquit Baptista est sal quod dominus hoc loco vnumquemlibet habere præcipit,dicens: *Habete in vobis sal & pacem habete inter vos?* Ecquid quid rursum Apostolus vult,dum ait: *Sermo vester semper in gratia sit conditus*: Domini itaque verbis docemur, ne quam vnquam mutuæ auersionis aut dissidiæ materiā subministremus, verum vti spiritus vnitatem in vinculo pacis perpetuò indiulsam cōseruare studeamus. Per Apostoli autem verba vnusquilibet nostrum dicti illius admonetur: Num quis panem manducare potest absque sale? 1 Num quis sapor in 2 verbisinanibus inesse potest? Admonemur per hæc, inquā, vti orationem nostram ad fidei ædificationem,hoc est eo modo & ratione instituamus,vti gratiā apud eos,qui audiunt conciliet: Intérq; loquendum,tempus oportunum, ordinémq; cōpositum,& ad fidē auditoribus faciendam idoneū obseruemus.

Mat.9.

D Colloss.4.

† 41.di.c.1. §.sed cum rector.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Habete in vobis sal. *Id est,discretionem.*

2 Et pacem habete inter vos. *Q.d. Per sapientiam pax inter homines acquiritur,& etiam conseruatur.*

ADDITIO.

B In cap.9. *Vbi dicitur in Postill.* Et similiter claritas gloriæ quam tunc in corpore suo habuit,est in extremitate corporis.

Quod figura sit in extremitatibus corporis,patet ex definitione. Figura enim est quæ termino vel terminis comprehenditur,vt ait Geometra. Sed quòd similiter se habeat claritas gloriæ vt scilicet sit tantùm in extremitatibus corporis,hoc non est verum. Claritas enim gloriæ non solùm extremitates continet,sed totum corpus penetrat,cùm totum sit glorioſum,sicut & totum agile. Et ideò in transfiguratione legitur: resplenduit facies eius sicut sol. *Sed constat,quòd claritas solis non est tantùm in extremitatibus eius,sed etiam in omnibus partibus suis intrinsecis. Ratio autem quare assumptio claritatis transfiguratio dicitur licet figura non mutetur,est,quia sicut color (qui participat claritatem imperfectè) in superficie corporis colorati attenditur,sic & claritas quæ est perfectè lucida,in eius superficie attendi potest.*

REPLICA. *In cap.9.* vbi dicitur de transfiguratione, Postil. *Dicit claritatem trāsfigurati fuisse in forma & figura corporis,per consequens in extremitate Burg. autem dicit hoc non esse verum, quia vt inquit, claritas gloriæ non solùm extremitates continet sed totum corpus penetrat,cùm totum corpus sit glorioſum, sicut & totum agile. Sed Burgen. hic vnum supponit satis dubium,quòd videlicet corpus Christi in transfiguratione fuerit glorioſum: non fuit verè paßibile & formaliter: quod cùm glorioſo corpore simul stare non potest quia omne corpus glorioſum impaßibile est. Cùm enim Christi transfiguratio fuit facta ad ostendendum gloriam resurrectionis ipsis apostolis, quorum oculi profundum corpus videre non potuerunt, sed solùm superficiem corporis & figuram, sufficere debuit claritas extremitatum. Et dato, q redundantia gloriæ in corpus paßibile ex singulari dispensatione fuerit penetratiua, ab oculis tamen non glorificatis videri non potuit, nisi superficietenus, nisi Burg. aliud ponat miraculum circa miraculum quod communiter ponitur in amotione obicis redundantiæ gloriæ, scilicet q oculi apostolorum fuissent miraculosè eleuati ad videndum claritatem existentem in profundo corporis.*

E *Sed Burgen.*

Nec ratio Burg. concludit,quæ vult ex litera quòd resplenduit facies eius sicut sol. *Sol autem habet claritatem non modo in superficie,sed etiam in profundo,nam secundùm Burg. in multis locis similitudo non est recipienda omnimodè, quia alias esset identitas non similitudo,quæ currat quatuor pedibus. Argumentum autem à simili non valet generaliter: quia stat faciem Christi sicut solem resplenduisse,& tamen claritatem tantùm superficietenus habuisse.*

CAPVT X.

C ✠ *Et inde exurgens.* Hucusque ea quæ in Galilæa fecit & docuit: Hinc narrat quæ in Iudæa fecit & docuit & passus est. Et primò quæ trans Iordanem ad Orientem deinde: quæ cis Iordanem,quando venit Iericho, & Bethaniam & Ierusalē. Cùm enim omnis Iudæorum prouincia generaliter ad distinctionem aliarum gentium Iudea dicta sit, specialiùs tamen meridiana plaga dicitur Iudæa ad distinctionem Galilææ, Decapolis, & cæterarum in eadem prouincia regionum.

CAPVT X.

a ET inde exurgens venit in fines Iudææ * vltra Iordanem: & conueniunt iterum turbæ ad eum & sicut cōsueuerat iterum docebat b illos. Et accedentes Pharisæi interroga-

¶ Hoc.

c bant eum si licet viro vxorem dimittere, tentantes eum † prædicator sibi videtur contraire. Si non dimittendam, reus sacrilegij,& contra doctrinam Moysi,& per Moysen contra doctrinam Dei facere. Igitur dominus responsum sic tēperauit vt transeat decipulā, scripturā sanè intellectā in testimonium adducēs & naturalē legem,primámq; Dei sententiā secūdæ opponens: quæ nō voluntate Dei,sed peccātiū necessitate cōcessa est,

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Venienti autem rursum occurrunt turbæ quas ille more suo iterum instituit,necnō à morbis,vt Matthæus habet,quibus tenebātur,liberos asserit. Contulit autem illis geminam sanitatem: corporis vnam, animæ alteram: hanc quidem per doctrinam illam verò per diuinā virtutem. Cæterùm corporalium infirmitatum profligatio,non iis modo, iis modo,qui sanabantur,in diuinę cognitionis materiam cedebat,sed aliis quoque. At non ita Pharisæis. Illi enim per hoc ipsum magis incēdebantur,multóque efferatiores efficiebantur.

b *Pharisæi inter.* Magna distantia inter turbas & Pharisæos. Hæ conueniunt,vt doceātur,& infirmi curētur,sicut Matthæus apertè dicit: Illi vt F tentando decipiant. Has enim deuotio pietatis, illos adducit stimulus liuoris. * per locū qui est.

c *Si licet vi.* BEDA. Cornuto syllogismo tētauit, & quidquid respōdeat capere putant. Si dicit dimittendam & aliam ducendam, pudicitiæ

1 2

At ille resp.

NICOLAVS DE LYRA

CAP. X.

✠ 1 ET inde exurgens. *Hic ponitur confutatio Pharisæorū de aliquibus in lege permißis,& primò describitur confutatio Pharisæorum,secundò sacerdotum,seq. cap. Prima in duas: quia primò describitur Pharisæorum confutatio,secundò discipulorum instructio ibi:* Et offerebāt illi paruulos. *Sententia primæ partis patet ex dictis Matth.19. Licet enim Matthæus idem factum sub alio refert ordine, non tamen differt quantum ad veritatem, at dicit Augustī. & hoc inuenitur frequenter in vete. Testam, vtpotè libris Reg.& Para. quòd eadem dicta & facta exprimuntur hic & ibi,sub alio tamen ordine.*

Diuiſio

✠ Quid vobis

MORALITER.

✝ 1 *Et inde exeuntes venit in fines Iudææ,&c.* Sequitur.

2 *Si*

† *Si licet vir.* Vxor ista potest intelligi sapientia Philosophica: & hæc nō est à doctorib⁹ Theologis simpliciter repellēda: nam

✝ in multis

a *At ille respond.* ✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Neque semper tacet, ne machinationem, & conciliorum illorum ignarus videatur: Neque semper rursum eos reprehendit, quo per omnia miti patientique animo perferenda esse nos doceat. Prudenti autem interrogatione, de legis decreto, illorum sententiam primò explorat, quò per anticipationem hoc illi respondere compellantur quod ipsum alioqui respondere oportuisset.

b *Moyses permisit li.* ✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Quia propheta Malachias ad hoc quosdam tacitè iam responderat *vxorem pubertatis tuæ ne deseras, fuit enim socia tua, & vxor fœderis tui, &c.* Obid problema hoc tanquã omninò insolubile, illi proponunt, ero nimirum quod Prophetæ oraculum legi, quæ ea de re cauerat, videt planè aduersum, verum dominus seruator noster ea sapientia respondet, vt neque Prophetas dictum interius neque legem tamen vllius iniquitatis accusat ait autem.

c *Ad duritiam cor.* BEDA. Nunquid Deus contrarius sibi est, vt aliquid antè iusserat, & idem post nouo fregerit imperio? Non. Sed Moyses videns propter desiderium secundarum nuptiarum vxores primas interfici, aut in malam vitam duci, maluit indulgere dissidium propter discordiam, quàm per odia & homicidia perseuerare nuptiarum copulam.

d *Et erunt, &c.* Præmium nuptiarum est è duobus vnam carnẽ fieri. Castitas iuncta spiritui vnus spiritus efficitur.

e *Homo non sep.* Desiderio secundæ, vxoris. Deus separat: qui coniungit, quando ex consensu vtriusque propter seruitutem Dei (eo quòd tempus breue sit) sic habent vxores quasi non habentes.

f *Et in domo, &c.* HIERONYMVS. Non discipuli interrogauerunt prius, sed Pharisæi. Sed secunda interrogatio ab aliis, id est, ab apostolis iterum dicta est, quia de eadem re de qua Pharisæi.

HIERONYMVS. Iterata sententia verbi, nõ fastidium, sed esuriem & sitim præstat, vnde: *Qui me comedunt, adhuc esuriunt, & qui me bibunt, adhuc sitiunt.* Mellifluа sapientiæ eloquia gustata, diligentibus multimodum saporem reddunt. Quod significatum est quando dominus pluit manna ad mandúcandum, sub sole liquescẽs, vt est hoc: *Fulgebũt iusti sicut sol in regno patris eorum.* Ad ignem duratur, vt panis cor hominis confirmet, vt est. Si quis vult post me venire, &c.

g *Quicunque dimis.* BEDA. Matthæus pleniùs: Quicunque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem & aliam duxerit, mœchatur. Vna ergo solummodo causa est carnalis, fornicatio: vna spiritualis, timor Dei, vt vxor dimittatur, sicut multi religionis causa fecisse leguntur. Nullam autem causa est Dei lege præscripta, vt alia ducatur viuente ea quę est relicta.

h *Discipuli autem cõminabantur offerentibus.* Non quia nollent eis & manu & voce Saluatoris benedici, sed nondum plenam fidem habentes putabant eum morè hominum offerentium importunitate lassari.

i *Talium enim est regnum Dei.* Talium significanter dicit, non istorum. Quasi dicat: Mores regnant, non ætas. His promittitur regnum cœlorum qui similem habent simplicitatem & innocentiam, quibus congruit illud Apostoli: *Nolite effici paruuli sensibus, sed malicia paruuli estote.*

✠ THEOPHYLACTVS. Puer enim non odit neque aliquid maliciosè operatur, neq; verberatus à matre discedit, sed etsi eum vilibus induat vestimentis, præfert ea regalibus indumentis. Sic & ille qui viuit secundùm virtutem ecclesiæ matris suæ, nihil huic præhonorat, neque etiam reginam multorum, voluptatem.

k *Quisquis non receperit reg.* Qui nõ perseuerat in ira, læsus non meminit, videns pulchram mulierem non concupiscit, non aliud habet in ore, aliud in corde. Q.d. Si tales non fueritis, non intrabitis in regnum cœlorum.

☞ *Regnum Dei.*

---

1 At ille respondens dixit eis: Quid vobis præcepit Moyses? 2 † Qui dixerunt, Moyses permisit libellum repudij scribere, & dimittere. Quibus respondens Iesus, ait: Ad duriciam cordis vestri scripsit vobis præceptum istud. Ab initio autem † creaturæ, masculum & fœminam fecit eos Deus. † Propter hoc relinquet homo patrem suum & matrem, & adhærebit ad vxorem suam, & erunt duo † in carne vna. Itaque iam non sunt duo, sed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet. Et in domo iterum discipuli eius de eodem interrogauerunt eum. Et ait illis: † Quicumque dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit, adulterium committit † super eam. Et si vxor dimiserit virum suum, & alij nupserit, mœchatur. Et offerebãt illi 3 † paruulos, vt tangeret eos: discipuli autem † comminabantur offerentibus. Quos cùm videret Iesus, indignè tulit: Et ait illis: Sinite paruulos venire ad me: & ne prohiberetis eos. Verè talium, quia amen dico vobis. Taliũ enim est regnum Dei. Amen dico vobis: Quisquis non † †

a ¶ Moyses. Q.d. Hominis est consilium, non Dei imperium.

¶ Non fœminas. In hoc ostendit secunda esse vitanda coniugia.

¶ Non ad vxores. ¶ Non tres.

a ¶ Faciendo vnam carnem viri & fœminæ.

¶ De quo Pharisæi.

a ¶ Forsan quia parvulum statuerat in medium discipulorum, & complexatus fuerat.

† Deut. 24. a. Matth. 5. c. & 19. a.

† creationis † Gen. 2. d. Matth. 9. a. Ephes 5. g. 1. Cor. 6. d.

† Mat. 5. c. & 19. b. Luc. 16. c.

† in eã, aduersus eam

† puellos

Repudii libellũ quare Moyses permisit.

1. Cor. 7. c.

† vna caro vel in carnẽ vnam.

Separationis coniugatorum causa sola est fornicatio.

† increpabant

1. Cor. 14. d.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Quid vobis præcepit Moyses. *Matth. 19. dicit quòd Pharisæi hoc dixerunt Christo quasi ei obiiciendo. Et dicendum, quòd Christus primò quæsiuit hoc ab eis, vt hic dicitur: quia antequam diceret suam sententiam, volebat quòd audiretur eorum falsa opinio, qua credebant hoc esse licitum: & ideò tunc quasi obiiciendo dixerunt.*

2 Moyses permisit libellum repudij, &c. Et in do.ite.di. *Quia discipuli adhuc rudes ad plenum non intellexerunt verbum Christi, ideò cùm venissent ad domum iterum interrogauerunt eum, & ipse idem repetiit quod prius dixerat in præsentia Pharisæorum.*

3 Et offere. *Hic consequenter describitur instructio discipulorum, & primò ponitur dicta instructio, secundò instructionis confirmatio, ibi:* Et proficiscente eo de Ier. *Prima in tres, quia primò instruit discipulos de humilitate, quæ est fundamentum aliarum virtutum, secundò, de voluntaria paupertate, ibi: Et cum egressus esset, tertiò, de toleranda aduersitate, ibi:* Et assumens iterum duodecim. *Primum autem docet per hoc quod dicit nullum intrare in regnum cœlorum: nisi puerum, id est, humilem, eo modo loquendi quo dicitur 1. Reg. 15. c.* Cùm esses paruulus in oculis tuis. Et patet sententia ex dictis Matthæi 19.

✠ Et cum

MORALITER.

† in multis valet ad fidei consolationem, & disputando cùm hæreticis ad eius defensionem: sed si fornicetur est repudianda. Et hoc fit, quando propter rationes Philosophicas incipit quis dubitare de fide quæ est suprà rationem.

3 *Et offere.* Paruuli possunt dici pauperes & generis infimi, per discipulos autem impedientes ne offerantur Christo, significãtur ecclesiæ rectores vel religiosi, qui prõpter paupertatem vel generis infirmitatem repellunt eos à debita promotione vel receptione ad religionem cum tamen aliàs sint apti: propter quod impedientes arguuntur ore Christi, ideò subditur.

† *Talium est enim regnum Dei.* Matth. 5. *Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum, &c.*

† *Quisquis non receperit regnum Dei velut par.* Id est, sine superbia & dolo.

☞ a *Regnum Dei.* Id est, doctrinam euangelij sicut paruuli accipere iubemur, id est, sicut paruulus doctoribus non contradicit rationes aduersus eos non componit, sed fideliter suscipit, cum metu obtemperat & quiescit: ita & nos obediendo simpliciter, & sine omni contradictione verba domini debemus suscipere.

b *Et complexans eos & implens manus, &c.* ✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Cõtinuè aptéque illos complectitur suámque complexis benedictionem impertitur, siquidem conditoris opus, quod initio in peccatum prolapsum, ab ipso seiũctum fuerat, rursum erigitur & quasi inter brachia subleuatur. Imponit autẽ infantibus manus, diuinæ virtutis illapsum, propriíque operis complementũ per eam manuum impositionem tacitè designãs. Et quidẽ secundum communem hominum consuetudinem: Nam vt verus, numerísque omnibus perfectus homo erat: itaque humana quoque verè operabatur & patiebatur. At verò interiùs non operabatur vt homo, aut ritu humano, sed vt Deus prout verus quoque Deus erat.

c *Procurrens quidam genu.* BEDA. Audierat credo iste à domino tantùm eos qui volunt paruulis esse similes introitu regni cœlestis esse dignos, & ideò certior esse desiderat, non per parabolas sed apertè: quibus operum meritis vitam æternam consequi possit.

d *Quid me di.* BEDA. Quia magistrum vocauerat bonum, & non Deum, vel Dei filium, discit quemuis sanctum hominem, comparatione Dei non esse bonum. De quo: *Confitemini domino quoniam bonus.* Vnus autem Deus bonus, non pater solus, sed & filius, qui dicit: *Ego sum pastor bonus.* Et spiritussanctus bonus est de quo: *Pater de cœlo dabit spiritum bonum petentibus se.* Vna scilicet & indiuidua trinitas, pater & filius & spiritussanctus, solus & vnus Deus bonus est. Non igitur bonum se negat, sed Deum esse significat. Nec se magistrum bonum non esse, sed absque Deo, nullum bonum esse testatur.

Psal.106.a. Ioan.10.b. Luc.11.b.

C

e *Ne adul.* BEDA. Hæc est puerilis innocentiæ castitas, quæ nobis imitanda proponitur, si regnum Dei intrare velimus. Notandum sanè, quòd iustitia legis suo tempore custodita, nõ solùm bona temporalia, sed etiam vitam conferebat æternam.

D

f *Magister.* BEDA. Non putandus est voto tentantis (vt quidã putant) dominũ interrogasse, & de sua vita mentitum esse, cum legis mandata custodisse dixerit, sed simpliciter confessus. Si enim mentiretur, nunquam intuitus arcana cordis eius eum diligere diceretur Iesus. Diligit enim eos qui mãdata legis etiam minora custodiunt: & quod in lege minus fuerat, his qui perfecti esse desiderant, ostendit, quia non venit soluere legem, sed adimplere: vnde addit: Vade, quæcũque habes vende, & da pauperibus, &c.

† Mat.19.b Luc.10.d. & 18.d. † Eccl.3.b. Matth.5.b.

E

g *Et veni & sequere me.* BEDA. Q.d. Post contemptas diuitias Saluatorem imitare, id est, relictis malis fac bona. Faciliùs saccus contemnitur quàm concupiscentia vel voluptas.

* tollens crucem

h *Quam difficilè.* BEDA. Qui multiplicandis diuitiis incumbũt patet quia vitæ alterius gaudia quærere contemnunt. Sed aliud est pecuniam habere, aliud amare. Multi habent, & non amant, & multi non habent & amant. Item alij & habent & amant. Alij verò non habere nec amare se gaudent, qui tutiores sunt, & quidem cum Apostolo dicere possunt: *Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.* Vnde & Salomon non ait. *Qui habet, sed qui amat diuitias, fructus non capiet ex eis.* Et ipse dominus in his verbis discipulis obstupentibus dicens: *Filioli.* Non ait, impossibile (Quod enim impossibile est, omninò fieri nõ potest: quod difficilè, cum labore potest fieri) sed cum magno labore iuuante Dei gratia, vt pecunias habentes, vel etiam in eis confidentes exutis Phylargyriæ retinaculis intrare possint regnum Dei.

Galat.6.d. Eccles.5.b.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Hæc Christi oratio ipsa pecunias in ius non vocat, aut damnat, sed illos, qui citra modum illis conquirẽdis inhiant, aut nimis auarè conquisitos detinent. At quorsum ad discipulos, qui pauperes erant, nihílque

F

☞ omninò

a receperit regnum Dei velut paruulus, non intrabit in illud. †
¶ Vt significet tales sua dilectione & gratia & benedictione esse dignos.
b Et complexans eos, & imponens manus super illos, benedi-
c cebat eos. Et cùm egressus esset in via, procurrens quidam 1
genu flexo ante eum, rogabat eum, dicens: † Magister bone, †
quid faciam, vt vitam æternam † percipiam? Iesus autem di-
¶ Comparatione Dei. a ¶ Qui solus bonus ex se, alij per ipsum boni.
d xit ei: Quid me dicis bonum? Nemo bonus, nisi vnus Deus †
e † Præcepta nosti, ne adulteres, ne occidas, ne fureris, ne fal- †
sum testimonium dixeris, ne fraudem feceris, † honora pa-
f trem tuum & matrem. At ille respondens ait illi: Magister,
a ¶ Arcana cordis eius.
omnia hæc obseruaui à iuuentute mea. Iesus autem intuitus 2
a ¶ Ad perfectionem. b ¶ Omnia omninò, non partem sicut Ananias.
eum, dilexit eum, & dixit ei: † Vnum tibi deest. Vade, quæ- †
a ¶ Beatus qui intelligit super egenum & pauperem.
b ¶ Quem nec erugo nec tinea demolitur.
cumque habes vende, & da pauperibus, & habebis thesau- †
a ¶ Quia hoc solùm non sufficit. b ¶ Imitando, sicut ego ambulo ambulando. †
g rum in cœlo, et veni, sequere me. * Qui contristatus in ver- †
a ¶ Causa tristitiæ. b ¶ HIERON. Q. spinas nascentes & tribulos, quæ lementem dominicam suffocauerunt.
bo, abiit mœrens. Erat enim habens multas possessiones. Et
h circumspiciens Iesus ait discipulis suis: Quàm difficilè qui †
pecunias habent in regnum Dei introibunt. Discipuli autem

† hæreditate possidebo? † Exo.20.b † Mat.19.c Luc.18.d.

B

teriùs non operabatur vt homo, aut ritu humano, sed vt Deus prout verus quoque Deus erat.

c *Procurrens quidam genu.* BEDA. Audierat credo iste à domino tantùm eos qui volunt paruulis esse similes introitu regni cœlestis esse dignos, & ideò certior esse desiderat, non per parabolas sed apertè: quibus operum meritis vitam æternam consequi possit.

d *Quid me di.* BEDA. Quia magistrum vocauerat bonum, & non Deum, vel Dei filium, discit quemuis sanctum hominem, comparatione Dei non esse bonum. De quo: *Confitemini domino quoniam bonus.* Vnus autem Deus bonus, non pater solus, sed & filius, qui dicit: *Ego sum pastor bonus.* Et spiritussanctus bonus est de quo: *Pater de cœlo dabit spiritum bonum petentibus se.* Vna scilicet & indiuidua trinitas, pater & filius & spiritussanctus, solus & vnus Deus bonus est. Non igitur bonum se negat, sed Deum esse significat. Nec se magistrum bonum non esse, sed absque Deo, nullum bonum esse testatur.

Psal.106.a. Ioan.10.b. Luc.11.b.

C

e *Ne adul.* BEDA. Hæc est puerilis innocentiæ castitas, quæ nobis imitanda proponitur, si regnum Dei intrare velimus. Notandum sanè, quòd iustitia legis suo tempore custodita, nõ solùm bona temporalia, sed etiam vitam conferebat æternam.

D

f *Magister.* BEDA. Non putandus est voto tentantis (vt quidã putant) dominũ interrogasse, & de sua vita mentitum esse, cum legis mandata custodisse dixerit, sed simpliciter confessus. Si enim mentiretur, nunquam intuitus arcana cordis eius eum diligere diceretur Iesus. Diligit enim eos qui mãdata legis etiam minora custodiunt: & quod in lege minus fuerat, his qui perfecti esse desiderant, ostendit, quia non venit soluere legem, sed adimplere: vnde addit: Vade, quæcũque habes vende, & da pauperibus, &c.

† Mat.19.b Luc.10.d. & 18.d. † Eccl.3.b. Matth.5.b.

E

g *Et veni & sequere me.* BEDA. Q.d. Post contemptas diuitias Saluatorem imitare, id est, relictis malis fac bona. Faciliùs saccus contemnitur quàm concupiscentia vel voluptas.

* tollens crucem

h *Quam difficilè.* BEDA. Qui multiplicandis diuitiis incumbũt patet quia vitæ alterius gaudia quærere contemnunt. Sed aliud est pecuniam habere, aliud amare. Multi habent, & non amant, & multi non habent & amant. Item alij & habent & amant. Alij verò non habere nec amare se gaudent, qui tutiores sunt, & quidem cum Apostolo dicere possunt: *Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.* Vnde & Salomon non ait. *Qui habet, sed qui amat diuitias, fructus non capiet ex eis.* Et ipse dominus in his verbis discipulis obstupentibus dicens: *Filioli.* Non ait, impossibile (Quod enim impossibile est, omninò fieri nõ potest: quod difficilè, cum labore potest fieri) sed cum magno labore iuuante Dei gratia, vt pecunias habentes, vel etiam in eis confidentes exutis Phylargyriæ retinaculis intrare possint regnum Dei.

Galat.6.d. Eccles.5.b.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Hæc Christi oratio ipsa pecunias in ius non vocat, aut damnat, sed illos, qui citra modum illis conquirẽdis inhiant, aut nimis auarè conquisitos detinent. At quorsum ad discipulos, qui pauperes erant, nihílque

F

☞ omninò

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et cum egressus esset. *Hic consequenter docet discipulos de voluntaria paupertate. Circa quod primò mouetur quæstio, secundò ponitur quæstionis solutio, ibi: Iesus autem dixit ei. In qua solutione Christus primò ostendit quid sit necessarium ad salutem, videlicet obseruatio mãdatorum: secundò, quid requiritur ad maiorem perfectionem quæ consistit in obseruatione consiliorum, in qua perfectione, primum est abrenuntiatio temporalium, vt quis liberè possit sequi Christum, & hoc ponitur ibi:* Iesus autem intuitus, &c. *Sententia duarum partium primarum patet ex dictis Matth.19.*

2 Iesus autem intuitus. *Hic docetur voluntaria paupertas, & primò quantum ad eius perfectionem, secundò, quantum ad eius difficultatem, ibi:* Qui contristatus, *tertiò: quantum ad eius remunerationem, ibi:* Et post hæc cœpit ei pe.di. *Sententia istarum partium patet ex dictis Matth.19. exceptis quæ sequuntur:* Iesus autem in. est eum & di.ei. *Propter bonam conseruationem suam præteritam, ostendit sibi vultum amicabilem. Verumtamen ad perfectionem maiorem non potuit ascendere propter impedimentum diuitiarum. Aliqui enim sunt apti ab benè viuendum in inferiori statu, non tamen in maiori & perfectiori.*

2 Iesus

✠ Propter me

MORALITER.

✠ † *Non intrabit.* Sequitur.

† *Magister bo.q.* Ipsum interrogabat, quia licet crederet eum hominem purum, tamen eum reputabat in lege peritum, propter quod respondit dicens.

† *Quid me dicis bonum.* Ex quo credis me hominem purum.

† *Præcepta no. &c.* Q.d. eorum obseruatio sufficit ad salutem sed non ad euangelicam perfectionem, ideò subditur.

† *Vnum ti.dee.* BEDA. Non partem tantum, sicut Ananias & Saphira Act.5.b.

† *Et da pauperibus.* Non amicis carnalibus, nisi fuerint indigentes.

† *Et ha.the.in cæ.* CHRYSOSTO. Ostendit quòd plus reddit quantò maius est cœlum quàm terra.

† *Qui contri.abiit mœ.* Impeditus à perfectione quam quærebat, possessionum amore. BEDA. Inter pecunias habere, & amare, multa distantia est, vnde: Salomon non ait: Qui habet, sed qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis. Et accipit amare pro fidem in diuitiis ponere. Et de talibus subditur.

† *Quam diffici.qui pecunias hab.* Et capitur hîc difficilè pro impossibili, vt patet ex litera sequenti, & declaratum fuit pleniùs Matthæi 19.

✠ *Ecce nos*